# THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

## Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

## Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

## License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

## Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

# THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACÁDEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN X

PARS ALTERA

SECTIO I

PORTA–PRIMAEVITAS

MCMLXXX–MCMXCV

DE GRUYTER

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

© Walter de Gruyter GmbH & Co. KG, Berlin/New York

Verlag: BSB B. G. Teubner, Leipzig (p. 1–784)
B. G. Teubner, Stuttgart und Leipzig (p. 785–1232)

Lektorat: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Satz und Druck: Interdruck, Leipzig (p. 1–1232)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CONSILIVM AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE DIVERSARVM NATIONVM ELECTVM
GRATO ANIMO PERCENSET NOMINA EORVM QVI AD CONFICIENDAM VOLVMINIS DECIMI
PARTEM ALTERAM LIBERALISSIME AVXILIA PRAESTITERVNT:


EDITORES

ACADEMIA BRITANNICA (The British Academy)
ACADEMIA IAPONICA (The Japan Academy)
ACADEMIA INSCRIPTIONVM ET LITTERARVM HVMANIORVM (Académie des Inscriptions et Belles-Lettres)
ACADEMIA LITTERARVM BAVARICA (Bayerische Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA LITTERARVM BEROLINENSIS ET BRANDENBVRGENSIS (Berlin-Brandenburgische Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA LITTERARVM GOTTINGENSIS (Akademie der Wissenschaften in Göttingen)
ACADEMIA LITTERARVM HEIDELBERGENSIS (Heidelberger Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA LITTERARVM SAXONICA LIPSIENSIS (Sächsische Akademie der Wissenschaften zu Leipzig)
ACADEMIA LYNCEORVM IN NATIONE ITALICA (Accademia Nazionale dei Lincei)
ACADEMIA POLONA SCIENTIARVM ET LITTERARVM (Polska Akademia Umiejętności)
ACADEMIA SCIENTIARVM AVSTRIACA (Österreichische Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA SCIENTIARVM ESTONIAE (Eesti Teaduste Akadeemia)
ACADEMIA SCIENTIARVM ET ARTIVM CROATICA (Hrvatska Akademija Znanosti i Umjetnosti)
ACADEMIA SCIENTIARVM ET LITTERARVM MOGVNTINA (Akademie der Wissenschaften und der Literatur, Mainz)
ACADEMIA SCIENTIARVM ET LITTERARVM NORVEGICA (Det Norske Videnskaps-Akademi)
ACADEMIA SCIENTIARVM HAMBVRGENSIS (Akademie der Wissenschaften in Hamburg)
ACADEMIA SCIENTIARVM HVNGARICA (Magyar Tudományos Akadémia)
ACADEMIA SCIENTIARVM REI PVBLICAE BOHEMICAE (Akademie věd České republiky)
ACADEMIA SCIENTIARVM RHENANO-GVESTFALICA (Nordrhein-Westfälische Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA SLOVENICA SCIENTIARVM ET ARTIVM (Slovenska Akademija Znanosti in Umetnosti)
ACADEMIAE REGIAE BELGII SCIENTIIS ET ARTIBVS FOVENDIS (The Royal Academies for Science and the Arts of Belgium)
CONSILIVM AB ACADEMIIS SCIENTIARVM ET LITTERARVM FENNICIS DELECTVM (Suomen Tiedeakatemiain Valtuuskunta)
FOEDERATIO COMMVNIS SOCIETATVM STVDIORVM CLASSICORVM (Fédération Internationale des Associations d'Études Classiques)
PONTIFICIA ACADEMIA ROMANA ARCHAEOLOGIAE (Pontificia Accademia Romana di Archeologia)
REGIA ACADEMIA HIBERNICA (Royal Irish Academy)
REGIA ACADEMIA HISPANICA (Real Academia Española)
REGIA ACADEMIA LITTERARVM HVMANIORVM SVECANA (Kungliga Vitterhets Historie och Antikvitets Akademien)
REGIA ACADEMIA SCIENTIARVM DANICA (Det Kongelige Danske Videnskabernes Selskab)
SOCIETAS CLASSICA BATAVORVM (Nederlands Klassiek Verbond)
SOCIETAS PHILOLOGICA AMERICANA (The American Philological Association)
SOCIETAS STVDIORVM ANTIQVORVM HELVETICA (Schweizerische Vereinigung für Altertumswissenschaft)

ACCESSERANT QVONDAM HI:

ACADEMIA SCIENTIARVM REI PVBLICAE GERMANICAE DEMOCRATICAE (Akademie der Wissenschaften der DDR)
SOCIETAS PHILOLOGORVM HELVETIORVM (Schweizerischer Altphilologenverband)
ACADEMIA SCIENTIARVM POLONA (Polska Akademia Nauk)
SOCIETAS STVDIORVM LATINORVM (Société des Études Latines)

ADIVTORES

RES PVBLICAE GERMANICA ET BAVARICA SECVNDVM PROGRAMMA AB ACADEMIIS CVRATVM
(Bundesrepublik Deutschland und Freistaat Bayern im Rahmen des Akademienprogramms)
MINISTERIVM SCIENTIARVM REI PVBLICAE AVSTRIACAE (Republik Österreich, Bundesministerium für Wissenschaft und Forschung)
FVNDATIO NEDERLANDICA SCIENTIIS PROVEHENDIS (Nederlandse Organisatie voor Wetenschappelijk Onderzoek NWO)
FVNDATIO STVDIORVM PROVEHENDORVM HELVETICA (Schweizerischer Nationalfonds zur Förderung der wissenschaftlichen Forschung)
FVNDATIO STVDIORVM HVMANIORVM AMERICANA (National Endowment for the Humanities)
FVNDATIONES QVAE VOCANTVR CARLSBERGFONDET ET RASK ØRSTEDFONDET
FVNDATIO MVELLERIANA (J. u. K. Müller-Thesaurus-Fonds)
FVNDATIO WOELFFLINIANA (Eduard-Wölfflin-Thesaurus-Stiftung in Basel)

ACCESSERANT QVONDAM HI:

SOCIETAS STVDIORVM PROVEHENDORVM GERMANICA (Deutsche Forschungsgemeinschaft)
MINISTERIVM SCIENTIARVM RHENANIAE-GVESTFALIAE (Ministerium für Wissenschaft und Forschung des Landes Nordrhein-Westfalen)
VNITARVM NATIONVM EDVCATIONIS SCIENTIAE CVLTVRAE ORDO (U.N.E.S.C.O.)
VNIVERSARVM NATIONVM CONSILIVM PHILOSOPHIAE ET SCIENTIARVM HVMANARVM
(Conseil International de la Philosophie et des Sciences humaines)
CONSILIVM STVDIORVM PROVEHENDORVM IN NATIONE ITALICA (Consiglio Nazionale delle Ricerche)
FVNDATIO PACKARDIANA (The David and Lucile Packard Foundation)
FVNDATIO QVAE VOCATVR CANON FOVNDATION
PETRVS (†) ET SILVIA FLVRY
FRITZ SCHAEFER SVEVOFORTENSIS

DABAM MONACHII KALENDIS NOV. A. MMIX

ERNESTVS VOGT
CONSILII EDITORVM PRAESES


digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Voluminis decimi parte altera sex lustris peracta grato animo recolere licet nomina eorum, qui libro conficiendo pro rata parte operam dederunt.

Vocabula ipsa tractaverunt Neil ADKIN, Hans BALLING, David S. BANTA, Yelena BARAZ, Alfred BAUMGARTNER, Mark BECK, Hugo BEIKIRCHER, Christopher VAN DEN BERG, John BLUNDELL, Heinrich BREIMEIER, Stephan BRENNER, Niels W. BRUUN, Wolfgang BUCHWALD (†), Irene BURCH, Stefania CASTELLI, Marco CIPRIANI, Silvia CLAVADETSCHER, Gaia CLEMENTI, Anthony CORBEILL, Norbert DELHEY, Giuseppe DE LUCA, Maria Luisa DE SETA, Georg EDER, Wilhelm EHLERS (†), Wolfram EULER, Martin FIEDLER, Manfred FLIEGER, Peter FLURY (†), Antoine FOUCHER, Karsten FRIIS-JENSEN, Irene FRINGS, Rodolfo FUNARI, Giovanbattista GALDI, Paolo GATTI, Kristina GIANNOTTA, Alessandra GOBBI, Peter GROSSARDT, Ramón GUTIÉRREZ, István HAJDÚ, Gustaf C. HANSEN, Theodor W. HARBSMEIER, Gregory B. HAYS, Frances V. HICKSON, Michael HILLEN, Nigel HOLMES, Jefferds HUYCK, Luisa JIMÉNEZ-VILLAREJO, Hans VON KAMPTZ (†), Ursula KEUDEL (†), Wytse H. KEULEN, Marion KOOREMAN, Jan Cornelis KORTEWEG, Christopher KREBS, Dietfried KRÖMER (†), Klaus-Henrich KRUSE, Barbora KRYLOVÁ, Gerhard KUHLMANN (†), Cornelis G. VAN LEIJENHORST, Bernhard LÖSCHHORN, Simon MALLOCH, Roberta MARCHIONNI, Hans MARTINET, Tadeusz MASLOWSKI (†), Matteo MASSARO, Johanna A. H. MENSINK, Claudia MONTUSCHI, Ciriaca MORANO RODRÍGUEZ, Alfredo MORELLI, Hans-Friedrich MUELLER, Robert Joseph NEWMAN, Oleg NIKITINSKI, Hans Joachim OESTERLE, Marijke OTTINK, Marianne PADE, Grant PARKER, Alessandra PERI, Paolo PIERONI, Karl PLEPELITS, Johann RAMMINGER, Viktor REBRIK, Elisabeth J. REIJGWART, Ilse REINEKE, Raphaël REY, Stefano ROCCHI, Joseph M. ROMERO, Michela ROSELLINI, Martin SAUER-GAERTNER, Helga SCHEIBLE, Christine SCHMITZ, Josine SCHRICKX, Bianca-Jeanette SCHRÖDER, Johannes SCHWIND, Mariateresa SCOTTI, Patrick SINCLAIR, Mario SOMAZZI, Friedrich SPOTH, Byron STAYSKAL, Francesco STELLA, Roberta Lynn STEWART, Stefan STIRNEMANN, Barbara SUTER, Peter TERKELSEN, Drahomíra TESAŘOVÁ, Gabriele THOME (†), Torben VESTERGAARD, Shirley WERNER, Claudia WICK, Hans WIELAND, Franz WIESINGER (†), Marianne WILD, Dominik WIRTH, Cornelia ZÄCH, Andrew ZISSOS, Anna-Clara ZOPPI.

Originem vocabulorum multorum illustravit Meinrad SCHELLER, cui morte praerepto inde a quaternione sexagesimo septimo successit Bernhard FORSSMAN Erlangensis; quorum explicationes inseruimus inter uncinos angulatos addita nominis nota (sc. *Sch.* vel *Fo.*). Eodem modo indicavimus, quam sortem vocabula continuo usu servata in linguis romanicis q. d. habuerint; quas voces in usum Thesauri collegerunt Arnulf STEFENELLI (*St.*, †) usque ad quaternionem centesimum quadragesimum, deinde Christian SCHMITT Bonnensis (*C.S.*).

In plagulis perscrutandis liberaliter nos adiuverunt imprimis James Noel ADAMS Oxoniensis, Jacques ANDRÉ (†), Antoon BASTIAENSEN (†), Alfons BÜRGE Monacensis, Josef DELZ (†), Wilhelm EHLERS (†), Klaus-Dietrich FISCHER Mogontiacensis, Philippe FLEURY Cadomensis, Rudolf HAENSCH Monacensis, Heinz HAFFTER (†), Eberhard HECK Tubingensis, Rolf HEINE Gottingensis, Henry David JOCELYN (†), Bengt LÖFSTEDT (†), Aldo LUNELLI Patavinus, Italo MARIOTTI Bononiensis, Scevola MARIOTTI (†), Matteo MASSARO Barinus, Otto PRINZ (†), Cesare QUESTA Urbinas, Heikki SOLIN Helsinkiensis, Sebastiano TIMPANARO (†), Roland WITTMANN Francofurtensis (ad Viadrum). His ceterisque viris doctis, qui curarum nostrarum arbitros quoquo modo se praestiterunt amicissimos, libenter hic gratiam referimus dignam.

In munere redigendi inde ab initio a Petro FLURY, redactore tunc Thesauri generali, quem defunctum ante tempus valde doleo, et ab Iohanne WIELAND, praeceptore meo humanissimo, adiutus socios adsumpsi Cornelium G. VAN LEIJENHORST (*v.L.*) inde a quaternione septuagesimo altero, Iohannem BLUNDELL (*Bl.*) a centesimo decimo primo usque ad centesimum quadragesimum primum, Claudiam WICK (*Wk.*) inde a centesimo sexagesimo quarto. Nonnulla lemmata lima sua polierunt Silvia CLAVADETSCHER, Michael HILLEN, Nigel HOLMES, totos fasciculos typis imprimendos, ne quid absonum ibi maneret vel irreperet, summa cura excussit Gerard DUURSMA redactorum minister. His igitur ceterisque collegis summas gratias agentem munus iniunctum me tandem deponere iuvat.

Id. Nov. a. MMIX

Hugo BEIKIRCHER (*Bk.*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

# THESAVRVS LINGVAE LATINAE

## VOLVMEN X 2

---

## PORTA

***porta,** -ae *f.* [*sine dubio ab eadem radice, quae subest vocibus* **portus,** portare *derivandum videtur, sed formationem nec per suffixum* -tā *nec per partic. pro subst. fem. adhibitum facile explicaveris. Sch.*] *derivatur a* portare: CATO orig. 18 adn. (*si recte verba genuina existimavit Schröder, 1971 ad l.*) qui urbem novam condet, tauro et vacca aret; ubi araverit, murum faciat; ubi -am vult esse, aratrum sustollat et portet et -am vocet (DON. Ter. Ad. 583, 1 ISID. diff. 1, 308. *ad rem cf. l. 49 sqq., ceterum* VARRO rust. 2, 1, 10 tauro et vacca, qua essent muri et -ae, definitum). VARRO ling. 5, 142 qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, -as *appellabant* (*cf.* SERV. Aen. 1, 83 omnis exitus -a dicitur, quasi [*addunt codd. aliquot*] qua potest vel importari vel exportari aliquid [*inde* ISID. orig. 15, 2, 22]. *sim.* CASSIOD. in psalm. 68, 13 -a ... dicta est, quod inde portentur omnia. 117, 19 *v. infra p. 8, 14. cf. etiam p. 7, 84*). *scribitur* purta INSCR. Année Epigr. 1927 n. 163 (*Durae-Europi; 'haud scio an* u *propria fuerit linguae hominis barbari' Prinz, De O et U vocal. 86*). *dat. abl. plur.* -abus GELL. hist. 29. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER. *per totam latinitatem; abiit in sermonem gr.* πόρτα, *v. Sophoclès, Gr. Lex. of the Roman and Byz. periods s. v. et Lampe, Patristic Gr. Lex. s. v.* [*val.* poartă; *dalm.* puarta; *it.* porta; *raet. occ.* porta, *or.* puarte; *francog.* porte; *prov. vet.* porta, *var. prov., francoprov., vasc.; cat.* porta; *hisp.* puerta; *port.* porta. *cf. M.-L. 6671. Battisti-Alessio IV 3028. Wagner II 298. Wartburg IX 198 sqq. Corominas III 912. Machado² III 1857. St.*] [*confunditur in codd. cum* portus PLAVT. Epid. 217 CIC. nat. deor. 2, 66. *vix recte trad.* AETNA 522 -am (*pro* partem?). *ex falsa interpretatione vocis gr.* θυρεῶν (*an legit interpres* θυρῶν?) RVFIN. hist. 3, 6, 19 -arum quoque indumenta detrahentes *homines fame coacti* (*recte verterunt Heges. 5, 39 p. 381, 21 et Ps. Rufin.* scutis).]

*i. q.* πύλη (GLOSS.; *gr. respondet, nisi alia adnotavimus*). *significari imprimis transitum elucet e. g. locis quibus memorantur* -ae (-arum) fauces (*p. 2, 49 nec non 5, 14*), fores *vel* ianua (*infra p. 2, 42 sqq.*), ianus *p. 2, 40,* iter (*p. 2, 50 nec non 5, 8*), ostium (SIL. 13, 421 STAT. Theb. 6, 617 VVLG. I reg. 21, 13 III reg. 22, 10 Ezech. 46, 3 CE 1806, 2. *al.; cf.* INSCR. Année Epigr. 1973 n. 225 [*Vibone, saec. I a. Chr.*] ostia in -as facienda ... locarunt) *et exemplis translatis admodum raro rem claudentem respicientibus confirmaturque forma -arum castrorum (v. quae ad IA2 monuimus). sed haud raro respiciuntur ipsae* valvae, tabulae, fores: *cf. locutiones aperiendi et claudendi p. 8, 44 et 60 sqq. nec non iuncturas* -am torquere VERG. Aen. 9, 724, quassare SIL. 4, 283, pulsare SIL. 4, 513. 12, 40. 566. 17, 196 VAL. CEM. hom. 17, 5, -is obserare (*p. 7, 68*), *sim. al.; cf. etiam p. 5, 23. 7, 73. -as quasi humanis sensibus praeditas v. p. 9, 27 sqq.*

**I** *proprie (addidimus metonymias et synecdochas p. 3, 2. 35. 4, 75. 6, 63 [cf. p. 9, 30]; ceterum v. quae ad B2 monuimus); respic. aditus:*
**A** *strictius, sc. locorum circumsaeptorum (templa, palatia sim. muris cincta ab aliis aedificiis sub B1 allatis separare noluimus; opp.* fores *domuum* OV. am. 1, 9, 20 [*cf.* PS. APVL. herb. interpol. 124 l. 14 pro -is et pro foribus], ianua IVV. 7, 42, *sed v. infra p. 5, 23*): **1** *urbium, oppidorum* (SERV. auct. Aen. 1, 83 -a proprie aut urbis aut castrorum est. *quomodo muri quidem sancti, -ae autem profanae fiant in urbibus condendis, tradit Plut. Romul. 11, 4 sq. et quaest. Rom. 27* [*cf.* FEST. p. 285. *inter res sanctas una cum muris habentur* GAIVS inst. 2, 8, *sim.* HERMOG. dig. 43, 6, 2]. *laxius adhibetur ad significandas regiones urbis maxime sub bδ, fortasse etiam p. 2, 57*): **a** *varia exempla* (*selecta praeter antiquissima*): PLAVT. Bacch. 711 intendam ballistam in senem; ea ballista si pervortam turrim et propugnacula, recta -a invadam extemplo in oppidum anticum (*'recta per -am' Ussing ad l.; iocose pro 'recta via' dictum esse putant Brix-Niemeyer ad Mil. 329* recto ostio; *Kiessling coni.* fracta -a. *cf.* CIC. fam. 9, 19, 1 recta ... a -a domum meam venisse *Balbum*). 955 cum -ae Phrygiae limen superum scinderetur, *ut equus ligneus invehi posset* ([*Chrysalus comparat dolos suos cum expugnatione Troiae ut* 978 Priamum, *sc. Nicobulum,* adstantem ... ante -am]. *de iunctura v. vol. VII 2, 1403, 83 sqq.*). Capt. 90 Men. 400. Pseud. 597 septumas esse aedis a -a, ubi ille habitet leno. Trin. 423 pater quom peregre veniet *domo amissa,* in -a est locus *ei, sc. ubi mendici commorantur.* TER. Ad. 583 priusquam ad -am venies, apud ipsum lacum *eqs.* (*v. vol. VII 2, 862, 73 sqq.*). LVCIL. 124 *Puteolis* ad -am *maritimam* mille a -a *Capuana* est. SISENNA hist. 86 neque -a neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri (*dubitanter hic citavimus contextu deficiente*). INSCR. lib. rei p. Degrassi 598 (*aet. Sull.*) murum, -as, forum, porticus ... facie(ndum) curar(unt) (CAES. civ. 1, 21, 2. 1, 34, 5 BELL. Afr. 23, 2 VARRO rust. 2, 1, 10. 3, 1, 3 OV. trist. 4, 1, 69 LIV. 23, 16, 9. 24, 1, 3 *m.* -as. *al.; cf. p. 1, 6 sqq. necnon* CIC. Phil. 12, 20 moenibus et -is [LIV. 21, 57, 1. 44, 13, 3]). CIC. inv. 2, 123 cum lex aperiri -as noctu vetaret *eqs.* Cluent. 175 solebat *Oppianicus* ... extra -am aliquid habere conducti. Catil. 1, 10 patent -ae, proficiscere. dom. 76 a -a in Capitolium ... comitatum (*de eadem re* Sest. 131). LVCR. 1, 316 -as propter aëna signa (*cf.* VARRO ling. 5, 58 quas Samothracia ante -as statuit duas ... species ... aënas [*de eadem re* SERV. auct. Aen. 3, 12 ante -am]). CAES. Gall. 2, 6, 2 *barbari oppugnantes* -as succendunt (propius succedunt *Klotz, alii alia; cf.* 7, 11, 8 -is incensis). HIRT. Gall. 8, 51, 2 nihil relinquebatur, quod ad ornatum -arum ..., qua Caesar iturus erat, excogitari poterat. CIL I² 1563 *aediles* -as faciundas dederunt. VARRO ling. 5, 163 -a Naevia ..., deinde Rauduscula ..., (164) hinc Lavernalis ...; praeterea intra muros video -as dici in Palatio (*sc. Romae antiquissimae*) Mucionis a mugitu ..., alteram Romanulam, ab Roma dictam, quae habet gradus in nova via ad Volupiae sacellum; (165) tertia est Ianualis *eqs.* (*cf. et p. 5, 38 sqq.*). frg. (376 F.) Schol. Verg. Veron. Aen. 5, 241 Portunus ... deus por⟨tuum porta⟩rumque praeses (*cf.* PAVL. FEST. p. 56 deus putabatur esse -arum. *dubites de* CIC. nat. deor. 2, 66 Portunus a -a [portu *var. l.*]). VERG. Aen. 1, 422 Aeneas ... miratur -as *Carthaginis.* 12, 122 plenis agmina se fundunt -is (LIV. 1, 14, 8). PROP. 4, 3, 17 (*loq. uxor viri in bello absentis*) omnibus heu -is pendent mea noxia vota (*templorum -as vix recte intellegit Fedeli, 1965 ad l., cf.* 71 -ae ... Capenae). 4, 10, 31 super -ae dux ... astitit arcem. OV. am. 1, 9, 20 hic *miles* -as frangit, at ille *amator* fores *amicae durae.* fast. 2, 201 Carmentis -ae dextro est via proxima iano; ire per hanc (hunc *Ehwald*) noli ...; (204) -a vacat culpa, sed tamen omen habet (*in eadem re*: LIV. 2, 49, 8 infelici via, dextro i. -ae Carmentalis). LIV. 1, 14, 11 priusquam fores -arum obicerentur (*eadem iunctura*: 25, 30, 10. 26, 39, 22. 28, 6, 5. VVLG. prov. 1, 21 in foribus -arum urbis. *al., v. etiam infra p. 5, 81 et cf.* ITALA iud. 16, 3 [Lugd.] ianuas -ae civitatis [VVLG. -ae f. *cf. etiam p. 5, 60. 72. 6, 35*]. *ceterum variis modis iuxta ponuntur* -ae *et* f.: LIV. 5, 13, 13. 26, 46, 6 VVLG. prov. 8, 3. *cf. etiam infra p. 5, 1. 7, 11*). 27, 28, 12 e turribus (turri eius *var. l.*) -ae (31, 24, 16. 44, 31, 7. *cf. etiam p. 5, 2*). 44, 31, 9 in ipsis faucibus -ae. VITR. 1, 3, 1 murorum turriumque et -arum ratio ad hostium impetus perpetuo repellendos excogitata. 1, 5, 2 uti -arum itinera non sint directa, sed scaeva. PLIN. nat. 16, 210 *ligna ulmorum* cardinibus coassamentisque (crassa- *trad., Theophr. hist. plant. 5, 3, 5 αἱ θύραι tantum*) -arum utilissima. SIL. 10, 411 -arum aditūs (FRONTIN. strat. 3, 3, 5 in ipso aditu -ae. *cf. infra p. 4, 80. sed gen. identitatis esse vid.* AMM. 17, 4, 2 urbem ... -arum centum quondam aditibus celebrem, hecatompylos Thebas). *al.* *dubitanter huc referimus* IVV. 8, 160 Idymaeae Syrophoenix incola -ae (SCHOL. tabernarius, qui prope -am

[*Buchwald*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manet. *fortasse significatur regio urbis; sunt qui loca quaedam Asiae intellegant, v. sub IIA.* Petrae *coni. Froehner*). *? per synecdochen de civitate, urbe*: VVLG. deut. 17, 2 cum repperti fuerint malefici apud te intra unam -arum tuarum, quas deus tuus dabit tibi (*sing. sec. hebr., sed eadem verba* 15, 7 *liberius vertuntur per* intra -as civitatis tuae, *gr. utrobique ἐν μιᾷ τῶν πόλεών σου. cf. etiam bγ; vix huc referenda sunt alia exempla similium locutionum, ubi hebr. et* VVLG. *praebent plur.* intra -as *sim., e. g.* exod. 20, 10 deut. 14, 21. 27. 29. *al.*).

b *certo quodam respectu*: α *exsequiarum* (*cf. l. 22*): PLAVT. Cas. 354 ille (*maritus*) . . . videre *velit* ardentem te (*uxorem*) extra -am mortuam (metuam *trad.*). PROP. 4, 7, 29 (*loq. Cynthiae umbra*) si piguit -as ultra procedere *in funere meo*. OV. met. 7, 607 *non* capiebant funera -ae (*cf.* SEN. Oed. 130 turbae tumulos petenti non satis septem patuere -ae). PERS. 3, 105 compositus lecto . . . in -am rigidas calces extendit (*huc traxit e. g. Némethy, 1903 ad l.; sunt qui ianuam intellegant*). STAT. Theb. 3, 198. TAC. ann. 3, 5, 2 non patruum saltem -a tenus obvium *fuisse funeri Germanici*. CE 470, 6 -a probat homines (*sc. funus amici aut comitantes aut deserentes*).

β *triumphorum* (*de situ huius -ae in urbe Roma v. Kähler, RE VII A 1, 374, 41sqq.; ceterum cf. s. v.* arcus *vol. II 479, 75sqq. et v. supra p. 2, 25*): CIC. Pis. 55 *nullius momenti est*, qua tu -a introieris, modo ne triumphali (TAC. ann. 1, 8, 3 ut -a t. duceretur funus *Augusti* [*eadem refert* SVET. Aug. 100, 2]. CIL X 1695 [*Puteolis, saec. IV med.*]. XIV 2850 seminaria a -a t. [*respici videtur -a urbis*]). MART. 8, 65, 11 (*8 arcus*) haec est digna tuis, Germanice, -a triumphis. APVL. apol. 17, 7 qui *Manius Curius* ter triumphum una -a egerit.

γ *coetuum, conventuum, sc. more semitico* (*dub. an huc trahendum et p. 9, 30*): (I) *respiciuntur contiones vel iudicia* (*rem explicat* HIER. in Zach. 8, 16 quaeritur, quare apud Iudaeos in -is locus fuerit iudicandi; ne cogerentur agricolae intrare urbes et aliquod subire dispendium, iudices in -is residebant, ut tam urbanos quam rusticos in exitu et introitu urbis audirent et finito negotio unusquisque confestim ad sedes proprias reverteretur [*sim.* in Am. 5, 10]): CIL VIII 26517, 11 (*a. 48/49*) *quidam honoratur a senatu populoque Thuggae* omnium -arum sententi(i)s (*metonymice de ipsis iudicibus; 'locutio retenta videtur ex aetate, fortasse etiam ex sermone Punico' edd., qui conferunt usum hebr. infra citatum. ad rem v. post alios Kotula, Klio 54, 1972, 227sqq.*). ITALA deut. 21, 19 (Lugd.) adduxerint eum (*filium contumacem*) ad seniores civitatis suae et ad -a(m) loci illius (VVLG. et ad -am iudicii [*cf.* II Esdr. 3, 30 -am iudicialem]). 22, 15 (Lugd.) proferent virginalia puellae ad seniores ad -am (VVLG. ad seniores urbis, qui in -a sunt). 25, 7 (Lugd.) ascendet mulier super -am ad seniores (*gr. ἐπὶ τὴν πύλην ἐπὶ τὴν γερουσίαν*. Aug. loc. hept. 5, 58 in -am ad senatum, VVLG. perget . . . ad -am civitatis et interpellabit maiores natu). Zach. 8, 16 (Iren. 4, 17, 8 = 4, 29, 4 H., *sim.* VVLG.) iudicium pacificum iudicate in -is vestris. VVLG. deut. 16, 18 iudices et magistros constitues in omnibus -is tuis ([*Lugd.* civitatibus]. Am. 5, 15 constituite in -a iudicium). Am. 5, 10 odio habuerunt corripientem in -a. 5, 12 *iudices* pauperes (*acc.*) deprimentes in -a. *al. in vet. test.* (II) *respiciuntur potius privata colloquia*: ITALA Ruth 4, 1 (Complut., *sim.* VVLG.) Booz ascendit ad -am et sedit ibi. psalm. 68, 13 (Veron. *al., sim.* VVLG.) adversus me insultabant, qui sedebant in -a. 126, 5 (*ibid.*) *vir filiis munitus* non confundetur, dum loquetur inimicis suis in -a. VVLG. prov. 31, 23 nobilis *est* in -is vir eius (*mulieris bonae*), quando sederit cum senatoribus terrae (*cf.* 31, 31 laudent eam in -is opera eius). *al. in vet. test.*

δ *exercitae iuxta -am artis vel negotii*: CIL V 5872 ⟨c⟩ollegium ⟨iu⟩mentario⟨r(um)⟩ -ae ⟨Ve⟩rcellinae. VI 9618 mellar(ius) a port(a) Trigem(ina) (*cf. in nomine regionis*: 9515 librarius ab extr(a) -a T.). 33914 sutor a -a Fontinale. X 4660 gisiarios -a⟨e⟩ Stellatinae. *addas* CIL XIV 2850 (*v. l. 24*).

c *locutiones quaedam in usum proverbii vergentes*: CIC. Phil. 1, 11 *ego ante alios in senatum vocatus sum*; Hannibal, credo, erat ad -as (*exemplum summi periculi ut* fin. 4, 22. *cf. Otto, Sprichw. n. 785*). Att. 6, 8, 5 Bibulus, qui, dum unus hostis in Syria fuit, pedem -a non plus extulit quam domo sua (7, 2, 6. 8, 2, 4 SVET. Tib. 38. *cf. Otto, Sprichw. n. 1398*). VARRO rust. 1, 2, 2 -am itineri dici longissimam esse (*cf. Otto, Sprichw. n. 1453*).

d *in comparationibus* (*addidimus imaginem l. 81, v. etiam p. 1, 56. 2, 3 et sub B*): PRIAP. 52, 5 (*loq. Priapus*) *penis meus* eundo et exeundo -a te faciet patentiorem. OV. ars 3, 577 omnia tradantur *iuveni amanti*, -as reseravimus hosti. SEN. dial. 3, 8, 2 (*de ira quasi hoste procul arcendo*) cum intravit et -is se intulit, modum a captivis non accipit. PLIN. nat. 16, 6 (*de radicibus arborum silvae Hercyniae*) arcus ad ramos usque . . . curvari -arum patentium modo. PS. QVINT. decl. 13, 10 obluctantia diu legum velut claustris scelera libera -a prorumpunt. IVV. 7, 42 *patronus ad recitationem non nisi maculosas* commodat aedes; haec longe ferrata domus servire iubetur, in qua sollicitas (*sc. oppugnatione*) imitatur ianua -as. 13, 27 rari . . . boni . . ., vix sunt totidem quot Thebarum -ae. FLOR. epit. 3, 6, 10 Propontidos fauces Porcius Cato sic obditis navibus quasi -am (portum *var. l.*; -a *edd. plerique, vix recte, cf. et p. 8, 66sq.*) obseravit. APVL. met. 5, 19, 5 nanctae iam -is patentibus nudatum sororis animum facinorosae mulieres . . . puellae . . . cogitationes invadunt. HERM. vulg. sim. 9, 12 (*cf.* Pal.) sicut . . . in . . . urbem non potes aliter intrare quam per -am eius, ita nec in regnum dei potest aliquis intrare nisi per nomen filii eius (*cf.* ITALA Matth. 7, 13 *sub B2a*).

*appendix ad IA1 -arum nomina recensens* (*sc. urbis [v. Jordan, Topogr. der Stadt Rom I 1, 207sqq. 340sqq.], nisi alia oppida indicantur*); *respiciuntur*: a *variae nominum rationes*: PLAVT. Capt. 90 Trigeminam (FAST. ann. Iul. Allif. Aug. 13 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 181]. LIV. 4, 16, 2. 35, 10, 12. 35, 41, 10. 40, 51, 6. 41, 27, 8 VAL. MAX. 4, 7, 2 PLIN. nat. 18, 15. 34, 21 FRONTIN. aq. 5, 5 CIL VI 9488. 9515. 9618). VARRO ling. 5, 42 Pandanam (*v. sub b*). 5, 163 Rauduscula, quod aerata fuit; aes raudus dictum (*cf.* PAVL. FEST. p. 275 Rodusculana -a appellata, quod rudis et impolita sit relicta, vel quia raudo, id est aere, fuerit vincta. CIL VI 975 [*a. 136*] b I 52 vico -ae Rudusculanae). 5, 164 Mucionis a mugitu, quod ea pecus . . . exigebant (*cf.* frg. Non. p. 531, 21 Mugionis [-es *trad.*]. PAVL. FEST. p. 144 Mugionia . . . dicta est a Mugio quodam, qui eidem tuendae praefuit. SOL. 1, 24 Mugonia. *Dionys. ant. 2, 50, 2 παρὰ ταῖς καλουμέναις Μουγωνίσι [μ(ο)υρων- trad.] πύλαις*). OV. fast. 6, 578 nocte domum *Servii Tullii* parva solita est *Fortuna* intrare fenestra, unde Fenestellae nomina -a tenet. LIV. 25, 9, 9 -am Temenitida *Tarenti* (*Polyb. 8, 25, 7 et 8, 28, 2 τὰς Τημενίδας προσαγορευομένας πύλας. nomen cum Temeno Heraclida confert post alios Waser apud Roscher V 359, 24*). PAVL. FEST. p. 45 Catularia . . ., quia non longe ab ea . . . canes immolabantur. p. 274 Ratumenna -a a nomine *aurigae cuiusdam*. p. 335 Scelerata -a, quae et Carmentalis dicitur, vocata, quod per eam . . . egressi . . . sunt interfecti *Fabii*. CIL X 4650 (*Calibus*) Geminam (INSCR. Ephem. Epigr. VIII 575 [*Teani*]). 4660 (*Calibus*) laevam. XII 2229[a] (*Gratianopoli*) -am Romanam Ioviam vocari iusserunt (*cf.* 2229[b] -am Viennensem Herculeam vocari iusserunt, *sc. in honorem impp. Diocl. et Maxim.*). *al.* b *situs* (*cf. l. 67*): CATO or. frg. 40, 9 (119 M.) Naevia (VARRO ling. 5, 163 quod in nemoribus Naeviis. LIV. 2, 11, 8. 10 OBSEQ. 44[a] CIL VI 975 [*a. 136*] b I 57). VARRO ling. 5, 42 Saturnia -a, quam Iunius scribit ibi (*sc. in monte Saturnio i. Capitolino*), quam nunc vocant Pandanam (PAVL. FEST. p. 220 quod semper pateret). frg. Cens. 17, 8 Collinam (*al. v. Onom. vol. II 533, 45sqq.*) et Esquilinam (CIC. Pis. 61. 74 de orat. 2, 276 LIV. 2, 11, 5. 3, 66, 5. *al.* FRONTIN. aq. 21, 3. *cf. infra l. 61*). CIC. Pis. 55 Caelimontana ⌊-a⌋ ([*om.* V]. 61 LIV. 35, 9, 3). FEST. p. 161 Viminalem (p. 376 quod ibi viminum fuisse videtur silva). c *numen iuxta -am cultum*: VARRO ling. 5, 164 Lavernalis ab ara Lavernae (*item fere* PAVL. FEST. p. 117 *v. vol. VII 2, 1047, 46sqq.*). CAES. civ. 2, 25, 1 -am quae appellatur Belica (*Vticae ut* BELL. Afr. 87, 3. *utrobique trad.* bellica, *corr. Freinsheim, Hartz*). VERG. Aen. 8, 338 Carmentalem (*al. v. Onom. vol. II 199, 15sqq. et cf.* OV. fast. 2, 201 Carmentis). LIV. 26, 14, 6 Iovis (*Capuae. cf.* CIL V 5872 Ioviae [*Mediolani*]. *alia ratione l. 26*). 35, 10, 12 Fontinali (PAVL. FEST. p. 85 Fontinalia: fontium sacra; unde et Romae F. -a. CIL VI 33914). (PAVL.) FEST. p. 122 Minucia (-tia *codd.*) . . . ab ara Minuci (p. 147 eo quod proxima esset sacello Minucii). p. 261 Querquetularia *a nymphis querquetulanis* (PLIN. nat. 16, 37). p. 327 Salutaris . . . ab aede Salutis, quae ei proxima fuit. p. 345 Sanqualis . . . proxima aedi Sancus. *al.* d *locus vel regio, quo -a fert*: CIC. Att. 7, 3, 9 Flumentanam (VARRO rust. 3, 2, 6 LIV. 6, 20, 11. 35, 9, 3. 35, 21, 5. PAVL. FEST. p. 89 quod Tiberis partem ea fluxisse adfirmant). Tusc. 1, 13 Capena (*al. v. Onom. vol. II 153, 67sq.*). VARRO ling. 5, 164 Romanulam (6, 24. *de eadem* FEST. p. 262 appellata . . . Romana a Sabinis . . ., quod ea proximus aditus erat Romam. *aliter* LIV. 40, 45, 3 Capuae -am . . . Romanam [CIL IV 8356 *Nuceriae*. V 2856 *Patavii*. XII 2229[a] *v. sub a. cf.* PAVL. MED. vita Ambr. 8 ad -am civitatis Mediolanensis, quae R. dicitur]). BELL. Afr. 85, 1 maritima (*Thapsi*). PAVL. FEST. p. 37 Conlatina *ab oppido Conlatia*. p. 179 navalis -a a vicinia navalium dicta. p. 255 Quirinalis . . ., sive quod ea in collem Quirinalem itur, seu quod proxime eam est Quirini sacellum. PLIN. nat. 36, 99 Thracia (*Cyzici*). CIL XIV 3679[a], 5 *et* 10 Esquilina (*Tibure; via Tiburtina Romam ad Esquilinum fert. alia ratione sub b*). *al.* e *transitus variarum rerum sollemnis*: CIC. Pis. 55 triumphali (*al. v. supra p. 3, 19sqq.*). FEST. p. 344 stercus ex aede Vestae . . . defertur in angiportum . . . clivi Capitolini, qui locus clauditur -a stercoraria (*cf.* VVLG. II Esdr. 2, 13 ad -am stercoris [*urbis Ierusalem ut ibid.* 3, 13. 14 *et* 12, 31 sterquilinii]). ITALA II par. 33, 14 (Complut.) piscatoriam (*urbis Ierusalem*; VVLG. piscium *ut etiam* II Esdr. 3, 3. 12, 38; *sic appellata aut quia pisces per eam deferebantur aut a vicinia fori piscarii*). VVLG. II Esdr. 3, 26 aquarum (*urbis Ierusalem; fortasse sic dicta, quod per eam aqua ad usum templi deferebatur*).

2 *castrorum* (*-ae ab exteriore parte muniebantur fossa parva, ab interiore instructae erant propugnaculo quodam q. d. clavicula* [HYG. mun. castr. 49 *et* 55; *v. Domaszewski ad l. p. 68sq.*]; *re exigente imponebantur ericius* CAES. civ. 3, 67, 5, *fores* HIRT. Gall. 8, 9, 4; *in comparatione* LIV. 33, 5, 8 *v. infra; per synecdochen de militia* IVV. *infra*): CAES. Gall. 2, 24, 2 ab decumana -a (*al. v. vol. V 1, 169, 52sqq.*). 4, 32, 1 qui pro -is castrorum in statione erant (*al. v. vol. III 552, 50sqq., ubi corrigas* 8, 19, 7 *pro* 7, 37, 6). 5, 50, 5. 5, 53, 1. civ. 1, 75, 3 *cohortes* erant in statione ad -as (*cf.* VERG. Aen. 9, 183 -am statione tenebant. LIV. 4, 27, 7 -arum stationes. 38, 27, 7 stationibus . . . ad ipsos aditus -arum relictis. *al., v. etiam l. 77 et p. 5, 31*). 2, 15, 4. 3, 67, 5 erat obiectus -is (-ae *Göler*) ericius. 3, 94, 5 ad praetoriam -am (LIV. 40, 27, 3 PAVL. FEST. p. 223 TAC. hist. 4, 30, 1 HYG. mun. castr. 3. 14. 56 AMM. 25, 6, 7 VEG. mil. 1, 23 PS. ASCON. Verr. p. 234, 7 CIL III 7450 [*a. 258*]).

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*ibid.* -as circumeo. *al.* HIRT. Gall. 8, 9, 4 -is fores (fortiores *Koch*) altioresque turres imposuit. BELL. Afr. 35, 4 ante castra -asque valli (83, 2). SALL. Iug. 58, 1 -am inrumpit. 59, 1 -as ... tribunis dispertit. *al.* VERG. Aen. 9, 39 per omnes condunt se Teucri -as (*castrorum, quae e. g. 9, 8 et 48* urbs *appellantur; de iisdem* 9, 45. 238 in bivio -ae. *al. ibid.*). LIV. 2, 45, 5 cum sub ipso vallo -isque streperent. 9, 37, 8 cohortes ad -arum exitus collocantur. 30, 6, 6 homines iumentaque ... obstruebant itinera -arum. 33, 5, 8 *ex munimento graecum in modum confecto* iuvenes ... arborem unam evellebant, qua evulsa -ae instar extemplo patebat (*Polyb. 18, 18, 11 πύλη γίνεται*). 34, 46, 9 duabus principalibus -is signa efferre (40, 27, 4 *et* 5 [*4, 19, 8 deficiente voce* -a]. PAVL. FEST. p. 224 p. castrorum -a nominatur, quod in eo loco est, in quo principes ordines tendunt). 34, 47, 2 -am quaestoriam (34, 47, 3. 40, 27, 7). 41, 26, 3 milites tribus simul -is eduxit ...; non omnes in faucibus pugnare poterant (*al. v. vol. VI 1, 397, 35sq.*). *al.* PAVL. FEST. p. 256 quintana -a in castris post praetorium, ubi rerum utensilium forum sit (HYG. mun. castr. 17 -ae q. [*trad.* -am ea quartae, *corr. Domaszewski*]. *ibid.*: cognominatur ... q. causa copiarum. PRISC. gramm. III 414, 27 quintanus, unde et q. -a castrorum). SIL. 4, 513 pulsari cuspide -as. *al.* IVV. 16, 3 me ... excipiat tironem -a secundo sidere. TAC. Agr. 26, 2 fuit atrox in ipsis -arum angustiis proelium. *al.*

B *laxius, sc. aliorum locorum* (*usu neglegentiore synonyma sunt* fores [AVIEN. orb. terr. 1231], ianua [PROP. 4, 11, 8 APVL. mund. 26 AVIEN. orb. terr. 1235 PRVD. psych. 832]): 1 *terrenorum*: a *ad animalia pertinentium*: *respiciuntur claustra circi, quibus bestiae tenentur*: PLAVT. Persa 436 citius ... a foro fugiunt quam ex -a (cavea *Scaliger*, sporta *Palmer*) ludis cum emissust lepus (lupus *Osann*). STAT. silv. 2, 5, 12 *leones sunt* clausas circum undique -as. *respiciuntur alvearia apium*: VERG. georg. 4, 78 *apes ad pugnam* erumpunt -is. 4, 165 sunt quibus ad -as cecidit custodia sorti (*cf.* PLIN. nat. 11, 20 statio ad -as more castrorum). 4, 185 mane ruunt -is. PLIN. nat. 11, 62 rubetae ... adrepentes ... foribus -as (pertas *et* per eas *var. ll.*) sufflant (*cf. Aristot. hist. anim. 626a 31 ἐπὶ τὰς εἰσόδους ... ἐλθὼν φυσᾷ*). *respiciuntur cava murium* (*iocose in apologo*): PHAEDR. 4, 6, 8 *ii mures, qui in proelio cum mustelis commisso, ut ceteri se sequerentur, cornua sibi alligaverant,* haesere *fugientes* in -is suntque capti ab hostibus. b *templorum, ecclesiarum*: ENN. ann. 267 Discordia ... Belli ferratos postes -asque refregit (VERG. Aen. 1, 294. 7, 607. 621 VAL. FL. 3, 253 PORPH. Hor. epist. 2, 1, 255 OROS. hist. 6, 21, 11. *cf.* VARRO ling. 5, 165 *-a* Ianualis. FLOR. epit. 2, 3, 1 -a Iani). ITALA II par. 3, 7 (cod. 91, *sim.* Complut.) inaurabit domum *dei* ... et -as ... et hostia (*gr. τοὺς πυλῶνας ... καὶ τὰ θυρώματα, Vulg.* postes ... et ostia). psalm. 117, 19sq. (Veron. *al., sim.* VVLG.) aperite mihi -as iustitiae; ingressus in eis confitear domino: haec -a domini, iusti introibunt in ea (*respici videntur -ae templi. aliter* CASSIOD. *ad l., plur.* -as *ad prophetas apostolosque, sing.* -a *ad Christum referens*). act. 3, 10 (cod. e) ad speciosam -am templi *Iudaeorum* (*gr. πύλῃ. cf. 3, 2* ad ianuam templi, quae dicitur speciosa, *gr. θύραν.* VVLG. -a *utroque loco*). ZENO 2, 31 (1, 49 L.) aetherias -as *baptisterii* ... intrate. HIER. epist. 60, 12, 2 *Nepotianus* erat ... sollicitus, ... si ianitor *esset* creber in -a, vela semper in ostiis *eqs.* VVLG. IV reg. 11, 6. 15, 35. I par. 9, 21 ianitor -ae tabernaculi testimonii. Ier. 26, 10. 36, 10. *et saepius in vet. test.* PRVD. psych. 832 (*describitur templum Animae*) aurorae de parte tribus plaga lucida -is inlustrata patet, triplex aperitur ad austrum -arum numerus, tris occidualibus offert ianua trina fores. GREG. TVR. Franc. 2, 38 inter -am atrii *basilicae s. Martini Turoni sitae* et ecclesiam civitatis (*inde restituit Bonnet, Latin de Grég. 603, 1* -am *pro* coram Iul. 48). BENED. reg. 66, 1 ad -am monasterii ponatur senes ([*Rufin. hist. mon. 17* ianuam, *Cassian. inst. 4, 7* vestibulo]. 66, 2 *v. sub* portarius). INSCR. christ. Diehl 1845 (*a. 641, an 651?*) nova(m) construxit ianue -am. c *villarum, aedificiorum quorumlibet* (*vix huc* PERS. *p. 3, 14; oppon.* posticum SCHOL. Hor.): SALL. Iug. 12, 3 ut ... -arum *villae, qua Hiempsal utebatur,* clavis adulterinas paret *lictor Iugurthae* (*antea*: domo, *5* aedis). OV. met. 6, 597 *Progne* -as *stabulorum, quibus Philomela clausa tenetur* (*521. 573*) ... refringit germanamque rapit. PLIN. nat. 21, 108 *asphodelum* ante -as villarum satum ([*Theophr. hist. plant. 7, 13, 4 πρὸ τῶν θυρῶν τῆς εἰσόδου*]. 28, 157). VAL. FL. 7, 300 *Venus in Circem mutata* -is *palatii* (*vix urbis*) exspectat in ipsis *Medeam.* APVL. met. 10, 29, 3 ante -am *caveae* constitutus. *ibid.*: oculos patente -a spectaculi prospectu ... reficiens. mund. 26 (*describitur palatium regum Persarum*) interiores fores exteriores ianuae muniebant -aeque ferratae et muri (*gr. 398a18 θύραις*). ITALA iud. 18, 16 (Lugd.) *viri* dispositi ad ianuam -ae *domus cuiusdam* (*gr. A παρὰ τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, B παρὰ θύρας τῆς πύλης, Vulg.* ante ostium). II par. 23, 15 (Complut.) intrabit per -am equitum domus regis ([d. *pro gen. accipiendum sec. gr.*; VVLG. -am equorum; *loco gemino Vulg. IV reg. 11, 16* per viam introitus equorum]. VVLG. II reg. 11, 9 II Esdr. 3, 20. 21 Is. 43, 9). SCHOL. Hor. epist. 1, 5, 31 ut, dum ille *ostiarius* speraverit eum transiturum per -am, exeat per posticum. VVLG. cant. 7, 13 in -is nostris omnia poma. SVLP. SEV. chron. 1, 6, 4 Loth in -a sedentem (*Vulg. gen. 18, 1* in ostio tabernaculi sui). DRAC. Orest. 726 post ... fores -ae, quibus est prostratus (protractus *Rossbach*) Atrides, *Aegisthum interficiunt famuli.* ENNOD. carm. 2, 17, 3 venator -is adponit missile ferrum (*2* in foribus).

2 *fabulosorum vel extra terram sitorum* (*locos quosdam ad IIA vergentes ab his separare noluimus*): a *caeli (paradisi) eiusque regionum, solis*: ENN. frg. var. 24 (*loq. Scipio Africanus*) mi soli caeli maxima -a patet ([SIL. 15, 78. *cf.* CIC. rep. frg. 6 est vero, Africane; nam et Herculi eadem ista -a patuit]. VERG. georg. 3, 261 quem *iuvenem* super ingens -a tonat c. [*Hom. E 749 πύλαι μύκον οὐρανοῦ*]. ITALA gen. 28, 17 [Lugd. *al.* = VVLG.]. AMBR. fid. 4, 2, 17. VVLG. Ier. 2, 12 *v. p. 9, 32 cf.* caelestis: HIL. in Matth. 2, 6 AMBR. fid. 4, 2, 6). *?* VARRO *v. l. 24.* OV. met. 12, 45 *Fama in domo sua* nullis inclusit limina -is. MANIL. 2, 870 -a laboris (*e coni. dub. respic. unus e duodecim locis astrologorum, v. vol. IX 2, 868, 56; sed cf.* FIRM. math. 2, 17 qui locus inferna -a dicitur [*de eadem* 2, 19, 3]). STAT. Theb. 7, 35 Arctoae labentem cardine -ae *Mercurium.* 10, 1 obruit Hesperia Phoebum nox ... -a. APVL. mund. 11 eurus est, quando hiemalis ortus -is emittitur (*gr. aliter*). ITALA Matth. 7, 13 (aur. *al.* = VVLG.) intrate per angustam -am; quia lata -a et spatiosa via, quae ducit ad perditionem (*gr. πύλη. sim.* Luc. 13, 24 [*ibid.*] contendite intrare per angustam -am [*falsa var. l. gr. πύλης pro θύρας, quod verterunt cod. a al.* ostium]. *cf. l. 24 et comparationes p. 3, 84. 7, 54*). apoc. 21, 12 (cod. g, Primas. *ad l.* = VVLG.) *Ierusalem caelestis habet* -as duodecim (*de eisdem* 21, 13. 15. 21. 25. 22, 14; *gr. ubique πυλῶνες. ceterum cf.* PAVL. NOL. carm. 33, 95 aeternam -is gemmantibus urbem). LACT. Phoen. 2 qua patet aeterni maxima -a poli (*respicitur -a, qua sol oritur ut* VEN. FORT. carm. 3, 9, 2. *aliter*: PAVL. NOL. carm. 33, 124 patet ... -a p. merito *mortuo.* CARM. cod. Petav. 14, 2 *Christianis* patet angusti pervia -a p. [*sec.* Matth. 7, 13sq.]). SERV. auct. georg. 1, 34 Varro ... ait se legisse Empedotimo cuidam Syracusano ... mortalem aspectum detersum eumque inter cetera tres -as vidisse tresque vias: unam ad signum Scorpionis, qua Hercules ad deos isse diceretur *eqs.* PRVD. perist. 1, 29 nobilis per vulnus amplum *martyris percussi* -a *paradisi* iustis panditur. CLAVD. 7, 171 *Theodosio in caelum ascendenti* australes reserat -as ... Orion. 17, 119 autumni -as, qua vergit in austrum signifer (*aliter* Q. CIC. *sub II C*). MACR. Sat. 1, 17, 63 *Cancer et Capricornus* -ae solis vocantur (*de eisdem*: somn. 1, 12, 1sq. has s. -as physici vocaverunt, quia in utraque obviante solstitio ulterius solis inhibetur accessio ...; per has -as animas de caelo in terras meare *eqs. cf. Hom. ω 12 ἠελίοιο πύλας*). VISIO Pauli 19 rec. Sang. (*sim.* P) steti ad ianuas -(a)e *tertii caeli. al.* b *Orci, leti, Somni*: LVCR. 3, 67 *contemptus et egestas* quasi iam leti -as cunctarier ante *videntur* (*cf. Verg. Aen. 6, 273sqq.* in faucibus Orci). VERG. Aen. 6, 552 (*549 Tartari* moenia lata ... circumdata muro) -a adversa ingens. 6, 574 stridentes cardine sacrae panduntur -ae. 6, 631 conspicio ... adverso fornice -as (*634* foribus, *635* aditum). 6, 893 sunt geminae Somni -ae, *sc. cornea et eburna* (*cf. Hom. τ 562 δοιαὶ ... πύλαι ... ὀνείρων et* HOR. carm. 3, 27, 41 imago vana, quae -a fugiens eburna somnium ducit. PROP. 4, 7, 87 piis venientia somnia -is. STAT. silv. 5, 3, 288 inde ... venias, melior qua -a [parte *trad.*] malignum cornea vincit ebur. TERT. anim. 46, 2 AVSON. 157, 24 p. 14 P.). TIB. 1, 3, 71 in -a ... Cerberus ... stridet et ... excubat ante fores. PROP. 4, 11, 8 ubi portitor aera recepit, obserat herbosos lurida -a locos (*ibid. 2* ianua nigra). OV. met. 4, 439 mille capax aditus et apertas undique -as urbs *umbrarum* habet. 10, 13 ad Styga Taenaria ... descendere -a (STAT. Theb. 1, 96). SEN. Herc. f. 720 -a regni *mortis.* 986. VAL. FL. 1, 832 hic geminae aeternum (infernum *Jeep*) -ae, quarum altera dura semper lege patens populos regesque receptat; ast aliam temptare nefas *eqs.* 1, 847 -ā quanta sinistrā poena ... maneat Pelian. SIL. 13, 421 turbida -ae ostia Tartareae. 13, 465 -as ... Acherontis adire. 13, 531 cingunt regna *Ditis* decem -ae (*enumerantur deinceps; nota* 541 naufraga -a ..., sic illam nomine dicunt). STAT. Theb. 11, 421. 12, 558 Stygiae ... a limine -ae. APVL. met. 6, 18, 2 per -as hiantes monstratur iter. TERT. anim. 56, 2 adire -as inferum (*Hom. Ψ 71 πύλας Ἀίδαο*). resurr. 44 p. 90, 27 -as adamantinas mortis (*al. v. vol. VIII 1505, 11sq.*). ITALA Is. 38, 10 (Hier. *ad l.* = VVLG.) vadam ad -as inferi ([inferni *var. l.*]. Matth. 16, 18 [cod. b *al., cf.* VVLG.] super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et -ae i. non praevalebunt ei [*gr. πύλαι ᾅδου,* inferni, infernorum *alii codd.; per synecdochen et metonymian intellegendae videntur potestates infernae, v. Jeremias, Theol. Wb. NT VI 923sqq.; aliter explicant e. g.* AMBR. in Luc. 7, 5 neque ... Petrus mortuus est, cui ... inferi -a praevalere non potuit. HIER. *ad l.* -as i. vitia reor ... vel certe haereticorum doctrinas *eqs.*]). Matth. 7, 13 lata -a (*v. sub a*). ORAC. Sibyll. Aug. civ. 18, 23 p. 285, 30 D. *Christus* -as effringet Averni. VEN. FORT. Mart. 1, 7 Christus ... captivum retrahens -is bipatentibus agmen. c *carceris ventorum*: VERG. Aen. 1, 83 *Aeolus* cavum ... montem impulit in latus, ac venti velut agmine facto, qua data -a, ruunt (VAL. FL. 1, 596 aditus et claustra refringit ... placatque d. fera murmura *ventorum* -a). VAL. FL. 1, 609. 654. STAT. Theb. 10, 247 moto ... si ... Aeolus antro -am iterum saxo premat. *cf. p. 7, 19.*

II *metaphorice respicitur aditus sim.*: A *regionum, terrarum* (*cf. supra l. 49. nonnulla alia exempla sub IB2 allata huc vergere vix negaverimus. accedunt* velut LIV. 6, 9, 4, quasi AVIEN., CASSIOD.; *praevalet plur. in or. prosa* [*sing.* HEGES. 3, 5, 2 CASSIOD.], *sing. in poesi* [*plur. p. 7, 16. 19 et* SIDON. carm. 23, 248]): NEP. Dat. 7, 2 saltum, in quo Ciliciae -ae sunt sitae (*al. v. Onom. vol. II 437, 16sqq.*). *?* CARM. de bell. Aeg. 4 ⟨P⟩hariam ... -am, *sc. Pelusium* (*si verba, textu admodum lacero, sic recte iunguntur*). LIV. 6, 9, 4 cum ea loca, *sc. Nepete et Sutrium,* opposita Etruriae et velut claustra inde -aeque essent. 21, 30, 6 *ante Alpes* in ipsis -is hostium ... subsistere. 36, 16, 1 Antiochus intra

*[Buchwald]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-as loci eius castris positis *eqs.* (*cf. 36, 15, 12* haec una militaris via est . . .; ideo Pylae, et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur. *de eisdem*: 36, 17, 4 -ae sunt hae, et unus inter duo maria clausis omnibus velut naturalis transitus est). MANIL. 4, 606 (*de freto Siculo*) hac ubi se primum -a mare fudit *eqs.* PLIN. nat. 5, 80 -ae, quae Syriae appellantur. 5, 91 -ae Amani montis. 5, 99 Taurus, etiam ubi dehiscit seque populis aperit, -arum tamen nomine unitatem sibi vindicans, quae aliubi Armeniae, aliubi Caspiae, aliubi Ciliciae vocantur. 6, 30 (*cf.* 1, 6, 12) -ae Caucasiae (6, 31), magno errore multis Caspiae dictae, ingens naturae opus montibus interruptis repente, ubi fores obditae ferratis trabibus (*al. v. Onom. vol. II 230, 67 sqq. 231, 50* [Caspiacae], *ubi notetur sing.* VAL. FL. 3, 497 [*v. infra*] *et* STAT. silv. 4, 4, 63 *nec non cautior locutio* AVIEN. orb. terr. 1231 haec *Caspia claustra* Asiae dixere fores, hiet ore quod illo -a quasi. *cf. circumscriptiones* VAL. FL. 3, 497 Albana . . . -a *et* AVIEN. orb. terr. 1235 [*1233* ianua] sub immenso -arum vertice Parthi rura tenent). IVV. 11, 124 dentibus ex illis, quos mittit -a Syenes (*cf. Tac. ann. 2, 61, 2* Elephantinen ac S., claustra olim Romani imperii). HEGES. 2, 9, 1 p. 154, 1 *Armenia* -arum intenta custodiae (*cf. l. 8*). PRVD. c. Symm. 1, 332 -as Aquilonis adire *nequit Sol* (*aliter p. 6, 70 sqq.*). PAVL. PELL. 46 Garumna . . . invehit undas navigeram per -am, quae portum spatiosum . . . muris . . . includit in urbe. CASSIOD. var. 2, 5, 2 (*1* militibus in Augustanis clusuris . . . constitutis) qui *miles* . . . quasi a quadam -a provinciae gentiles introitus probatur excludere. *dub. an huc recte referatur* IVV. 8, 160 (*v. p. 2, 57*).

**B** *partium corporum* (*usum technicum affirmat* CIC.; *in comparatione* CELS. 4, 1, 7; *gen. definitionis l. 51 sqq.*): VARRO Men. 290 *animantium* sensus -ae *sunt*, venae hydragogiae, cloaca intestini. CATVLL. 15, 18 te miserum . . ., quem attractis pedibus patente -a (*sc. ano*) percurrent raphanique mugilesque (*cf. p. 3, 69 sq.*). CIC. nat. deor. 2, 137 sucus . . . permanat ad iecur per quasdam a medio intestino usque ad -as iecoris, sic enim appellantur, ductas . . . vias, quae pertinent ad iecur eique adhaerent (*ibid. iterum et* CELS. 5, 26, 2. *cf. e. g. Aristot. hist. anim. 496 b 32 αἱ καλούμεναι πύλαι τοῦ ἥπατος*). CELS. 4, 1, 7 hanc iuncturam πυλωρὸν Graeci vocant, quoniam -ae modo in inferiores partes ea, quae excreturi sumus, emittit (*idem appellatur* 4, 19, 1 ventriculi -a). ITALA Iob 3, 10 (Ambr. inst. virg. 8, 54 [*ubi in explanatione adhibetur sing.*]; *item* HIER. interpr. Iob) *nox illa, qua natus sum*, non conclusit -as ventris matris meae (*gr. πύλας, Vulg.* ostia. *cf.* AMBR. inst. virg. 8, 51—9, 62, *ubi* Ezech. 44, 2 -a haec *sanctuarii* clausa erit *refertur inter alia ad Mariae illaesam virginitatem, allegorice imprimis* 9, 58 -a ergo clausa virginitas est. RVFIN. symb. 9[8] clausa fuit in ea virginitatis -a. *usum testatur* TRACT. Migne suppl. 4, 941 genitalia *muliebria* . . . -ae dicuntur et non tantum dicuntur, sed etiam scribuntur [*citantur* Iob 3, 10 *et* Ezech. 44, 1 sq., *quae v. supra*]. *cf. sub D2*). HIER. interpr. Iob 41, 6(5) -as vultus eius (*monstri Leviathan*) quis aperiet? circa dentes eius est timor (*sim.* VVLG., *gr. πύλας προσώπου. hunc locum respexisse videtur* SERM. Migne suppl. 4, 848 -as oris aperuit *cetus*, tradidit tuenda *Ionae* membra visceribus). VAL. CEM. hom. 17, 5 p. 746^A cupiditas oculorum nostrorum -as . . . pulsat. ALC. AVIT. hom. 2 p. 105, 33 ut patentis plagae (*Ioh. 19, 34*) -am vitalem . . . salutis intellegamus ingressum. REGVLA mag. 8, 10 ut *eloquium* per -am exiens oris occupet alienum auditum (8, 21 habet . . . anima nostra constitutam -am o. et seram dentium, quam pravo claudat eloquio. *v. etiam l. 47. 73 et p. 9, 30*).
*in imag.*: PS. AVG. temp. barb. 8, 9 per angustam -am lateris Christi ingressus est latro mutatus (*cf. p. 6, 16*).

**C** *variarum rerum incorporearum* (*vergit hic illic in notionem initii, originis*): Q. CIC. carm. frg. 8 autumni reserat -as . . . Libra (*de regione caelesti v. p. 6, 30*). LVCR. 1, 71 *Epicurus* inritat animi virtutem, effringere (confringere *trad.*) ut arta naturae primus -arum claustra cupiret. 6, 32 *Epicurus monstravit*, quibus e -is occurri cuique *malo* deceret (*imagine a re militari sumpta?*). COD. Iust. 12, 1, 2 (*a. 313/315*) neque famosis . . . dignitatis -ae patebunt. VIGIL. TRID. ad Ioh. 4 p. 554^A ingressurus passionum -am. AMBR. Cain et Ab. 2, 3, 12 hinc (*a morte virorum graviorum*) . . . ingruentium -a aperitur malorum. fid. 4, 2, 19 (*ad* psalm. 117, 19, *v. p. 5, 43*) aperi . . . Christo -as tuas . . ., aperi -as pudicitiae, aperi -as fortitudinis atque sapientiae. PROSP. epigr. 50, 4 *impiorum finis* perpetui -a doloris erit. PETR. CHRYS. serm. 95 p. 468^A (*affertur psalm. 54, 10 sqq.*) in civitate perfidiae saepta muris, . . . obserata contradictionum -is. APRING. in apoc. 22, 14 'per -as', hoc est per apostolorum et patriarcharum doctrinam . . ., ad eius (*Christi*) valeant intromitti praesentiam. *attributive* sine -is (*i. tabulis, valvis*), *qua locutione vertitur gr. ἀπύλωτος*: CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 147, 8 maligni . . . blasphemant . . . incontinens os et sine -is aperientes (*gr. I 1, 2 p. 92, 24. cf. supra l. 51*).

**D** *quem praebent ipsi animantes* (*sc. apud ecclesiasticos. cf.* EVCHER. form. 9 p. 55, 10 -ae: scripturae sanctae vel iustitiae vel apostoli aut angeli [*citantur* psalm. 23, 7 elevamini, -ae aeternales *et* Matth. 7, 13 *cit. p. 6, 14*]): **1** *de Christo*: TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 14 (*citatur* gen. 28, 17 aedes dei, . . . -a caeli) Christum dominum enim viderat *Iacob*, templum dei et -am eundem, per quem aditur in caelum *eqs.* (*respici videtur Itala Ioh. 10, 9* [*cod. a al.*] ego sum ianua [*aur. al.* = *Vulg.* ostium] *ut*: ARATOR act. 1, 277 sqq. -ae qui nomen habet, sic admonet ipse: '-a ego sum vobis; qui per me intrare recusat, fur erit ille nocens'. possunt portare prophetae ad -am . . ., in templum non ferre queunt; haec ianua Petro credita). OP. imperf. in Matth. 2 p. 636 -a . . . caeli ipse est Christus, per quem introitur in regna caelorum (*citatur* psalm. 117, 20, *quem eodem modo explicat* CASSIOD. *ad l.*). **2** *de Maria* (*cf. et p. 7, 40*): AMBR. epist. 42, 6 nonne haec -a (Ezech. 44, 2) Maria est, per quam in hunc mundum redemptor intravit? haec -a iustitiae (*v. supra p. 5, 43*) . . .; haec -a est beata Maria. RVFIN. symb. 9(8) Mariam figuraliter -am domini nominans (*affert* Ezech. *l. c.*). VEN. FORT. carm. app. 1, 208 p. 376 generi humano . . . ad caelos facta es sors, via, -a, rota. ARATOR act. 1, 57 -a Maria dei, genetrix intacta creantis, a nato formata suo (*post* dei *interpungit recte Hudson-Williams, Vigil. Christ. 7, 1953, 89 sq. coll.* RVFIN. *l. c.*). **3** *de apostolis* (*cf. p. 7, 70. 76 et* CASSIOD. in psalm. 117, 19 [*v. p. 5, 45*] bene . . . per allegoriam prophetae atque apostoli -ae appellati sunt: -ae enim dictae sunt, per quas victualia civitatibus importantur, sicut et per illos animarum pabula constat illata): PS. CYPR. mont. 10 *Sion spiritalis* habens . . . duodecim -as duodecim apostolorum (*gen. definitionis ut* VEN. FORT. carm. app. 1, 293 p. 378 quos recipit sacra -a Petri, quos ianua Pauli). OP. imperf. in Matth. 10 p. 686 -ae . . . eius *ecclesiae* sunt apostoli (*citatur* psalm. 86, 2) . . ., quia per illas totus populus intrat ad fidem; muri autem illius sunt sacerdotes *eqs.* VEN. FORT. carm. 3, 7, 3 *Petrus et Paulus* caelorum -ae (*cf. 10* ianua fida Petrus). **4** *de haereticis*: CARM. adv. Marc. 1, 139 vos, nova -a gehennae, . . . *soli* eligitis dominum maledicere . . .; haec vobis per Marcionem . . . *diabolus* tribuit . . . munera mortis (*cf. p. 6, 67*).

***appendix*** *grammatica, stilistica* (*ad I et II*):
**1** *locutiones indicantes situm iuxta -am*: **a** *cum praepos.* (*verba movendi v. sub 2c*): ante -ām, -as: PLAVT. Bacch. 978 LVCR. 3, 67 CAES. Gall. 7, 25, 2 BELL. Afr. 3, 2. 29, 3. 35, 4. 91, 3 VARRO ling. 5, 58 LIV. 1, 26, 2. 3, 68, 7. *al.* apud -am: PLAVT. Epid. 221. in -a, -is: PLAVT. Trin. 423 CAES. Gall. 6, 38, 2 civ. 3, 85, 4 SALL. Iug. 56, 4. 100, 4 TIB. 1, 3, 20. 71 LIV. 1, 14, 4. 7, 11, 11. 10, 4, 2. *al.* intra -am, -as: CAES. Gall. 7, 47, 4 VERG. Aen. 10, 23 LIV. 25, 7, 6. *al.* extra -am, -as: PLAVT. Cas. 354 Mil. 359 CIC. Cluent. 175 VARRO rust. 3, 2, 6 LIV. 25, 7, 6. *al.* *nota* ab extra *supra p. 3, 58.* ad -am, -as: INSCR. Betilieni (CIL I² 1529) 10. VARRO frg. Non. p. 531, 21 CIC. p. red. in sen. 32 Sest. 41. 52 Pis. 55. 74. 97 Phil. 1, 11 Tusc. 5, 65. *al.* CAES. Gall. 5, 53, 1 civ. 1, 75, 3 Cic. Att. 9, 14, 1. *al.* VERG. georg. 4, 165 PROP. 4, 8, 48 LIV. 1, 59, 5. 2, 11, 7. 3, 40, 10. *al.* pro -a, -is: CAES. Gall. 4, 32, 1 VERG. Aen. 12, 661 LIV. 3, 42, 6. 5, 39, 2. *al.* -as propter: LVCR. 1, 316. **b** *abl. loci nudo*: PROP. 4, 3, 17 omnibus . . . -is pendent mea . . . vota. VAL. FL. 1, 848 -ā quanta sinistrā poena . . . maneat Pelian. SIL. 6, 563 iacent -is. 12, 65 sedere -is. 15, 520 haerentia -a spicula (15, 585). STAT. Theb. 5, 280 -a stat . . . Venus.

**2** *iuncturae verbales selectae*: **a** *aperire sim.*: ENN. ann. 267 refregit (CAES. Gall. 2, 33, 6 OV. met. 6, 597 LIV. 10, 43, 5. 24, 30, 2. *al.*; *cf.* frangere: OV. am. 1, 9, 20 [*cetera v. vol. VI 1, 1242, 30 sqq.*]. effringere: LIV. 1, 29, 2 [*al. v. vol. V 2, 202, 83 sqq.*]. perfringere: LVCAN. 3, 343 SIL. 13, 255 HOMER. 761 TAC. hist. 3, 29, 1). CIC. inv. 2, 123 aperiri (Phil. 3, 32. 10, 13 Att. 8, 4, 3 CAES. civ. 1, 18, 2. 1, 20, 5. 3, 11, 4. 3, 81, 1 BELL. Afr. 88, 6. *al.* SALL. hist. frg. 1, 14 HOR. ars 199 OV. met. 4, 439 LIV. 9, 16, 8. *al.*). Q. CIC. carm. frg. 8 reserat (OV. ars 3, 577 LVCAN. 2, 507 SIL. 2, 152 STAT. Theb. 12, 10. *al.*). CAES. Gall. 2, 32, 4 -is patefactis (BELL. Afr. 88, 6 LIV. 4, 33, 1. 5, 7, 2. *al.* SIL. 12, 595. *al.*). VERG. Aen. 1, 83 data -a (*item* VAL. FL. 1, 596). 2, 27 panduntur (6, 574. 12, 584 SIL. 1, 300. 2, 253. 12, 744. 13, 302. 14, 118 AMM. 19, 6, 10. *al.*). HOR. carm. 3, 16, 14 diffidit. PROP. 3, 19, 24 reclusit (SIL. 13, 216 STAT. Theb. 1, 386). LVCAN. 2, 704 solverat (STAT. Theb. 3, 492). SIL. 12, 178 revulsa . . . -a (FRONTIN. strat. 3, 9, 2. *cf.* TAC. hist. 3, 84, 3 convolsis -is). *al.*

**b** *claudere sim.* (*cf. et* -a coit *p. 9, 25*): CIC. Flacc. 61 claudebat (CAES. Gall. 2, 33, 1. 3, 17, 3. *al.* BELL. Hisp. 1, 3. 27, 6 SALL. Iug. 67, 1. 69, 1 VERG. Aen. 1, 294. 8, 386 HOR. carm. 3, 5, 23 OV. am. 1, 6, 29. met. 14, 781 obice. LIV. 23, 15, 6. *al.*; *cf.* praecludere: CAES. civ. 2, 19, 4. 2, 20, 6. 3, 12, 2. 3, 80, 3 BELL. Hisp. 35, 4. 36, 1 QVINT. decl. 255 p. 47, 9). CAES. Gall. 5, 50, 5 obstrui (*al. v. vol. IX 2, 255, 76 sqq.*). VERG. Aen. 9, 45 obiciunt. FLOR. epit. 3, 6, 10 obseravit (*v. p. 3, 80; loci ceteri enumerantur vol. IX 2, 190, 55 sqq.*).

**c** *intrare, egredi*: **α** *cum praepos.*: PLAVT. Capt. 90 ire extra -am. Men. 400 intra -am penetravi pedem. *sim. passim.* **β** *abl. nudo* (*sive instrumenti sive viae; huc spectat explicatio* GLOSS.^L I Ansil. PO 413 -is: per -as [-is *trad.*]): PLAVT. Bacch. 711 *v. supra p. 1, 56.* Mil. 1432 -a exierunt. CIC. Pis. 55 qua tu -a introieris. Phil. 8, 9 *Antonius* pollicetur se *milites* . . . omnibus -is . . . deducturum (*cf.* CAES. civ. 3, 75, 2 compluribus -is eductas *legiones* [LIV. 41, 26, 3]. LIV. 26, 37, 7 ut . . . alia -a exercitus . . . in Hispaniam duceretur [27, 37, 11 TAC. ann. 1, 8, 3 SVET. Aug. 100, 2]). Tusc. 1, 13 egressus -a Capena (*al. v. vol. V 2, 280, 23—31*). CAES. civ. 3, 76, 2 decumana -a . . . se recipere (VERG. Aen. 2, 187 LIV. 25, 30, 8 LVCAN. 2, 705 HOMER. 738. *cf.* accipere: VERG. Aen. 2, 266 LIV. 28, 6, 4. 30, 7, 2). 3, 96, 3 decumana -a se ex castris eiecit. BELL. Afr. 40, 4 omnibus -is fugere (HOR. carm. 3, 27, 41). 66, 1 imperat -a decumana legiones se . . . sequi. SALL. Iug. 99, 1 milites . . . -is erumpere iubet (VERG. georg. 4, 78 LIV. 3, 5, 5. 23, 16, 13. *al.* SIL. 2, 226. *al.*). VERG. georg. 4, 185 ruunt -is (LIV. 27, 41, 8 SIL. 15, 626). Aen. 4, 130 it -is . . . iuventus (PAVL. FEST. p. 255 itur).

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7, 429 pubem -is ... moveri ... in arma iube (SIL. 12, 77). 12, 122 plenis agmina se fundunt -is (MANIL. 4, 606 STAT. Theb. 2, 494). PROP. 4, 7, 87 piis venientia somnia -is (LIV. 27, 28, 8 qua venturum hostem rebantur). OV. met. 10, 13 Taenaria ... descendere -a. fast. 4, 345 -a est invecta Capena (LIV. 23, 47, 8). LIV. 3, 3, 3 incidentes -is (5, 11, 14. 5, 26, 8. 6, 33, 7). 3, 51, 10 -a ... intravere (41, 9, 6 SIL. 12, 435. *al.*). 10, 32, 9 decumana -a impetus factus. 26, 10, 1 -a Capena ... ingressus (33, 26, 9). *al.* *γ acc. nudo:* *cum verbis intrandi*: SALL. Iug. 58, 1 inrumpit (VERG. Aen. 11, 879 OV. met. 15, 598). OV. met. 15, 583 intrare (NVX 137. *al., v. vol. VII 2, 57, 71*). LIV. 1, 32, 8 ingrediens (26, 46, 7. 27, 37, 3. 41, 25, 4 VIGIL. TRID. ad Ioh. 4 p. 554[A] AMM. 16, 10, 10. *al.*). LIV. 30, 6, 4 invadit (*al.*). STAT. Theb. 3, 345 introgressus. OPTAT. 3, 2 p. 71, 9 introeunt (*v. vol. VII 2, 75, 11sqq.*). *cum verbis evadendi*: AETNA 613 evaserat. VAL. MAX. 5, 6, 3 -am egredienti (QVINT. decl. 272 p. 114, 3 APVL. met. 4, 18, 1. *al.*).

**d** *-a est (-ae sunt) subi.*: *α cum variis verbis*: ENN. frg. var. 24 patet (CIC. Catil. 1, 10. *al.* CATVLL. 15, 18 VERG. Aen. 2, 266. 9, 693. 11, 879 OV. met. 15, 583 LIV. 2, 33, 7. 5, 27, 14. *al.* LVCAN. 2, 443 PLIN. nat. 16, 6 VAL. FL. 1, 832 SIL. 15, 78. *al.*; *cf.* -is ... bipatentibus VERG. Aen. 2, 330 [*al. v. vol. II 2000, 22sq.*]). VERG. georg. 3, 261 tonat (*cf.* STAT. Theb. 10, 263 -ae mugitus). PROP. 4, 11, 8 obserat. LIV. 10, 29, 15 multitudinem -ae non recepere (VEN. FORT. carm. app. 1, 293 p. 378. *cf.* IVV. 16, 3 excipiat). 26, 6, 3 -a ..., quae Volturnum fert (26, 40, 8. 32, 23, 4. *cf.* ducit: ITALA Matth. 7, 13 [aur. *al.* = VVLG.]. VVLG. I par. 26, 16. *al.*). VAL. FL. 3, 253 coit (STAT. Theb. 10, 494). IVV. 11, 124 mittit (*v. sub IIA. cf.* FLOR. epit. 1, 12, 2 dimisit). *sim. al.* *β cum verbis affectuum, patiendi sim.*: LVCAN. 2, 135 Collina tulit stratas quot -a catervas? SIL. 11, 498 -as ... ovantes. VVLG. Is. 3, 26 maerebunt atque lugebunt -ae eius (*Ierusalem*). 14, 31 ulula, -a; clama, civitas (HIER. *ad l.* p. 166[C] -am vocat pro his, qui in -a sunt. p. 229[C] -am haereticorum os arbitror, quo blasphemant). Ier. 2, 12 obstupescite, caeli, super hoc (*sc. multos impios esse*) et -ae eius (*caeli*), desolamini.

**3** *de numero* (*v. etiam p. 6, 78sq.*): **a** *plur. poet.* (*sec.* fores, postes; *cf. post alios E. Löfstedt, Synt. I² 43, qui vix recte cum aliis viris doctis huc rettulit locos -am Ianualem respicientes, quae constabat ex binis -is, quae muris coniunctae erant*: ENN. ann. 267 Belli ... postes -asque [*inde* VERG. Aen. 7, 607. 621. *sed* VARRO ling. 5, 165 *singulari numero utens totum aedificium significat*]): VERG. Aen. 2, 612 Scaeas ... -as ([*sec. Hom. Γ 145 al.*]. *cf. Auson. 232, 3 p. 77 P.* Scaeis ... ab altis. *sing. de eisdem*: VERG. Aen. 3, 351 [*'parvae Troiae'*]. SIL. 13, 73 SERV. Aen. 2, 13. *v. etiam* PLAVT. Bacch. 955 *p. 2, 3*). 2, 730 propinquabam -is (*dub. an pro sing.*). 6, 574 panduntur -ae *Orci* ([*sing. de eisdem* 6, 552]. 6, 631 adverso fornice -as [*634* foribus, *635* aditum]. *cf. l. 50*). 9, 309. 9, 693 (*sing. de eisdem* 695). 9, 758. 11, 485. 499. 12, 441 PROP. 4, 7, 87 OV. met. 6, 597. 15, 583 (*dub. an pro sing. ut* 598 *in eadem re*). LVCAN. 2, 507 (*dub. an pro sing.*). VAL. FL. 7, 300 SIL. 13, 133 STAT. Theb. 11, 388 Ach. 1, 726. CLAVD. 7, 171 *et* 17, 119 *v. sub IB2a.* *in prosa*: CAES. Gall. 7, 50, 4 -as excidere (5 *sing.*, *unde* -am *restituit Gertz*). civ. 3, 67, 5 erat obiectus -is ericius (-ae *coni. Göler; plur. tuetur Klotz in app. ed.*). APVL. met. 6, 18, 2 per -as hiantes *Orci* monstratur iter. ITALA Iob 3, 10 *v. supra p. 7, 37.* HIER. interpr. Iob 41, 6(5) *v. p. 7, 45.* **b** *sing. collectivus vel generalis*: SALL. Iug. 100, 4 excubitum in -a (-as *codd. recc.*) cohortis ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. OV. am. 1, 6, 29 urbibus obsessis clausae munimina -ae prosunt.

**4** *in lusu verborum cum* portus (*cf. p. 1, 24*): PAVL. PELL. *p. 7, 21.*

*deriv.*: portarius, portella, portula. *cf.* portitor.

*compos.*: quadriportium; transportaneus. *Buchwald.*

**portābilis**, -e. *a* portare. *compar.* -ius AVG. epist. 31, 4. [*falso editum est olim pro* probabile CASSIOD. Didym. in Iac. 1, 12 p. 2, 26.]

*i. q. qui (quod) portari potest, tolerabilis*, φορητός (*quod gr. respondet apud* MVTIAN., NOVELL. Iust.): **1** *proprie* (*in comparatione*): ITALA prov. 27, 3 (Ps. Aug. spec. 88, *sim.* Hier. adv. Rufin. 3, 43 p. 490[B]) gravis est lapis et vix -is harena, ira autem stulti gravior ambobus (*gr.* δυσβάστακτον, *Vulg.* onerosa). **2** *translate* (*sc. de rebus praeter* SIDON.): AVG. epist. 31, 4 *onus coepiscopatus* ineffabiliter mihi aliquanto vestrae praesentiae solatio tolerabilius et -ius redderetur. SIDON. epist. 8, 11, 4 *Lampridius fuit* portandus quidem, sed -is. MVTIAN. Chrysost. hom. 26, 3 p. 399/400 omnia nobis facilia apparebunt, omnia -ia, omnia leviter sustinemus. 28, 4 p. 413/4 omnia haec (*fames, iniuriae sim.*) -ia sunt. NOVELL. Iust. 16 praef. excellentem expensam ad mediocrem quandam atque -em statuere quantitatem. 43, 1, 2 mediocre ... et leve et -e ac facile *erit*, quod infertur, quanto a pluribus collectum. -e est *cum (acc. cum) inf.*: HESYCH. in lev. 13, 3 p. 934[D] vinci ... ab alio maiori -e est; ... cum a semetipso quispiam deterior fiat, importabile est. NOVELL. Iust. 95, 1, 2 non ... possibile neque -e est omnino sine iudice relinqui provinciam.

*compos.*: importabilis.

**portācla, portāgla** *sim. v.* portulaca.

**portārius**, -a, -um. *a* porta. [*val.* portar; *raet. occ.* portier; *francog.* portier; *prov.* pourtier; *cat.* porter; *hisp.* portero; *port.* porteiro. *cf. M.-L. 6673. Wartburg IX 223. Corominas III 912. Machado² III 1857. St.*] *emendes quae de usu dicuntur vol. VII, 1, 131, 84sq.*

*i. q. ad portam pertinens, sc. non nisi pro subst.*: **1** *masc., de ostiario, ianitore (abiit in sermonem gr.* πορτάριος, *v. Lampe, Patristic Gr. Lex.*): VVLG. IV reg. 7, 11 (*10* cum ... venissent ad portam civitatis) ierunt ... -ii et nuntiaverunt. I par. 16, 42 filios ... Idithun fecit esse -os (*cf. 16, 38* Obededom filium Idithun et Osa constituit ianitores). CASSIOD. Ios. antiq. 9, 155 fecit ... quosdam levitarum -os ad templi munimen (*gr.* πυλωρούς. *respicitur IV reg. 11, 6 sqq.*). BENED. reg. 66, 2 (*in capite* de hostiariis monasterii) qui -us cellam debebit habere iuxta portam. 66, 5. GLOSS. II 582, 10 ianitor: -us. **?** **2** *neutr. de vectigali quodam*: GLOSS. II 453, 9 τέλος πύλης: -um (portorconi. *Goetz in indice, sed praecedit* τέλος ἐν λιμένι: portorium, *ut putem interpretem potius portorium terrestre, fere ad portas exactum, a portorio maritimo inepte distinguere voluisse hac voce, quam testantur etiam auctores quidam medii aevi; vix conferas tributa extraordinaria* columnaria, ostiaria *Caes. civ. 3, 32, 2. hucine etiam* GLOSS. *p. 56, 7?*).

**[portatilis** *adi. a* portare *derivandum haud necessario coni. Gelenius* ANON. de mach. bell. 18, 6 si ... fluviorum ... meatus impediet *exercitum*, portanti (*trad.*) pontis peculiaris succurret inventio (portati *Maas*; portandi *temptaverim ad notionem gerund. conferens* amandus *iuxta* amabilis, intolerandus *iuxta* intolerabilis *et al. sim.*).]

**portātio**, -ōnis *f.* *a* portare. *i. q. actio portandi* (*vi deflexa* CASSIOD.; *cum gen. obi. praeter* EVSEB. VERC., CASSIOD.): **1** *praevalet respectus in locum ferendi sim.*: SALL. Catil. 42, 2 nocturnis consiliis, armorum atque telorum -bus ... plus timoris quam periculi effecerant *socii Catilinae*. VITR. 10, 1, 5 -es ... eorum (*vini oleique*) non essent, nisi plostrorum ... inventae essent machinationes. EVSEB. VERC. epist. 2, 4, 2 (*1* qua me vi multorum ... supinum portastis de hoc hospitio) post primam -em. **2** *praevalet respectus tenendi, sustinendi*: SCRIB. LARG. 101 *dolores facti* ex ... conatu aliquo supra vires vel ponderis supra modum -e (*inde restituitur* MARCELL. med. 20, 5 *ubi* ponderis portati *trad., quod vix recte tueri conati sunt Baehrens, Berl. Phil. Woch. 36, 1916, 219 et Horn ibid. 40, 1920, 887*). AVG. civ. 18, 8 p. 264, 26 D. caeli -o *Atlantis*. divers. quaest. 71, 1 (*ad Gal. 6, 2 ibid.* invicem onera vestra portate) oneris amici -o. serm. 4, 20 (*respicitur gen. 27, 9 sqq.*) -o pellium (*postea*: peccata eorum misericorditer tolerat, quod est pelles portare). *vergit in notionem q. e. onus*: CASSIOD. Ios. antiq. 6, 171 hasta *Goliath* ... non levis dextrae -o *erat* (*gr.* βάσταγμα).

**portātor**, -ōris *m.* (*f. l. 57*). *a* portare (*item* PROB. inst. gramm. IV 181, 25, *sed vocem fere in usu non esse testari videtur, v. sub* portitor). [*val.* purtător; *it.* portatore; *raet. occ.* portadur; *francog.* porteur; *prov. vet.* portador, *var. prov., francoprov., vasc.*; *cat.* portador; *hisp.* portador; *port.* portador. *cf. M.-L. 6674. Battisti-Alessio IV 3029. Wartburg IX 207. Corominas III 854. Machado² III 1857. St.*] [*confunditur cum* portitor OPTAT. *infra* (*vix recte editum est olim* ISID. orig. 9, 4, 27; *de* SYMM. epist. 1, 90, 1 *v. p. 43, 25*).]

*i. qui portat, gerulus*: **1** *de animantibus*: ITALA Ios. 9, 21 (Lugd.) *Gabaonitae* erint (*pro* erunt) ligni concisores et aquae -es universae synagogae (*gr.* ὑδροφόροι, *Rufin. Orig. in lev. 5, 8 p. 349, 22* a. gestatores, *Vulg.* ut ... aquas ... conportent. *sim.* 9, 27 *ibid., ubi Vulg.* aquas conportantes, *sed 9, 23 Lugd. exhibet* aquarius [*om. gr.*]. *cf. etiam infra p. 42, 67. huc referam* GLOSS. II 462, 22 ὑδροφόρος: aquarius, ⟨a⟩quae -r. 567, 25 a. po⟨r⟩tator: qui manibus portat aquam). COMMENT. Lucan. 4, 57 (*v. p. 42, 44*). CLAVD. DON. Aen. 11, 550 p. 498, 26 ('telum ... quod ... gerebat bellator') fuit ... -r ipse fortissimus. AVG. serm. 242, 7, 10 *de eo, qui alios homines portat.* GLOSS.[L] III Abstr. VE 3 vector: -r (*inde* II Abav. PO 27 *et* VE 4). I Ansil. GE 279 gerula: nutrix, -r (*ad Ruth 4, 16 l. 63? cf. ibid.* GV *40* g.: n., conportatrix [= *III Abstr.* GE *18*]). 308 gestator: -r. GLOSS. IV 487, 28 baiolus: gerolus, -r (*item* 590, 14). **2** *de calice*: OPTAT. 6, 2 calices, Christi sanguinis -es (portitores *var. l.*).

*f.* **portātrix**, -icis (*forma vitari videtur* GLOSS.[L] I Ansil. GE 279 *v. supra*). *i. quae portat, gerula*: CE 255 *Venus* pulchri oneris -x. GLOSS. bibl. cod. Aug. ed. Labhardt n. 997 gerule: -is, baiole (*ad Ruth 4, 16* nutricis ac gerulae officio. *cf. l. 57*).

**portātōrius**, -a, -um. *a* portare. *i. q. ad portandum aptus*: **1** *neutr. pro subst.*: **a** *de hamis vel anulis, quibus tentoria, velamina sim. tenentur, suspenduntur*: ITALA exod. 35, 10 (Lugd.) quaecumque praecepit dominus facere: tabernaculum et ornamenta et velamina et -a (*gr.* διατόνια, *Vulg.* anulos). **b** *de qualibet re, qua quis ad portandum utitur*: ITALA num. 13, 24 (Lugd.) sustulerunt eam *vitem cum uvis* in -is (*gr.* ἐπ' ἀναφορεῦσι, *Vulg.* in vecte). GLOSS.[L] V Aa F 255 ferculum: discum seu -um, id est forium (*sc.* φορεῖον). **c** *de vexillo*: GLOSS.[L] III Abol. VE 49 vexillum: ⌊a vehendo⌋ dictum, id est -um (⌊⌋ adventum *vel* advertendum *trad.; corrigitur sec.* I Ansil. VE 596).

**2** *adi.* (*fem. pro subst. per ellipsin l. 79*): PS. AVG. serm. 181, 1 (= PS. FVLG. RVSP. serm. 49) Christum ... -is nubibus ascendentem. CAEL. AVR. acut. 3, 16, 130 gestatio adhibenda in lectulo suspenso sive -a sella (chron. 1, 1, 15. *cf. 1, 4, 102 al.* s. fertoria. *omittitur subst.*: 2, 13, 161 sunt ... leviter ... movendi, -a scilicet vel cathedra longiore).

**portātrix** *v.* portator.

**portātus**, -ūs *m.* *a* portare, *sc. vox rationis causa a gramm. ficta.* *i. q. actus vel status portandi*: PRISC. gramm. II 262, 14 forsitan ... etiam 'acus' ab 'acutu', 'portus' a '-u' ... nata *per syncopen vocabula* primitivorum servant declinationem, *sc. ut* '*potus*', *vox a* '*potatu*' [*Bk.*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*derivanda.* 263, 10 ea, quae a participiis derivantur in 'us' desinentia, si sint fixa (*i. in aliud genus flecti non possint*), quartae sunt: '-s portus', 'artatus artus'. *sim.* III 445, 2 *et inde* GRAMM. suppl. 128, 32. *cf. supinum* portatu *s. v.* porto *p. 47, 32.*

**portella,** -ae *f.* *a* porta, portula *deminutive.* GLOSS.[L] II Philox. PO 95 -a: ῥυ[ν]μοπύλιον. GLOSS. II 396, 11 παραπύλιον: haec -a. 497, 50 -a: ῥυμοπύλιον ἤ[νι]τοι παραπύλιον. *ex versione prava interpretamenti gr.* ῥυμοπύλιον, *tamquam sit 'viae ostium', explicaverim* GLOSS. I p. 42 -a: bivium (*cf. quae de vertendi more harum 'glossarum nominum' monuit Loewe, Prodromus, 1876, 133 sq.*).

**portemia,** -ae *f.* [*an liceat suspicari huic formae quodam modo gr.* πορθμεῖον *'ponto' sim. subesse? Sch.*] *a* portare *derivat* ISID. *scribitur* -enia *l. 17.* *genus navigii* (*ad rem v. Miltner, RE XXII 335*): ISID. orig. 19, 1, 26 -a navicula Syriatici generis lata et sine carina, a portando vocata; utuntur his in Pannonia. GLOSS. I p. 149 (*in synonymorum serie*) lentis (*v. vol. VII 2, 1156, 50*) est navis vel liburnus ... vel portenia *eqs.* V 614, 47 -a: navicula. *fortasse huc pertinent etiam glossae* bortama (*vel* bortanea, bortam): tecte manualis, *quas dubitanter s. v.* basterna *adfert Goetz in indice.* Bk.

***portendo,** -tendi, -tentum, -ere. [*a* tendere *formatum praeverbio* por-, *quod praebent etiam* porrigere, polliceri, polluere, *umbr.* purdouitu *'porricito'; littera* -d- *olim stirpi praesentis tantum inserta participio* portentum *deest. Sch.*] *de origine* (*vix huc l. 33*): SERV. auct. Aen. 7, 256 -i: porro tendi, praedici, significari (*sim.* FEST. *p. 15, 56 et* GLOSS.[L] IV dub. Plac. P 16 -ere: significare aliquid de futuris, id est porro tendere. GLOSS.). ISID. diff. 1, 459 portentum ... a -endo, id est porro ostendendo. *scribitur* -tentetur *in var. l.* PLIN. nat. 2, 144. NOT. Tir. 11, 85 -it. 12, 11 -tus. *de formis: inf. praes. pass.* -ier PLAVT. Poen. 749 FRONTO p. 208, 22 v. d. H. *p. p. p.* -tus *in formis verbalibus non exstat nisi* PLAVT. Curc. 272 Poen. 1205 NOT. Tir. 12, 11 -tus (*in serie p. p. p. verborum cum* tendere *compositorum*); *de* IVST. 33, 1, 7 *v. infra p. 17, 55 sqq.* *de notione* (*cf.* SERV., ISID., GLOSS. *supra*): AVG. civ. 21, 8 p. 507, 15 D. portenta a -endo, id est praeostendendo (*inde* ISID. orig. 11, 3, 3). GLOSS. -o: τερατολογῶ. -it: σημαίνει διὰ τέρατος. σημαίνει. futura significat quasi porro tendit. significat, longe ante ostendit. praedicat, pronuntiat. promittit. -ito: ostendito. *sim. al.; ad singulos locos v. infra.* *legitur inde a* PLAVTO, ? ENNIO (*v. p. 14, 46*), LVCILIO, ACCIO, CIC., *ceterum raro in poesi, sc. quater apud* VERG., *singulis locis apud* OV., GERM., PRVD. *al.*, *tribus apud* SIL., *binis apud* STAT., CLAVD.; *e prosae orationis scriptoribus non utuntur hoc verbo e. g.* CAES., NEP., COLVM., PETRON., QVINT.). [*confunditur in codd. cum* protendere *e. g.* SIL. 16, 591 PS. ORIG. tract. 12, 18 B. PELAG. in II Cor. 3, 3 p. 245, 1 (*restituitur* TAC. ann. 13, 17, 1 TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 606, 16 AMM. 23, 5, 8), *cum* ostendere SALL. hist. frg. 3, 109 (*v. l. 62*). *restituitur pro* portare AMM. 15, 3, 7. 31, 2, 24, *ceterum* -i *pro* potandi TAC. ann. 1, 28, 2. *var. l.* -at *pro* pertendat AVG. c. Faust. 21, 7 p. 575, 24 *vix recte tuetur Zycha.*]

I *pro obi. sunt quae signis indicantur, fere i. q. (prae) significare, (prae) monstrare* (*respiciuntur eventus futuri vel status in futurum porrecti praeter B2b et p. 12, 59; vis originaria porrigendi, quae viget sub II, sublucet fortasse* PLAVT. Curc. 272 Poen. 464): A *usu pagano indicantur futura* (*saepe in struct. pass.; pro subi. verbi act. sunt ipsa signa inde ab* ACC. [*v. p. 14, 6*], *ceterum divinitates inde a* CIC. har. resp. 53. VERG. Aen. 5, 706 [ira deum]. LIV. 1, 41, 3. 5, 15, 3. 26, 41, 18, *vates et oracula sub 2, ipse eventus in structura reflex.* LIV. 29, 10, 8):

1 *signis variis, sc. fere mutis:* a *in religione vel superstitione respiciuntur:* α *somnia:* PLAVT. Curc. 272 magnum malum, quod in quiete tibi -tumst. ACC. praetext. 35 id quod de sole ostentum est tibi (*i. Tarquinio Superbo*), populo commutationem rerum -it fore perpropinquam. CIC. div. 1, 46 ex triplici adpetitione solis triginta annos Cyrum regnaturum esse -i. SALL. hist. frg. 3, 109 extisne an somnio -retur (osten- *var. l.*) thesaurus. LIV. 26, 41, 18 dii ... auguriis auspiciisque et per nocturnos etiam visus omnia laeta ac prospera -unt. VAL. MAX. 1, 7 ext. 1 quidnam ⟨id⟩ (*suppletur e Paride*) esset monstri et quid -ret. CVRT. 3, 3, 5 fulgorem Alexandro. STAT. Theb. 9, 583 praecipuos ... illa metus -ere visa est nox. PLIN. epist. 1, 18, 2 egregiam actionem. SVET. Iul. 7, 2 arbitrium terrarum orbis. Dom. 23, 2 beatiorem post se laetioremque -i rei publicae statum. FRONTO p. 208, 22 v. d. H. laetam et pinguem fortunam -ier somnio. APVL. met. 11, 20, 2 quid rei -ret *imago* (*seq.: utut* sese praesagium somni porrigeret, lucrum certum ... significari ... credebam). *al.*

β *ritus peculiares:* PLAVT. Poen. 464 haruspex ... omnibus in extis ai[e]bat -i mihi malum damnumque et deos esse iratos mihi (*respicitur extispicium ut*: 749. 1205 nimiae voluptatist, quod in extis nostris -tumst. SALL. Iug. 63, 1 magna atque mirabilia. hist. frg. 3, 109 LIV. 8, 6, 11. 31, 5, 7 prolationem finium victoriamque et triumphum -i [*sim.* 42, 30, 9]. 31, 7, 15. PAVL. FEST. p. 244 piacularia auspicia appellabant, quae sacrificantibus tristia -bant. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 FRONTO p. 104, 3 v. d. H. *al.*). LIV. 1, 8, 3 *duodecim aves* quae augurio regnum *Romulo* -erant (*respicitur augurium ut*: 1, 36, 4 quod aves ... fieri posse -unt. 1, 55, 4 firma stabiliaque cuncta -ere. 26, 41, 18. FEST. p. 197 oscinum ... oris cantu significat quid -i. CVRT. 4, 6, 12 urbis ... excidium. PLIN. nat. 10, 41 exitium imperio. SIL. 4, 133 cladem ... genti *al.*). PLIN. nat. 8, 185 delubra ei *Apidi tauro* gemina ...: alterum intrasse laetum est, in altero dira -it (*de eodem*: AMM. 22, 14, 8 Germanicum Caesarem *cibum praebentem* ... aversatus -erat paulo post eventura). AMM. 31, 2, 24 *e virgis vimineis Halani* quid porte⟨ndi⟩tur norunt.

γ *varii modi:* CIC. Verr. II 4, 108 *cum* magnorum periculorum metus ex ostentis -retur. har. resp. 26 (*respiciuntur ludi a servis turbati*) in eo ipso periculum est, ex quo periculum -itur. 53 cum *di immortales* principibus periculum caedemque -unt. 55 isti, qui -untur, metus. div. 2, 24 res tristissimas -i. VARRO frg. (440F.) Serv. auct. Aen. 3, 366 portentum, quod aliquid futurum -it. rust. 2, 4, 18 quod -erit *sus triginta porcos enixa*, factum *est* (*item de uberiore fetu*: PLIN. nat. 7, 33 Fausta quaedam ... duos mares totidemque feminas enixa famem ... -it). BELL. Afr. 82, 2 victoriam sibi propriam a dis immortalibus -i *e metu hostium.* SALL. Iug. 92, 2 omnes ... credere ... deorum nutu cuncta -i *Mario.* VERG. Aen. 5, 706 quae -ret ira ... deum (SERV. praesignificabat). 7, 80 *Laviniam igne comprehensam* populo magnum -ere bellum (*cf.* LIV. 1, 41, 3 clarum hoc fore caput divino quondam circumfuso igni -erunt *dei* [*de Servio Tullio ut*: VIR. ill. 7, 2]. CLAVD. DON. Aen. 5, 530 p. 484, 11 cum ex Iuli capite exisset flamma, ignem prospera potius quam adversa -ere). OV. met. 15, 571 *Cipus cornua in capite suo videns* 'quidquid', ait, '... monstro -itur isto *eqs.*' LIV. 5, 15, 3 quidnam eo di -rent prodigio (*sc. aqua lacus intumescente. cf.* PLIN. nat. 31, 22 *fons quidam* transire solet in loca vicina -ens aliquid. SOL. 32, 16 ut -at futura *Nilus incrementi varietate*). 28, 11, 7 (*ignis in aede Vestae extinctus est*) id quamquam nihil -entibus deis ... acciderat *eqs.* (43, 13, 1). 42, 20, 4 (*1 columna rostrata ... fulmine discussa est*) prolationem ... finium ... -i responderunt *haruspices* (*item respiciuntur res fulmine tactae*: SVET. Aug. 94, 2 ostentum illud Augusti potentiam -isse. ARNOB. nat. 7, 40 *v. p. 14, 41.* AMM. 23, 5, 14 COD. Theod. 16, 10, 1 pr.; *cf. l. 36 sqq.*). 44, 37, 9 Macedonas ut triste prodigium occasum regni ... -ens movit *defectus lunae* (CVRT. 4, 10, 6. TAC. ann. 1, 28, 2 aeternum laborem -i [potandi *M*]. *cf.* VAL. MAX. 8, 11 ext. 1 obscurato repente sole ... interitum sibi caelesti denuntiatione -i credentes *Athenienses*). *al.* FEST. p. 274 prodigium *fictilium quadrigarum in fornace crescentium* -ere videbatur, in qua civitate eae fuissent, omnium eam futuram potentissimam. SEN. nat. 2, 32, 1 futura -unt *fulmina* (2, 34, 1 quicquid alia, *sc. exta sim.*, -unt, interventus fulminis tollit, quicquid ab hoc -itur, fixum est. 2, 49, 1 mortem exiliumque. 2, 50, 2 PLIN. nat. 2, 144. *cf. etiam l. 27*). CVRT. 4, 2, 14 *manantem e pane sanguinem* urbi ... exitium -ere (*sim.* FRONTIN. strat. 1, 12, 4 Sertorius, cum equitum scuta ... cruenta subito prodigio apparuissent, victoriam -i interpretatus est). PLIN. nat. 2, 237 si intermisit ... semper ardens Nymphaei crater, dira Apolloniatis suis -it, ut Theopompus (*Frg. Gr. Hist. 115 F 316*) tradidit. 8, 221 *mures* adrosis Lanuvi clipeis argenteis Marsicum -ēre bellum *eqs.* 11, 55 sedere *apes* in ore infantis ... Platonis suavitatem ... eloquii -entes (*respiciuntur apes ut*: FRONTO p. 129, 17 v. d. H. sicut ... de ... formicarum et apicularum ostentis res maximae -untur, item ... significari arbitror *eqs.* IVST. 23, 4, 8 regnum infanti, *quem apes aluerunt*, -i. AMM. 18, 3, 1 discrimen magnum -i. CLAVD. DON. Aen. 7, 65 p. 15, 18). 17, 244 in Capitolio in ara Iovis ... enata palma victoriam triumphosque -it. SIL. 16, 591 ad maiora iubent ... tendere vates: id monstrare deos atque hoc -ere signis (*sc. hasta frondibus se vestiente. sim.* AMM. 28, 1, 42). STAT. Theb. 1, 496 (*490 Adrastus tectos videns Tydea corio apri Polynicemque pelle leonis* stupet omine tanto) sensit ... adfore, quos ... Apollo -i generos ... ediderat. TAC. ann. 14, 22, 1 tamquam mutationem regis -at (*cometes ut*: SVET. Nero 36, 1 summis potestatibus exitium. AVR. VICT. Caes. 41, 16. ISID. nat. 26, 13 [= SVET. frg. p. 221, 14]). *al.*

b *usu profano respiciuntur:* α *quaelibet* (*non tam indicium quam causam eventus futuri respicere videntur* SALL., DECL. *et fortasse* PLAVT. Asin.): PLAVT. Asin. 530 nobis periclum ... -itur, dum eius exspectamus mortem, ne nos moriamur fame (frg. inc. 28 [*respicitur anus ebria vomitura vel minctura*] pellibus *cubilis* p. -itur. POLLIO Cic. fam. 10, 32, 5 *nolui* eorum periculorum metu, quae victoribus illis -bantur, deminuere *exercitum.* LIV. 28, 5, 6). Most. 742 (*contextu lacunoso*) erus ... venit; ... -itur (cor tend- *trad.*) ... ferriterium. Rud. 1394 (*loq. servus*) salvos sum, leno labascit, libertas -itur. SALL. Iug. 3, 2 cum ... omnes rerum mutationes caedem fugam aliaque hostilia -ant (*cf.* DECL. in Catil. 38 quia civitatum versutia [*an* versura? *v. Kristoferson ad l.*] mutabilitatem rerum suarum -i ... arbitrantur). LIV. 1, 50, 6 *si* suos eius *Tarquinii* paeniteat, quid spei melioris Latinis -i? SIL. 7, 431 (*Cymodoce nympha consulit Protea*) quid Tyriae classes ereptaque litora nobis -unt? β *prognostica:* GERM. frg. 4, 70 umidus ... gelidos -it Aquarius imbris ([ignis *trad.*]. PLIN. nat. 18, 355). PLIN. nat. 2, 150 arcus vocamus extra miraculum frequentes et extra ostentum; nam ne pluvias quidem aut serenos dies cum fide -unt (18, 344 *solis orientis radii non inlustres* pluviam -ent [-unt *var. l.*; *syn.* significabunt, denuntiabunt, ostendetur]. 18, 347). 18, 345 nubes *orienti vel occidenti soli incumbentes* a quocumque vento fuerint, eum -ent (18, 347 ventos. 18, 355). 18, 347 si ... puro nitore fulsit *luna*, serenitatem ... -ere creditur (*postea*: praesagit, praemonebit). 18, 354 cum ab aquilone *fulgurabit* ..., in posterum diem aquam -et. 18, 359 pulmones marini ... plurium dierum hiemem -unt. AVIEN. Arat. 1859 id (*sc. nubila*) ... mures ... -unt (*gr. 1137* μαντεύονται).

2 *verbis, sc. accedente colore praedicendi, vaticinandi (cf. etiam*

[Scheible]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*B2*): LVCIL. 727 reditum . . . talem -bant *Vlixi Tiresias et Circe* (*si recte explicavit Marx ad l.*), neque alia in mare ulla offendere. SALL. Catil. 47, 2 ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis -i (*de eadem re*: DECL. in Catil. 92 eo . . . genere vaticinii dignitatem suam -i). VERG. Aen. 3, 184 haec generi -ere *Cassandram* debita nostro (*huc traxit Lindsay* GLOSS.L III Abol. PO 15 -ere: imminere [*accepitne interpres* debita *pro subi.?*], aperire). 7, 256 hunc illum . . . -i generum (*oraculo Fauni 7, 96sqq.*; SERV. praedici, significari). LIV. 29, 10, 8 quo maturius fatis, om⟨i⟩nibus oraculisque -enti⟨s⟩ sese victoriae compotes fierent. 29, 11, 5 perficiendi eius *negotii* quam sibi spem . . . -ret *oraculum Delphicum*. AMM. 14, 7, 7 *Serenianus familiarem misit* ad templum . . . fatidicum quaeritatum praesa⟨gia⟩, an ei firmum -retur imperium. 29, 1, 32 (*respicitur anulus pensilis quidam singulas litteras perstringens*). CONSVLT. Zacch. 1, 27 p. 33, 17 (*syntaxi vix sana pertinet ad responsa in templis data*).

**B** *usu christiano, maxime* TERT. *proprio (scriptores christianos rem paganam referentes ad A relegavimus); respiciuntur*: 1 *quae putantur praefigurari* (*sc. technice secundum scripturae explicationem allegoricam; ad rem cf.* TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 14 alia species *prophetici eloquii* erit, qua pleraque figurate -untur per aenigmata et allegorias et parabolas [*distinguitur p. 382, 2 species*, qua futura . . . pro iam transactis enuntiantur]. 5, 4 p. 581, 16 'quae sunt allegorica' [*Gal. 4, 24*] id est aliud -entia. *ceterum cf.* PS. ORIG. *sub IIB*, TERT. resurr. *et* VVLG. *sub IIIB*): TERT. bapt. 8 p. 207, 16 (*ad gen. 48, 14*) Iacob nepotes . . . manibus benedixit . . . transversim obliquatis in se, ut Christum deformantes . . . -rent benedictionem in Christum futuram (*sim.* adv. Marc. 3, 22 p. 416, 3 'da signum Tau . . .' [*Ezech. 9, 4*]; ipsa est . . . littera . . . Tau . . . species crucis, quam -bat futuram). coron. 9 l. 10 si *templum et altare et cetera coronis carentia* figurae nostrae . . . fuerunt . . ., hoc quoque figurate -bant, homines dei coronari non oportere. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 23 totidem . . . apostoli -bantur proinde ut fontes (*num. 33, 9*) *eqs.* 5, 1 p. 570, 5 Saulis primo asperitas insectationis erga David dehinc paenitentia . . . non aliud -bat, quam Paulum in Saule *eqs.* monog. 6, 7 quid digamia . . . Abrahae -at, . . . apostolus edocet (*Gal. 4, 22sqq.*). 8, 3 *Anna prophetissa* templo dedita satis in semetipsa -bat, quales . . . ecclesiae debeant adhaerere. LACT. inst. 4, 26, 11 id -bat haec vis *corporum sanandorum*, quod . . . vitiorum maculis inquinatos doctrina eius *Christi* purificatura esset. PELAG. in Rom. 1, 4 ad Christum pertinentium in ipso Christo resurrectionis forma -itur (*Ps. Hier.* est, *var. l.* pert-). in I Cor. 11, 25 'hic calix novum testamentum est'; quia vetus hoc per sanguinem animalium -bat (-bant *MN*). in II Cor. 3, 3 velamen faciei Moysi cordis eorum *Iudaeorum* velamen ignorantiae -bat (ostend- *Ps. Primas.*). AVG. in psalm. 45, 12 l. 48 *signa miraculorum* quid -bant? quaest. hept. 7, 49 p. 493, 25 Iacob . . . ut id ipsum (*sc. Christi persecutionem*) -ret, luctabatur *cum angelo*.

2 *quae verbis significantur* (*cf. A2*): **a** *futura*: TERT. adv. Iud. 9, 4 quasi bellatorem -ant Christum *verba Is. 8, 4 prolata* (*eadem* adv. Marc. 3, 13 p. 396, 8). adv. Marc. 4, 8 p. 440, 6 dei regnum -bat *Christus* (*respic. Luc. 4, 43 ibid.* oportet me . . . adnuntiare regnum dei). 4, 31 p. 529, 3 sublectionem loco eorum (*sc. vocationem contemnentium, Luc. 14, 18sqq.*) ex gentibus de futuro -it *Christus*. 4, 35 p. 543, 5 ut *deus prophetia psalm. 117, 22* non eum -ret, quem et in lapidis . . . figura -rat (*sc. Christum*). 5, 10 p. 606, 16 carnalem et corporalem -it (prot- *codd.*) resurrectionem *apostolus* (*I Cor. 15, 35sqq.; antea p. 606, 9* praedicavit resurrecturum esse corpus. *cf.* resurr. 39 p. 82, 16 nec . . . aliam *resurrectionem* . . . a Paulo -i *atque carnis*). **b** *quaelibet* (*mera fere vi significandi, denotandi sim.*): TERT. anim. 18, 3 videmus . . . adversus sensus corporales aliam -i *a Platone* (*Phaed. 65a sqq.*) paraturam ut multo idoniorem, vires scilicet animae. fug. 4, 1 ut hoc sono (*gen. 1, 10*) -ret bonum esse, quod deo visum est. adv. Hermog. 30, 1 quasi et haec *verba* (*gen. 1, 2*) confusae substantiae . . . argumenta -ant. 37, 3 cum dicis: '. . .', malam -is (mala portentis *codd.*) *materiam*, et cum adponis: '. . .', bonam subostendis (*syn.* pronuntiare). adv. Marc. 4, 24 p. 502, 3 testificationem (*sc. appropinquasse regnum dei, Luc. 10, 11*) minas . . . -entem *iis, qui apostolos non recipiunt*. p. 502, 19 scimus . . . figurate scorpios et colubros (*Luc. 10, 19*) -i spiritalia malitiae (*Eph. 6, 12*). 4, 26 p. 511, 18 hac voce (*Luc. 11, 19*) quid magis -it quam . . . *daemonia* se eicere . . . in virtute . . . creatoris? 4, 29 p. 522, 1 ut eum *Christum* furem -at (*Luc. 12, 39*). adv. Prax. 28 p. 284, 12 in Christi nomine . . . alium deum -i, si *quis* Christi nomen patri adscribat. pudic. 7 p. 232, 16 Christianum . . . peccatorem in parabola utraque -i (*Luc. 15, 4–9*). resurr. 48 p. 100, 7 (*ad I Cor. 15, 29* qui baptizantur pro mortuis) certe illa praesumptione hoc eos instituisse -it (cont- *Gelenius*, Paulus ostendit *Engelbrecht*), quae *eqs.* virg. vel. 7, 6 cum . . . 'filias hominum' dicit (*gen. 6, 2*), manifeste virgines -it. GREG. M. moral. 31, 47 quid . . . per significationem locustae -unt (*exod. 10, 13*) . . . nisi linguas adulantium *eqs.*

*appendix structurarum ad I*: 1 *ipsa signa (quae pro obi. sunt v. sub II) inducuntur*: **a** *loco instrumenti*: α *per praepos.*: PLAVT. Poen. 464 omnibus in extis (1205 SVLP. SEV. chron. 2, 3, 4). CIC. Verr. II 4, 108 ex ostentis (har. resp. 26 div. 1, 46 EPIT. Alex. 92). LIV. 26, 41, 18 auguriis auspiciisque et per nocturnos visus (SVET. Aug. 95. Claud. 29, 3 per quaedam ostenta. PELAG. in I Cor. 11, 25). FRONTO p. 129, 17 v. d. H. de . . . ostentis. β *per abl.*: SALL. hist. frg. 3, 109 extis ne an somnio (LIV. 8, 6, 11 VAL. MAX. 3, 7 ext. 6. PLIN. epist. 2, 20, 13 quibus). OV. met. 15, 571 monstro . . . isto. LIV. 1, 8, 3 augurio (26, 41, 18 *v. supra*. CVRT. 4, 6, 12 SVET. Vit. 18 AMM. 15, 3, 7). 1, 41, 3 circumfuso igni. 5, 15, 3 eo . . . prodigio. 29, 10, 8 fatis ominibus oraculisque. VAL. MAX. 8, 11 ext. 1 caelesti denuntiatione. *al.* **b** *pro subi.* (*cf. etiam sub III*): ACC. praetext. 35 id quod . . . ostentum est. VARRO frg. (440 F.) Serv. auct. Aen. 3, 366 portentum (IVST. 17, 1, 3. *cf.* LIV. 1, 55, 5 prodigium [42, 20, 4. 44, 37, 9 FEST. p. 274 IVST. 40, 2, 1]. 21, 29, 4 principium . . . omenque belli [IVST. 12, 16, 6 CLAVD. rapt. Pros. 3, 132]. VAL. MAX. 1, 7 ext. 1 *monstrum* [SVET. Galba 18, 1]. SVET. Aug. 94, 2 ostentum [DRAC. laud. dei 1, 87, *ubi supple 'ostenta' e versu 85; usum intrans. vix recte agnovit Vollmer in indice*]). rust. 2, 4, 18 *sus XXX porcos enixa*. SALL. Iug. 3, 2 rerum mutationes. VERG. Aen. 7, 80 *Lavinia igne comprehensa*. LIV. 1, 8, 3 aves (1, 36, 4. *cf.* AMM. 15, 7, 8 alites). 1, 55, 4 non motam Termini sedem. 1, 55, 6 visa species. PAVL. FEST. p. 244 auspicia. GERM. frg. 4, 70 umidus . . . Aquarius. *et saepe* (*v. imprimis A1bβ et B1*).

2 *quae significantur, inducuntur*: **a** *per obi. acc.* (*simulque per subi. in struct. reflexiva* LIV. *l. 52*): α *solum*: (i) *-untur mala, incommoda sim. vel indefinita* (*notabiliora*): PLAVT. Asin. 530 periclum (frg. inc. 28 CIC. har. resp. 26. 53 POLLIO Cic. fam. 10, 32, 5 LIV. 28, 5, 6 SVET. Cal. 57, 2. *cf.* AMM. 18, 3, 1 discrimen). Curc. 272 quod *malum* (Poen. 464 m. damnumque [749]. SEN. nat. 2, 50, 2 DRAC. laud. dei 1, 87. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 2, 175 p. 173, 8 aliquid mali). Most. 742 ferriterium. CIC. Verr. II 4, 108 magnorum periculorum metus (har. resp. 55 STAT. Theb. 9, 583). har. resp. 53 periculum caedemque (SALL. Iug. 3, 2 c. fugam aliaque hostilia. *cf.* VAL. MAX. 8, 11 ext. 1 interitum. SEN. nat. 2, 49, 1 mortem exiliumque. SVET. Galba 18, 1 exitum. AMM. 23, 5, 8 obitus. *cf. l. 37sqq.*). div. 2, 24 res tristissimas (ARNOB. nat. 7, 40 *v. infra. cf.* PAVL. FEST. p. 244 tristia). VARRO frg. (440 F.) Serv. auct. Aen. 3, 366 aliquid futurum (SEN. nat. 2, 32, 1 SOL. 32, 16 ISID. diff. 1, 458. *cf.* AMM. 22, 14, 8 paulo post eventura. 25, 10, 11 id quod mox accidit). VERG. Aen. 7, 80 bellum (PLIN. nat. 8, 221). OV. met. 15, 571 quidquid . . . seu laetum est . . . sive minax (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 530 p. 484, 11 prospera potius quam adversa. ISID. nat. 26, 13 [= SVET. frg. p. 221, 14] secunda vel adversa). LIV. 44, 37, 9 occasum regni perniciemque gentis (*cf.* CVRT. 4, 2, 14 exitium [PLIN. nat. 10, 41 SVET. Nero 36, 1]. 4, 6, 12 excidium. 4, 10, 6 ruinam stragemque [IVST. 17, 1, 3]. *sim. al.; cf. et l. 26sqq.*). PLIN. nat. 2, 237 dira (8, 185 IVST. 17, 1, 3). *et al.* *per praepos.* ab *indicatur insuper unde mala proficiscantur*: ARNOB. nat. 7, 40 ictum cum esset Capitolium fulmine . . . responsum *est* res scaevas tristissimasque -i ab incendiis, caedibus *eqs.* (ii) *-untur bona, felicia, laeta sim.* (*cf. l. 34sqq. et quaedam sub β et b allata*): PLAVT. Poen. 1205 nimiae voluptatist quod . . . -tumst. Rud. 1394 libertas. LVCIL. 727 reditum *Vlixi*. SALL. Catil. 47, 2 regnum (LIV. 1, 8, 3. LACT. inst. 1, 11, 62 [= ENN. frg. var. 98 *non ad verbum allatum*]. IVST. 11, 7, 7. 23, 4, 8 VIR. ill. 6, 4). Iug. 63, 1 magna atque mirabilia (SVET. Aug. 95 laeta . . . et m. FRONTO p. 129, 17 v. d. H. res maximas). hist. frg. 3, 109 thesaurus. LIV. 1, 55, 5 magnitudinem imperii (*cf.* 31, 5, 7 prolationem finium [42, 20, 4]. 42, 30, 9 propagationem finium). 21, 29, 4 prosperum eventum. *ibid.* victoriam (29, 10, 8 -entis sese victoriae. 31, 5, 7 et triumphum [42, 30, 9 PLIN. nat. 17, 244]. FRONTIN. strat. 1, 12, 4 IVST. 12, 16, 6. *cf.* BELL. Afr. 82, 2 *sub β*). 29, 11, 5 spem. CVRT. 3, 3, 5 fulgorem (*cf.* AMM. 23, 5, 14 incrementa claritudinis). PLIN. nat. 2, 144 summa felicitas (SVET. Vesp. 5, 2. *cf.* FRONTO p. 208, 22 v. d. H. laetam et pinguem fortunam). 11, 55 suavitatem . . . eloquii. TAC. hist. 2, 78, 2 imperium (SVET. Galba 4, 2 AMM. 14, 7, 7. *cf. l. 50*). *al.*

β *accedit acc. praedic.*: BELL. Afr. 82, 2 victoriam sibi propriam. VERG. Aen. 3, 184 haec generi . . . debita nostro. 7, 256 hunc illum . . . generum (STAT. Theb. 1, 496 quos . . . g.). LIV. 1, 55, 4 firma stabiliaque cuncta. 26, 41, 18 omnia laeta ac prospera (*eadem* 31, 7, 15). SVET. Dom. 23, 2 beatiorem post se laetioremque . . . rei publicae statum. TERT. anim. 18, 3 aliam . . . paraturam ut multo idoniorem. adv. Hermog. 37, 3 *materiam* malam. adv. Iud. 9, 4 (= adv. Marc. 3, 13 p. 396, 8) bellatorem . . . Christum. adv. Marc. 4, 24 p. 502, 19 colubros -i spiritalia malitiae. 4, 29 p. 522, 1 eum *Christum* furem.

**b** *per acc. c. inf.* (*cf. aβ; dubites de* PLAVT. Poen. 464, *v. p. 11, 73, item de* TERT. bapt. 8 p. 207, 16, *v. p. 13, 26*): LVCIL. 727 neque alia . . . ulla offendere. ACC. praetext. 35 commutationem rerum . . . fore perpropinquam. CIC. div. 1, 46 triginta annos Cyrum regnaturum esse. LIV. 1, 36, 4. 1, 41, 3. 1, 55, 6 FEST. p. 274 PLIN. epist. 2, 20, 13 SVET. Claud. 29, 3. Vit. 18 non aliud -i . . . quam venturum *eqs.* (*sim. praecedit pron. neutr.*: TERT. adv. Marc 4, 26 p. 511, 18 quid magis -it quam *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 3, 20 p. 264, 15 id). *al.*

**c** *per enunt. secund.* (*praecedente pron. dem.* LACT.): TERT. monog. 8, 3 quales . . . ecclesiae debeant adhaerere. LACT. inst. 4, 26, 11 id . . ., quod . . . inquinatos doctrina eius purificatura esset.

**3** *quem (quid) respiciat portentum indicatur dativo passim inde a* PLAVTO (*e. g.* Asin. 530 nobis . . . et familiae. frg. inc. 28 pellibus. SALL. Catil. 47, 2 tribus Corneliis. VERG. Aen. 7, 80 populo. *cf. et p. 15, 31*), *praepos. v. p. 15, 31* (*vix huc spectat* TAC. ann. 13, 17, 1 iram deum -i . . . adversus facinus).

**II** *pro obi. sunt ipsa signa, i. q. in conspectum porrigere, (prae-)*

*[Scheible]*

2*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*significando exhibere (eloqui l. 22), monstrare sim.* (*praevalente respectu efficiendi* Evagr. *sub B; formas neutr. pron. vel adi. ambiguas ad I relegavimus*; Amm. 15, 3, 7 *e lect. trad.* avirio *potius* augurio *quam* auguria *restituas; de* Ivst. 33, 1, 7 *v. p. 17, 55*): **A** *apud paganos*: Cic. nat. deor. 2, 7 praesensiones rerum futurarum quid aliud declarant nisi hominibus ea, quae sint, ostendi, . . . -i, . . ., ex quo illa ostenta . . ., portenta . . . dicuntur (*huc trahunt Plasberg 1911 et Pease 1958 ad l.; sunt qui deleant* quae sint; *ad I spectat, si recte cum codd. det.* quae ⟨futura⟩ sint *legit Walker, vel* ea *ad gen.* rerum futurarum *referas, ut Ax 1933, 180*). 2, 166 *deos hominibus consulere* intellegitur . . . significationibus rerum futurarum, quae tum dormientibus tum vigilantibus -untur. div. 1, 119 quae (*sc. exta sine corde, iecur sine capite*) . . . illi -bantur a dis . . ., ut videret interitum, non ut caveret. 2, 130 Chrysippus (*Stoic. vet. frg. II 1189*) . . . divinationem definit his verbis: vim . . . explicantem signa, quae a dis hominibus -antur (*cf. Stoic. vet. frg. II 1018 ὑπὸ τῶν θεῶν διδομένων σημείων*). Liv. 30, 32, 9 ominatur, quibus quondam auspiciis patres . . . pugnaverint . . ., ea illis . . . -isse deos. Tac. ann. 6, 37, 2 quia eorum, quae terra caelove -rentur, *esset* certior fides, fluminum instabilis natura simul ostenderet omina rapetque. Apvl. met. 10, 17, 5 scaevum praesagium. **B** *apud Christianos* (*an huc l. 42? loc. dub.* Hier. in Ezech. 12, 4–6 l. 1232 viri portentosi vocantur *prophetae* [*Zach. 3, 8*], quod figuras -ant [*cod. P; sed* futura *editur vulgo fortasse recte sec. locum geminum* 4, 13–15 l. 1466]): Ps. Orig. tract. 12, 18 B. *Raab* typum ecclesiae . . . -bat (pro- *var. l.*). 14, 13 (*ad iud. 7, 12*) Madian . . . imaginem diaboli -bat, Amelech vero mortis. *cum obi. rei effectae fere i. q. portentose facere*: Evagr. vita Anton. 83 nos minime convenit diffidere tam grande miraculum per hominem potuisse -i (*Migne gr. 26, 960B εἰ . . . τοσαῦτα γέγονε θαύματα, Vita Anton.* si talia admirabilia facta sunt).

**III** *absolute vel intransitive, fere i. q. signum, indicium esse* (*quo spectet praesagium indicatur dat. l. 35. 39. 44, praepos. l. 42. 46; non huc pertinet* Drac. *p. 14, 11 sq.*): **A** *in divinatione pagana*: Cic. div. 1, 93 *signa*, quia . . . ostendunt, -unt, . . . ostenta, portenta dicuntur (*sim.* Fest. p. 138 Non. p. 430, 4). Plin. nat. 2, 93 *cometen arbitrantur* tibiarum specie musicae arti -ere *eqs.* 2, 139 (*antea*: in totam vitam fatidica *fulmina*) existimant non ultra decem annos -ere privata *fulmina*, . . . publica non ultra tricesimum annum. Ivst. 22, 6, 2 si prius quam proficiscerentur *sol occidisset* . . ., adversum profecturis prodigium esse; nunc, quia egressis acciderit, illis, ad quos eatur, -ere. **B** *in sacra scriptura eiusque explicatione*: Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 464, 20 ita praemiserat *deus*: 'posui ante vos benedictionem . . .' (*deut. 30, 19*); quod etiam in hanc euangelii dispositionem -bat (*an deus pro subi., ut ad IIB pertineat? cf.* resurr. *infra*). 4, 30 p. 525, 11 de . . . similitudine (*Luc. 13, 21*) vereor, ne forte alterius dei regno (-um *Kroymann*) -at. resurr. 28 p. 65, 15 cum Moyses manum in sinum condit et emortuam profert . . . (*exod. 4, 6 sq.*), nonne hoc de toto homine -it? (*Moyses pro subi. intellegit Evans in versione 1960, vix recte*). Vvlg. Zach. 3, 8 quia viri -entes sunt *amici Iesu sacerdotis* (*duplicem explicationem exhibet* Hier. *ad l.: aut prophetas esse intellegendos, qui* in signum sunt positi futurorum [l. 185; *sim. p. 22, 28 sq.*], *aut apostolos*, qui eius *domini* mystica signa perspexerint et ex praesentibus futura cognoverint [l. 211 sq.]).

*p. p. p. pro subst.* ˣ**portentum,** -ī *n.* (*cf. usum supra sub II illustratum*). *de origine: coniungitur cum* portendere Varro frg. (440F.) Serv. auct. Aen. 3, 366 Cic. nat. deor. 2, 7 *et saepius* (*coll. p. 11, 24 sq. addiderim* Fest. p. 245 -a, quae quid porro tend[e]atur indicent. Gloss. V 657, 27 -um dicitur quod porro nos dirigat vel quod portendat longius [*cf.* Char. gramm. p. 389, 2B. quod porro . . . manet]), *ceterum fortasse cum* portare Non. p. 430, 4 *infra*. *gen. plur.* -um: Pacvv. trag. 82 (*affertur a* Cic. orat. 155, *qui testatur hanc formam in neutris minus usitatam esse*). *genus neutr. testantur* Ps. Asper gramm. suppl. 41, 33 Gramm. suppl. 106, 14. *de notione et de differentiis* (*v. etiam infra sub IA1a*): Varro frg. (440F.) Serv. auct. Aen. 3, 366 (*v. vol. VIII 1446, 13*) *originis potius quam notionis differentias vocum* ostentum, -um, prodigium, miraculum, monstrum *illustrare videtur* (*caute adducit frg.* Serv. auct. *l. c.*: modico fine discernuntur, sed confuse pro se plerumque ponuntur. *ceterum fere pro synon. afferunt*: Fest. p. 138 monstrum . . ., quod monstret futurum . . ., quod etiam prodigium . . . et -um, quod portendat et significet; inde dici apparet . . . ostentum. p. 194 ostentum . . . pro -o poni. Synon. Cic. p. 421, 17 deforme. . . . monstrum. -um. prodigium. ostentum. Gloss. II 453, 22 τέρας: monstrum, -um *eqs.* [*sim.* III 253, 3]). Fest. p. 245 -a existimarunt quidam gravia esse, ostenta bona; alii -a quaedam bona, ostenta quaedam tristia appellari (*quae sequuntur v. vol. VIII 1446, 39. cf.* Serv. Aen. 7, 58 -a: signa quae sunt media . . .; nam et bona et mala sunt -a. *v. etiam p. 16, 37*). Non. p. 430, 4 monstra et ostenta similiter intelleguntur, quod inminentia monstrent et ostendant; omen vero votum est . . . vocis . . .; -um non solum quod portendat, sed quod etiam -a ⌞adportet et faciat⌟ (eliciat *L. Müller*) ex his significationibus, quae in auspiciis, auguriis, extispiciis ostenduntur; prodigium autem semper pessimum est. 435, 27 sqq. monstra ostenta et monita deorum *sunt*; . . . prodigia deorum minae vel irae . . .; -a ostenta quae aliquid imminere significant (*vix apte affertur* Lvcil. 587, *v. p. 18, 42*). Prob. app. gramm. 200, 7 ostentum et monstrum praesentia ostentant, prodigium autem et -um futura significant. Char. gramm. p. 389, 2B. (*v. vol. VIII 1446, 49*). p. 389, 9 in ostento raritas admirationem facit, in monstro rectus ordo naturae vincitur, in -o differtur eventus, in prodigio detrimenta significantur. Isid. diff. 1, 457 (*v. vol. VIII 1446, 55*). 1, 458 -um dicitur, quod ex omni parte naturae mutationem sumens aliquid portendere futurum videtur, sicut . . . in Xerxis regia ex equa vulpem ferunt creatam . . .; nam portentosa dicuntur quae ex parte corporis sumunt mutationem (notationem *var. l.*), ut exempli causa cum sex digitis nati (*sim.* orig. 11, 3, 6 -a sunt quae transfigurantur . . .; p. vero levem sumunt mutationem *eqs.*). 1, 459 -um nascitur et in sua permanet qualitate; ostentum vero subito offertur oculis et subducitur *eqs.* Gloss. -um: τέρας. παράδειγμα. novum aliquid pro signo natum aut factum. -a: signa vel mirabilia. monstruosa signa. ostensionis signa. *al.* *vix est quod moneamus has voces a scriptoribus fere promiscue usurpari; iuxtaponuntur vel variant inter se* -um *et* miraculum (Cic. nat. deor. 1, 18 Liv. 4, 35, 9. Plin. nat. 28, 70 -orum miracula), monstrum (Lvcil. 480 Cic. S. Rosc. 63 Cluent. 188 Phil. 13, 49 nat. deor. 3, 5 div. 1, 92. *al.; v. etiam infra p. 21, 8 sq. et vol. VIII 1446, 81 sqq.*), omen (Sil. 16, 125, *cf.* Serv. *infra l. 38*), ostentum (Cic. div. 2, 61 [*62* o.]. Plin. nat. 2, 199. Cens. 17, 5 [*6* o.]. Epit. Alex. 91 [*92* o.]. *al., v. etiam p. 17, 30 sq.*), prodigium (Pacvv. trag. 82 Cic. S. Rosc. 38 Pis. 9 Phil. 4, 10. *al.* Sall. Catil. 30, 2 Liv. 5, 15, 6 *et saepe. asyndeton bimembre in sermone legis* Cic. leg. 2, 21, *gen. inhaerentiae* prodigiorum -a Consvlt. Zacch. 2, 11 p. 71, 4; *notione distinguuntur* Acc. trag. 209 *v. p. 17, 12 sq.*), signum (Stat. Theb. 3, 640 [*639* s.]. Itala exod. 7, 3 *et* 9 [Lugd. *al.*]. Marc. 13, 22 [codd. k, l = Vvlg.] *et saepe in sacris scripturis et inde apud eccles., e. g.* Tert. resurr. 22 p. 55, 2). *legitur inde a* Pacvv., Acc., Cic.

*i. q. prodigium sim.*, τέρας (*quae vox gr. respondere solet; fere de ipsis rebus vel eventibus monstruosis; hic illic potius de actione vel statu significandi, ut e. g. in structura dat. fin.* Acc. *p. 17, 12 [conferasne etiam p. 19, 17? ceterum v.* in -um *infra p. 17, 83], gen. qual.* Ivl. Val. 3, 16 *p. 18, 59 [v. etiam p. 18, 66]; de ratione, quae intercedit inter -um et voces affines, v. l. 13 sqq. p. 15, 62 sqq.*): **I** *usu primario respiciuntur insolita quaedam, quae fere contra naturam esse (fieri) putantur*: **A** *notione originaria, sc. vigente vi significandi, demonstrandi, de signis*: **1** *indicantibus futura* (*respiciuntur imprimis funesta vel media, sed bona* Acc. trag. 209 Cic. carm. frg. 22, 4. 24 Verg. Aen. 8, 533 [Serv. bona omina]. Sil. 16, 125 *et p. 15, 73*): **a** *doctrinae* (*cf. et supra p. 15, 62 sqq.*): Cic. div. 2, 61 (*sec. Chrysippum*) nec quicquam fit, quod fieri non potest, nec, si id factum est, quod potuit fieri, -um debet videri; nulla igitur -a sunt; nam si, quod raro fit, id -um putandum est, sapientem esse -um est *eqs.* (*cf.* Sen. contr. 1, 3, 4 scio nec fieri, quod non potest, nec -um esse, quod potest). Cens. 17, 5 -a mitti divinitus, quibus admonerentur *homines* unum quodque saeculum esse finitum. Avg. civ. 21, 8 p. 504, 24 sqq. D. hoc certe Varro . . . -um non appellaret (*v. p. 19, 21 sq.*), nisi esse contra naturam videretur; omnia quippe -a contra naturam dicimus esse, sed non sunt; . . . -um . . . fit non contra naturam, sed contra quam est nota natura (*inde* Isid. orig. 11, 3, 1 sq.); quis autem -orum numerat multitudinem *eqs.* quaest. hept. 5, 29 quoniam -orum inspectores prohibet esse in populo dei (deut. 18, 11 *cit. p. 17, 1*), quaerendum est, quomodo ista -a . . . discernantur ab eis, quae divinitus . . . dantur; . . . illae inspectiones prodigiorum a significationibus divinorum miraculorum discernendae sunt. Isid. orig. 11, 3, 4 quaedam . . . -orum creationes in significationibus futuris constitutae videntur; vult enim deus . . . ventura significare per aliqua nascentium noxia, sicut et per somnos *eqs.* *in partitione rei divinae*: Cic. har. resp. 18 *maiores nostri* caerimonias pontificatu, rerum bene gerundarum auctoritates augurio, fatorum veteres praedictiones Apollinis vatum libris, -orum expiationes Etruscorum disciplina contineri putaverunt (*inde* Val. Max. 1, 1, 1 -orum depulsi⟨one⟩s). nat. deor. 3, 5 cum omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit, tertium adiunctum sit, si quid praedictionis causa ex -is et monstris Sibyllae interpretes haruspicesve monuerunt.

**b** *exempla*: α *-a indefinita* (*distingui videntur certa quaedam genera -orum l. 68. 77. 81*): Ⓘ *generatim*: Pacvv. trag. 82 prodigium horriferum, -um pavos. Cic. Phil. 4, 10 sive . . . prodigiis atque -is di immortales nobis futura praedicunt . . . sive *eqs.* top. 77 (*inter*: divina testimonia . . . rerum) multarum . . . rerum in terra -a atque etiam per exta inventa praesensio, a dormientibus quoque multa significata visis. nat. deor. 2, 163 multa oraculis declarantur . . ., multa -is. Sall. Catil. 30, 2 alii -a atque prodigia nuntiabant. Liv. 3, 5, 14 caelum visum est ardere plurimo igni, -aque alia . . . obversata oculis. Stat. Theb. 3, 640 (*verba Amphiarai bellum dissuadentis*) vidi ingentis -a ruinae (*639* signa futuri). *al.* Ⓘⓘ *speciatim respicitur interpretatio vel expiatio* (-a *comburuntur p. 17, 77*): Cic. har. resp. 11 (*antea*: expiabo religionem aedium mearum) libenti animo -is deorum immortalium religionique parebo. leg. 2, 21 prodigia -a ad Etruscos [et] haruspices . . . deferunto . . .; quibus divis creverint, procuranto idemque fulgura atque obstita pianto (*cf. l. 56 sqq. nec non p. 17, 21. 46 et* div. 1, 92 Etruria . . . de caelo tacta . . . interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque -is). div. 1, 109 quae . . . extis, quae fulgoribus, quae -is, quae astris praesentiuntur, haec notata sunt observatione diuturna (*cf.* Cens. 17, 6 haec -a Etrusci . . . diligenter observata in libros rettulerunt). 2, 61 coniector quidam et interpres -orum ([*postea*: ostentum]. *cf. p. 17, 17 et* Itala

[Scheible]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deut. 18, 11 [Coll. Mos. 15, 1, 2] nec haruspex nec interrogator mortuorum nec -a inspiciens [*gr.* τερατοσκόπος, *altera versio ibid. 15, 1, 1* nec intendas prodigia, *Lugd.* ariolus, Aug. quaest. hept. 5, 29 -orum inspectores, *Vulg.* ne divinos *consulat*]. IREN. 1, 15, 6 [1, 8, 17 H.] idolorum fabricator, Marce *haeretice*, et -orum inspector [*gr.* τερατοσκόπε]). VARRO rust. 1, 1, 3 ad cuius *Sibyllae* libros ... publice solemus redire, cum desideramus, quid faciendum sit nobis ex aliquo -o (*cf.* LIV. *l. 29 et 73*). LIV. 5, 15, 6 de privati -i procuratione ... consulere *vatem*. APVL. met. 3, 2, 5 in modum eorum, quibus lustralibus piamentis minas -orum hostiis circumforaneis expiant, circumductus. COMM. instr. 1, 22, 6 -a sua scisse quo profuit illi, *qui haruspices sim. consuluit*?

*β -a definita*: (I) *varia*: ACC. trag. 209 quod mihi -o caelestum pater prodigium misit ..., agnum ... aurea clarum coma. praetext. 6 te sancte ... invoco, -a ut populo patriae verruncent bene (*respiciuntur cerva et lupus Romanis victoriam portendentes, v. Liv. 10, 27, 8*). CIC. div. 1, 39 (*Philist. Frg. Gr. Hist. 556 F 57*) *Dionysii mater* somniavit se peperisse satyriscum; huic interpretes -orum, qui Galeotae tum in Sicilia nominabantur, responderunt *eqs.* 1, 76 maximum ... illud -um ... Spartiatis fuit, quod ... simia ... sortes *oraculi Dodonaei* ... disturbavit. 2, 59 quod clipeos Lanuvii ... mures rosissent, maxumum id -um haruspices esse dixerunt: quasi vero quicquam intersit mures ... scuta an cribra corroserint (*antea*: monstrum). carm. frg. 22, 4 omnes memori -um mente retentant (*aliter Hom. B 301; respicitur draco novem devorans aves. de eodem*: 22, 24 haec -a [*B 324* τέρας]). VERG. Aen. 7, 58 variis -a deum terroribus obstant (*de examine apium in apice lauri subito pendente*). 11, 271 horribili visu -a sequuntur (*sc. socii in aves conversi, quos argumentum affert Diomedes auxilium negans*). LIV. 1, 56, 4 -um terribile visum: anguis ex columna lignea elapsus. 10, 47, 6 (*respicitur pestilentia*) -o ... iam similis clades erat et libri aditi ... quod remedium eius mali ... daretur. PLIN. nat. 1, 17 ind. auct. Aristandro, qui de -is scripsit (*cf. 17, 243* qualibus ostentis, *sc. arboribus mutatis sim.*, Aristandri ... volumen scatet). SIL. 16, 125 (*124* omina. *128* prodigia. *133* monstra) caelicolae, -a ... vestra secundi condite (*de flamma in capite Massinissae edita; sim. de Lavinia igne comprehensa* CLAVD. DON. Aen. 7, 250 p. 41, 6). STAT. Theb. 3, 512 (*loq. Melampus augurium capiens*) quae prima deum -a sequamur? (*510* monstra volant, dirae stridunt ... volucres). *al.* *iocose in imag.*: CARM. pop. Gell. 15, 4, 3 concurrite ... haruspices! -um inusitatum conflatum est recens: nam mulas qui fricabat consul factus est. MART. 11, 102, 8 (*de puella, quae loquendo pulchritudinem perdit*) audiat aedilis ne te videatque caveto: -um est, quotiens coepit imago loqui. (II) *portendunt res naturae*: VARRO frg. Cens. 17, 8 cum multa -a fierent et murus ac turris *urbis* ... de caelo tacta essent (*respiciuntur fulmina ut*: VERG. Aen. 8, 533. LIV. 28, 27, 16 *v. infra.* FEST. p. 214 peremptalia fulgura *vocantur* ..., quae superiora fulgura ut -a vi sua peremant [*eadem fere* p. 245]). CIC. div. 1, 35 *Etruscos non* fallaciter -a interpretari, cum terrae saepe fremitus, saepe mugitus, saepe motus multa ... gravia et vera praedixerint (*item de terrae motu sim.*: 1, 97 [*praeter cetera velut*: duo visi soles ..., tres lunae *eqs.*]. PLIN. nat. 2, 199 [*cf.* 1, 2, 85] factum est ... ingens terrarum -um; ... montes duo inter se concurrerunt *eqs.* [*postea*: non minus mirum ostentum]. IVST. 17, 1, 3). LIV. 28, 27, 16 lapides pluere et fulmina iaci de caelo et insuetos fetus animalia edere vos -a esse putatis (*quae sequuntur v. p. 19, 56 sq.*). 44, 37, 5 *C. Sulpicius Gallus* pronuntiavit nocte proxima, ne quis id pro -o acciperet, ... lunam defecturam esse (*cf.* IVST. 33, 1, 7 luna nocte defecit, id -um Perseo omnibus praesagantibus finemque ... regni portendi vaticinantibus [triste id -um *vel* ostentum *var. l.*; -um *pro subst. accepit Petersson, 1926, 70 sq., sed fortasse intellegas potius inf. perf. pass.*]. *sim. de solis defectu*: TERT. Scap. 3, 3 sol ... extincto paene lumine adeo -um fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati. IVST. 22, 6, 1 -i religio). PAVL. FEST. p. 244 -a rerum fieri dicuntur, cum ⌊solida corpora raro⌋ se ostendunt ut cometae, turbines, barathra, sereno caelo facta tonitrua (insolita c. aut quae raro *Festo restituit Lindsay*). TERT. resurr. 22 p. 55, 2 diem ultimum ... signis atque -is et concussionibus elementorum ... praenotatum (*ad Luc. 21, 10 sq.*). RVFIN. hist. 3, 8, 2 (*respicitur templum noctu lumine claro circumdatum*) quod inperitis ... prosperum videbatur, sed ... doctores non latuit exitiale -um (*gr. male respondet*). (III) *portendunt insueti fetus* (*cf. et p. 18, 79*): CIC. nat. deor. 2, 14 praeter naturam hominum pecudumque -is *terrentur animi*. VARRO rust. 2, 1, 27 non, si hic in Italia, cum peperit mula, sit -um, adsentiri omnes terras. 2, 4, 17 *scrofam* parere ... oportere porcos, quot mammas habeat; ... si plures pariat, esse -um (*sequitur fabula de sue Lavinia, cf. p. 12, 10*). LIV. 28, 27, 16 *v. l. 52.* 31, 12, 9 (*8* ante omnia abominati semimares) decemviros adire libros de eo -o iusserunt (*syn.* prodigium. *cf.* AVR. VICT. Caes. 28, 3 quod ... denuntiatum ... prodigiis -isque [*4* suis utero maris feminarum genitalia apparuere]). TARQVIT. PRISC. Macr. Sat. 3, 20, 3 *arbores infelices* sentesque, quibus -a prodigiaque mala comburi iubere oportet. EPIT. Alex. 91 *mulier quaedam rustica* -um regi ostendit ac se peperisse dicit (*syn. 90* monstrum, *92* prodigium, ostentum. *de eadem re*: ISID. orig. 11, 3, 10 multiforme -um). (IV) *in vetere testamento portendunt ipsi prophetae fere insolita vel mira quaedam facientes* (*ad rem v. Stolz apud Jenni-Westermann, Theol. Handwörterb. zum AT I 93*): VVLG. Is. 8, 18 ecce ego et pueri quos mihi dedit dominus in signum et in -um Israhelis ([*explicat* HIER. *ad l.* quod ... prophetae in signum praecesserint futurorum *coll.* Ezech. 24, 24 *infra et Zach. 3, 8 p. 22, 26 sq.*]. Ezech. 24, 24 erit ... Hiezecihel *uxorem non lugens* vobis in -um: iuxta omnia quae fecit facietis [*de eadem re* 24, 27]). 20, 3 sicut ambulavit ... Isaias nudus ..., trium annorum signum et -um erit super Aegyptum ...; sic minabit rex Assyriorum captivitatem Aegypti (HIER. *ad l.* p. 188[D] typum praebens captivitatis Aegyptiae). Ezech. 12, 6 -um dedi te *egredientem e civitate* domui Israhel (HIER. *ad l.* in signum ... et figuram prophetarum ... facta sunt). 12, 11 ego -um vestrum: quomodo feci sic fiet illis.

2 *testantibus potestatem humana superantem* (*sc. dei vel daemonum*): ITALA exod. 7, 3 (Lugd. *al.*) implebo signa mea et -a in Aegypto (*Vulg.* ostenta. *de iisdem*: 7, 9 [*ibid.*] date nobis signum vel -um [*Vulg.* ostendite signa]. psalm. 134, 9 [cod. 136 Cas.] misit signa et -a ... in Pharao [*item* HIER. psalt. sec. Hebr.; *Veron. al.* = *Vulg.* prodigia]. VVLG. deut. 4, 34 [*Itala Lugd.* monstris]. *et saepius*). II par. 32, 31 (Complut.) qui *legati* missi fuerant ... requirere -um, quod contigerat (VVLG. ut interrogarent de -o. *cf. 32, 24* [*Complut.*] dedit illi signum *deus* [*v. Vulg. IV reg. 20, 10* ut revertatur retrorsum *umbra*]). Ioel 2, 30 (cod. 175) dabo -a in caelum (*Tert. adv. Marc. 4, 39 et Vulg.* prodigia). Matth. 24, 24 (Cypr. Fort. 11, Ps. Cypr. rebapt. 12) dabunt signa magna et -a *pseudoprophetae* (*cod. e al. et Vulg.* prodigia. *sim. loco gemino* Marc. 13, 22 [codd. k, l = VVLG., *ubi cod. b* ostenta, *aur. al.* prodigia]). II Thess. 2, 9 (Tert. resurr. 24. *al.*) *antichristi* est adventus ... in omni virtute et signis atque -is mendacii (*gr.* τέρασιν ψεύδους, *Tert. adv. Marc. 5, 16* ostentis, *Vulg.* prodigiis mendacibus). Hebr. 2, 4 (Aug. trin. 3, 11, 22 = VVLG.) *salutem* contestante deo signis et -is et variis virtutibus (*cod. e al.* prodigiis). VICTORIN. POETOV. in apoc. 10, 2 apostoli ... virtutibus signis -is magnalibus factis vicerunt incredulitatem. LACT. inst. 5, 3, 16 (*referuntur verba Hieroclis*) ob exigua -a deum *Christum* credidistis. VVLG. deut. 13, 1 si ... *propheta* praedixerit signum atque -um, et evenerit quod locutus est ..., non audies verba *eqs.* (*Lugd. al.* prodigium, *Tert. scorp. 2* ostentum). AVG. civ. 22, 6 p. 563, 4 D. lupa ... illa nutrix quod videtur quasi magnum extitisse -um, ... quantum est ad demonstrandum deum *Romulum*? *al.*

**B** *plus minusve neglecta vi significandi de monstruosis vel miraculosis quibusdam*: 1 *animantibus* (*de arboribus sub bγ, de habitu corporis monstruoso infra l. 58, de maculis p. 19, 2; ea, quae deorum loco coluntur v. sub IIB2*): **a** *fabulosis* (ISID. orig. 11, 3, 28 dicuntur ... hominum fabulosa -a, quae non sunt, sed ficta in causis rerum interpretantur, ut Geryonem ... triplici forma proditum; ferunt enim tres fratres *eqs.*): LVCIL. 480 multa homines -a in Homeri versibus ficta monstra putant, quorum in primis Polyphemus (*cf.* ι *190* θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον). 587 nisi -a anguisque volucris ac pinnatos scribitis (*aliter* NON. *p. 15, 82 sq.*). LVCR. 2, 701 (*iuxta*: semiferas hominum species). 5, 37 quae sunt -a perempta *ab Hercule* (*cf.* HOR. epist. 2, 1, 11 qui ... nota ... fatali -a labore subegit. SEN. Herc. O. 74 astra -is prius ferisque Iuno tribuit *quam Herculi*). 5, 837 multa ... tum tellus ... -a creare conatast ...: androgynum ..., orba pedum partim, manuum viduata *eqs.* (*cf.* 5, 845 cetera de genere hoc monstra ac -a creabat nequiquam tellus. *vix huc p. 20, 19*). CIC. nat. deor. 2, 5 *quis* illa, quae quondam credebantur, apud inferos -a extimescat? (*de iisdem*: SEN. Herc. f. 603 -a fugiens *visu* [*601* facie pollui metuens nova]). DIRAE 55 nigro multa mari dicunt -a natare, monstra ... terrentia. PS. VERG. Aen. 6, 289a (*versus exhibet Serv. auct. ad l.; ab ipso Verg. deletos esse putat Sabbadini*) Gorgonis ... -um immane Medusae. PROP. 3, 22, 28 Itala -is nec furit (*sive* fluit *codd. rec.*, fuit *cet.*) unda (una *codd. opt.*) novis, non hic Andromedae resonant ... catenae. OV. am. 2, 16, 23(25) quae virgineo -a sub inguine latrant (*cf.* AVSON. 456, 2 p. 398 P. freti Siculi famosa -a). IVL. VAL. 3, 16 bestiam ... inopinabili magnitudine ... adeo immensi -i rem, ut *eqs.* (*in expeditione Alexandri ut* EPIST. Alex. l. 447 H. in Gange flumine erant admirabilia -a). *in imag. et comparationibus*: CIC. Sull. 76 nolite ... arbitrari hominum illum impetum ... fuisse ...; beluae quaedam illae ex -is immanes ac ferae forma hominum indutae extiterunt. SEN. suas. 1, 13 *Menestratus* dixit ipsis Charybdi et Scylla maius -um (*cf. IIC*). SEN. epist. 92, 9 sapientiam ex quibus composuere -is *Carneades et acad., sc. ut Scyllae similis sit*? AMBR. fid. 1, 6, 46 *haeresis* velut quaedam monstruosis Scylla -is (monstruosi ... -i *var. l.*) in varias formas distincta (*obloquitur* PALLAD. Maximin. c. Ambr. 87 desine a similitudine monstruosa ..., relinque -a. *cf. IIB2b*).

**b** *naturalibus, sed a norma recedentibus* (ISID. orig. 11, 3, 7 sqq. -a ... existunt alia magnitudine ... alia parvitate totius corporis ... alia a magnitudine partium ... alia a defectu partium *eqs. v. et p. 16, 4 sqq.*): α *de beluis immanibus* (*huc fortasse spectat l. 52 et minus probabiliter etiam l. 59 sq.*): HOR. carm. 1, 22, 13 lupus ..., quale -um neque ... Daunias ... alit ... nec *eqs.* SEN. suas. 1, 1 novae ac terribiles figurae, magna ... Oceano -a, quae profunda ista vastitas nutrit. SEN. epist. 82, 23 *contra mortis timorem* interrogatiunculas nectis? magnis telis magna -a feriuntur; serpentem illam in Africa saevam ... frustra sagittis ... petierunt (*ad rem v. p. 22, 39*).

*β de hominibus animalibusque degeneribus, deformibus* (*cf. p. 17, 67 sqq.; respicitur etiam habitus mentis* SVET.): (I) *usu communi*: MANIL. 4, 104 quis ... in -i noxam peccarit adulter? (importent *vel* importans *var. ll.*). PLIN. nat. 11, 262 *Neronem* insidere -is (*sc. hermaphroditis equis*). 11, 272 placuit in Aegypto nutrire -um, binis et in aversa capitis parte oculis hominem, sed iis non cernentem. TERT.

[Scheible]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apol. 20, 3 quod et monstris et -is naturalium forma turbatur. FIRM. math. 7, 7, 2 nascetur ex homine -um. *de maculis monstruosis, foedis*: SEDVL. carm. pasch. 4, 192 decem maculosa gerentes leprosi -a viri (*op. pasch. 4, 16* maculosa corporis obscenitate foedissimi).
(ii) *hyperbolice de animantibus fere monstri loco habitis (sunt qui huc trahant l. 27)*: *de talpis*: PLIN. nat. 8, 226 *talparum* e pellibus cubicularia vidimus stragula: ne religio quidem a -is submovet delicias (*cf. 30, 19* talpas ... tot modis a rerum natura damnatas, caecitate perpetua ... sepultisque similes. *an ad l. 72sqq.?*). *de Claudio imperatore*: SVET. Claud. 3, 2 mater Antonia -um eum hominis dictitabat nec absolutum a natura, sed tantum incohatum (*2, 1* animo simul et corpore hebetato).

γ *de arboribus frugibusve monstruosis*: PLIN. nat. 12, 12 durant ... et in Italia -a terrarum, *sc. platani folia numquam demittentes* (19, 152 -a ... t. in ganeam vertimus serimusque etiam ea, quae refugiunt cunctae quadripedes, *sc. carduos*). 16, 118 ficus sola ... maturitatis causa medicatur, iam quidem et -is, quoniam maiora sunt pretia praeposteris (*cf. 19, 53* alia *poma* sapore, alia magnitudine, alia monstro pauperibus interdicta).

2 *rebus vel eventibus*: VARRO frg. Aug. civ. 21, 8 p. 504, 17D. in caelo ... mirabile extitit -um; nam in stella Veneris ... Castor (*Frg. Gr. Hist. 250F9*) scribit tantum -um extitisse, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum (*cf.* AVG. *ad loc. p. 16, 45*). HOR. epist. 2, 2, 209 somnia, terrores magicos, miracula, sagas, nocturnos Lemures -aque Thessala rides? (*ad ipsa venena magica referam potius quam ad incantamenta coll. e. g. carm. 1, 27, 21* Thessalis ... venenis *et* PROP. 3, 6, 27 illum turgentis ranae -a rubetae et lecta exsectis anguibus ossa trahunt [*ranae venena memorant e. g. Hor. epod. 5, 19 Plin. nat. 32, 52.* ranae -a *pro* rana portentosa *accipiunt alii*]. *cf. etiam* PLIN. nat. 25, 25 nec abortiva dico ac ne amatoria quidem ... nec alia magica -a). PETRON. 47, 9 putabam ... porcos, sicut in circulis mos est, -a aliqua facturos. PLIN. nat. 28, 30 hominum monstrificas naturas et veneficos aspectus diximus in -is gentium (*sc. 7, 9—32; cf. 7, 32* haec ... ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula ... fecit natura. *ibid.* inter prodigia posuisse gentes). PALLAD. 1, 35, 3 *contra erucas* cicer inter olera propter multa -a serendum est (*cf. Albert. M. veget. 7, 153* p. m. -a, quae in eis *erucis* operatur. *aliter Svennung, Unters. 381*). CLAVD. 20, 88 soror et, si quid -is creditur, uxor ... coniugis eunuchi.

II *per similitudinem appellantur -a, quae quis indigna, scelesta, contemnenda sim. vel fere impossibilia, non vera esse iudicat (comparationes quasdam et imagines sub I reliquimus; v. p. 17, 29. 37. 18, 60 [cf. conspectum p. 21, 19]); respiciuntur ea quae sunt*: A *contra mores, ius, fas*: 1 *de rebus, maxime de sceleribus, criminibus, vitiis*: CIC. S. Rosc. 38 in hoc tanto ..., tam singulari maleficio (*sc. parricidio*), quod ita raro exstitit, ut ... -i ac prodigii simile numeretur (*de eadem re*: 63 -um atque monstrum certissimum est esse aliquem humana specie ..., qui tantum immanitate bestias vicerit, ut ... *parentes* luce privarit). Cluent. 188 (*187 testem* in crucem esse actum exsecta ... lingua) quod hoc -um, di immortales! *seq. ibid.* monstrum, scelus). leg. agr. 2, 55 tam me ab iis esse contemptum, ut haec -a *legis audacioris* me consule potissimum cogitarent (*cf.* dom. 47 [*an pertinet ad 2?*] *Clodius* non tulit; 'ut interdicatur' *M. Tullio aqua et igni*; quid ergo? 'ut interdictum sit'. o caenum, o -um, o scelus! 129 ista non scita sed -a). Mil. 63 multi ... Catilinam atque illa -a loquebantur: '... bellum patriae faciet *Milo*'. LIV. 28, 27, 16 lapides pluere ... -a esse putatis (*v. p. 17, 51 sq.*): hoc est -um (*sc. seditio militum*), quod nullis hostiis ... sine sanguine eorum, qui tantum ausi facinus sunt, expiari possit. SEN. benef. 7, 20, 4 haec *Apollodori aut Phalaris* rara est nequitia et semper -i loco habita sicut hiatus terrae *eqs.* dial. 5, 15, 2 dignam tam truci -o (*sc. liberis cibo datis*) poenam. nat. 1 praef. 5 etiamsi superiores sumus *luctantes cum adfectibus*, -a vincimus (*sim. de vitiis*: PRVD. psych. praef. 14 *antequam* spiritus -a cordis servientis [*AB*, saev- *var. l.*] vicerit. psych. 20 conluctantia contra *virtutes* ... -a [SCHOL. -a: figuras]. 570 errore biformis -i, *sc. avaritiae praebentis speciem parsimoniae*). LVCAN. 5, 284 (*verba veterani*) ignaros, ad quae -a paremur. 8, 414 quo plura iuvent Parthum (*incesto stupro gaudentem*) -a, fuisse hanc *Corneliam* sciet et Crassi. PLIN. nat. 37, 50 in ceteris vitae suae, *Neronis*, -is (*postea*: vitiis. *v. et p. 18, 82. sim.* CLAVD. 8, 313 quis non ... damnat Caesareae -a domus? quem dira Neronis funera *latent? eqs.* [*antea*: delicta, maculae]). PS. QVINT. decl. 9, 11 -o simile crimen. DECL. in Catil. 27 -a scelerum. NOVELL. Valent. 23, 1 clericos ... -is talibus immorantes (*sc. sepulcra violantes; antea*: huius nefandi sceleris). *de rebus quae perverso luxu petuntur, coluntur*: SEN. epist. 110, 12 non desideras ... linguas phoenicopterorum et alia -a luxuriae. SALV. gub. 6, 15 de ... amphitheatris ... pantomimis ... ceterisque -is, quae piget dicere (*cf. p. 20, 3*).

2 *de hominibus, pravis, scelestis, contemnendis* (*cf. l. 51*): CIC. Verr. II 1, 40 o scelus, o -um in ultimas terras exportandum! (*inde de contemptore reliquiarum martyrum* HIER. c. Vigil. 8 p. 347[A]). prov. 2 Gabinium et Pisonem, duo rei publicae -a ac paene funera (Pis. frg. 1 hoc -um huius loci, monstrum urbis, prodigium civitatis). Pis. 9 a fatali -o prodigioque rei publicae (*i. Clodio*) lex Aelia ... eversa est. Phil. 5, 13 Cydam Cretensem, -um insulae, hominem audacissimum et perditissimum (*item de Antonii familiaribus*: 13, 49 monstra ... et -a sunt et prodigia rei publicae. 14, 8 propudium illud et -um, L. Antonius, insigne odium omnium hominum). POLLIO Cic. fam. 10, 32, 3 cum huiuscemodi -o (*i. Balbo*) res mihi fuit. VAL. MAX. 2, 4, 1 voluptatem (voluntcodd.) et religionem civili sanguine scaenicorum -orum (*'i. histrionum' Heraeus in schedis*) gratia macularunt *saepe theatra*. 3, 5 praef. nequitiae sordibus inbuta nobilia -a. 3, 8, 6 illum, nescio quibus tenebris protractum -um, *Equitium*. SEN. nat. 1, 16, 3 -um illud (*i. Hostius Quadra*). FLOR. epit. 4, 2, 60 ne virilia quidem -a, Pothinus atque Ganymedes. DECL. in Catil. 14 -a urbis, ... finitimarum regionum pestes. 90 Lentulus ... ac Cethegus, terribilia -a nostrae civitatis furiaeque ... populi Romani. PANEG. 12, 14, 2 Roma ..., cui -um illud (*i. Maximianus*) insederat. AMBR. c. Aux. 22 Auxentius eicitur, Mercurius excluditur: unum -um est, duo nomina. HIER. epist. 40, 2, 2 de larvis, de noctua, de bubone, de Niliacis ridere -is (*i. de monachis pravis coll. 22, 27, 8*). *homo pius impiis -um est*: ITALA psalm. 70, 7 (cod. 136 Cas.) ut -um visus sum plurimis (HIER. psalt. sec. Hebr. quasi -um factus sum multis, *Veron. al.* = *Vulg.* prodigium).

B *contra veritatem*: 1 *quamlibet sive rerum sive scientiarum*: LVCR. 4, 590 *Nymphas Faunosque in solitudinibus strepere dicunt*; cetera de genere hoc monstra ac -a loquontur (*ne ad p. 18, 48 trahas, cf. 4, 592* iactant miracula dictis). CIC. fin. 4, 70 -a haec esse dicit *Zeno*, neque ea ratione (*sc. sine cura valetudinis sim.*) ullo modo posse vivi. ac. 2, 123 *Xenophanes dixit lunam* esse terram multarum urbium ...: -a videntur. Tusc. 1, 11 quid negotii est haec poetarum et pictorum -a convincere? nat. deor. 1, 18 *Platonis* opificem ... deum, ... Stoicorum Pronoeam, ... mundum ipsum animo ... praeditum, ... volubilem deum, -a et miracula non disserentium philosophorum sed somniantium. 1, 43 cum poetarum ... errore coniungere licet -a magorum Aegyptiorumque ... dementiam (*42* non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia). 3, 91 -a ... ab utrisque (*sc. poetis et Stoicis*) et flagitia dicuntur. PLIN. nat. 24, 18 -um est, quod tradunt abortivum fieri *cedri sucum*. 28, 70 *remedia* quae ex mulierum corporibus traduntur, ad -orum miracula accedunt (*an ad IB2?*). GELL. 10, 12, 6 his -is atque praestigiis a Plinio Secundo (*sc. nat. 28, 112sqq.*) scriptis non dignum esse cognomen Democriti (*cf.* tit. de -is fabularum, *1* vana atque intoleranda, *3* aliud contra humanam fidem, *Plin. l. c.* mendaciis Graecae vanitatis). MIN. FEL. 10, 5 Christiani quanta monstra, quae -a confingunt. LACT. opif. 6, 9 huiusmodi -a et deridicula refutare (*sc. Epicuri; 7* deliramentum). HIER. in Ion. 4, 6 l. 137 pro voce hebraica virgulti apud nos ignoti posui 'hederam', ne invenirent *grammatici* licentiam commentandi et vel bestias Indiae ... aut istiusmodi quaedam -a confingerent.

2 *religionis* (*christianae praeter* CIC., IVV.): a *de deis*: CIC. rep. 3, 14 bovem ... putari deum ... multaque alia -a apud eosdem *Aegyptios* et ... beluas numero consecratas deorum (*de iisdem*: IVV. 15, 2 quis nescit ... qualia demens Aegyptos -a colat? MIN. FEL. 25, 9 Aegyptia illa non numina, sed -a [CYPR. idol. 4 p. 21, 14. *eadem oppositione* HIER. epist. *et* PASS. Paul. *infra*]. RVFIN. hist. mon. 7 p. 413[C] simias atque alia -a venerati sunt. Orig. in exod. 4, 6 p. 179, 2 quae Aegyptus deorum -a miratur). TERT. spect. 9 p. 11, 8 Ericthonius ... -um est daemonicum, immo diabolus ipse, non coluber. CYPR. Demetr. 12 p. 360, 2 qui non tantum ... idola et ... simulacra, sed et -a ... et monstra venerantur. LACT. inst. 1, 20, 36 colitur et Caca ... et Cunina ... et mille alia -a (*comparantur Aegyptiorum* monstruosa et ridicula ... simulacra). HIER. epist. 21, 13, 8 absit, ut de ore christiano sonet 'Iuppiter omnipotens' et 'mehercule' ... et cetera magis -a quam numina ([nom- *var. l., cf. l. 45 et p. 21, 2*]. *sim.* PRVD. apoth. 190 Saturnis, Iunonibus et Cythereis -isque aliis *consecrantur arae*. ACT. Achat. 2, 5 p. 58, 19 *sacrificare* adulterae Veneri et -is ceteris). VVLG. Ier. 50, 38 *Babylon* terra sculptilium est et in -is gloriantur. PRVD. c. Symm. 2, 881 qui numina multa et -a deum summum numerosa putatis. PASS. Paul. 11 p. 35, 18 tam multiplicia non numina sed miserabilia ... deorum -a. *et al.* b *de doctrinis* (*cultu* PETR. CHRYS.) *haereticis, pravis* (*cf. comparationem p. 18, 66*): RVFIN. hist. 3, 26, 1 *Menander magus* maioribus quippe -is efferebatur semet ipsum salvatorem dicens *eqs.* (*gr. resp.* τερατολογία *ut* 3, 28, 2 Cerinthus ... talia quaedam -a nobis introducit). CONSVLT. Zacch. 2, 11 p. 71, 4 innumera praeterea talium prodigiorum -a dicuntur *ab haereticis*. PETR. CHRYS. serm. 155 p. 609[A] diabolus ... numerosa genuit et perniciosa -a (*respiciuntur ritus superstitiosi ad Kalendas Ianuarias pertinentes*). DIONYS. EXIG. Conc.[S] IV 2 p. 205, 27 pestiferos homines verborum -a promentes (*gr. p. 195, 6* τερατολόγους, *Conc.[S] IV 1 p. 85, 26* monstriloquos). *dubium, utrum de haeresi an de ipsis haereticis*: NOVELL. Theod. 3, 1 Iudaeos, Samaritas, paganos et cetera haereticorum genera -orum. CASSIOD. in psalm. 139, 7 non ... Ariana congregatio, ... non Nestoriana, non cetera -a potius dicenda quam dogmata. *cf. etiam p. 19, 78.*

C *contra artem dicendi*: CIC. orat. 26 quaerit ab ipso *Demosthene* ..., utrum illa verba an -a sint (*sc. Aeschin. Ctes. 167* ῥήματα ἢ θαύματα;). SEN. contr. 10 praef. 10 donanda vitia, non -a sunt (*9 a Musa* omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent. *cf. et* suas. 1, 13 *p. 18, 63*). HIER. in Gal. 1, 11sq. p. 323[B] quanta ibi (*sc. in quaestionibus philosophicis*) necessitate compulsus sit *Cicero*, tanta verborum -a proferre, quae numquam Latini hominis auris audivit (vita Hilar. 12 p. 38[A] et portentosas figuras [*magicas, v. infra p. 23, 38*]. adv. Rufin. 11 mira eloquentia ...: 'quin immo etiam' [*Rufin. apol. ad Anast. 7*] ...; admiror ausum illum esse

[*Scheible*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

haec Romam v. -a transmittere). in Gal. lib. 2 praef. p. 356$^{D}$ quis umquam Passaloryncitas ... et cetera magis -a quam nomina (num- *var. l., cf. p. 20, 55*) *haereticorum* ... audivit?

**D** *contra exspectationem, rationem, consuetudinem*: CIC. or. frg. A IX 15 te ..., Catilina, consulatum sperare ... non prodigium atque -um est? (*sim.* LIV. 6, 40, 11 hoc -i non fiat ..., uti L. Sextium atque ... C. Licinium consules ... videas. *cf. et p. 17, 38. respicitur eunuchus consul*: CLAVD. 18, 236 arma etiam violare parat -aque monstris aggerat [*cf. 8* omnia cesserunt eunucho consule monstra]. 22, 307 -a Gabinos ista latent [*cf. 298* de monstris taceas]). Phil. 2, 66 incredibile ac simile -i est, quonam modo *Antonius* illa tam multa *bona* quam paucis ... diebus effuderit (*sim.* 5, 11). de orat. 2, 298 *Crasso* -i simile esse visum est posse aliquem inveniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo. Att. 14, 21, 1 venit noster tabellarius, et quidem, -i simile, sine tuis litteris. LIV. 4, 35, 9 an -o simile miraculoque sit fortem ac strenuum virum ... existere ortum ex plebe. PLIN. nat. 36, 2 *olim* montes transcendisse quoque mirum fuit; in -o prope maiores habuere Alpis ab Hannibale exsuperatas. *v. etiam p. 16, 41.*

*appendicula locutionum notabiliorum, quibus quid -um esse dicitur*: CIC. S. Rosc. 38 ut ... -i ac prodigii simile numeretur *parricidium* (Phil. 2, 66 s. -i est, quonam modo ... effuderit *pecuniam*. 5, 11 [*seq. acc. c. inf. ut* de orat. 2, 298. LIV. 4, 35, 9 -o s.]. Att. 14, 21, 1. LIV. 10, 47, 6 -o. PS. QVINT. decl. 9, 11 -o). 63 -um ... est esse aliquem ..., qui (*item seq. inf. vel acc. c. inf.* [*cf. l. 22*]: or. frg. A IX 15 div. 2, 61 LIV. 28, 27, 16 PLIN. nat. 36, 2. *al.*; *pendent enunt. secund.* [*cf. l. 21*]: CIC. div. 1, 76 quod ... sortes ... disturbavit *simia* [2, 59]. 2, 61 quod potuerit *fieri*, id [SEN. contr. 1, 3, 4 PLIN. nat. 24, 18]. VARRO rust. 2, 1, 27 cum peperit mula [*cf. p. 17, 61*]. 2, 4, 17 si [*cf. et l. 34*]. MART. 11, 102, 8 quotiens. *loci ceteri*: CIC. Phil. 13, 49 orat. 26 *al.*; *cf.* in -um esse *p. 18, 2*). Verr. II 1, 40 o scelus, o -um! (*item in exclamatione*: Cluent. 188 dom. 47 DECL. in Catil. 27 HIER. c. Vigil. 8 p. 347$^{A}$. *cf. parenthesin* CIC. Att. 14, 21, 1 *sub IID*). prov. 2 Gabinium et Pisonem, duo ... -a (*item in appositione*: Phil. 5, 13 nat. deor. 1, 18 VAL. MAX. 3, 5 praef. 3, 8, 6 DECL. in Catil. 90). div. 2, 61 nec, si id factum est, quod potuit fieri, -um debet videri (*cf. l. 38*). *ibid.* id -um putandum est (PRVD. c. Symm. 2, 881). SEN. benef. 7, 20, 4 *nequitia* -i loco habita (*cf.* PLIN. nat. 36, 2 in -o prope ... habuere Alpis ab Hannibale exsuperatas). ITALA psalm. 70, 7 (cod. 136 Cas.) ut -um visus sum plurimis (*cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. quasi [AVG. civ. 22, 6 p. 563, 4 D. exstitisse]). *al.* *addi potest gen. definitivus vel inversus* (*sc. forma* '-um rei' *pro* '*res portentosa*'. *exempla certiora; sunt qui huc trahant* PROP. 3, 6, 27): PS. VERG. Aen. 6, 289a Gorgonis. SVET. Claud. 3, 2 hominis (ISID. orig. 11, 3, 28. *vix iam* CIC. nat. deor. 2, 14). Nero 46, 1 somniorum et auspiciorum et ominum. DECL. in Catil. 27 scelerum. GELL. 10, 12 tit. fabularum. RVFIN. Orig. in exod. 4, 6 p. 179, 2 deorum (PASS. Paul. 11 p. 35, 18). DIONYS. EXIG. Conc.$^{S}$ IV 2 p. 205, 27 verborum (*cetera v. p. 20, 81 sqq.*). *cf. gen. inhaerentiae* CONSVLT. Zacch. 2, 11 p. 71, 4 prodigiorum -a (*structura inversa* PLIN. nat. 28, 70 -orum miracula).

*deriv.*: portento; ? portentivus, portentosus.

*compos.*: portentificus, portentiloquium; triportentum.

**portenia** *v.* portemia. **portēnsis** *v.* portuensis.

**[portentifer** *non nisi falsa var. l. codd. aliquot rec.* Ov. met. 14, 55 (*v. sub* portentificus); *vix recte restituitur* NOVIVS Atell. 38 o pestifera, Ponticum fera (*i.* Ponticorum f., *quod post alios tuetur Frassinetti in ed.*; Pontica fera *var. l.*, portentifica *vel* -a *Ribbeck*), trux tolutiloquentia.]

**portentificus,** -a, -um. *a* portentum *et* facere. [*e coni. dub.* NOVIVS Atell. 38 *v. sub* portentifer.] *i. q. portentum faciens et vi deflexa i. q. portentosus* (*sc.* LACT. inst. 2, 13, 11. 4, 13, 15): OV. met. 14, 55 hunc *gurgitem* dea *Circe* praevitiat -isque (-tiferisque *recc. aliquot*) venenis inquinat (*60 Scylla* sua foedari latrantibus inguina monstris adspicit). LACT. inst. 2, 13, 11 -as animalium figuras quas colerent commenti sunt *Aegyptii*. 4, 13, 15 *Apollo* ait -a illum *Christum* opera fecisse (*respicitur oraculum Apollinis ibid. 11* σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις, *ut etiam* 4, 15, 6 virtutes ... quas Apollo -as appellavit).

**portentiloquium,** -ī *n.* *a* portentum *et* loqui *sec. gr.* τερατολογία *formatum videtur, quae vox aliter versa est supra p. 20, 64 (cf. etiam p. 20, 70).* *i. q. dictum portentosum, sc. non verum, falsum*: IREN. 2, 16, 4 (2, 21, 1 H.) quoniam -um ipsorum *Valentinianorum* non recipimus. 3, 4, 2 (3, 4, 1) *gentibus barbaris* si aliquis adnuntiaverit ea, quae ab haereticis adinventa sunt ..., statim ... fugient, nec audire quidem sustinentes blasphemum colloquium; sic ... ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum -um est.

? **portentīvus** *v. p. 22, 53.*

**portento,** -ātum, -āre. *a* portendere. *i. q. portendere, praedicere*: VEN. FORT. vita Pat. 16, 47 quod ... secreta dei dispensatione -tum erat (*46* ad eum venientes in visione sancti *mortui quidam* ... per revelationem eum ordinaverunt antestitem).

**portentōsus** (portentuōsus), -a, -um. *a* portentum. *de formis* -tosus *et* -tuosus (*vix differentiam statuisse putes* GLOSS. *p. 22, 17*): *quamquam codd. antiquissimi iam variant* (*exhibent* -tos- *M* PLIN. nat. 14, 142, *F* GAIVS dig. 34, 5, 7 pr. VLP. dig. 50, 16, 135, *B* LACT. inst. 3, 24, 6, -tuos- *R* COD. Theod. 8, 13, 1, 6, *V ibid.* 16, 5, 66 pr.), *forma originaria* -tosus *usi esse videntur testibus codd. omnibus vel saltem optimis auctores hi*: CIC. dom. 72 div. 2, 60 LIV. perioch. 18. MANIL. 4, 668 (*item firmatur metro* ALC. AVIT. carm. 4, 96). PLIN. nat. (*duodecies*). SVET. Cal. 37, 1 Dom. 4, 2. TERT. (*sec. cod. A saec. IX*: anim. 14, 4. 26, 2. 32, 2 test. anim. 1 p. 134, 14; *sec. M saec. XI* adv. Marc. 5, 15 p. 628, 2; *sec. edd. vet. deficiente cod. A* anim. 57, 8; *sed* -tuos- *editur* virg. vel. 9, 5 *exstantibus tantum codd. saec. XV*). *et al.*; *dubitamus de* SEN. (*sec. maiorem auctoritatem codd. editur* -tos- dial. 3, 15, 2 epist. 92, 9. 114, 7, *sed* -tuos- nat. 1, 6, 2. 1, 16, 5 epist. 87, 23), HIER. (-tos- in Abd. 5sq. l. 291 in Am. 3, 9 [*item* ITALA Zach. 3, 8 *apud* Hier. in Ezech. 4, 13–15. 12, 4–6], -tuos- epist. 72, 2, 3. 107, 2, 2), CASSIAN. c. Nest. 1, 1, 1 (-tuos- *codd. plerique, Petschenig*, -tos- *cod. N, ceteris antiquior*); *exhibent* -tuosus APVL. met. 9, 38, 10. IREN. (*ter, si editionibus fides habenda*). PS. CYPR. pudic. 3 IVL. VAL. 3, 19. 47. COD. Theod. (*bis, v. supra*). CONC.$^{S}$ (*sexies*). CAEL. AVR. acut. 1, 3, 73. gyn. 1, 50 (*si recte restituitur*). *et al.* *compar.* -ior *et superl.* -issimus *inde a* SEN. phil. *legitur inde a* CIC., LIV. perioch., MANIL., SEN.

*i. q. portenti plenus* (*cf.* GLOSS. II 453, 23 τερατολόγος: prodigiosus, -uosus. 26 τερατώδης: monstruosus, -tosus, prodigiosus. *corruptum*: V 322, 23 -um: pigmentum. *ceterum v. differentiam p. 16, 7*):

**1** *usu primario respiciuntur quae fere contra naturam sunt vel fiunt*: **a** *vigente vi significandi de signis*: α *quae aliquid futurum portendunt*: CIC. div. 2, 60 an ... illa nos terrent, si quando aliqua -a aut ex pecude aut ex homine nata dicuntur (*cf. l. 46 sq. nec non* HIER. epist. 72, 2, 3 lustralibus hostiis ... -as soboles ... expiatas). APVL. met. 9, 38, 10 -i cruoris maculas (*v. 9, 34, 1*) novi sanguinis fluvio proluit (*antea*: quae prodigiosa praesagaverant ostenta). ITALA Zach. 3, 8 (Hier. in Ezech. 12, 4–6) viri -i (*gr.* τερατοσκόποι, *Hier. in Zach. ad l.* portentorum spectatores, *Vulg.* portendentes. *explicat* HIER. in Ezech. 4, 13–15 prophetas ... viros esse -os [portentes os *cod. P*], qui suis operibus futura portendant [*sim.* 12, 4–6]. *v. etiam p. 15, 47 sqq.*). IVL. VAL. 3, 47 voces incertas resonantes ... et -a plurima eiuscemodi. SERV. auct. Aen. 1, 205 habuit *Aeneas* ... sedes ... in Thracia, sed -as (*v. Verg. Aen. 3, 26* mirabile monstrum). β *quae testantur potestatem humana superantem* (*cf.* portentum *IA2*): TERT. anim. 57, 8 *satanas* signa ... -iora editurus (*respiciuntur portenta pseudoprophetarum Matth. 24, 24 Marc. 13, 22*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 p. 817, 7 admirabilia quaedam et -a perficiens *prophetissa quaedam.*

**b** *vi significandi neglecta vel non conspicua*: α *respicitur habitus corporis animantium*: (I) *immanis*: LIV. perioch. 18 Atilius Regulus in Africa serpentem -ae magnitudinis cum magna clade militum occidit ([*de eodem Gell. 7, 3, 1 e Tuberone*: invisitatae immanitatis. *cf. et p. 18, 77*]. SEN. nat. 1, 6, 2 est alicuius speculi natura talis, ut ... in -am m. augeat formas [*cf.* 1, 16, 5 *sub 2a*]). ALC. AVIT. carm. 4, 96 -is ... corpora *Gigantum* membris. (II) *deformis vel multiformis*: MANIL. 4, 668 *tellus* -os cercopum (*corr. Scaliger*; cecr-, cicr-, cycl- *codd.*; *cercopithecos significari putat Housman coll. Ov. met. 14, 91 sqq.*) ludit in ortus. SEN. dial. 3, 15, 2 -os fetus (*postea*: monstrosi. *cf. l. 22 sq. et* VLP. dig. 50, 16, 135 si -um vel monstrum vel debilem mulier ediderit vel ... non humanae figurae ... partum [*an pro subst.?*]). SVET. Dom. 4, 2 puerulus ... parvo -oque capite. IVL. VAL. 3, 19 taurelephantes et cum his homines senis manibus -i. CASSIAN. c. Nest. 1, 1 multiplicem -i corporis prolem *Hydrae*. CAEL. AVR. gyn. 1, 50 ut ... minime -a assequatur nativitas, *mulieres abstineant se vino ante coitum* (-a *Drabkin*, portentivos *trad.*; *suspicerisne vocem a* portentum *sec.* abortivus *formatam, qua fetus monstruosus significetur? gr. Soran. p. 27, 34 Ilb.* ἄμορφον). *in imagine*: SEN. epist. 92, 9 *qui voluptati rationem servire iusserunt, summum bonum* fecerunt ... mixtum -umque et ex diversis ac male (*corr. Schweighäuser*, a malis *B*, animalis *A*) congruentibus membris (*postea comparatur Scylla*).

β *respiciuntur varia mirabilia, insolita*: PLIN. nat. 37, 150 baroptenus sive baripe *gemma* ... adalligata proicitur (*B*, redic- *F*, dicett.) veluti -a ('*sententia obscura est verbis fortasse mutilatis*' *Mayhoff in addendis p. 507. item de lapide virtutis fere miraculosae*: 37, 155 chelonia ... vel -issima Magorum mendaciis). GAIVS dig. 34, 5, 7 pr. quod ultra tres nascitur *uno fetu* fere -um videtur. TERT. anim. 26, 2 -a ... petulantia infantiae ante certantis quam viventis (*sc. Esau et Iacob*; *cf. 26, 4* singulares conceptus et quidem monstrosiores). CAEL. AVR. acut. 1, 3, 37 *phrenitide correptorum* urinae aquatae vel felleae cum nubeculis -is.

**2** *per similitudinem appellantur -a, quae quis indigna, scelesta, contemnenda vel fere impossibilia, non vera esse iudicat (mera fere mirabilitas respici videtur p. 23, 33 sq.); respiciuntur quae repugnant*: **a** *moribus*: CIC. dom. 72 hunc *Ciceronem* tu *Clodius* ... -a pestis exulem appellare ausus es. SEN. nat. 1, 16, 5 illos concubitus -os sibi ipse *speculis* ostendit *Hostius Quadra* (*sim. de libidine, obscenitatibus*: PLIN. nat. 14, 142 praemium ... summum ebrietatis libido -a ac iucundum nefas. TERT. adv. Marc. 5, 15 p. 628, 2 libido ... *non* matrimonio adscribitur, sed extraordinariis et non naturalibus et -is luxuria⟨e⟩ [*n. pro subst. intellegit Kroymann*, exorbitationibus *sim. excidisse putat Evans*]. PS. CYPR. pudic. 3 *impudicitia* extraordinaria et -a contra ipsam naturam ... monstra *conquirit*). PLIN. nat. 9, 140 -is ingeniis (*sc. naturam luxuria depravantibus ut* 16, 233). 29, 25 ostentatio artis et -a scientiae venditatio. PS. QVINT. decl. 10, 8 p. 196, 8 ipsam umbram ... catenis alligare ... non dico crudele, est -um, nefarium. SVET. Cal. 37, 1 omnium prodigorum ingenia superavit commentus ... -issima genera

[Scheible]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ciborum atque cenarum. TERT. virg. vel. 9, 5 miraculum, ne dixerim monstrum ... virgo vidua, hoc quidem -ior, quod nec qua vidua caput texit. COD. Theod. 8, 13, 1, 6 (= Iust. 8, 55, 7, 4) *matres* -ae vilitatis abiectaeque pudicitiae. ISID. orig. 14, 3, 32 quaedam *gentes Hyrcaniae* -ae ac truces carnibus humanis ... vivunt.

**b** *veritati*: α *cuilibet*: SEN. epist. 87, 23 *asseritur* sacrilegium ... bonum quoque ex aliqua parte esse ...; quo quid fieri -ius potest? (*cf.* TERT. anim. 32, 2 dimicemus ... adversus -iorem praesumptionem bestias ex hominibus et homines ex bestiis revolventem). PLIN. nat. 5, 4 -a Graeciae mendacia (29, 81 [*antea*: exemplum magicae vanitatis]. HIER. in Am. 5, 7—9 l. 275 ridicula ac -a). 22, 20 -um est, quod de ea *herba* traditur (27, 141 -um est adalligatam *herbam* triduo absumere lienes. *structura simili* PS. QVINT. *sub a*). 23, 58 -a scientia *medici perverse curantis*. 24, 160 quanto -iora tradit *Democritus*. 30, 8 primus ... commentatus est de ea *arte magica* Ostanes ... ac velut semina artis -ae sparsit ... mundo (*cf. 30, 1* magicas vanitates. *ibid.* fraudulentissima artium). TERT. test. anim. 1 p. 134, 14 per quae *argumenta sim.* recognosci possit, nihil nos aut novum aut -um suscepisse, de quo non etiam communes ... litterae ... nobis patrocinentur.

β *fidei christianae*: IREN. 1 praef. 2 -issima et altissima mysteria (*Valentinianorum ut* 1, 4, 3 [1, 1, 8 H.]; *gr. utroque loco* τερατώδη καὶ βαθέα). 1, 30, 1 (1, 28, 1 H.) *haeretici* alii ... -a loquuntur, esse quoddam primum lumen *eqs.* (*cf. subst.* portentiloquium). HIER. in Abd. 5sq. l. 291 triginta aeonas ... et -um Abraxas (in Am. 3, 9sq. l. 232 Basilides, qui omnipotentem deum -o nomine appellat Ἀβράξας. in Nah. 1, 11 l. 331 -um Ἀ. nomen). epist. 107, 2, 2 specu Mithrae et omnia -a simulacra. COD. Theod. 16, 5, 66 pr. (= Iust. 1, 5, 6 pr.) damnato -ae superstitionis auctore Nestorio (*gr. Conc.*$^{S}$ *I 1, 3 p. 68, 9* τῆς τερατώδους διδασκαλίας. *inde versum est Conc.*$^{S}$ *I 3 p. 181, 13* monstruosae. *hanc legem respicit* CONC.$^{S}$ I 4 p. 203, 7 d. principe -ae culturae N.).

**c** *cuilibet normae vel consuetudini*: SEN. epist. 114, 7 laudem suam *mansuetudinis* corrupit *Maecenas* istis orationis -issimae deliciis (*cf.* portentum *IIC*). PLIN. nat. 36, 84 labyrinthos, vel -issimum humani impendii opus (*item de mirabili opere artificis*: TERT. anim. 14, 4 -issimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum). LACT. inst. 3, 24, 6 aereos orbes ... caelarunt -is quibusdam simulacris, quae astra esse dicerent (*cf.* HIER. vita Hilar. 12 p. 38$^{A}$ portenta quaedam verborum et -as figuras sculptas in ... lamina *magica*).

-um est *cum enunt. secund. vel (acc. c.) inf. v. l. 11sqq.*

*neutr. pro subst.*: PLIN. nat. 24, 160. IREN. 1, 30, 1 (1, 28, 1 H.). IVL. VAL. 3, 47. ISID. diff. 1, 458 *et* orig. 11, 3, 6 *v. p. 16, 4sqq.; dubites de* CIC. *et* FIRMIL. *sub 1a, item de* TERT. adv. Marc. 5, 15 p. 628, 2 *sub 2a. ?masc. pro subst. v. p. 22, 47.*

*adv.* **portent(u)ōsē.** *i. q. modo portentoso*: PLIN. nat. 32, 34 quae -e Magi demonstrant. CONC.$^{S}$ II 3, 2 p. 136, 24 (*sim.* II 2, 2 p. 7, 33. 64, 11) passibilem unigeniti divinam naturam per confusionem -e dicentes (prodigiose *Rustic., sed emendatione abstinuit loco gemino* p. 155, 13; *gr. II 1, 2 p. 128, 23* τερατευόμενοι. *inde* GLOSS. V 411, 38 -e: monstruose, exempli causa cum sex digitis nati [*sec.* ISID. *supra p. 16, 8*]). *Scheible.*

**portentum** *v.* portendo. **portentuōsus** *v.* portentosus.

*?* **portex,** -icis *f.* *si recte trad., a* porticus (*sc. sec. dat. plur.* porticibus *retrograde formatum, v. Brender, Rückläufige Ableitung, 1920, 73*). *i. q. porticus*: CIL VI 29830 (= 36613). 6 -x Neptuni (*iuxta imaginem porticus ex pictura deperdita partem urbis figurante* [*ad rem v. Huelsen, Röm. Mitt. 11, 1896, 213sqq.*]; portix *exhibet exemplar Windsor.; fuitne* porti(cus) [*cf. p. 24, 83*] *? sed fortasse rectius Heraeus, Kl. Schr. 149 adn., formam vulgarem -x existimat subesse vocibus Graecitatis recentioris* πόρτηξ *vel* πόρτιξ, *quas sec.* νάρθηξ *pro* πόρτικος *formatas esse putat Psaltes, Gramm. der byz. Chroniken, 1913, 186*).

**porthmeus,** *acc.* -ea *et* -eum, *voc.* -eu *m.*, πορθμεύς. *i. q. portitor* (*sc. Charon; vergit in usum nominis proprii, maxime apud* PETRON.): PETRON. 121 vers. 117 vix navita -s (protheus, portheus, certe *var. ll.*) sufficiet simulacra virum traducere cumba. IVV. 3, 266 *mortuus* taetrum ... novicius horret -ea (*scribitur et* porta-, poth-, phor-. SCHOL. rec. π C⟨h⟩aronem porth[a]m⟨e⟩um dicit, non angustum traiectum [*vestigia differentiae inter* -s *et* porthmus; *confusionem vocabulorum v. l. 78; rec.* χ *al.* graece posuit portitorem, significat autem C⟨h⟩arontem. GLOSS. -ea: graece portitor a portando). CE 1549, 3 sat fuerat, porthm[n]eu, cumba vexsisse maritam. *ceterum legitur in carmine falso sylloges Iucundi* CIL X 191*, 6.

**porthmos** (-us), *acc.* -on *m.*, πορθμός. *i. q. angustiae maris, fretum*: MELA 1, 7 angustias introitumque venientis *maris* nos fretum, *sc. Gaditanum*, Graeci -on (partmon *A*) appellant (*item nomen proprium* PLIN. nat. 3, 74 qua intrat *mare*, -os [parth-, pori-, possi *sim. var. l.*] a Graecis, a nobis Gaditanum fretum *nuncupatur*). SCHOL. Iuv. 3, 266 rec. Vallae (*sec. textum pleniorem quem exhibet Stephan, De Pithoeanis scholiis, 1882, 54, adn. 8*) 'horret porthmea'. porthmeus inquit Probus traiectus angustus, sed porthm[e]us quidem traiectus a graecis dicitur ..., porthmeus vero portitor (*cf.* gloss. cod. L 'porthmea': -us dicitur angustus traiectus. *verba scholiastae originaria restituere temptat Stephan l. c.*). *v. Onom.*

[**portia** ORIBAS. syn. 4, 25 La *corruptum esse pro* scortia (-tea) *vidit André in plagulis coll.* 9, 47.] *Bk.*

*?* **1. portica** *v. l. 61.*

**2. portica,** (-ae) *f.* *vox veriloquii causa ficta*: ISID. orig. 15, 15, 3 pertica ... a portando dicta quasi -a.

**porticātio,** -ōnis *f.* *a* porticus (*cf.* columnatio, ruderatio *sim.*). *i. q. aedificatio quaedam porticibus instructa*: MACER dig. 11, 7, 37, 1 si amplum ('amplius ?' *Mommsen*) quid *in loco sepulturae* aedificari testator iusserit, velut incircum (*F*$^{1}$, in circuitum *F*$^{2}$ *rell.*) -es. ACT. Petr. 19 *aqua* adsparsi omnem domu(m) meam et omnia triclinia et omnem -em usque foris ad ianuam (*cf. ad rem* porticus *IB*).

[**porticātum** *falso trad. pro* cort-, *v. vol. IV 1071, 19.*]

**porticius** *v.* posticius.

**porticula,** -ae *f.* *a* porticus *deminutive* (*sic* DIOM. gramm. I 326, 5); *cf.* porticulus, porticuncula. *i. q. porticus parva* (*vel iucunda*): CIC. fam. 7, 23, 3 exhedria (ex(h)adria *trad.*) quaedam mihi nova sunt instituta in -a Tusculani; ea volebam tabellis ornare. ITALA II Macc. 4, 46 (rec. B) in quandam -am (part- *trad.*) qua[e]⟨si⟩ ad refrigerandum regem ... transtulit (*gr.* περίστυλον, *rec. L* conseptum, *Vulg.* atrio). INSCR. Graec. XII 3, 1079 (= CIL III 490) -am Minervae (*gr.* στῴδιον. *idem aedificium respici videtur ibid.* 1078 [= CIL III 14203$^{11}$] porti⟨culam⟩ [*an* porti⟨cum⟩*?*]).

**1. porticulus,** -ī *m.* *a* porticus *deminutive; cf.* porticula, porticuncula. [*vix recte trad.* LEX Sal. Merov. 55, 3 *in rec. Heroldina pro* ponticulus, *q. v.* (*pro columella accipit Eckhardt; an potius de fornice parvo cogitavit qui scripsit?*).] *i. q. porticus parva*: CIL VI 10273b maceria conpresa cun munimento et -o. *cf. var. l. p. 29, 48.*

**2. porticulus** *v.* portisculus.

**porticum** *v.* porticus.

**porticuncula,** -ae *f.* *a* porticus *deminutive, cf.* porticula, porticulus. *i. q. porticus parva*: CIL VI 8861 in introitum -ae ad monimentum Aureliae Irenes.

***porticus,** -ūs *f.* [*viri docti cum* porta *vel* portus *coniungunt formationem et genus fem. variis modis explicare studentes. Sch.*] *de origine*: ISID. orig. 15, 7, 3 (de aditibus) -s, quod transitus sit magis, quam ubi standum sit, quasi porta; et -s, eo quod sit apertus (aperta *C*).

*de scriptura et de formis*: *declinationis quartae* (*quam testantur* PROB. inst. gramm. IV 114, 22sqq., *sc. schema exhibens declinationis*, CHAR. gramm. p. 55, 8B. *al.*)*: dat. sing.* -ui (-u *non legitur*) *exstat* PROB. (*l. c.*). VVLG. Ezech. 42, 3 COD. Theod. 15, 1, 53. *acc. sing.* -uum INSCR. Année Epigr. 1948 n. 40 (*Lepci Magna, a. 317?*). *plur.* -uus *esse docet* PROB. *l. c.; talem acc. exhibent* CIL XI 3124 INSCR. Afr. Gsell I 1028 (*a. 118*). Cagnat-M.-Ch. 531 (*a. 298*). *gen.* -um *pro* -uum *trad.* VITR. 5, 1, 6 (*paulo antea* -uum). CAPITOL. Gord. 32, 7 (-uum *edd.*). *dat. et abl. plur. esse* -ibus *docet* POMP. gramm. V 194, 26sq. *confirmaturque usu auctorum* (-ubus *ex cod. Dresdensi saec. XIV* CAES. civ. 2, 20, 4 *affert Meusel, Lex. Caes. s. v.*). *declinationis secundae*: *sing. gen.* -i CIL VIII 12457 GREG. TVR. glor. mart. 103 p. 558, 30. *abl.* -o PAP. Corp. 117B1 (*a. 150*). CIL VI 15048. ITALA act. 5, 12 (cod. e *et var. l.* VVLG.). HIER. tract. in psalm. I p. 139, 5. 6. 13. 15 (*respicitur* Ioh. 10, 23, *ubi Vulgatae cod. M saec. VI et al. exhibent* -o, *ceteri autem et Italae codd.* -u), *ceterum in var. l. e. g.* VVLG. III reg. 7, 12 (*A*). CONC.$^{S}$ II 3, 3 p. 76, 25 GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 262, 32 glor. conf. 88 GLOSS. III 212, 5. *plur. nom.* -i ISID. orig. 15, 2, 26 (-us *K*). *gen.* -orum GLOSS. V 614, 49 (*eadem* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. QVI 172) *et falsa var. l.* GREG. TVR. stell. 4 p. 858, 21 *pro* porro (= VVLG. III reg. 6, 17). *acc.* -os CIL X 5348, 12. CE 299, 3 (*a. 589/90*). ITALA Ioh. 5, 2 (codd. d, e *al. et var. l.* VVLG.); *ceterum in var. l.* COLVM. 7, 9, 9 (*A*, -us *SR*). EVTR. 7, 23, 5. AMBR. spir. 3, 17, 120 (*tuetur Faller*). PRVD. perist. 2, 175 (*B*, -us *A*). *al.; abl.* -is INSCR. Année Epigr. 1937 n. 119, 22 (*Amiterni, a. 325*). GLOSS.$^{L}$ V Aa I 608. *plur. nom. vel acc. neutr.* -a: FAST. Vind. II chron. I p. 301, 557 -a nova. ANON. Vales. 12, 71. *addas* GLOSS. *p. 27, 42sq., nisi pro fem. sing. accipere malis. declinationis primae*: *exstat abl.* -a *in falsa var. l.* PLIN. nat. 31, 6; *fortasse addas et l. 60; non huc pertinet Itala Ezech. 42, 5 (cod. 175*; portae *trad. confirmaturque cod. Wirc.*; -a *coni. Niedermann, Arch. Lat. Lex. 14, 1906, 434 coll. gr.* στοαί, Hier. *ad l.* -us).

*de genere*: *fem. testantur* PROB. inst. gramm. IV 114, 22sqq. DVB. NOM. gramm. V 586, 14 (*affert* CYPR. ad Donat. 1). GRAMM. suppl. 126, 2. 129, 7. *masc.* (*cf. p. 25, 3sq.*): PETRON. 77, 4 (*in sermone Trimalchionis*) *domus mea* habet ... -us marmoratos (marmoratis *trad.*) duos (*genus masc. redarguere conatur Nelson, Petron. en zijn 'vulgair' Latijn, 1947, 73 et 203*). CVRIOS. urb. p. 77, 15 N. -um absidatum (REG. absidatam, *var. l.* -tum). p. 85, 15 margaritarium (*item* REG.). p. 94, 10 fabarium (*item* REG.). ISID. orig. 15, 7, 3 *v. supra l. 34.* CIL III 1516 -um ⟨te⟩ctum (VI 19944). 15048 cum -o suo. VIII 27332 hunc -u⟨m⟩. XIII 949 -um exp⟨ol⟩iendum. CE 299, 3 (*a. 589/90*) binos -os. *excipitur pron. masc.* ITALA act. 3, 11 (codd. d, e) in -um qui vocatur Solomonis ([VVLG. quae, *var. l.* qui]. CIL VI 11913, 8 X 333). *nota confusionem miram* ITIN. Anton. Plac. rec. B 27 in uno earum *-uum* (rec. A ex quibus una, *var. l.* ex q. -os unus). *masc. vix probatur* CIL III 3148 (*aet. imp. Tib.*) -um, curiam ... faciundum curavere. *ceterum exclusimus talia qualia* CIL XIII 5373 templum et -us ... conlabsum. *cf. falsam var. l.* SVET. Nero 16, 1. *neutr.* (*exempla certa, sc. plur. nom. vel acc.*) *v. l. 59sq.*

*notatur* portic CIL I$^{2}$ 680. *al.* (*v. indicem p. 781*), port CIL III 975. 9881. VI 675 (= 30810). VIII 25516 (*a. 34/35*), por DONATIO

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Monim. (CIL VI 10231) 7 INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 196. NOT. Tir. 38, 48 -s. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, TER. (*in dactylis nimirum nonnisi* -s *vel* -bus); *transiit in sermonem graecum* (*genere masc.*) πόρτικος *vel* πορτικός, πόρτηξ *vel* πόρτιξ (*v.* HESYCH. *II* 3074 πορτικός· στοά *et Psaltes, Gramm. der byz. Chroniken, 1913, 112. 186 et Lampe, Patristic Gr. Lex. s. v.*). [*it.* portico; *sard. centr.* portįu; *raet. occ.* pierte(n), *centr.* porte, *or.* puarti; *francog.* porche; *prov. vet.* porge, *var. prov., francoprov., vasc.; cat.* porxe, porxo. *cf. M.-L. 6675. Battisti-Alessio IV 3030. Wagner II 298. Wartburg IX 223sq. Corominas III 912. St.*]

[*confunditur in codd. cum* portus PLIN. nat. 6, 139 (*restituitur e coni. dub.* PLIN. nat. 35, 116 [*v. Lippold, RE XIII 172, 1*]); *restituitur* PLIN. nat. 14, 11 (potius *trad.*); *e coni. dubia* VOPISC. Aurelian. 35, 3 templum Solis fundavit et -bus roboravit (-bus *Scaliger*; pontifices *trad., tuetur Magie in ed.*; pontifice *Mommsen fortasse rectius*). *vix recte trad.* GLOSS.[L] II Philox. PO 94 -s galeae: λόφος (portio *suspicatur Leumann vol. VI 2, 1675, 7*).]

I *vi originaria i. q.* στοά (*quod gr. respondere solet ut etiam in* GLOSS.; *ad rem v. Hobein, RE IV A 1, 1sqq.*). *notione primaria significatur aedificium tractu derecto (curvo p. 26, 24sqq. et 29, 28) fere hinc columnis illinc pariete formatum, tecto munitum ad arcendam intemperiem caeli, vim solis (cf. e. g. p. 27, 10. 16. 29, 24. 26 et al.; inde nonnumquam* tectum *-us praecipue respicitur e. g. infra l. 59 et in locutione* sub -u PAP. Corp. 104 II 8 [*a. 94*]. CIL XI 3614, 11 [*a. 114*]. ITALA Ioh. 10, 23 [Hier. tract. in psalm. 1 p. 139, 5, *ubi* cod. b *al. et* VVLG. in -u]. *ceterum cf. p. 27, 12*). *pars aedificii interior respicitur maxime l. 65. 27, 66sqq. 76. 28, 72sqq. ad -us in forma peristylii iunctas referendus est plur. saepe, e. g. p. 26, 69 et 28, 19, sing. infra l. 51 nec non 76 (ceterum v. quae ad IB monuimus); inde sing. potius de area -bus inclusa p. 26, 68 (plur. nimirum p. 26, 12. 27, 2 al.). audacius inducitur tamquam agens p. 28, 6. 29, 22. 24.*

A *respiciuntur aedificia publica (item regia sim.) et sacra:*

1 *proprie (in comparatione sim. infra p. 27, 15. 28, 44):* a *generatim, sc. de quibuslibet -bus publicis:* α *vario usu (exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Most. 910 (*v. p. 28, 79*). ENN. scaen. 165 Aesculapi liberorum saucii opplent -us (*licentia poetarum iam Graecis Troiam obsidentibus -us tribuuntur; 'vestibula tentorii' F. A. Wolf nimis acute. item in castris*: SPART. Hadr. 10, 4 cum ... triclinia de castris et -us et cryptas et topia dirueret). TER. Ad. 579. INSCR. Betilieni (CIL I$^2$ 1529) 5 facienda coiravit semitas ..., -um qua in arcem eitur, campum *eqs.* (INSCR. lib. rei p. Degrassi 598 [*aet. Sull.*] portas, forum, -us. 599 -um quom maenianei(s) in foro. CIC. dom. 102. *al., maxime in titulis*). LEX pag. Herculan. (CIL I$^2$ 682) 3 in -um paganam reficiendam (CIL I$^2$ 759 CIC. Att. 4, 3, 2. *al.*). POMPON. Ateil. 38 balnea, forus, macellus, fana, portus, -s (*vel plur.* -us). VARRO Men. 165 propter eam -um situm erat dolium (*de Stoicis Diogeneque agi putat Bolisani ad l.*). CIC. Verr. II 4, 86 de -u, in qua ipse sedebat *praetor*. 4, 119 forum maximum, pulcherrimae -us. dom. 103 (*de -u Clodii ut*: 116 -um cum conclavibus pavimentatam ..., amplissimum peristylum). de orat. 3, 180 columnae ... -us sustinent (*cf.* LVCR. 4, 426 suffulta columnis. SEN. epist. 90, 25 *columnis* -us ... suscipimus. 115, 8 *columnae* -um ... fecerunt. *sim. al.; cf. e. g. et p. 29, 30*). Att. 4, 16, 8 *saepta* cingemus excelsa -u. LEX Iul. munic. (CIL I$^2$ 593) 68 quae loca publica -usve publicae in u(rbe) R(oma) ... sunt (PLIN. nat. 35, 52 SVET. Tib. 11, 2. *al.; cf. etiam p. 26, 68. 28, 78*). LVCR. 4, 426 -s aequali quamvis est ... ductu ..., longa tamen parte ab summa cum tota videtur, paulatim trahit angusti fastigia coni *eqs.* (*in exemplo mendacii oculorum ut*: SEN. benef. 7, 1, 5 nat. 1, 3, 9 TERT. anim. 17, 2. 17, 6). VERG. Aen. 3, 353 illos -bus rex accipiebat in amplis; aulai medio libabant *eqs.* PROP. 2, 23, 5 quaenam nunc -s illam *puellam* integit? ([*sc. in qua -u ambulat?*]. *cf.* OV. rem. 627 quae ferre solet spatiantem -s illam). LIV. 35, 10, 12 -um ... ab porta Fontinali (ad portam Fontinalem *trad.*) ad Martis aram ... perduxerunt (*indicatur unde quo perducta sit ut*: 41, 27, 7. 9). 41, 27, 12 forum -bus (et -us *trad.*) tabernisque claudendum. VITR. 3, 2, 8 *hypaethros* habet ... interiore parte columnas ... remotas a parietibus ad circumitionem ut -us peristyliorum. 5, 1, 5 (*de lateribus interioribus basilicae ut* 5, 1, 6 *et p. 26, 20. 27, 66sqq.*). MELA 1, 56 (*labyrinthi Aegyptii ut* PLIN. nat. 36, 88; *cf. Herodot. 2, 148* παστάδας). PETRON. 3, 1 declamare in -u. 6,1 *post declamationem* scholasticorum turba in -um venit. IVV. 12, 101 fixis vestitur tota libellis -s (*an respiciuntur templi -us? sim. in -bus suspenduntur edicta, libelli infra p. 26, 15. 22. 28, 1 nec non* AVSON. 419, 50 p. 366, 322 P. litteras tuas si in omnibus pilis atque -bus ... instar edicti pendere mandavero *eqs.*). TAC. ann. 15, 43, 1 *post incendium aedificia erecta sunt* additis ... -bus, quae frontem insularum protegerent (*sim.* SVET. Nero 16, 1 ut ante insulas ... -us essent, de quarum solariis incendia arcerentur. *-us ex utraque parte viae*: CE 299, 3 [*a. 589/90*] dextra levaq(ue) binos -os). CIL VIII 608 (*ca. a. 300*) -um ..., quae foro ambiendo deerat, ... dedicavit. *al.*

β *accedunt determinationes indicantes nomen vel situm -us (quae ad urbem spectant collegerunt Jordan-Huelsen, Topographie I 3, 692)*: ① *per praepos.*: TER. Ad. 573 nostin -um apud macellum? R. GEST. div. Aug. 19 -um ad circum Flaminium (*cf. infra p. 26, 1. 17; aliter* PLIN. nat. 36, 39 ad nationes [SERV. auct. Aen. 8, 721 -um ... Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium conlocaverat, quae -s appellabatur ad n.]). LIV. 40, 51, 6 *censor locavit* -um extra portam Trigeminam et aliam post navalia et ad fanum Herculis et post Spei ad Tiberim ⟨et ad⟩ aedem Apollinis medici. CIL XII 1357 ante thermas (IX 2557 a. basilicam. *cf. infra l. 36*). VOPISC. Aurelian. 49, 2 miliarensem ... -um in hortis Sallusti. ② *per adi. vel gen. subst. (afferuntur exempla selecta inde a* PLIN. nat.; *cf. e. g. l. 66sqq., p. 28, 13*): CIC. dom. 116 Catuli (Att. 4, 2, 3. 4. 5. 4, 3, 2 ad Q. fr. 3, 1, 14). Phil. 2, 84 Minucia (FAST. ann. Iul. Praen. Dec. 22 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 139]). Att. 15, 9, 1 Περσική (VITR. 1, 1, 6 Persicam). NEP. Milt. 6, 3 in -u, quae Poecile vocatur (PLIN. nat. 35, 59 APVL. met. 1, 4, 2. *cf. 2a*). R. GEST. div. Aug. 19 Octaviam (*adde* FEST. p. 178 *infra l. 83*). OV. ars ars 1, 72 quae ... -s auctoris Livia nomen habet (fast. 6, 640. *cf.* PLIN. nat. 14, 11 vitis ... in Liviae -bus subdiales inambulationes ... opacat [PLIN. epist. 1, 5, 9 SVET. Aug. 29, 4. *al.*]). LIV. 41, 27, 8 Aemiliam. TAB. cer. Pomp. Année Epigr. 1973 n. 139 (*a. 51*) Puteol(is) in foro in -um Augusti Sextiana in parastatica libellus adfixus fuit (n. 140. 141. 142). PLIN. nat. 16, 201 saeptorum. 34, 13 a Cn. Octavio ... factam -um duplicem ad circum Flaminium, quae Corinthia sit appellata a capitulis aereis columnarum. 36, 100 *Olympiae* -u, quam ... heptaphonon appellant. SVET. Aug. 29, 4 Gai et Luci. CIL XI 3614, 11 (*a. 114*) ut sibi locus ... daretur sub -u basilicae Sulpicianae, uti Augustalibus in eum locum phetrium faceret (*sim.* 16. *cf. p. 25, 65sq.*). PAP. Corp. 117 (A *et* B) 1 ex libello proposito ... in -o Iuniae Ba⟨...⟩ae (*a. 150*). INSCR. Année Epigr. 1948 n. 40 (*Lepci Magna, a. 317?*) macelli. SPART. Pesc. 6, 8 Curva (CASSIOD. var. 4, 30, 2 C. -us, quae ... forum ... includit. *cf.* NOT. urb. Const. 4, 10 -um semirotundam, quae ... Sigma ... nuncupatur [*cf. infra l. 63sq.*]. *v. etiam p. 24, 70*). *al.* *in nomine loci, ubi agunt servi vel negotiatores sim.* (*item sine determinatione* CIL VI 4461 Onesimus a -u. PAP. Tjäder 20, 123 [*ca. a. 600*] negotiator Syrus a Caput -us): VOPISC. Prob. 2, 1 regestis scribarum -us porphyreticae (*cf. CIL XV 7191* in foro Traiani in purpuretica). CIL VI 9719, 10 olear(ius) de portic(u) Pallantian(a). *v. etiam p. 27, 3sq.*

b *speciatim; -s pertinet:* α *ad templa vel loca sacra (addidimus et regiam Salomonis p. 27, 6)*: ① *quaelibet pagana (exempla certiora; nusquam ipsa pars aedis significari videtur excepto fortasse titulo* CIL VIII 4585): Ⓐ *vario usu*: CIL I$^2$ 680 (*a. 99 a. Chr.; respici videtur aedes Dianae Tifatinae*) calcidicum et portic(um) ante culin(am) ... de stipe Dian(ae) ... ⟨f⟩aciendum coeraver⟨e⟩ *magistri* (*cf.* 1000 mag(ister) ⟨pa⟩g(i) Ianicol(ensis) -u(m), ⟨ce⟩llam, culinam, ⟨ar⟩am ... ⟨fa⟩ciundu(m) coiravit. INSCR. Année Epigr. 1973 n. 127 [*Ostiae, saec. 1 a. Chr.*]). 1464 aedem et portic(um). 2232 d (*sim.* b *et* c, *gr.* στοά) -um A⟨pollin⟩i e⟨t It⟩aliceis de⟨dica⟩verunt (*an* de⟨d⟩erunt? *item dedicatur diis*: III 3778 Neptuno Aug(usto) sacrum; ... aedem et -um fecit. V 412 Iunoni Feron⟨iae⟩ ...; aedem, signum, por⟨ti⟩cus ... d(edit) [*sim.* 781]. VIII 23280 Caelesti Aug(ustae) sacrum; ... -um columnatam ... f(ecit). XIII 914. 2873 deo Moritasgo -um testamento poni iussit. *al.; cf. et l. 54sq.*). OV. am. 2, 2, 4 quae Danai -s agmen habet (*Apollinis Palatini ut* ars 1, 72sq. *et infra l. 72*). PETRON. 90, 1 qui in -bus spatiabantur, lapides in Eumolpum ... miserunt; at ille ... extra ... templum (*sc.* τέμενος) profugit. PAP. Corp. 104 II 8 (*a. 94*) *tabula* fixa in Caesareo ... sub -um dexteriorem (*cf. p. 25, 70*). PLIN. epist. 9, 39, 3 (*2* nullum in proximo *aedis* suffugium aut imbris aut solis) addidero -us aedi, illam *aedem* ad usum deae, has ad hominum (*cf.* CIL III 8484 [*a. 173*] templum ... restituit ... adiectis -bus [*item* 8485]). DONATIO Monim. (CIL VI 10231) 7 locus in quo aedificata est schola sub por(ticu) consacrata Silvano (CIL XIII 3107 deo Vol⟨kano⟩). CIL VIII 14810 (*a. 166/169*) ⟨tem⟩plum cum arcu et -bus et osteis. 11731 (*a. 202*) pro salute imp⟨eratorum⟩ ...; -um sacram *fecerunt* (*cf. et p. 27, 61*). 4585 intus ...⟨i⟩n eod⟨em⟩ templo pronaum, -u⟨m cum columni⟩s et epistilis fac⟨ienda⟩. *al.* *sepulcra* (*cf.* porticatio, porticulus, porticuncula): PLIN. epist. 10, 81, 7 id ..., in quo dicuntur sepulti ..., in area collocatum, quae -bus includitur. CIL VI 9077 -s et ariola cum memoria ad hoc monimentum pertinet. 10284 monumentum cum cohaerenti areola et duabus in gamma -bus (11913, 8. *ceterum forma -uum indicatur nomine litterae l. 25 et infra p. 29, 28*). CIL XIV 158/9 -um cum aediculis suis et cubiculum, quod est supra memoriam. *al.* Ⓑ *cum determinationibus (cf. et p. 25, 78)*: CIC. Verr. II 4, 126 eat ... in -um Metelli, *qui signa pulchra videre vult* (VITR. 3, 2, 5 quemadmodum est ... in -u M. Iovis Statoris *aedes*. PLIN. nat. 34, 31 publica. *cf.* VELL. 1, 11, 3 *Metellus* qui -us, quae fuerunt circumdatae duabus aedibus ..., quae nunc Octaviae -bus ambiuntur, fecerat). ac. 2, 80 *Puteolis* in -u Neptuni (*v. etiam sub* portex. *item accedit gen. deorum*: PROP. 2, 31, 2 Phoebi [SCHOL. Pers. 2, 56 Apollinis Palatini. *de eadem* OV. *supra*]. PETRON. 106, 2 Herculis [INSCR. Année Epigr. 1901 n. 84 *e Lucania*]. MART. 11, 1, 9 vicini pete -um Quirini. AMM. 29, 6, 19 -um ... Eventus Boni cognominatam ea re, quod huius numinis prope visitur templum. *al; cf. etiam exemplum sequens*). ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 32sq. ⟨ante aedem⟩ Apollinis et in -u eius; ... ⟨ad aedem Dianae ... et⟩ in -u eius (*vix trahas ad l. 71; sim. accedit gen.* templi: MART. 3, 20, 10 -um terit t. [*def. Friedrich, Rhein. Mus. 62, 1907, 378*; Tampi *Heraeus dubitanter*; *conii. alii alia*]. SVET. Aug. 72, 2 in -bus Herculis t. CIL VIII 1548, 6 [*aet. imp. Ant. Pii*] t. Cererum. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 531 [*a. 298*] t. deum matris. VOPISC. Aurelian. 48, 4 t. Solis). LIV. 40, 51, 6 *v. p. 25, 84*. FEST. p. 178 Octaviae -us duae appellantur, quarum alteram, theatro Marcelli propiorem, Octavia soror Augusti

*[Plepelits]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fecerat ([*alteram v. p. 26, 10*]. VELL. 1, 11, 3 *p. 26, 70*. PLIN. nat. 35, 114. 36, 24 intra O. -us in Iunonis aede. *al.; indicatur, ubi agat servus* [*v. et p. 26, 27*]: CIL VI 2347 *publicus* a bybliothece Latina -us O. [*sim.* 2349]. 2348 public(us) de -u O. a bibliotheca Graeca). PLIN. nat. 35, 66 in Philippi -bus *templum Herculis cingentibus* (35, 144 MART. 5, 49, 12).

(II) *Iudaeorum* (*respic. templum et regia Salomonis praeter l. 11*): Ⓐ *vario usu*: TAC. hist. 5, 12, 1 ipsae -us, quis templum *Hierosolymorum* ambibatur, egregium propugnaculum. ITALA Ezech. 42, 3 (Wirc.) exedrae quinque ... ordinatae contra faciem -us trinae (VVLG. ubi erat -s iuncta -ui triplici *eqs.; interpr.* HIER. *ad l.* l. 183 -s ab imbre et aestu protegens sacerdotes. *item respicitur templum visionis Ezechielis*: VVLG. Ezech. 42, 5 [*cf. p. 24, 63*]. 46, 23 culinae fabricatae erant subter -us). Ioh. 10, 23 (cod. b *al.* = VVLG.) ambulabat Iesus in templo in -u Salomonis ([*in interpr. allegorica*: AMBR. spir. 3, 17, 120 in pectore ... pacifici deambulat Christus ...; dilata ... tui cordis -um *eqs.* HIER. tract. in psalm. I p. 139, 13 videntes tempestatem ... fugiunt sub -o S., hoc est Christi pace proteguntur *eqs.*]. act. 3, 11 [cod. d, *cf.* VVLG.]. 5, 12 [*ibid.*] erant ... universi *apostoli et fideles* ... in -u[m] S. *cf. et p. 28, 63*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 190 duplices *erant* -us omnes, quas columnae sustinebant ... altae. CASSIOD. Ios. antiq. 15, 396 circumdedit ... -bus maximis omne templum. Ios. c. Ap. 2, 103 quattuor ... habuit -us in circuitu ...; in exteriorem ... ingredi licebat omnibus ...; (104) in secunda vero -u cuncti Iudaei ingrediebantur *eqs.* (*gr. deest*). *al.*

Ⓑ *sec.* VVLG. *versionem vocis hebr.* 'êlam (*de re parum constat; LXX exhibent* αἰλάμ, *pro quo posuisse videntur Aquila* πρόδομος, *Symmachus* πρόπυλον [*v. Orig. hex. III reg. 7, 6; sed cf.* HIER. *infra*]): *testimonia translationis*: HIER. in Ezech. 8, 16 ('inter vestibulum et altare') quod nos 'vestibulum' iuxta Symmachum interpretati sumus, qui πρόπυλον posuit pro eo quod Septuaginta et Theodotio ipsum verbum hebraicum transtulerunt 'aelam', Aquilae prima editio προστάδα, secunda 'aelam' templi interpretata est, quod nos '-um' templi exprimere possumus sive intectum 'atrium'. EVCHER. instr. 2 p. 149, 13 *in regnorum libris vetus habet translatio* aelam, *nova* -um, sed melius interpretatur ante fores sive vestibulum. *loci scripturae*: VVLG. III reg. 6, 3 -s erat ante templum (*de eadem re* II par. 3, 4 -um ... ante frontem [*om. Itala Complut.*]). 7, 6 -um columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis ... et alteram -um in facie maioris -us. 7, 7 -um ... solii, in qua tribunal est. II par. 8, 12 quod *altare* extruxerat ante -um (*Itala Complut.* super faciem aelam, *Legion.* contra vestibulum templi). 29, 17 ingressi sunt -um templi. *al.*

(III) *Christianorum*: Ⓐ *in atrio ecclesiae* (*ad rem v. Schneider, RAC I 888 sq.; cf.* GLOSS.[L] V Aa A 1355 atria: aedes seu -a sanctorum. 1426 aulae: atrium, -a sanctorum. *an huc et* I 608 in -is: in atriis? *cf. ineptam explicationem* GLOSS. V 614, 49 quinquatria: ambitus quinque -orum [*sim.* GLOSS.[L] I Ansil. QVI 172]): PRVD. perist. 2, 175 (*171 sq.* quas *opes* noster deus ... in sanctis habet) videbis ingens atrium fulgere vasis aureis et per patentes -us structos talentis ordines. PAVL. NOL. carm. 27, 363 qua ianua prima receptat, -s obscuro fuerat prius obruta tecto; nunc eadem nova pigmentis et culmine crevit. 27, 397 redeamus in atria; conspice sursum inpositas longis duplicato tegmine cellas -bus, metanda bonis habitacula. 28, 7 -bus late circumdata longis vestibula. 28, 54 exterior quae cingitur aeque area -bus. *al.* CONC.[S] I 5 p. 377, 34 (*sim.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 70, 11) in aula ... quattuor habente -us. SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 16 *ecclesiae* est -s applicata triplex ..., ad cuius specimen remotiora (19) claudunt atria -us secundae. PALLAD. hist. mon. I 56 p. 338[B] in -u ... ecclesiae multitudo pauperum iacet atque languentium (LEX Visig. 9, 3, 2 qui ad e. -os confugerit [*sim.* 9, 3, 4]. GREG. M. epist. 14, 14 p. 434, 8. 12). CARM. cod. Petav. 8 (= INSCR. christ. Rossi II p. 263 b) fecit ... basilicam, secretaria atque -um. GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 262, 32 in ipsam sanctam -um (*cf.* CE 1432, 7 -bus sacris ... quiesco. *v. et supra p. 26, 57*). 7, 29 p. 347, 21 in ipsam basilicam ac per -os vel singula loca atrii. glor. conf. 88 in -o basilicae sancti Vincenti (*supplendum videtur* CIL VIII 27332). *al.* *? monasterii*: MIRAC. Theclae 6 p. 172, 4 divertit in -um ante valvam monasterioli (*an -us pertinet ad ecclesiam Theclae p. 172, 2 memoratam?*). Ⓑ *intra ecclesiam*: *de lateribus basilicae* (*cf. et p. 25, 65*): PAVL. NOL. epist. 13, 13 qua sub ... mole tectorum geminis utrimque -bus latera diffundit *basilica sancti Petri*. 32, 12 totum ... extra concham basilicae spatium ... geminis utrimque -bus dilatatur ...; cubicula intra -us quaterna longis basilicae lateribus inserta *eqs.* carm. 27, 512 volo picturas fucatis agmine longo -bus videas (*ne ad atrium referas cf. 543 sq.* pingere sanctas ... domos, *580 sq.* totis Felicis domibus pictura ludere sancta). *de parte secretarii*: CONC.[S] II 3, 3 p. 76, 25 in Antiochensium ... ecclesia in aestivali -u secretarii facto concilio *eqs.* (*gr. II 1, 3 p. 69, 8* ἐν τῷ στοϊδίῳ τοῦ θερινοῦ σηκρήτου). Ⓒ *in catacumbis* (*de fornicibus quibusdam*): PRVD. perist. 11, 164 quamlibet ancipites texant hinc inde recessus arta sub umbrosis atria -bus *eqs.*

*β ad thermas* (*cf. et supra p. 26, 2*): CIL I² 1635 (*Pompeis in thermis Stabianis q. d.*) -us et palaestr(am) reficiunda locarunt. II 6145 (*post a. 120*) balineum c⟨um port⟩icibus ... fecerunt (XII 4342 [*aet. imp. Ant. Pii*] ther⟨mas⟩. INSCR. Année Epigr. 1937 n. 119, 22 [*Amiterni, a. 325*] thermas ... c. -is novis factis). XIV 376, 20 (*saec. II*) thermas ... refecit, -um reparavit. III 12336, 4 (*aet. imp. Gord.*) *libellorum* propo⟨s⟩it⟨o⟩rum ... in portic⟨u the⟩rmarum Tr⟨a⟩ianarum (SCHOL. Iuv. 6, 154). 10492 (*a. 268*) thermas ... ⟨re⟩tractatis -bus ⟨a⟩ditibusque *refecit*. LAMPR. Heliog. 17, 9 *in lavacro* -us defuerant, quae postea ... extructae sunt. Alex. 25, 6 thermas additis -bus (sortionibus *trad.*) perfecit et ornavit. COD. Theod. 15, 1, 50 -s thermas Honorianas praecurrat acie columnarum. CIL X 5348, 12 -os ... circumcingentes colimbum ... constituit. *al.*

*γ ad theatrum sim.*: (I) *respicitur potius aedificium cum theatro coniunctum*: CIL I² 1492 (*aet. Cic.*) -um pone scaenam long(am) p(edes) *tot* (VITR. 5, 9, 1 post s. -us sunt constituendae, uti ... habeat populus, quo se recipiat ex theatro, choragiaque laxamentum habeant ad comparandum, uti sunt -us Pompeianae itemque Athenis -us Eumenicae *eqs.*). CIC. fat. 8 in -u Pompei (ASCON. Mil. p. 44, 2 cum senatus in -u P. haberetur. PLIN. nat. 35, 59. 126. 132. *cf.* Pompeia: PROP. 2, 32, 12. Pompeiana: VITR. 5, 9, 1 *supra*). VITR. 5, 9, 1 Trallibus -s ex utraque parte est (ut *trad.*) scaenae ... ceterisque civitatibus, quae diligentiores habuerunt architectos, circa theatra sunt -us et ambulationes (*describitur deinceps earum forma*). 5, 9, 5 media ... spatia, quae erunt subdiu inter -us, adornanda viridibus videntur. *dubitanter addiderimus* (*nisi ad l. 23 spectant loci*): CIL VIII 11532 (*a. 299*) -us theatri ... restitutae (MARCELL. chron. II p. 95, 501, 1. CIL XI 4206 -um thea⟨tr(i)⟩, cryptam [*vix intellegas* theatrum]). (II) *respicitur potius ipsa pars theatri vel circi*: VITR. 5, 6, 4 tectum -us, quod futurum est in summa gradatione *theatri*. CALP. ecl. 7, 47 balteus (*i. praecinctio amphitheatri*) en gemmis, en illita -s auro certatim radiant. PLIN. epist. 10, 39, 3 -s supra caveam. PANEG. 4, 35, 5 Circo ... maximo sublimes -us et rutilantes auro columnae tantum inusitati ornatus dederunt, ut *eqs.* (*item in circo*: COD. Theod. 15, 1, 45 superiores -us).

*δ ad palaestram, gymnasium*: CIC. de orat. 2, 21 palaestram ... et -us ... Graecos exercitationis et delectationis causa, non disputationis, invenisse. VITR. 5, 11, 1 in palaestris peristylia ... sunt facienda ..., ex quibus tres -us simplices disponantur, quarta ... duplex. 5, 11, 2 constituantur ... in tribus -bus exhedrae ... habentes sedes, in quibus philosophi ... disputare possint (*item versantur in -u philosophi*: QVINT. inst. 12, 2, 8 studia sapientiae ... in -us et gymnasia ... recesserunt [*ad Stoicos refert Austin ad l., cf. 2a*]. PLIN. epist. 1, 22, 6 non ... gymnasia sectatur aut -us *ut ceteri philosophantes. cf.* CIC. *supra et l. 80 sqq.; de Academia*: SEN. benef. 6, 11, 1 *puer Platonem quaerens* totam -um perscrutatus est. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 45). *ibid.* in versura -us ... lavatio *eqs.* 5, 11, 3 extra ... disponantur -us tres *eqs.* 5, 11, 4 haec ... -s xystos apud Graecos vocitatur, quod athletae per hiberna tempora in tectis stadiis exercentur (*sim.* 6, 7 [10], 5). *al. in eodem capite.* SIL. 14, 648 inclusos ... longis -bus sacros iuvenum certamine lucos. *-us gymnasii sim. comparatur cum animo hominis*: GILD. Brit. 1 chron. III p. 27, 12 in quadam ac si (*i. quasi*) angusta timoris -u luctabantur *sensus mei.*

2 *metonymice respiciuntur ii, qui in -u versantur*: **a** *fere technice de schola vel doctrina Stoica* (*cf.* IREN. 2, 14, 4 = 2, 18, 4 H. qui ex -u Stoici appellantur. *notio propria aedificii, quod v. p. 26, 8 sq., sublucet* CIC. ac. 2, 75 PERS. 3, 54; *transfertur ad doctrinam Christianorum* TERT. praescr. 7 l. 35): CIC. ac. frg. 20 (*sed contineri videntur verba quaedam a Cic. aliena*) clamat Zeno et tota illa -s tumultuatur. *ibid.* totam illam -um insanam, Academicos autem ... modestos ... homines videri Epicuro. 2, 75 *Chrysippus* fulcire putatur -um Stoicorum (TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 645, 13 materiam de -u S.). HOR. sat. 2, 3, 44 *eum* insanum Chrysippi -s et grex autumat. PERS. 3, 54 quae ... docet sapiens bracatis inlita Medis -s (SCHOL. Atheniensium -um dicit, in qua picta erat pugna *Marathonia*). GELL. 12, 5, 10 (*5* Stoica) ex ... -u prudentiorum hominum. TERT. anim. 6, 7 *animae* sine academiis et -bus Atticis ..., denique ieiunantes a philosophia, nihilominus vivunt (adv. Hermog. 1, 4 de ecclesia in a. et -um *conversus*. test. anim. 1 p. 135, 22 *anima* a. et -bus Atticis pasta). VOLVS. Aug. epist. 135, 1 ille disputator ex -u. BOETH. cons. 5 carm. 4, 1. *inde* -s Salomonis (*sc. ubi docebant apostoli, sec.* act. 3, 11 *et* 5, 12 *p. 27, 17 sq.*) *de doctrina christiana*: TERT. praescr. 7 l. 35 quid ... Athenis et Hierosolymis? ... nostra institutio de -u S. est (*postea*: Stoicum ... Christianismum *haereticorum*). **b** *laxius* (*vix huc* MART. 7, 97, 12): HOR. epist. 1, 6, 26 cum bene notum -s Agrippae ... te conspexerit (PORPH.: in Agrippae enim -u ... maxime conspicui videbantur). OV. Pont. 2, 4, 19 nos *amicos* fora viderunt pariter, nos -s omnis, nos via, nos ... theatra.

**B** *respiciuntur aedificia privata* (*sc. villae saepe, domus urbanae e. g.* PLAVT., CIC. ad Q. fr. 3, 1, 14, VITR. 6, 3, 7. 6, 7, 1 sqq.; *ad peristylium pertinere videntur imprimis* PLAVT. [*per sing.; addas fortasse etiam* IVV. 14, 66], VITR. *ll. c.*, PLIN. epist. 2, 17, 4 [*v. ad rem Sulze, RE Suppl. VII 964 sq.*]; *exempla selecta inde a* PETRON.): PLAVT. Most. 756 senex gynaeceum aedificare volt hic in suis *aedibus* et balineas et ambulacrum et -um. 908 quid -um *putas*? :: insanum bonam; non equidem ullam in publico esse maiorem hac existimo. :: (910) quin ... in publico omnis -us sumus commensi ...; longe omnium longissima est. CIC. de orat. 2, 12 *cum* inambularet cum Cotta in -u (*in Crassi Tusculano ut*: 2, 20 -s haec ipsa, ubi inambulamus [nunc ambulamus *var. l.*], et palaestra et tot locis sessiones gymnasiorum et Graecorum disputationum memoriam ... commovent). rep. 1, 18 *in villa Africani minoris.* ad Q. fr. 3, 1, 1 summam dignitatem pavimentata -s habebat (*villae Manilianae ut*:

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 1, 2 in -u ... ut atriolum fiat *eqs.* 3, 7[9], 7 inferior -s et eius conclavia). 3, 1, 14 (*in Quinti aedibus urbanis*) *tectum conclavium* vergit in tectum inferioris -us. VARRO rust. 1, 4, 4 permagni interest, ube sint positae villae ..., quo spectent -bus, [h]ostiis ac fenestris. 3, 16, 15 in villae -u *alvaria a quibusdam collocari* (*opp.* iuxta villam. *aliter infra l. 48*). VERG. Aen. 12, 476 magnas domini ... divitis aedes pervolat et ... atria lustrat hirundo ... et nunc -bus vacuis, nunc ... circum stagna sonat. HOR. carm. 2, 15, 16 decempedis metata privatis ... -s (HIER. epist. 14, 6, 1. *-s luxuriae est ut*: SEN. dial. 11[12], 9, 2 quo longiores -us expedierint *eqs.* nat. 1 praef. 8 contemnere -us et lacunaria *eqs.* PAVLA Hier. epist. 46, 11, 1). VITR. 6, 3, 7 *in aedificiis urbanis Romanorum* columnae tam altae *sint*, quam -us latae fuerint peristyliorum (6, 7, 3 *domus Graecae. cf. et p. 25, 65*). 6, 5, 3 ruri *villam ingredientibus* ... statim peristylia *solent esse*, deinde tunc atria habentia circum -us pavimentatas. 6, 7, 1 id peristylum in tribus partibus habet -us *eqs.* (*describitur Graecorum mos aedificandi ut*: 6, 7, 2 circum ... in -bus triclinia ... constituuntur. 6, 7, 3 peristylia, in quibus pares sunt quattuor -us altitudinibus. *al. ibid.*). VAL. MAX. 9, 1, 4 collegae ... obiecit, quod columnas Hymettias in -u domus haberet. PETRON. 77, 4 *domus mea* habet ... -us marmoratos (marmoratis *trad.*) duos. VAL. FL. 2, 191 discumbitur altis -bus. STAT. silv. 2, 2, 30 inde per obliquas erepit -s arces, urbis opus, longoque domat saxa aspera dorso (*35* semita tecta. *de eadem -u villae Surrentinae*: 3, 1, 99 stat -s alta). MART. 1, 12, 5sq. rudis ... praestabat -s umbras, heu quam paene novum -s ausa nefas; nam subito conlapsa ruit *eqs.* IVV. 6, 163 vetustos -bus disponat avos. 7, 178 -s, in qua gestetur dominus, quotiens pluit. 14, 66 ne ... foeda ... atria displiceant ..., ne perfusa luto sit -s. PLIN. epist. 2, 17, 4 *villae* in prima parte atrium ..., deinde -us in D litterae similitudinem circumactae, quibus parvola ... area includitur (*cf. p. 26, 63sq.*). VLP. dig. 8, 5, 8, 1 quae *columnae* tectum -us ambulatoriae sustineant. *al.*
*impositae sunt navibus*: SVET. Cal. 37, 2 fabricavit et deceris ... magna thermarum et -uum et tricliniorum laxitate.

II *per similitudinem transfertur*: A *ad opera alia* (*v. etiam l. 31*): 1 *varia genera tectorum perticis sim. fultorum, quae protegunt*: a *a tormentis; adhibentur in oppugnatione oppidorum*: CAES. civ. 2, 2, 3 *cum vineae vim telorum sustinere non possent*, pedalibus lignis coniunctis inter se -us integebantur. b *ab intemperie caeli, vi solis*: α *in re rustica* (*dubium an hic illic, e. g. l. 42. 45, significetur aedificium ut l. 4sq.; in comparatione l. 52*): COLVM. 7, 9, 9 nec ut ceteri greges universi claudi debent *sues*, sed per -us harae faciendae sunt *eqs.* (PALLAD. 3, 26, 4 haras sub -bus faciemus). 8, 4, 4 ubicumque cohortem -s vel tectum protegit (9, 14, 14 quamvis -u protecta vasa [*sc. alvaria*] ... congestu ... frondium supertegemus [*inde paulo aliter* PALLAD. 12, 8, 2 *infra*]. *protegi ipsae -us dicuntur*: 9 praef. 2 apibus ... dabantur sedes ... in protectis -bus). 8, 11, 3 cuius *maceriae* tribus lateribus -us adplicantur et in quarto duae cellae; ... sub -bus fiunt ... septa (*sim. instruuntur anseribus* 8, 14, 1). 9, 7, 4 propter quos *imbres* convenit alvaria -u (-bus *R*, porticulis *recc. aliquot*) supermuniri. PALLAD. 1, 22 propter ea, quae insunt *in cohorte*, animalia ad aestatis temperandum calorem -us furcis, asseribus et fronde formari, quae vel scindulis vel ... tegulis ... tegentur *eqs.* 12, 8, 2 (*sec.* COLVM. *l. 42*) *Novembri supra alvaria* genestis vel aliis tegumentis similitudinem -us imitemur, ut possint a frigore et tempestate defendi *apes*. β *in re militari*: VEG. mil. 2, 23 p. 58, 16 ut tempore hiemis de tegulis vel scindulis ... et -us tegerentur ad equites et quaedam velut basilicae ad pedites, in quibus ... sub tecto armis erudiebatur exercitus.

2 *speciem ornithonis*: VARRO rust. 3, 5, 11 in lateribus ... -us sunt primoribus columnis lapideis pro mediis ar[ti]busculis humilibus ordinatae, cum ... tecta -s sit rete ...; hae sunt avibus ... oppletae ...; (12) *in medio* sunt piscinae ad -u[a]s versus.

B *ad umbraculum ramis vel palmitibus factum*: CYPR. ad Donat. 1 dum erratici palmitum lapsus nexibus pendulis per harundines baiulas repunt, viteam (pampineam *Dub. nom. gramm. V 586, 14*) -um frondea tecta fecerunt. FIRM. math. 8, 10, 6 qui ... virides -us in circulum flexis vitibus faciat. PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 (*in descriptione paradisi*) per frondeas -us viridesque parietes (*postea*: inter spatia virentium columnarum).

III *per interpretationem pravam (vel ad exemplar gr. corruptum referendam) ponitur pro*: *velo, tentorio (non est quod conferas* ENN. *p. 25, 35sq.)*: ITALA exod. 39, 20 (Wirc.) attulerunt ... -us at⟨rii⟩ et columnas *eqs.* (*gr. 39, 19* ἱστία, *Lugd.* positionem, *Vulg. 39, 39* tentoria). *moenibus*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 139 *Nabuchodonosor muniens Babylonem contra hostes* tres ... in interiori civitate per circuitum -us, tres vero in exteriori constituit (*gr.* περιβόλους).

*homoeoprophoron iuxta* portus POMPON. Atell. 38.

*deriv.*: porticatio, porticula, 1. porticulus, porticuncula; *cf.* ?portex.

*compos.*: crypto-, pro-, quadri-, triporticus.

**portil(l)āca** *v.* portulaca.

***portio**, -ōnis *f.* [*iuncturam veterem* pro portione (*v. p. 30, 4*) *ex* pro ratione, *alii ex* pro partitione *derivare conantur, cf. Leumann, Gramm. 1977, 366. Sch.*] *a* pars *derivat* CASSIOD. in psalm. 118, 57. *scribitur* -ci- INSCR. christ. Diehl 3846 (= CIL V 307) *et fortasse* CIL II 1174, 10 (*ex apographis*), *ceterum saepius in codd. recc. litt. graecis*: PAP. Tjäder 20, 83 (*ca. a. 600*) ποϱεζονε (*i.* -is). *notatur* port CIL V 4489, 4 *et fortasse* p *infra l. 26*. NOT. Tir. 91, 30 -o. *abl. sing.* -i LEX Iul. munic. (CIL I$^2$ 593) 38. ORIBAS. syn. 8, 57 Ab. *legitur in iunctura* pro -e *inde a* PLAVTO, CATONE, SENT. Minuc., FAV., CIC., LEGE Iul. munic. *et* VRSON., VARRONE; *ceterae formae exstant inde a* LIV., VITR., FESTO, SEN. contr. (*vix iam apud* CATONEM, *v. p. 34, 63*); *vocem frequentant iuris consulti et artium scriptores; in poesi post* PLAVT. *apud* MART. (*semel*) *et* IVV. (*bis*), *deinde paulo saepius* (*sc. nom. sing.* -o *praeter* PRVD. psych. praef. 53), *deest e. g.* CLAVD. [*confunditur in codd. cum* proportio SEN. benef. 2, 16, 2. *al.* (*de iunctura* pro -e *v. quae ad IA1a monuimus*).]

I *i. q. ratio, proportio, analogia* (GLOSS. ἀνάλογον. *pro syn.* ratio VARRO rust. 3, 9, 21 CENS. 10, 9 *et* 11 [*cf.* 8], divisio BOETH. arithm. 1, 5 p. 15, 5): A *in locutionibus adverbialibus notione* 'ἀνὰ λόγον, κατ' ἀναλογίαν' *sim.* (*respicitur saepe ratio, quae est inter singulas partes, vel inter partes et totum, ita ut exempla quaedam aegre a II separari possint; ceterum cf. conspectum p. 33, 8sqq.*): 1 pro -e (-bus VITR. 3, 1, 4. 3, 3, 11. 6, 2, 1. *cf.* GLOSS. κατὰ τὸ ἀνάλογον ..., κατὰ ἀναλογίαν. *fere pro syn.* rate CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 42, 20): a *nulla voce interveniente* (*sequitur gen. subst. inde a* CIC. de orat. 2, 320, *praecedit fortasse p. 31, 35*). *editur saepius pro abl. subst. q. e.* proportio, *sed voces etiam nullo intercedente attributo non prorsus coaluisse confirmant distincte exhibentes* SENT. Minuc. (CIL I$^2$ 584) 29 (*puncto interposito*). LEX Vrson. (CIL I$^2$ 594) 63, 7 S. C. de aedif. (CIL X 1401) 7 PAP. Corp. 174, 4 (*saec. II/III*); *huc pertinet, si recte solvit Bücheler, Rhein. Mus. 57, 1902, 325,* CIL XI 5717 pr. p. (propria pecunia *Bormann dubitanter ad l.*); *contra una voce scribi videtur* LEX Iul. munic. (CIL I$^2$ 593) 38 *ut ibid. e. g. l. 24* indiebus. *quamquam vix dubites quin scriptores recentiores pro una voce acceperint iuncturam, tamen omnia eius exempla huc traximus, nisi obstitit vel adi. praecedens vel structura totius enuntiati; ceterum cf. Plasberg, Rhein. Mus. 53, 1898, 74sqq. ponitur loco attributi* CIC. *p. 31, 14sqq.* VARRO *p. 31, 54 et 61.* CLAVD. MAM. *p. 31, 33, subiecti* VARRO *p. 31, 58, praedicati* VARRO *p. 31, 50sqq.* CELS. dig. *infra l. 84; explicatur per gen. saepe, per enunt. compar. infra l. 39. 56. 73sqq.*

α *generatim*: PLAVT. Rud. 1115 tacita bonast (tacitast melior *Bentley*) mulier semper quam loquens. :: tum pol tu pro -e nec vir nec mulier mihi es ..., quia enim neque loquens es neque tacens umquam bonus. CATO agr. 57 (vinum familiae) compeditis, uti quidquid operis facient, pro -e addito *vini partem* (VARRO rust. 1, 18, 3 ut pro -e ad maiorem fundum et minorem adderemus et demeremus *mancipia* [*sim.* 1, 18, 4]. *cf.* LIV. 34, 50, 7 adice [COLVM. 12, 41 *v. infra*]). 106, 2 si quis plus voles aquae marinae concinnare, pro -e ea omnia facito. 157, 7. FAV. or. frg. (p. 104 M.) Gell. 15, 8, 2 si pro -e pergit luxuria crescere. CIC. Verr. II 3, 148 agrorum pro -e magno *te* decumas vendidisse. 4, 46 *erant ornamenta* summo artificio facta, ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peraeque pro -e cetera (*cf. similem abundantiam, sc. si recte conicitur, p. 31, 56*). de orat. 2, 320 *oportet dicendis* causis principia pro -e rerum praeponere. VARRO ling. 9, 27 (*antea*: non in terra in sationibus servata analogia?) ⟨h⟩ordeo sato pro -e reddidit parilis *segetes*. 9, 29 partes ... pro -e similes (9, 30. 9, 48. *v. etiam p. 31, 44sq. et cf.* 9, 33 similitudines pro -e constare). 9, 103 pro -e eadem quae illic (*9, 76*) dicimus, cur *eqs.* (10, 41). rust. 1, 41, 4 ea, quae laxiora et fecundiora *sunt*, ut femina quam mas; et pro -e in virgultis item. 2, 3, 2 *caprae* ubere sint grandiore, ut et lac multum et pingue habeant pro -e. 3, 9, 21 remittendum in *cibi* datione pro -e, ac decem primis *diebus* processit, in posterioribus ut deminuat eadem ratione. LIV. 5, 4, 3 quibus aliquid novi adiectum commodi sit, eis laborem etiam novum pro -e iniungi. 7, 1, 8. VITR. 3, 1, 4 si ita natura composuit corpus hominis, uti pro -bus membra ad summam figurationem eius respondeant *eqs.* (*fere syn.* commensūs exactionem). CELS. 4, 19, 3 cibum pro -e huius *lactis sim. sumere*. SEN. clem. 1, 1, 9 cetera ... bona pro -e fortunae suae quisque sentit ... maiora minoraque (*pertinet ad compar. ut*: AVG. civ. 15, 15 p. 88, 11 D. serior. util. cred. 3, 7 p. 10, 3 plura. *v. etiam infra p. 31, 11*). 2, 6, 3. CVRT. 9, 1, 6 navatae operae. COLVM. 1, 4, 8 facultatium (*sc. opum*). 5, 12, 4 virium (arb. 28, 4. *v. etiam p. 32, 33*). 12, 41 si plus *musti* volueris facere, pro -e, qua supra, mel adicies. *al.*

β *speciatim*: ① *in sermone iuris*: SENT. Minuc. (CIL I$^2$ 584) 29 vectigal Langensibus pro -e dent ita, uti ceteri Langenses, qui *eqs.* (*cf.* CIC. Verr. II 5,55 quin Mamertinis pro -e imperaretur *frumentum*. Flacc. 32. VARRO ling. 5,181 pro -e census exigeba[n]tur *tributum*). LEX Iul. munic. (CIL I$^2$ 593) 38 *tanta pecunia ab uno quoque solvenda est* pro -e (-i *aes*), quamtum quoiusque ante aedificium viae *publicae* ... erit (*pendet enunt. compar. ut*: LEX Vrson. [CIL I$^2$ 594] 63, 7 ut pro -e, quam diu apparuissint, mercedem ... kaperent. ALF. dig. 19, 2, 30 pr. quanti dominus praediorum locasset). ALF. dig. 19, 2, 30, 1 ut pro -e temporis, quo lavationem non praestitisset *balneator*, pecuniae contributio fieret (LABEO dig. 19, 2, 28, 2 deducendum esse. IAVOL. dig. 19, 2, 21). S. C. de aedif. (CIL X 1401) 7 cum ... conveniret ... pro -e publicorum operum etiam privatorum custodia (custodiae *cetera apographa*). IAVOL. dig. 31, 41 pr. ut ea pars, quae cessat, pro -e legati cuique *legatario* ... adcrescat. INST. aliment. (CIL II 1174) 10 *summa inter puellas distribuatur* pro -e, qua inter masculos. CELS. dig. 12, 4, 16 utrum id contractus genus pro -e emptionis et venditionis est? (*i.* '*similis est*

[Plepelits]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*emptionis et v.'; ad struct. praedic. cf. infra l. 51; alias explicationes affert Watson, Journ. Rom. Stud. 50, 1960, 255sq.*). 27, 8, 7 pro -e in quemque eorum actionem dari. IVLIAN. dig. 42, 7, 5 ut, quae ... ex bonis contrahantur, omnibus pro -e praestarentur. POMPON. dig. 18, 1, 18 pr. si communis ea res emptori cum alio sit, dici debet scisso pretio pro -e pro parte emptionem valere, pro parte non valere. GAIVS inst. 2, 155 quorum *hominum* bona venierint pro -e. MAECIAN. dig. 35, 2, 32, 4 tantum Seio pro -e ex quinque detrahendum ..., quantum Titio ex viginti detractum esset. SCAEV. dig. 36, 1, 80, 1. PAP. Corp. 174, 4 (*saec. II–III*) si unus unave ex his *filiis* ... moriatur, ...⟨quaeque pars⟩ hereditatis pro -e maior esto. *al.* (II) *in philosophia vel arithmetica eaque nisis artibus* (*cf.* HYG., CENS. *al. sub B1*): CIC. Tim. 13 id optime adsequitur, quae graece (*p.* $31^{c}$) ἀναλογία, latine — audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur — comparatio pro -e dici potest ([proportiove *AB corr., edd., vol. III 2008, 22*]. 24 eandem pro -e c. [*non resp. gr. p.* $36^{b}$. *varie temptatum in codd. et ab edd.*, proportionem comparatione *ed. Giomini*]. pro -e *utroque loco def. Plasberg, Rhein. Mus. 53, 1898, 74sqq.; ceterum cf. infra locum sequentem et l. 54*). 14 quando ... trium vel numerorum vel figurarum ... contingit, ut, quod medium sit, ut ei primum, pro -e ita id postremo comparetur (comprobetur *trad.; non resp. gr. p.* $32^{a}$). 15 contingit, ut *deus* ... ea ... inter se compararet et pro -e (*gr. p.* $32^{b}$ ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον) coniungeret, ut, quem ad modum ignis animae, sic anima aquae, quodque anima aquae, id aqua terrae pro -e (*non resp. gr.*) redderet. 27 temperatione trium partium pro -e compacta (compactus *sc. animus, Manutius; gr. p.* $37^{a}$ ἀνὰ λόγον). VITR. 3, 3, 11 quemadmodum ... crescunt spatia inter columnas, pro -bus adaugendae sunt crassitudines scaporum. 4 praef. 2 quae *genera* subtilissimas haberent pro -bus modulorum quantitates (*cf.* 6, 2, 1 uti pro -bus ratae partis habeant aedificia rationum exactiones). AVG. quaest. hept. 2, 177, 10 p. 215, 3 pro -e occurrerent in octo columnis cubita quadraginta sicut in viginti columnis cubita centum. CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 42, 20 ex quorum *elementorum* metrico (metrica *var. l.*) pro -e (proportionis *cod. unus*) conventu conpactis rate dimensionibus ... corpus efficitur. *al.* *loco vix sano*: VITR. 1, 1, 1 *ratiocinatio* res fabricatas sollertiae ac rationis pro -e demonstrare ... potest (sollertiae ac rationis *a* pro -e *pendet? 'fort. excid. aliqua verba' Degering in schedis nostris*; sollertia, ratione proportionis *Rose sensui bene consulens*). (III) *in grammatica* (*sc. comparantur formae verborum; cf. etiam* FEST. *sub 3a et B1*): VARRO ling. 5, 169 ab tribus assibus tressis *dicitur* et sic pro -e usque ad nonussis (*respiciuntur vocabula pecuniae ut*: 5, 170 pro -e usque ad centussis [*cf. 9, 81* sic deinceps ad centussis]. *ibid. iterum.* 9, 83). 8, 50 si esset analogia ..., ut est a qui[vi]s quoi (cui *trad.*), sic diceretur qua quae; nam et pro -e simile *eqs.* (9, 110. 10, 42. 10, 66. *cf. p. 30, 51sq. nec non* 9, 62 quocumque progressa est natura cum usu vocabuli, similiter pro -e propagata est analogia [10, 68 et res et voces s. pro -e dicuntur]). 8, 68 quoniam simile est recto casu surus lupus lepus, rogant, cur non dicatur pro -e[m] item suro lupo lepo (10, 65 CHAR. gramm. p. 236, 8 B. *adde locos supra allatos* VARRO ling. 5, 170. 9, 83. 10, 68. *aliter p. 30, 53; cf.* 10, 47 pronuntiare). 8, 78 si pro -e[m] esse⟨nt⟩ verba *eqs.* (pro -e *loco praedicati ut*: 8, 80 servata *non* est analogia: nam et cum sit a Romulo Roma, pro -e non est, quod debuit esse ⟨Romula⟩ *eqs.* 10, 9). 8, 83 *libertini a municipio manumissi*, ut societatum et fanorum servi, non servarunt pro -e[m] rationem *nominis* (10, 37 quae sit r. pro -e; ⟨e⟩a graece voca[n]tur ἀνὰ λόγον, ab analogo dicta analogia). 9, 61 e quibus ⟨ae⟩que (*A. Spengel*; quae *Goetz*) cum item accidisset feminis, pro -e ita appellata declinarant praenomina mulierum. 10, 2 quid sit simile ac dissimile, quid ratio quam appellant λόγον, quid pro -e, quod (quid *trad.*) dicunt ἀνὰ λόγον, quid consuetudo. 10, 36 ita cum est, pro -e ut eandem habea⟨n⟩t rationem *verba* (*dist. et add. Mette, Varroniana, 1931, 10*). 10, 51 ut quattuor figurae vocis habeant pro -e declinatus.

**b** *interveniunt adi. vel pron.* (*e iuris consultis hic attulimus exempla pauca, quibus notio q. e. ratio adhuc sufficere possit; tamen significatum sub IIB2 illustratum sublucere maxime l. 74sqq. et 78sqq. non negaverimus*): COLVM. 5, 2, 2 pro qua -e (*sc. magnitudinis agrorum*) operis effecti numerationem facere oportebit. PLIN. nat. 11, 40 x partem *mellis* ... apibus relinqui placet, si plenae fuerint alvi; si minus, pro rata -e (IAVOL. dig. 38, 2, 34 satisfieri. IVLIAN. dig. 38, 2, 30, 3. GAIVS inst. 1, 122 semisses ... et quadrantes pro r. scilicet -e ad pondus examinati erant. 4, 72. *al.*; *pendet gen.*: COD. Theod. 11, 20, 6 pr. pro r. partis dimidiae -e unumquemque relevari. COD. Iust. 5, 13, 1, 9c fructus pro r. temporis -e ... adsignari. *al.*; *explicant* GLOSS. κατὰ ἀναλογίαν). POMPON. dig. 45, 3, 37 utrumne viriles partes an pro dominica -e eis *dominis servi communis* deberetur ([*syn.* pro parte qua domini essent]. VLP. dig. 45, 3, 7 pr. ut non aequaliter, sed pro -e d. totum eis *dominis* adquiratur. *plur. de singulis partibus v. p. 37, 64*). GAIVS dig. 30, 67, 1 heredes non pro hereditaria -e, sed pro virili id legatum habere debent (*item sing. spectat ad plures coheredes*: PAPIN. dig. 10, 2, 32 ad singulos *filios* pro h. -e pertinent res *non divisae*. *exempla cetera v. p. 37, 56*). CELS. dig. 27, 8, 7 in magistratus, qui tutorem dederunt, ... utrum pro virili -e actio danda sit, an optio sit *eqs.* (*sc. ratione viritim computata* [*cf. explicationes* COD. Iust. 6, 51, 1, 8a id est pro numero personarum. GLOSS. quis⟨que⟩ pro se]. *item*: GAIVS dig. *v. supra*. PAPIN. dig. 31, 70, 2 ut filium ... pro v. -e ... coheredem faciat. PAVL. dig. 30, 33 ad legatum omnes venire. LACT. inst. 2, 7, 2 dedit omnibus deus pro v. -e sapientiam [*syn.* aequaliter]. *al.; plur. de singulis partibus v. p. 37, 73; aliter p. 35, 46*).

*?* 2 ex -bus: VITR. 10, 10, 6 (10, 11, 1) e quibus membris ex (et *ed. Rose, Fensterbusch*) -bus componantur *catapultae*.

**b** *singulorum hominum vel eorum animarum, pectorum*: α *quolibet respectu*: TERT. apol. 5, 4 Domitianus, -o Neronis de crudelitate (*cf. Petil. Aug. c. Petil. 2, 92, 202 p. 125, 20* N. maximam partem). COD. Theod. 8, 15, 5, 1 administrantium socii adque participes *nundinis turpibus se abstineant ut ipsi administratores*: quaedam enim uniuscuiusque -o videtur adsessor. β *respectu amicitiae, cognationis* (*cf. e. g. Hor. carm. 1, 3, 8* animae dimidium meae. *Ov. Pont. 1, 8, 2* pars animae magna, Severe, meae. *exempla quaedam magnitudinem -is respicientia ad A2 trahere noluimus, ne similia separarentur*): SYMM. epist. 3, 66 nosse dignaris, quanta sit in . . . Flaviano pectoris mei -o; . . . ambo idem sumus. PAVL. NOL. epist. 5, 10 frater unanime meliorque in Christo nostri -o (*pendet gen. pron. pers. ut*: SALV. epist. 1, 8 cum me -em vestri existimetis, necesse est eum, qui mei -o est, vestri quoque aliquatenus -em esse ducatis. ENNOD. carm. 1, 6 praef. 7 p. 521, 25 mei). RVT. NAM. 1, 426 animae -o magna meae (SIDON. carm. 21, 4 maior [ENNOD. epist. 3, 2, 2 p. 72, 17. 5, 15, 1 p. 138, 2]. ENNOD. epist. 4, 5, 1 p. 100, 21 a. meae -o non defraudata, sed solida).

**c** *rerum* (*cf. et p. 34, 46*): ARNOB. nat. 2, 22 si verum est illum *hominem* principalis esse substantiae -e⟨m⟩. PAVL. NOL. epist. 16, 2 p. 116, 10 mundus iste, cuius singuli -o sumus. 49, 5 p. 395, 5 unus homo universitatis -o *est.* DRAC. Orest. 135 licet esset -o praedae *Cassandra.*

**3** *struct. adverbiales fere pro 'ex parte', 'partim' positae* (*v. etiam sub B2a*): **a** *abl. sine praepos.* (*v. Önnerfors, Pliniana, 1956, 166, 27. cf.* GLOSS.$^{L}$ II Philox. PO 92 -e: ἐκ μέρους): PLIN. nat. 2, 15 mortalitas in partes i[s]ta digessit *divinitatem* . . ., ut -bus coleret quisque, quo maxime indigeret (*plur. ut*: 17, 177 nihil natura -bus parit). 28, 261 dexter . . . asini testis . . . -e . . . adalligatus bracchiali (pro -e *var. l.; v. Önnerfors l. c.*). **b** *cum praepos.*: HIL. ad Const. 2, 5, 3 ne non aut ex toto aut tantum ex -e sit similis (trin. 6, 10. 9, 61. 11, 5). AMBR. in Luc. 8, 65 in -e bonum . . ., non in universitate; nam deus universitate bonus, homo ex parte (CASSIAN. c. Nest. 2, 6, 2 non potest una eademque res in parte esse impia et in parte probari pia et eadem in -e fidei et in -e esse perfidiae [*nisi* fidei *et* perfidiae *de* in -e *pendent*]). CHALC. comm. 292 qui *spiritus ac vigor* moveat eam *silvam* rationabiliter totam interdum, nonnumquam pro -e (*cf. var. l.* PLIN. nat. 28, 261 *sub a*). FAVSTIN. trin. 1, 11 l. 3 pater et filius aequaliter et indivise neque secundum -em deus unus *sunt.*

*deriv.*: portionalis, portiuncula.

*compos.*: comportionalis, proportio; *vox* aequiportio, *quae laudatur vol. I 1013, 46, non legitur in ed. crit. Dionys. Exig. Conc.$^{S}$ IV 2 p. 198, 18.*

**portiōnālis**, -e. *a* portio. *scribitur* part- *in cod. unico* THEOD. MOPS. in psalm. 2, 1 p. 8, 23 (*l. 22* parte; *cf. var. l.* parc- *cod. X* TERT. resurr. 57 p. 116, 19 *nec non p. 43, 67*).

*i. q. partialis, pertinens ad portionem* (*sc. ad quamlibet partem passim, ad partem quae cui iure contingit* ITALA; *opp.* summalis TERT. adv. Hermog., universalis TERT. resurr., virg. vel., THEOD. MOPS.; *n. pro subst. v. sub 2*): **1** *generatim*: TERT. ieiun. 9 p. 284, 15 exceptio eduliorum quorundam -e ieiunium est. resurr. 57 p. 116, 19 si universalis mors resurrectione rescinditur, quid -is? (*antea*: mors membri). ITALA (= VVLG.) III Esdr. 8, 31 Weber hii sunt praepositi secundum suas patrias et principatus -es eorum, qui mecum ascenderunt de Babylonia (*gr. I Esdr. 8, 28* κατὰ . . . τὰς μεριδαρχίας. *eadem vox vertitur ibid. 1, 5* particulam principatus, *1, 11* partes p. [*item 5, 4*]. *cf. Vulg. I Esdr. 8, 1* principes familiarum et genealogia). **2** *speciatim sec. artem logicam respicitur vox vel notio specialis, quod universali continetur* (*n. pro subst.* THEOD. MOPS., *dubitare possis de* TERT.): TERT. adv. Hermog. 31, 4 ita novum non est, ut id solum quod continet nominetur, qua summale, in isto autem intellegatur et quod continetur, qua -e. virg. vel. 4, 7 subiectum est . . . generali speciale . . . ut (et *trad.*) . . . -e universali (*subaudiasne ex antecedentibus 'vocabulum'? item opponitur*: THEOD. MOPS. in psalm. 2, 1 p. 8, 23 *non* ita dicit 'gentes', ut omnes . . . velit intellegi, sed -e universali appellatione signavit [*antea*: non ab universitate eos . . ., sed a parte significans]). ANIAN. Chrysost. hom. 15, 3 p. 15, 8 S. 'beati, qui . . . sitiunt iustitiam' (*Matth. 5, 6*) . . . utique -em (rationalem *ed. Paris.*) istam, quae ex adverso avaritiae collocatur (*gr.* μερικὴν *ut*: 16, 5 p. 80, 6 huius *novae legis* scientia, si futurae scientiae comparetur, -is et imperfecta quaedam est [perexigua . . . particula est *ed. Paris.*]).

*compos.*: *vix huc pertinet* comportionalis (*cf. vol. III 2135, 18*).

**portisculus**, -ī *m.* [*comparatio cum voce q. e.* acisculus *facta veriloquium non explicat. Sch.*] *derivare videntur a* portus STILO Fest. p. 234, *a* pertica NON. p. 151, 18, *a* portare ISID. orig. 19, 2, 13. *scriptura originaria* portisc- *confirmatur inscriptione saec. II* CIL

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VIII 27790, 6; *exhibent formam* portic- Laber. mim. 53 (*cod. Nonii unus*). Pavl. Fest. p. 235 (*sed* portisc- Fest. p. 234). Isid. orig. 19, 2, 13 (*qui sic affert etiam* Plavt. Asin. 518). Gloss.$^L$ II Philox. po 84; *formas* Gloss. *corruptiores v. infra.*

*significatur sive malleus (vel pertica), quo remigibus modus datur sive is ipse qui hoc malleo utitur (sed exceptis gramm. notionem instrumenti omnibus locis sufficere posse monemus; in imag.* Plavt.*):*
1 *testimonia gramm.*: Fest. p. 234 '-us est', ut scribit ... Stilo (frg. 30 F.), 'qui in portu modum dat classi'; id⟨em⟩ (*Lindsay in ed. Gloss.$^L$ IV*) autem est malleus, cuius meminit Cato (or. frg. 63, *v. infra*). Non. p. 151, 18sq. -us (postisc-, postic- *var. ll.*) proprie est hortator remigum (*inde* Gloss. V 645, 34), id est, qui eam (idem qui eandem *trad.*) perticam tenet, quae -us dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur (*afferuntur* Plavt., Enn., Laber.). Isid. orig. 19, 2, 13 -us (-colus *var. l.*) malleus in manu portatus, quo modo signum (modus signumque *var. l.*) datur remigantibus (*affertur* Plavt.). Gloss.$^L$ II Philox. po 84 -us: κελευστής. Gloss. V 380, 40 prositisculo: malleo (*item* Gloss.$^L$ Corp. p 503 positisculo: m.; *glossam e* Festo *supra ortam esse putat Lindsay ad l. p. 207, sed abl. fortasse rectius ad Aldh. virg. I 2 p. 230, 23 refert Goetz in indice* [*v. quae monet idem Gloss. I p. 155*]).
2 *loci auctorum*: Plavt. Asin. 518 (*meretrix ad lenam*) ad loquendum atque ad tacendum tute habeas -um; quin pol si reposivi remum *eqs.* Enn. ann. 228 *nautae* observarent, -us signum cum dare coepisset. Cato or. frg. 63 (190 M.) remiges scribti cives Romani[s] sub -um, sub flagrum conscribti veniere passim (-o *et* flagro *Lindsay in ed. Gloss.$^L$ IV coll. l. 18*). Laber. mim. 53 nec palm⟨ul⟩arum (palmarum *tuetur post alios Lindsay, Non. p. 151, 28*) pulsus nec -i. Fronto p. 213, 5 v. d. H. -orum et remigum visu audituque. CIL VIII 27790, 6 -us (*saec. II tribuitur; in opere musivo supra caput hominis in navi actuaria stantis et malleum tenentis*).

**[portitāns** *falso pro voce* ferens *ab codd. aliquot omissa insertum est in margine cod. cuiusdam recentioris (n Hertzii) apud* Labeonem Gell. 20, 1, 13.] *Plepelits.*

***portitor,** -ōris *m.* [*a* portus, *cf.* holitor *a* holus, ianitor *a* ianua; *sed notiones deflexae sub II illustratae sec.* portare *et* porta *novatae videntur; cf. Leumann, Gramm. 1977, 359. Sch.*] *de origine*: Prob. inst. gramm. IV 181, 26 sic (*sc. ut 'calcatum calcator' facit*) ... et portatum portator et cantatum cantator facere debeant; et ideo -r et cantor suae positionis nomina, non a verbis venientia sunt pronuntianda. *de notione v. infra, imprimis ad I, IIA, IIB. legitur inde a* Plavto, Caecilio, Ter., Varrone, Cic. [*confunditur in codd. hic illic cum* portator, *ut e. g.* Symm. *p. 43, 24* (*v. etiam* Optat. *sub voce* portator), *cum* proditor Mart. *p. 42, 45; perperam scriptum est* -bus *pro* portoriis Edict. imp. Dom. *p. 56, 50.*]

**I** *vi originaria significatur is qui portui praepositus est ibique vectigalia exigit* (*cf.* Non. p. 24, 14 -es dicuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur [-entur *var. l.*], ut [et *trad.*] ex eo vectigal accipiant [*afferuntur* Cic. rep. 4, 7 Plavt. Men. 117 Cic. off. 1, 150 Plavt. Asin. 159 Verg. Aen. 6, 326 Varro Men. 329]. Gloss. τελώνης. λιμηνάρχης. tollinarius [*i.* telon-]. *ad rem v. Vittinghoff, RE XXII 346. haec notio aetate posteriore evanuisse videtur succedentibus in eius locum vocibus q. s.* arcarius, contrascriptor, scrutator *sim.* [*vix recte huc traxit Vittinghoff l. c.* Cod. Theod. 2, 27, 1, 2$^a$ *et* 7, 16, 2, 1 *sub IIA2 citanda*]): **A** *proprie*: Plavt. Stich. 366 dum percontor -es, ecquae navis venerit ex Asia. Trin. 794 apud -em eas *epistulas* resignatas sibi inspectasque esse (-es *coni. Valla coll. loco gemino* 810. *cf.* Ter. Phorm. 150 epistulam ... ad -es esse delatam [Don. *ad l.* 1: more veterum magistri tributorum, id est publicani, operas in portu dabant inferendarum et efferendarum rerum vectigal exigentes. 2 *et* Evgraph. qui in portu sunt. Schol. p. 129, 11 custodes portus, praepositos portui]). 1107 solutumst -i iam portorium (Cic. ad Q. fr. 1, 1, 33 *cives* in portoriis Italiae tollendis non tam de portorio quam de non nullis iniuriis -um querebantur. Non. p. 37, 15 portorium dicitur merces, quae -bus datur [*affert Lucil. 723, v. sub* portorium]. *v. etiam* Plavt. Asin. 159 *sub B1*). Caecil. com. tit. -r. Varro Men. 329 aes defraudasse coponem ..., cum -e serram duxe. Cic. off. 1, 150 quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut -um, ut feneratorum. CIL I$^2$ 2193 (*Aquileiae*) *quidam* soc(iorum) (servus) por⟨titor⟩ (*sic solvitur* Inscr. lib. rei p. Degrassi 199; por⟨torii⟩ *intellegitur* CIL V 792, *sed cf. tit. Aquileiensem similem* I$^2$ 2215 -r soc(iorum) s(ervus)). Svet. rhet. 25, 9 (*thema veteris cuiusdam controversiae*) venalici⟨us⟩ cum ... gregem venalium e navi educeret, ... pretioso puero, quod -es verebatur, ... praetextam togam imposuit. CIL XI 4175 Neptuno sacrum L. Valerius Nigri l(ibertus) Menander -r.

**B** *per similitudinem transfertur*: 1 *ad quoslibet homines vel avaros vel omnia excutientes, in omnia dominantes*: Plavt. Asin. 159 (*lena ad adulescentem*) remigio veloque ... fuge: ... aestus te in portum refert. :: ... istum -em privabo portorio. 241 -um simillumae sunt ianuae lenoniae: si adfers *argentum*, tum patent (por[ti]torum *i. 'portuum' Lindsay in app. metri causa, sed v. post alios Questa, Introduzione, 1967, 48*). Men. 117 -em, *non uxorem*, domum duxi, ita omnem mihi rem necesse eloqui est, quidquid egi atque ago. Cic. leg. agr. 2, 61 intolerandum *est* hos decemviros -es omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modo ... exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant. Vatin. 12 missusne sis *quaestor* ... Puteolos, ut inde aurum exportari ... prohiberes? in eo negotio, cum te non custodem ad continendas, sed -em ad partiendas merces missum putares *eqs.* rep. 4, 7 nolo ... eundem populum imperatorem et -em esse terrarum; optimum ... vectigal duco esse parsimoniam. 2 *ad Charontem* (*apud* Verg. [*item* Prop., Ov., Stat. silv. 2, 1, 229?] *imago -is aditum negantis vel concedentis subesse videtur, v. l. 17 et cf. p. 57, 15; sed solus* νεκύων ... πορθμεύς [*Eur. Alc. 253*] *a posterioribus intellectus est, cum et ipsa Vergilii verba* [*cf. Aen. 6, 328* transportare] *ad vectorem referri possent; locos inter I et II dividere noluimus; cf. post alios Todd, Class. Phil. 40, 1945, 243sqq.*): Verg. georg. 4, 502 nec -r Orci ... passus transire paludem *Orpheum* (*item accedit gen.*: Lvcan. 3, 17 praeparat innumeras puppes Acherontis ... -r. 6, 704 o flagrantis -r undae. Stat. Theb. 12, 559 Creon Stygiae ... a limine portae, ceu ... Lethaei -r amnis, submovet *mortuos*). Aen. 6, 298 -r has horrendus aquas et flumina servat ... Charon (*302* ipse ratem conto subigit; *315* navita ... accipit illos, ast alios ... arcet harena. *cf.* Clavd. Don. p. 548, 25 -es dicuntur, qui portus observant idcirco, ut sine ipsorum iussu nullus transeat in alias regiones. *aliter* Serv. proprie -r est, qui portat, abusive etiam qui portatur -r dicitur, sicut vector). 6, 326 -r ille Charon (*inde* Avien. Arat. 211). Prop. 4, 11, 7 ubi -r aera recepit, obserat ... lurida porta rogos. Ov. met. 10, 73 iterum transire volentem *Orpheum* -r arcuerat. Epiced. Drusi 358 omnis expectat avarus -r et turbae vix satis una ratis. Sen. Herc. f. 768 regit ipse longo -r conto ratem (*774* navitam). Val. Fl. 1, 784 niger avehit umbras -r. 6, 159 gaudet iam nocte quieta -r. Sil. 9, 251 laetus in unda laxabat sedem venturis -r umbris. Stat. Theb. 4, 479 plena redeat Styga -r alno (Clavd. 5, 503 plena lassatur -r a.). silv. 2, 1, 229 insontes animas ... -r *non* arcet. Schol. Iuv. 3, 266 rec. χ *al. v. sub* porthmeus (*cf. etiam* Gloss. *ibid.*). Clavd. rapt. Pros. 2, 360 senex velavit harundine frontem -r et vacuos egit cum carmine remos. CE 1223, 7 ⟨vos pe⟩r Stigias portabit (-arit *trad. fide Passionei*) -r unda⟨s⟩.

**II** *vi novata*: **A** *sec.* portare *significat eum qui portat, affert aliquid* (*huc pertinent plura sub IB2 allata, v. quae ibi monuimus; notionis testimonia*: Gloss. διαπορθμευτής. πορθμεύς. qui aliquid portat vel nauta [*sim. al.*; navis *pro* nauta *exhibent* Gloss. IV 557, 59 V 322, 2]. *ceterum cf.* Gloss. baiolus: -r. gerulus: -r aut suasor negotii. *de loco corrupto* Gloss. V 378, 16sq. *v. Lindsay* Gloss.$^L$ Corp. p 482sq. *et* a 882. *vim passivam testatur nullo allato exemplo* Serv. *supra l. 19; in appositione determinativa exstat l. 58*): 1 *generatim*: **a** *corporaliter vehuntur*: α *animantes* (*vivi vel mortui*): Sen. benef. 6, 18, 1 Platon cum flumen nave transisset nec ab illo quicquam -r exegisset. Colvm. 10, 155 Phryxi nec -r Helles (*item respicitur aries sidus*: Lvcan. 4, 57 [*coniciebatur olim* proditor *sec. var. l.* Mart. *l. citando.* Adnot.: vector. Comment.: -r pro portator]. Mart. 9, 71, 7 [*falsa var. l.* proditor]). Stat. Theb. 1, 693 (*tenebrae noctis minuuntur*) iam temone supino languet hyperboreae glacialis -r ursae (*sc. Bootes fere ursam plaustro vehens? ad confusionem imaginum cf. Sen. Herc. O. 1523* sub plaustro ... ursae; *gubernatorem intellegit Heuvels, 1932, ad l.*; circitor *coni. Alton, Class. Quart. 17, 1923, 175sqq.; inepte* Schol.: Ophiuchum significat). Ambr. in Luc. 5, 90 (*ad Luc. 7, 14* qui portabant) acerbi illi funeris -es (*ibid. iterum, sc. allegorice de cupiditatibus pravis. item respicitur funus*: Petr. Chrys. serm. 121 p. 530$^B$ pauperem duorum portat miseratio baiulorum, nec quattuor ut mortuo, sed duo sub uno vecte, quasi proiciendo oneri -es addicuntur [-antur *Migne perperam*] inviti). Hier. in Is. 22, 15/25 p. 273$^D$ (*22, 17* asportatur gallus) gallus ... humero -is de alio loco transfertur ad alium. Mart. Cap. 2, 169 tunc -es divae *Philologiae* correpta lectica ... eam ... subvexere. Op. imperf. in Matth. 4 p. 660 angeli -es (*antea*: resurgens ab angelis portabatur in caelum *Christus*). β *res variae* (*sidera imaginem animantium praebentia v. supra*): Schol. Iuv. 3, 251 cod. L *al.* ('Corbulo vix ferret tot vasa') 'Corbulo' proprium cuiusdam -is validissimi (*comm. Vallae* baiulus). Prvd. perist. 5, 406 (*cf. III reg. 17, 6* corvi ... deferebant panem) corvus Heliae datus olim ciborum -r (*de iisdem* Alc. Avit. hom. 20 p. 134, 21 ⟨pastio⟩num -es. *cf. epist. 38 p. 67, 10* volatilium baiulorum rostra). Clavd. carm. min. app. 21, 18 paralyticus *sanatus* ... lectus -r ipse sui. Ps. Avg. quaest. test. I 101, 2 p. 194, 17 baiulos tabernaculi ... et lignorum concisores et -es aquae (*respicitur Itala Ios. 9, 21 al., v. sub* portator). Cod. Theod. 13, 8, 1 ne quis ... audeat -es frumenti ad suscipiendum onus *privatum* ... compellere. Clavd. Mam. anim. 3, 3 p. 158, 18sq. magis in anima est corpus ... quam in corpore anima ...: onus videlicet in -e (portatore *ed. princ.*), non -r in onere (*cf.* 3, 8 p. 168, 15 aliud ... est onus et -r aliud [*antea*: qui portat ... quod portatur]). Sedvl. op. pasch. 3, 26 natantem didragmatis aurei -em (*i. piscem sec. Matth. 17, 27; cf. carm. 3, 316* gerolum). Ennod. opusc. 3, 57 p. 345, 16 *quamvis* titubet sub gravi fasce -r inmaturus (*in imag. respicitur munus legationis suscipiendum*). Greg. Tvr. glor. mart. 100 -es *reliquiarum* ([*cf. Mart. 1, 11 p. 595, 35* gestatores r.]. Evgipp. Sev. capit. 9). Isid. alleg. 71 (*ad num. 13, 24*) duo -es, qui ... botrum in ligno humeris gestaverunt. Anth. 677, 5 -r urceoli *sidus*. *cum respectu secum portandi, excitandi*: Ennod. carm. 2, 66, 3 procellosus refluentis -r undae Africus.

**b** *incorporaliter* (*exempla in imagine vel allegorice adhibita v. l. 51. 75; sublucet hic illic respectus tabellarii, e. g. p. 43, 5*): Arnob. nat. 1, 65 p. 63, 8 M. nuntiatorem muneris et -em tanti *Christum* (*antea*:
*[Kruse]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rei maximae nuntiator, auspicium faustum portans). LVCIF. Athan. 2, 7 p. 159, 17 falsi criminis . . . -em (*antea*: crimen detulisti). moriend. 2 p. 287, 6 adfirmas te luminis -em, cum sis tenebris obsessus omnibus. PAVL. NOL. epist. 32, 7 vers. 14 -r et testis sit crucis *Christi Sulpicius Severus*. PS. AVG. serm. cod. Guelf. app. 1, 1 p. 167, 30 novi sermonis -r (*de angelo Mariae; respicitur Luc. 1, 30 sqq. ut*: PETR. CHRYS. serm. 140 p. 576^A ad virginem deus aligerum -em mittit). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 31, 6 G. (= CAES. AREL. serm. 216, 3) *Iohannes* Christum sonans verbi erat minister et -r (*sim.* OP. imperf. in Matth. 27 p. 775 omnes prophetae prophetaverunt de Christo . . .; omnes -es verbi fuerunt). CHRYSOST. hom. III 821^C mortis -r (*sc. primogenitos Aegyptorum interimens, v. exod. 12, 12 sqq.; appellatur idem ibidem* vastator angelus, *sed Migne gr. 49, 379 ὁ ὀλοθρεύων tantum*). VEN. FORT. vita Albin. 6, 17 Christum, quem in pectore fidelis -r baiulavit. ARATOR act. 1, 184 mors ibi quid faceret, quo vitae -r (*i. Christus*) ibat? GLOSS. pueretiolae (*trad.*, fetiales *Nettleship, Journ. Phil. 19, 1891, 295*): foederis -es.

2 *fere* t e c h n i c e *de* t a b e l l a r i o (*cf.* baiulus *vol. II 1687, 29 sqq.*, gerulus *vol. VI 2, 1952, 70 sqq.*): EVAGR. vita Anton. praef. p. 839/40 l i t t e r a r u m -r . . . festinabat ([*gr. ὁ γραμματοφόρος, Vita Anton.* perlator l.]. CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 84, 23 [*gr. I 1, 1 p. 117, 27 διακομιστάς*]. RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 60, 7 [*gr. I 1, 5 p. 135, 10 διάκονον*. CASSIOD. hist. 5, 26, 2 [*Sozom. 4, 9, 7 ὁ τὰ γράμματα κομίσας*]. *al.*). 86 -es (*gr. τοὺς . . . κομίσαντας, Vita Anton.* perlatores litterarum). SYMM. epist. 1, 90, 1 fit . . . plerumque, ut levia rerum -r festivus exornet (*var. l.* portator *contra usum illius vocis receperunt Seeck, Callu; ceterum omnes codd. testantur* -is 6, 56). HIER. epist. 8, 1 -es earum *e p i s t u l a r u m* tabellarios vocavere ([*var. l.* -atores]. PAVL. NOL. epist. 12, 12. 22, 3. CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 195, 5 [*gr. I 1, 4 p. 20, 23 διακομιστῶν*]. *al.*). 143, 1, 1 Innocentius presbyter, qui huius s e r m o n i s est -r (SIDON. epist. 7, 10, 2). COD. Theod. 2, 27, 1, 2^a *petitor* producat in medium -es, qui alternae partis scripta confirment. 7, 16, 2, 1 *ut* -e detento sacrae litterae . . . ad meam clementiam transmittantur (*antea pr.: qui* sacros apices . . . ad me perferre . . . monstraverit). 8, 8, 7 praecepti. EPIST. pontif. 885 Conc.^S IV 2 p. 206, 12 festinatio non pertulit -is, ut ea scribi et dirigi potuissent. LEO M. epist. 100, 4 (Conc.^S II 4 p. 168, 1) per Lucianum . . . et Basilium . . . h a r u m -es (*per eandem ellipsin*: FAVST. REI. epist. 11 p. 217, 28. 12 p. 219, 8 RVRIC. epist. 2, 7 p. 381, 23. 2, 17 p. 402, 9 CASSIOD. var. 1, 2, 6. 1, 46, 1. 2, 41, 3. *al.*). SIDON. epist. 6, 3, 2 apicum -em. ALC. AVIT. epist. 10 p. 44, 9 adventu p r a e s e n t i u m -um (*per eandem ellipsin*: ENNOD. epist. 2, 3, 4 p. 42, 20. 2, 6, 3 p. 45, 3 CASSIOD. var. 3, 3, 4 AVELL. p. 353, 31 GREG. M. epist. 1, 14. 1, 26 [*antea*: p. latoris]. *et saepe*). 12 p. 46, 4 praesentis . . . obsequii -em (petitorem *cod. man. pr.*). 32 p. 63, 10 officii mei -bus. 36 p. 66, 8 actionem verbo potius referendam -is auribus allegavi. GREG. M. in euang. praef. p. 1078^A iuxta eas *homilias*, quas per praesentem (*an* -entium?) -em mittere studui. ISID. orig. 9, 4, 27 tabellio vocatus eo quod sit -r tabellarum. *al.*

**B** *sec.* p o r t a *fere i. q. portarius,* i a n i t o r (*cf.* ianitor *iuxta* ianua): FRG. Bob. gramm. VII 544, 41 (*ad* VERG. Aen. 6, 298) -r[em] dicitur proprie qui portam servat, tenet. GLOSS. III 267, 13 πυλωρός: -r. V 601, 34 [h]ostitor: ianitor, -r. *dubitanter huc traxi*: GLOSS. V 513, 46 sessor: -r (-ator *m. pr.*).

*deriv.*: portitorium, portorium.

**portitōrium,** -ī *n.* *a* portitor, *cf.* portorium. 1 *vi o r i g i n a r i a i. q.* p o r t o r i u m (GLOSS. I p. 42 porti⟨t⟩orium: vectigal [*an corrigas* portorium?]. III 245, 57 τὸ ἐν λιμένι τέλος: -um. *falsa var. l. pro* portorium *infra p. 55, 79*): PAP. Corp. 120, 5 (*a. 166*) emit puerum . . . pretio denariorum ducentorum et capitulario -o de Q. Iulio Prisco (*vix recte adi. intellegitur vol. III 349, 72. ad vectigal venalium mancipiorum referre temptat Schulten, Hermes 32, 1897, 282* [*cf. et p. 56, 3*]).
? *metonymice de aedificio portitoris*: GLOSS. II 154, 10 -um: τελωνεῖον (*sed* teloneum portus tributum *addit margo cod.*). 2 *vi* d e f l e x a (*sc. a* portare *petita*): GLOSS. IV 518, 36 ferculum: portiturium, forion (*i. φορεῖον. an* -tatorium *scribas coll. Gloss. p. 10, 72* ?). V 608, 47 -um: porti⟨s⟩culum (*Goetz in indice*; fericulum *Heraeus dubitanter in exemplari suo*), baculus lixarum. *Kruse.*

**portiuncula,** -ae *f.* *a* portio *deminutive.* *s c r i b i t u r* part- (*per confusionem cum* particula, *cf. et p. 40, 52*): OPTAT. app. 1 p. 196, 35. PS. ANATOL. pasch. 13 p. 326, 9 (particulis *alter cod.*). GLOSS.^L II Philox. PA 106 GLOSS. V 327, 40, *ceterum in var. l. pro* port- LEO M. epist. 31, 4 Conc.^S II 4 p. 14, 28; porc- PS. AGENN. grom. p. 59, 25 *et in var. l. codd. recc.* PLIN. nat. 28, 83. NOT. Tir. 91, 31. *legitur inde a* PLIN. nat., GAIO, VLP., *deest in poesi.*

*i. q.* p a r s *parva vel parvi momenti* (GLOSS. ποστημόριον. *pro synon.* exigua pars AMBR. epist. 72, 7, particula VINCENT. LER. 3, 2 PS. ANATOL. pasch. 13 p. 326, 9, portio HIER. in Ezech. 45, 10 l. 81 PAP. Tjäder 20, 3 [*25*]): 1 *significatur pars* q u a e l i b e t: **a** *de* r e b u s: α c o r p o r e i s (*in comparatione* AVG.): PLIN. nat. 28, 83 *febres leniri alligata* vestis . . . -a (portione ulla *var. l.*). VLP. dig. 7, 8, 4 pr. si tam spatiosae domus usus sit relictus homini mediocri, ut -a contentus sit (*cf.* 39, 2, 15, 13 modica -a aedium amplissimarum). AMBR. epist. 72, 7 in hac membri huius -a (*sc. praeputio*). HIER. nom. hebr. p. 27, 12 Elcath (*Ios. 19, 25*): -a (*cf. 27, 10* Elec: portio). AVG. serm. coll. Morin p. 565, 22 *Christus* redemit nos . . .; sed et nos debemus conferre -as nostras membris illius, quia membra illius facti sumus: ille caput, nos corpus sumus. COD. Theod. 6, 2, 24, 1 (= Iust. 11, 59, 15, *ordine verborum mutato*) ut gravis sors pro ea, qua resederit, *fundi* -a navalis esse non possit. VAL. CEM. hom. 7, 2 p. 713^C *dominus* famem suam -a p a n i s f r a c t i postulat saturari (9, 5 p. 722^C). MAX. TAVR. serm. 43, 1 M. (*Iesus manum aridam reparavit, Marc. 3, 1 sqq.*) velut . . . auctorem suum plasma cognoscens obsequitur et in -a, cui totam se deberet in massa. β *i n c o r p o r e i s*: HIER. epist. 51, 7, 4 (*Epiphan.*) *aeternae* gloriae iam in isto saeculo sancti arrabonem et -am susceperunt. hom. Orig. in Ier. 5 p. 630^C (*sec. I Cor. 13, 9 et 12*) *divinae veritatis* -am quandam videns *Paulus* et . . . ipsius quoque -ae partem minimam recognoscens (*gr. 8, 7 πολλοστημόριον . . . ἀπειροστημόριον*). FORT. Aug. c. Fort. 21 p. 102, 18 sqq. -am esse mali hanc radicem, quam tu esse dicis (*sc. cupiditatem*), ut non sit ipsa radix, sed sit -a mali, eius mali, quod ubique versatur. OROS. hist. 6, 7, 2 hanc historiam Suetonius . . . explicuit, cuius nos competentes -as decerpsimus (*inde* GLOSS.^L Corp. C 676 competentes -as: id est gelimplice daele [*anglosax.*]). CASSIAN. conl. 13, 5, 2 quandam μερικήν, hoc est -am castitatis (*opp.* internam mentis ac perpetuam corporis puritatem). LEO M. epist. 31, 4 Conc.^S II 4 p. 14, 28 non . . . de -a aliqua f i d e i nostrae, quae minus lucide declarata sit, quaeritur, sed *eqs.* (*sim. in exemplari decurtato* 30, 4 *ibid.* p. 10, 31, *cuius versio gr. exhibet μέρος*).

**b** *de* a n i m a n t i b u s (*sc. fere hominum multitudo; Paulus* AVG. serm., *Christus* VIGIL. THAPS.; *cf.* VINCENT. LER. *sub 2b*): PACIAN. epist. 3, 4 p. 51 ecclesia plenum est corpus . . ., non, ut vos estis Novatiani, quaedam insolens -a tuberque . . . a reliquo corpore separatum (*vix recte interpunxit Peyrot*). 3, 14 p. 73 (*sec. Luc. 15, 4 sqq.*) nonaginta novem sanae *oves* omnis ecclesia est, una vero erratica delinquentium -a est (*cum gen. explicat. ut*: AMBR. Noe 25, 89 -am paucorum hominum [*opp.* omnibus . . . hominibus]). RVFIN. Orig. in Ios. 10, 1 p. 358, 6 Gabaonitas . . . arbitror -am quandam esse eorum, qui salvandi sunt. AVG. epist. 91, 1 eius *supernae patriae* -ae in hac terra peregrinanti. in psalm. 140, 10 l. 35 (*l. 19 sq.* et nos animae, inquiunt *Manichaei*, de ipsis membris dei sumus) potuistis corrumpi; potuit ergo et ille; frustum enim . . . et -a n a t u r a e ipsius convincit massam (VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 13 neque . . . desectae n. *divinae* -am nominamus *filium*). serm. 76, 5, 7 vide huius hereditatis (*i. populi dei*) -am Paulum.

2 *significatur potius pars, quae* m e n s u r a q u a d a m *pertinet ad totum*: **a** *divisione accurata,* c o m p u t a t i o n e: CHALC. comm. 47 dixit singulorum epitritorum esse quandam -am reliquam, hanc ipsam scilicet rationem hemitonii designans (*antea*: epitritus non solum ex duobus epogdois constat, sed etiam ex alio quoque, aliquantulo scilicet). MAR. VICTORIN. gramm. VI 52, 12 uncia, . . . semuncia, . . . digitus vel ab eo minus quippiam, per quas -as ipsum pedem computamus et libram (*cf.* HIER. in Ezech. 45, 10 l. 81 obolum . . ., hoc est vicesimam partem sicli . . ., esse minimam -am). AMBR. hex. 4, 4, 14 p. 121, 17 sqq. *mathematici* in triginta -as, quas μοίρας Graeci vocant, unumquodque duodecim illarum distribuunt portionum *zodiaci*, ipsam quoque -am in sexaginta vices conferunt (*ibid. iterum; Basil. hex. 6, 5, 5 p. 128^{C-D} respondet μοῖρα, Eustath.* portio). IVLIAN. epit. novell. 36, 14 tertiam -am tertiae partis *v. sub 3a*. PS. ANATOL. pasch. 13 p. 326, 9 particula prima ex XII -is *temporis* (particulis *alter cod.*). *huc pertinet, si antiquitati tribuendus est titulus* LIB. de asse *editione princ. tantum notus* de asse minutisque eius -is (*sed in ipso libello pro hac voce ponuntur* pars, divisio, minutia).
**b** *aestimatione* g e n e r a l i: OPTAT. app. 1 p. 196, 35 nihil . . . datum est de CCCC follibus populo? . . . :: nihil; utique pervenisset aliqua -a ad nos. HIER. in Matth. 14, 31 l. 1371 *Petri* modicae fidei ne minimam quidem habemus -am. VINCENT. LER. 3, 2 (*3, 1* aliqua ecclesiae particula) non iam -am tantum, sed totam pariter ecclesiam (*cf.* 4, 3 quando Arrianorum venenum non iam -am quandam, sed paene orbem totum contaminaverat).

3 *significatur potius id ipsum, quod cui* p r o *sua* p a r t e c o n t i n g i t (*ad modum quo quis particeps est referas maxime* VLP.; *ceterum cf.* portio *IIB1 et 2*): **a** *cum respectu* i u r i s: GAIVS dig. 29, 4, 13 etsi non totam aliquis hereditatem partemve eius, ex qua heres institutus est, ab intestato possideat, sed vel minimam -am vel etiam unam aliquam rem (*item respicitur* h e r e d i t a s: AVG. serm. 355, 3 ut non accipiant ipsas -as, quae pertinent ad exheredatos. IVLIAN. epit. novell. 36, 14 ut tertiam -am tertiae partis [*v. 2a*] mater lucretur eamque firmiter alienet, in ceteris autem -is inutilis sit alienatio). VLP. dig. 39, 3, 10 pr. iniquum . . . est voluntatem unius ex modica forte -a domini praeiudicium sociis facere. PAP. Tjäder 20, 3 (*ca. a. 600*) ex fundum . . . omnem -am meam in integro cum terris et vineis et omnibus . . . ad memoratam (l. 5) -am meam . . . pertinentibus *ecclesiae cedo* (*l. 25* portionem). **b** *v a r i o r e s p e c t u*: SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 4 ut ⟨de⟩ hostia civitates adiacentes -as carnis acciperent *feriis Latinis* (*ad rem v. e. g. Varro ling. 6, 25; ceterum cf.* portio *p. 36, 19 sqq.*). RVFIN. Orig. in Ios. 24, 2 p. 450, 14 sq. *Iesus* non ipse sibi permittit sumere sortem terrae, sed exspectat, ut accipiat -am a populo . . ., et accepta -a sua *eqs.* (*gr. μερίδα, Itala Ios. 19, 49* [*Rufin. l. c., Lugd.*] sortem. *item de parte* a g r i: LIB. geneal. chron. I p. 177, 352 in -a agri, quam possedit Iacob. PS. AGENN. grom. p. 59, 25 *conportionales terminos* antiqui intercidendis -is inter filios suos defigebant). GLOSS. V 327, 40 ramuscularios (*Goetz*; ramus culitrius *trad.*): . . . qui conducunt a fisco (vi- *trad.*) et tenent quasi -am (ungulam *loco gemino 636, 37*) quandam ipsius teloni. *Plepelits.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**portlāca** *v.* portulaca.

***porto**, -āvī, -ātum, -āre. [*umbr.* portatu, portaia *sim.; sensus orig. sublucet in usu strictiore infra l. 55 sqq. illustrato; formatio q. d. frequentativa pro* *poreō (*cf. goth.* farjan *et theod.* fahren) *a radice* *per- *vid. esse. Sch.*] *scrib.* prtat CIL XIII 1503 (*a. 530*). NOT. Tir. 7, 15 -at. *de formis: imper. praes. pass.* -are AVG. in euang. Ioh. 2, 4 l. 36. *perf. brev.*: -asse *sim.* CIC. Verr. II 4, 103 OV. met. 6, 338 *et saepe* (-visset TAC. ann. 4, 65); -asti *sim.* LABEO dig. 14, 2, 10, 2 FRONTO p. 129, 12 v. d. H. *al.* (-visti *non invenimus*); -rat, -rit *sim.* HOR. sat. 1, 1, 49 TIB. 2, 5, 70. *al.* (-verit *sim.* EPICED. Drusi 463 LIV. 29, 10, 6. *al.*). *perf. aetate priore admodum raro legitur. de notione* (*v. etiam p. 49, 36. 54, 81. 55, 5*): GAIVS dig. 50, 16, 235 pr. 'ferri' proprie dicimus, quae quis suo corpore baiulat, '-ari' ea, quae quis iumento secum ducit; 'agi' ea, quae animalia sunt. DIFF. ed. Beck p. 76, 18 -at quis humeris, vehit vehiculis iumentorum vel navium. GLOSS. -o: βαστάζω. κομίζω. φέρω ἐπὶ τοῦ κομίζω. IV 458, 47 (*gloss. Verg.*) -at: grabat (*fortasse pertinet ad p. 49, 23. ceterum cf. Thes. gloss. s. v.* gravo). GLOSS.^L II Abav. PO 26 -at: vehit. *legitur in titulo antiquissimo* CIL I² 34 (*v. p. 47, 40*) *et inde a* LIV. ANDR., PLAVTO, ENN., CATONE *per totam latinitatem, sed apud plerosque multo saepius occurrit* fero; *in oratione soluta -o admodum raro invenitur apud scriptores elegantiores, e. g.* CIC. (oratt. *13*, phil. *4*, epist. *6*, *fere vi strictiore transportandi, sed* fero *plus milies*), CAES. (*6/124*), TAC. (*6/186*), PLIN. epist. (*1/74*), *saepius apud* SALL. (*13/23*), LIV. (*65/ca. 850*), CVRT. (*12/70*); *e poetis haud raro adhibent dactylici, e. g.* VERG. (*19*), HOR. sat. *et* epist. (*11, bis tantum in* carm.), SIL. (*57*), STAT. (*36*), *excepto* LVCANO (*2*). *quantum e schedis nostris iudicare licet, etiam apud multos posteriores longe praevalet* fero (*v. etiam vol. VI 1, 528, 71 sqq.*), *e. g. apud* script. hist. Aug., ARNOB., QVEROL., PRVD., COD. Theod. *et* Iust.; -o *crebrescit in* VVLG. (*246/* fero *361* [*maxime perf.*]), *praevalere videtur apud* AVG. *in sermonibus sim.* (*e. g.* in euang. Ioh. *80/61; contra* civ. *34/126*) *et in* REGVLA mag. (*7/1*). *v. post alios Axelson, Unpoet. Wörter, 30 sq. et Stefenelli, Volkssprache im Werk des Petron, 1962, 54 sqq.* [*val.* purta; *it.* portare; *raet. occ.* purter, *or.* portá; *francog.* porter; *prov. vet.* portar, *var. prov., franco-prov., vasc.; cat.* portar; *astur.* portar. *cf. M.-L. 6672. Battisti-Alessio IV 3029. Wagner II 298. Wartburg IX 202 sqq. Corominas III 854. St.*]

[*variat in codd. saepius cum compos.* asportare (VERG. Aen. 2, 778 [-are *M*, asp- *P*, *cf.* SERV. *ad l.*]), com-, de-, reportare; *sunt qui* supportari *coniciant* CAES. Gall. 2, 5, 5, *dub. an recte* (*v. Meusel, Krit. Anh. ad l. et cf. vol. III 1824, 15. 18*); *ceterum confunditur maxime cum* potare (MANIL. 4, 144 TERT. praescr. 36 l. 20. *al.*), gestare (LVCAN. 8, 598 TERT. carn. 6 l. 56. *al.*). *dub. vel falso trad.*: SEN. Phaedr. 989 (properat *Leo*, -at *codd.*, *def. Housman, Class. Papers III 1027*). *de* TERT. bapt. 16 p. 214, 21 *v. Borleffs, Vigil. Christ. 8, 1954, 190 sq.*]

*i. q. ferre* (*gr. respondet* φέρειν *ubi nihil adnotatur*).

CAPVT PRIVS: *praevalente respectu movendi* (*ponitur saepissime cum notione afferendi sc. alicui vel aliquo, maxime ubi accedit dat. personae* [CIL I² 34 PLAVT. Capt. 869. *et passim*], *v. imprimis p. 47, 39 sqq. 70 sqq. et sub IIA; arcessendi alicunde e. g. infra l. 76 p. 47, 15 et* PLIN. nat. 27, 3 PEREGR. Aeth. 20, 4; *de colore offerendi v. p. 47, 39. 70, circumferendi p. 48, 34, auferendi p. 48, 51. 50, 21* [*cf. p. 54, 83. 55, 5*]): I *de actione corporali, oculis percipienda* (*in imag. p. 46, 53 sqq. 49, 14*): A *-ant animantes* (Italia *l. 72*, civitas PRVD. perist. 4, 15, *siderea p. 48, 70 sq. et 82*) *vel vehicula sim.* (cataplus *p. 46, 53*): 1 *strictius, -antur onera externa vel animantes perferendi, pervehendi ad alium locum* (*finis -andi saepe indicatur; ubi deest nec facile intellegitur, magis respicitur modus -andi, e. g. l. 65 sq. 70. p. 46, 14 sqq., ut hic illic vergat in notionem gestandi, baiulandi*): a *generatim et qualibet occasione*: α *agunt homines* (corpora *p. 46, 15*): Ⓘ *quolibet modo -antes, vehentes*: Ⓐ *res*: LIV. ANDR. carm. frg. 26, 2 duona eorum -ant ad navis (LIV. 9, 1, 6 *Romanorum victorum* bona ... Romam -vimus). TER. Ad. 230 emptae mulieres ... et item hinc alia, quae -o Cyprum. CIC. Verr. II 3, 189 frumentum ... in eum locum (191. 193. *al.*). II 4, 103 dentes eburneos ... in Africam. II 4, 119 *signum* si -are potuisset, non dubitasset auferre (*cf.* VAL. MAX. 1, 8, 3 non simulacrum, sed ipsam ... Iunonem ... -are se credentes). Font. 19 *vinum* ad hostem. rep. 2, 9 id quod agri efferant sui, quascumque ... in terras -are ... ac mittere. VARRO ling. 5, 142 qua in oppidum -rent, portas *appellabant*. BELL. Afr. 75, 3 plostris merces -bant *mercatores*. Alex. 74, 3 servorum multitudinem, quae aggerem -bat. Hisp. 11, 1 commeatus ad castra Pompei ex oppido (SALL. Iug. 36, 1 *v. infra*. 46, 5 LIV. 34, 19, 8. 44, 9, 11. TAC. ann. 12, 43, 2 Italia legionibus ... in provincias c. -bat). SALL. Catil. 24, 2 pecuniam ... Faesulas ad Manlium (LIV. 44, 27, 9. 12. *cf.* SALL. Iug. 36, 1 commeatum stipendium aliaque ... in Africam [104, 3]. AMM. 20, 8, 4 ad Caesarem ... sollemnia). Iug. 75, 5 finitumis imperat ..., quam plurumum quisque aquae -ret (*cf.* IVV. 6, 528 petitas a Meroe -bit aquas). VERG. Aen. 1, 68 gens ... Ilium in Italiam -ans victosque penates ([CLAVD. DON. *ad l.*: opes suas ... secum -ans, *ut pertineat ad p. 50, 66*]. *cf.* PROP. 4, 1, 47 Venus arma resurgentis -ans ... Troiae [*antea*: vexit]. OV. fast. 4, 251 cum Troiam Aeneas Italos -ret in agros). SEN. epist. 73, 5 odores ac purpuras et auro pensanda -bat *mercator nave* (*antea*: vexit). CVRT. 7, 4, 25 iumenta, quibus onera -bant. *al.* Ⓑ *homines* (*v. etiam l. 62. 66; aliter p. 51, 19*): TRAG. inc. 252 pelagi cursores, cupidam in patriam -ate. CIC. ad Q. fr. 2, 8(9), 2 cum hominem -rem ad Baias Neapoli octaphoro. HOR. sat. 1, 6, 76 *pater* puerum est ausus Romam -are docendum. OV. fast. 4, 446 *Pluto Proserpinam* aufert regnaque ... in sua -at equis. LIV. 39, 49, 5 *captivum* ex valle devia in viam -ant. 44, 21, 10 *legiones* in Macedoniam. VAL. MAX. 2, 4, 5 *aegrotos* flumine ... devectos Tarentum. SIL. 5, 267 *divitem* nudum Tartarea -bit navita cymba (*cf.* CE 1223, 7 ⟨vos pe⟩r Stigias -bit portitor unda⟨s⟩). CASSIOD. hist. 5, 3, 10 ex Aegypto ... exilio -verunt episcopos (*Socrat. 2, 28* ἐξώρισαν). secum -are: SALL. Iug. 39, 4 consul inpeditus ..., ne ..., copias s. -ret, ... in Africam proficiscitur (*cf.* LIV. 33, 43, 3 *consulem* duas legiones. 39, 38, 10 *praetores copias* in Hispaniam).

Ⓘ *ipsi corpore suo, sc. manibus, umeris sim. vel lectica -antes* (*certiora; dubia v. supra*): Ⓐ *res*: PLAVT. Asin. 690 magis decorumst libertum potius quam patronum onus in via -are (CAES. civ. 1, 78, 1 corpora insueta ad o. -anda. FEST. p. 149 *milites* in furca ... onera sua. VAL. MAX. 5, 3, 4. CVRT. 4, 9, 19 humeris. COLVM. 11, 1, 8 opera ... promovendi o. -andique. *al.*). Merc. 675 haec quae -o deprimunt. CATO orig. 18 ubi portam vult esse *conditor urbis*, aratrum sustollat et -et. CIC. Phil. 2, 108 scutorum lecticas -ari videmus (SEN. epist. 31, 10 per itinera). VERG. Aen. 6, 211 *ramum aureum* -at sub tecta Sibyllae. MORET. 79 venalis umero fasces -bat in urbem. HOR. carm. 3, 6, 41 recisos -are fustis (*cf.* OV. fast. 4, 510 domum glandes ... et ... ligna [PETRON. 38, 7 collo suo. *al.; in proverbio*: HIER. adv. Rufin. 1, 17 in silvam l. -are, *sc. sec. Hor. sat. 1, 10, 34* feras]. VAL. FL. 5, 10 robora ... -ant ... arae *i. rogo Minyae*). epist. 1, 16, 72 *tamquam servus* -et frumenta penusque. TIB. 1, 3, 80 Danai proles ... in ... dolia -at aquas (OV. Pont. 3, 8, 12 femina ... vertice. PHAEDR. app. 5, 10 urnis. *al.; v. etiam p. 45, 76 sq.*). CVRT. 3, 13, 7 gangabas Persae vocant humeris onera -antes. *ibid.* vestes, quas cum pecunia -bant *gangabae*. *al.* Ⓑ *homines* (*ovem* CALP., CYPR.; secum -are *v. p. 51, 29 sqq.*): TER. Andr. 722 quo -as puerum? (*cf.* OV. met. 6, 338 *mater fugiens* in ... sinu ... natos. STAT. Theb. 3, 683 *Argia* parvum ... sub ubere caro Thessandrum -bat avo. OPTAT. 3, 8 p. 91, 1 a matribus parvuli -bantur ad nefas). CIC. Att. 10, 16, 5 inter lictores *Antonii* lectica mima -atur (*de eadem re p. 51, 30 ut et* Phil. 2, 58. *item -antur lectica*: MART. 6, 84, 1 octaphoro. VOPISC. Car. 12, 1. *al.*). VAL. MAX. 5, 4 ext. 4 patrem et matrem umeris per medios ignes. CALP. ecl. 5, 41 *ovem* umeris -are ... natosque ... ferre sinu (CYPR. epist. 55, 15 [*respic. Luc. 15, 5; cf. et p. 55, 25*]). SIL. 4, 27 *fugientes* -ant cervicibus ... matres. STAT. silv. 5, 3, 268 *Aeneas* patrem ... per umbras. FRONTO p. 129, 12 v. d. H. difficile progredientem per valetudinem ... paene -asti. ITALA Marc. 2, 3 (cod. e *al.*) -antes in grabatto paralyticum (*cod. a al. et Vulg.* ferentes *vel* adf-). AMM. 22, 12, 6. *al.*

β *agunt res*: Ⓘ *naves* (*navis actio* MART.): ENN. ann. 226 navis ..., quae stlataria -at (CIC. Verr. II 5, 59 provinciae spolia. fin. 4, 76 aurum paleamne. CAES. Gall. 5, 23, 3 milites. LIV. 22, 11, 6 commeatum ab Ostia in Hispaniam ad exercitum. 28, 46, 14 captivos Carthaginem. *et saepius; passive*: LABEO dig. 14, 2, 10, 1 ut eā merces tuae -rentur). PROP. 3, 7, 16. OV. epist. 15(16), 31 merces -ante carina. LIV. 32, 18, 3 *onerariae* commeatum exercitui. PLIN. nat. 19, 5 (*de lino, quo vela conficiuntur*) quod orbem terrarum ultro citro -et. SIL. 2, 2. 14, 492. *al.* *huc addiderimus*: MART. 12, 74, 1 tibi Niliacus -at crystalla cataplus (*i. adventus navium*). *in imagine*: PROP. 2, 28, 39 ratis fati nostros -bit amores ... ad infernos ... lacus. AVG. in euang. Ioh. 2, 2 nemo ... potest transire mare huius saeculi, nisi cruce Christi -tus. BACHIAR. epist. Migne suppl. 1, 1041 cum inter fluctus esses, id est in conversatione hominum -reris (*infra*: inter aquas arca nostra, hoc est, inter populos ... carnis factura -atur). Ⓘ *currus sim.*: NEP. Phoc. 4, 1 cum propter aetatem ... vehiculo ... -retur (LIV. 23, 36, 3 saucios). TIB. 1, 7, 8 te ... -bat ... currus eburnus. MART. 10, 14(13), 1 raeda ministros. IVV. 3, 257 saxa ... -at axis (*antea*: pinum plaustra vehunt). 10, 42 curru servus -atur. IAVOL. dig. 19, 2, 60, 8 (*e Labeone*) ut onus tuum -ret *vehiculum*. SVET. Nero 44, 1 vehicula -andis scaenicis organis. FILASTR. 108, 4. AMM. 21, 16, 21 quod *vehiculum* -bat reliquias *Constantii*.

γ *agunt animalia*: Ⓘ *equi, iumenta sim.* (*feles* PHAEDR., *tergum centauri* OV.), *qui -ant*: Ⓐ *res*: VARRO rust. 2, 6, 5 qui *asini* onera -ant (SEN. dial. 10, 18, 4 aptiora -andis o. tarda iumenta. CVRT. 3, 13, 16 iumentorum dorso o. -antium. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 164). SALL. Iug. 75, 3 iumenta sarcinis levari iubet ..., utris modo et alia aquae idonea -ari. TIB. 2, 3, 44 -atur ... mille columna iugis. PAVL. FEST. p. 59 clitellae ..., quibus sarcinae ... mulis -antur. PHAEDR. app. 16, 5 *feles gallum lectica ferentes* praedam -are iudices, non sarcinam. SEN. nat. 4, 13, 9 iumenta -andae aquae deservientia. epist. 123, 7 mulos habent, qui crustallina ... -ent. PLIN. nat. 23, 116 māla ... iumentis -tu mire gravia sunt. 24, 2. ITALA gen. 45, 23 (Lugd.) asinos -antes ex omnibus bonis Aegypti (*Vulg.* subveherent, *gr.* αἴροντας). *al.* Ⓑ *homines*: VERG. Aen. 5, 566 (= 9, 50) quem Thracius ... -at equus (HOR. epist. 1, 17, 20 [*loq. parasitus*] e. ut me -et ..., officium facio. STAT. Theb. 7, 638. *cf.* VAL. FL. 1, 431 sonipes [SIL. 8, 336 in hostem. 10, 460 in agmina dorso. *aliter p. 52, 34*]. STAT. Theb. 9, 217). OV. met. 12, 346 *centauri* tergo ... insilit haud solito quemquam -are nisi ipsum (*i. partem humanam centauri. an ad p. 48, 68 sqq.?*). OCTAVIA 767 per fluctus ... Europen taurum tergo -asse (*de eadem re* FLOR. Verg.

[*Kruse*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 9). IVV. 10, 158 cum Gaetula ducem -ret belua. CLAVD. 8, 559 tibi ... praeberet Pegasus alas -retque libens. ORIG. in Matth. 16, 16 p. 528, 12 -verunt eum *asina et pullus* (*gr.* ἐνηνοχέναι).

Ⓘ *varia*: PLIN. nat. 8, 133 *irenacei* poma adfixa spinis ... -ant in cavas arbores. 9, 26 impositos ... -ans *delphinus*. 9, 33 *delphini* defunctum -antes, ne laceraretur a beluis. 11, 54 *apes regem* fessum umeris sublevant, validius fatigatum ex toto -ant. SIL. 9, 586 *elephantus dente militem* clamantem ... ferens ... per agmina -at. MART. 1, 6, 1 aquila puerum -ante per auras. CLEM. ad Cor. 25, 3 *de phoenice* (*gr.* βαστάζων). *al.*

δ *formae passivae, gerund., supinum, sc. non indicato agente vel instrumento* (*cetera v. supra*): Ⓘ *-antur res*: SISENNA hist. 16 quod *frumentum* ex areis in oppidum -tum est (CIC. Verr. II 3, 192 [*seq.* vehere]. Att. 14, 3, 1 domum ad Antonium. LIV. 27, 3, 9 Tarentum. *al. apud eundem; item -antur alimenta*: SEN. dial. 11[12], 10, 3 ab ultimo ... oceano. PLIN. nat. 31, 89 salem in Sabinos. *al.*). CIC. Verr. II 3, 190 difficillima ad -andum loca. dom. 62 columnae ... ad socrum consulis -bantur ([*seq.* transferebantur]. PLIN. nat. 36, 5 ad scaenam. GAIVS dig. 19, 2, 25, 7). fam. 12, 3, 2 *viaticum legati* ad hostem ... -ari. CAES. civ. 2, 25, 2 multa undique -ari atque agi. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 58 quod ... operis ... faciumdei causa adv⟨e⟩hei -ari oportebit (*item -antur materiae sim.*: VARRO ling. 5, 141 muniendi causa -batur. LIV. 42, 3, 4 de navibus ad templum. S. C. Frontin. aq. 125 unde quaeque eorum proxime ... tolli, sumi, -ari possint ..., tollerentur, sumerentur, exportarentur. VITR. 2, 9, 14. 5, 12, 2. 7, 9, 4 PLIN. nat. 36, 2. *al.*). VARRO rust. 1, 16, 1 si viae aut fluvii, qua -etur, ... non sunt. SALL. Catil. 30, 2 arma (LIV. 30, 3, 2 *infra*). NEP. Dat. 4, 2. VERG. Aen. 1, 363 -antur avari Pygmalionis opes pelago. LIV. 25, 3, 10. 30, 3, 2 arma ... ex Sicilia et omne genus commeatus eo -bantur (*cf.* 35, 29, 10 commeatus ab urbe in castra [AMM. 31, 12, 2]). *al.* PAVL. FEST. p. 296 VELL. 1, 13, 4 COLVM. 2, 18, 2. 4, 18, 2. PLIN. nat. 14, 42 *uvae* forenses ... -tu faciles (*item supinum*: GELL. 1, 13, 12 faciliorem. *cf. et p. 46, 76*). *et saepius.* Ⓘ *-antur homines*: SALL. Iug. 27, 5 exercitus, qui in Africam -retur (*cf.* LIV. 42, 18, 7 hoc copiarum in Hispanias). TAC. ann. 5, 9, 1 -antur in carcerem (*infra*: quo traherentur). AMM. 22, 3, 7 -ti sunt in exilium (*cf.* CASSIOD. hist. 7, 22, 6 exilio [*Socrat. 4, 11* ἐγίνοντο ... ἐξόριστοι]). *al.*

b *specialia quaedam*: α *afferuntur dona sim.*: Ⓘ *deis* (*vergit in notionem offerendi l. 40*, OPTAT., CANON. Turner): CIL I² 34 Specios Menervai donom port⟨at⟩ ([*si recte suppletur*]. LIV. 5, 16,11 ad ... templa. 21, 62, 8 Lanuvium Iunoni. 26, 11, 9. 28, 45, 12. 29, 10, 6 Delphos. 45, 39, 11 merita. SIL. 5, 168 Iovi. DARES 15 Apollini. PRVD. perist. 4, 15). CIRIS 35 deae velum sollemni tempore -ant *Athenienses*. OV. met. 2, 713 puellae ... in Palladis arces ... -bant sacra canistris. fast. 3, 270 femina lucentes -at ab urbe faces, *sc. in nemus Dianae*. LIV. 5, 25, 10 quae *cratera* donum Apollini Delphos -retur. SEN. contr. 10, 4, 8 stipem ... ad deos. OPTAT. 6, 1 p. 142, 7 in quibus *altaribus* et vota populi et membra Christi -ta sunt (*antea*: obtulistis. *cf.* AVG. adv. Don. 35, 58 p. 160, 27 sacramenta). AVG. civ. 1, 4 p. 9, 14 D. illuc (*sc. in Capitolium*) ... spolia. PS. ORIG. hom. in Matth. 2, 4 p. 250, 12 -are et offerre *munus*. *absolute*: CANON. Turner II 1 rec. II p. 20ᵇ cessare eos *diaconos* a sacro ministerio panis et calicis, non -are neque praedicare (*rec. IV p. 56ᵇ* nec calicem offerant; *gr. Mansi 2, 513ᴮ* τοῦ ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, *sed interpres fortasse legit* ἄρτον ἢ ποτηρίον). Ⓘ *hominibus*: LVCIL. 166 hi prae se -ant ingentes (*sic Burmannus*, mihi gentes *trad.*, mi ingentes *L. Müller*) munere pisces. 1315 tum spara, tum rumices -antur, tragula porro (*si recte munera patrono offerenda intellegit Marx*). CATVLL. 64, 279 *ad nuptias* advenit Chiron -ans silvestria dona (VERG. Aen. 1, 696 Tyriis. 10, 881 [*ironice*] tibi. HOMER. 1033 *Priamus* pro corpore nati. MART. 9, 65, 8 tibi). VERG. Aen. 11, 281 munera, quae patriis ad me -atis ab oris (11, 333. *cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 2, 118 terebintum et mel m. Ioseph direxit *Iacob* esse -anda [*gr.* κομίζειν]). TIB. 2, 2, 18 coniugio vincula (*i. anulos*) -et Amor. PROP. 3, 13, 31 *olim munus erat* -are suis vestitas frondibus uvas (*antea*: referre lilia). LIV. 27, 4, 9 iis *regulis* quoque, quae darentur, -ta (*antea*: dona tulere). SEN. suas. 6, 20 *Ciceronis* caput ... Antonio -at *Popilius* (VAL. MAX. 5, 1, 10 *c. Pompei* Aegyptiae perfidiae munus -tum est [Caesari *add. Gertz*]. IVVENC. 3, 67. *cf.* SIL. 17, 295 mihi ... caesi ora ducis. *aliter p. 48, 40*). *al.*

β *affertur, offertur cibus comedendus, aqua potanda, ornatus mensae*: PLAVT. Bacar. frg. 1, 2 cuius haec ventri -atur pompa (*Stich. 683* ferte pompam). VARRO Men. 262 lecto strato matellam, lucernam, ceteras res esui usuique prae se -ant *sc. hospiti*. TIB. 2, 6, 8 *miles* galea qui sibi -et aquam ([*nisi ad p. 50, 48 sqq.*]. CVRT. 7, 5, 11 quibus a. -rent [*seq.* ferre]. *aliter p. 45, 76 sq.* CALP. ecl. 2, 45 oleastra ... gregibus -are. STAT. silv. 3, 4, 58 hic pocula ... duci ... -at. MART. 1, 11, 3 iam defecisset -antis calda ministros (*sc. in theatro*). 6, 64, 2 *uxor* prandia -at aranti (NEMES. auc. 17 HIER. epist. 22, 9, 4). 11, 27, 5 cui -at ... ancilla paropside rubra hallecem. PEREGR. Aeth. 16, 3 corv⟨us e⟩i escam -bat. GAVDENT. serm. 9, 39 G. huic *architriclino* ... gustum vini.

γ *in funere sim. -antur mortui, inferiae* (*usu laxiore* CATVLL.; *pro subi. sunt qui ipsi -ant mortuos sim. vel qui funus ducunt; cf. etiam p. 46, 54. 64*): CATVLL. 64, 83 suum Theseus ... corpus ... proicere optavit potius quam talia Cretam funera Cecropiae nec funera -rentur (STAT. Theb. 3, 361 dum f. -ant *Thebani*. IVV. 10, 260. *aliter p. 51, 73. 53, 1*). HOR. sat. 1, 8, 9 *servus* huc ... cadavera ... -anda locabat in arca (MART. 8, 75, 9. IVV. 3, 32 ad busta). PROP. 3, 18, 32 (*contextu parum certo*) huc ... -ent corpus (EPIST. Sapph. 116 ad ... rogos. GRAN. LIC. p. 6, 2 Antiochiam. EPIT. Alex. 108 in Aegyptum. 119). OV. met. 14, 747 *mater* funera ducebat ... *et* -bat membra feretro (SIL. 13, 462 tumulis ... paternis. *cf.* STAT. Theb. 12, 411 artus). EPICED. Drusi 125 tumulo -aris et igni. 463. VAL. MAX. 5, 1 ext. 4 ossa ... in patriam (5, 1 ext. 6 AMM. 19, 2, 1). SEN. Oed. 59 supremum ad ignem. PLIN. nat. 7, 146 a triumphalibus liberis ... in rogum. 18, 16 populi umeris -tus in rogum est (TAC. ann. 3, 2, 2 centurionum ... u. cineres *Germanici*). STAT. Theb. 6, 126 inferias (*cf.* SVET. Iul. 84, 1 munera ... in Campum). *al.*

δ *perferuntur litterae sim.* (*cf. IIA1*): CIC. Att. 7, 3, 9 a Curio tabulas accepi, quas mecum -o (*de eadem re 7, 2, 3* testamentum deporto). HOR. epist. 1, 13, 13 ne forte sub ala fasciculum -es librorum, ut rusticus agnum. TIB. 2, 5, 70 quas ... Tiburs per flumina sortes -arit sicco pertuleritque sinu. 2, 6, 46 *lena* tabellas occulto -ans itque redditque sinu (OV. ars 3, 621). AMM. 15, 5, 10 epistulas ... per baiulum, qui -rat, ... remisit. 21, 3, 6. 31, 15, 6 per Christianum quendam -tis scriptis. EPIST. Conc. Sard. Migne 56, 849ᴮ litteras (CONC.ˢ II 3, 1 p. 113, 2 vers. ant. [*Rustic.* ministrantes, *gr. II 1, 1 p. 131, 19* διακονησάμενοι]). CONC. Carth. a. 525 (Corp. Christ. 149) p. 277 l. 205 paginam.

2 *laxius et praevalentibus notionibus secundariis*: **a** *pro obi. sunt varia a subi. aliena, externa*: α *quae quis ut instrumenta, ornamenta secum habet et aliquo fert* (*huc inseruimus locos, ubi indicatur, quo aliquid feratur; cetera v. p. 50, 40 sqq.*): TER. Eun. 777 peniculon pugnare, qui istum huc -es, cogitas? PROP. 3, 5, 13 haud ullas -bis opes Acherontis ad undas. OV. met. 14, 419 famuli *Picum quaerentes* ... obvia lumina -ant. PLIN. nat. 6, 135 *Persarum* reges non ex alio *flumine* bibunt et ob id in longinqua -ant. 10, 16 *aquilam* in aciem (*cf.* SIL. 5, 139 [*de casside*] spolium, quod ... pugnas ... decus -bat in omnis. 5, 287 in bella bipennem. 5, 324 *hastam* in proelia). STAT. Theb. 2, 664 fragiles thyrsos -are putastis imbellem ad sonitum? β *quae quis circumfert ostentanda* (*fere pompa, triumpho sim.; v. etiam p. 46, 60 et 62; ceterum huc vergunt quaedam p. 47, 38 sqq. allata nec non p. 47, 8*): CIC. off. 2, 28 -ari in triumpho Massiliam vidimus (*cf.* VERG. [?] catal. 9, 5 victor ... -ans insignia pugnae. HOR. epist. 2, 1, 193 captivum -atur ebur, captiva Corinthus. STAT. Theb. 12, 527). VERG. Aen. 12, 512 curru ... abscisa ... suspendit capita et ... -at *Turnus* (HOR. sat. 2, 3, 303 manibus. LIV. 42, 60, 2 superfixa ⟨hastis⟩. SVET. Galba 20, 2 hasta suffixum ... circum castra. CAPITOL. Maximin. 32, 2. *cf. p. 47, 66 sq. et* SIL. 4, 214 galeam atque ... perempti ora viri [7, 704 praefixa ... cuspide. 15, 813]. CLAVD. 5, 333 manibus -bere vulgi). CIRIS 22 peplo, qualis Erectheis olim -atur Athenis (*cf. p. 47, 43*). LIV. 27, 37, 12 post eas *boves* duo signa ... Iunonis ... -bantur (*cf.* ITALA Bar. 6, 3 [Tert. scorp. 8, *cf.* VVLG.] deos ... ligneos -ari super umeros. CARM. c. pag. 108 truncum -are per urbem. *al.*). VAL. MAX. 9, 7, 1 populus claustris carceris convulsis raptum *Equitium* humeris suis ... -vit. STAT. Theb. 4, 659 (*describitur pompa Bacchi*) spolia armentalia -ant. *al.* γ *quae quis aufert, rapit, capit sim.* (*notabiliora; huc traximus etiam locos ubi accedunt part.* raptus, captus *sim.; ceterum huc vergunt e. g. et l. 40. p. 45, 65. 46, 45. 47, 28 et nonnulla sub B*): VERG. Aen. 11, 758 praedam Tiburtum ex agmine ... -at (LIV. 1, 15, 2 raptam ex agris p. -antes Veios rediere. 24, 16, 14 -antes agentesque. *cf.* spolia: LIV. 8, 7, 13 capta ex hoste caeso -o. SIL. 12, 294. STAT. Ach. 1, 66 sp. hospita -ans *Paris*. ITALA II par. 20, 25 [Complut., *sim.* VVLG.]). OV. ars 1, 53 Andromedan Perseus ... -rit ab Indis. LIV. 1, 28, 10 equi concitati, lacerum in utroque curru corpus ... -antes. CALP. ecl. 5, 97 -at ... circitor uvas (*sc. vindemians ut*: NEMES. ecl. 3, 42 decerpunt vitibus u. et -ant calathis. CARM. de mens. 3, 19). ITALA Ioh. 20, 15 (cod. q) si tu -asti illum *sc. Iesum mortuum* (*gr.* ἐβάστασας, *cod. e* tulisti, *al. et Vulg.* sustulisti). ANON. Vales. 14, 84 mulier ... quattuor generavit dracones: duo ... in orientem ferri ... visi sunt ..., duo -ti sunt unum caput habentes. REGVLA mag. 87, 52 de rebus monasterii nulla furti conmissione ... absconse secum -are.

**b** *pro obi. sunt ipsi -antes vel partes eorum, ut significetur proprius animantium motus*: α *-are se ipsum*: *reflexive* (*cf.* ipsum *p. 46, 83; aliter p. 52, 42 sqq.*): CIC. Arat. 87 propter (*adv.*) se Aquila ardenti cum corpore -at (*gr. 313* ἄηται. *item de sidere*: 130 conversa [convexa *trad.*] retro caeli se per loca -at *Argo* [*gr. 344* φέρεται]). SEN. benef. 5, 8, 2 nemo se -at, quamvis corpus suum moveat et transferat. IVV. 3, 28 dum ... pedibus me -o meis nullo dextram subeunte bacillo, cedamus patria (*nisi ad p. 52, 42*). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 35, 4 G. *eremita quidam* fraternitatem suam fugiens, se solum ex omnibus -ans, ... deserit. *mediopass.*: VAL. CEM. hom. 2, 3 *viator sine onere montem ascendens* nunc levi cursu procerus attollitur, nunc per diversa ... animi alacritate -atur. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 27 dum ... spiritus dei desuper -retur (*gr.* ἐπιθέοντος, *gen. 1, 2* ferebatur). β *-are partes vel actiones suas* (*cibum indigestum* IVV.; *indicatur finis -andi; aliter p. 51, 54 sqq.*): CIC. Arat. 26 diversos ... pedes ... in caelum victor magno sub culmine -at *Perseus* (*i. sidus; gr. 253* ἴχνια μηκύνει). PRIAP. 85 (Verg. 2), 11 capella ... in urbem ... -at ubera. SIL. 1, 313 obvia quisque ora duci -ans, *sc. ut conspiciatur pugnans*. 5, 434 membrorum in proelia -ans ... robur.

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10, 632 *Varro* consul titubantem ad moenia gressum -bat. IVV. 1, 143 crudum (*i. indigestum*) pavonem in balnea -as. γ *-are personam, quam quis induit* (*indicato fine -andi, aliter p. 51, 68sqq.*; PRVD. *et* ARATOR *simul respiciunt reconciliationem hominis et dei*): PRVD. cath. 11, 48 *Christus* mortale corpus induit, ut excitato corpore . . . hominem . . . -ret patri (ENNOD. opusc. 3, 87 p. 353, 8 cum susceptum h. -ret ad caelum. *cf.* ARATOR act. 1, 68 veram -vit ad aethera carnem). ENNOD. opusc. 4, 25 p. 389, 11 vir quidam . . . velatum simplicitate ad secreta heremi -vit homicidam (*i. se ipsum*).

B *agunt res variae, fere naturales* (*hic illic cum colore auferendi, alia vergunt ad notionem secum ferendi*): LVCR. 1, 294 res . . . corripiunt rapidique rotanti turbine -ant (*venti ut*: 4, 443 per caelum . . . nubila [6, 190. 464. 505 supera . . . mare. 630]. *cf.* 6, 304 venti vis . . . -at parvula *corpora*. HOR. carm. 1, 26, 3 [*in imag.*] metus tradam . . . in mare Creticum -are ventis. OCTAVIA 978, *syn.* vexistis. VAL. FL. 2, 429 ratem . . . flamina -ant. SIL. 6, 322. STAT. Theb. 1, 293 -antes praecede notos, *Mercuri*! CYPR. mortal. 12 paleae flatu -ante rapiuntur. *sim. al.*). 6, 582 *aeris* vis . . . speluncas inter magnas fremit . . . versabunda⟨que⟩ -atur. VERG. georg. 4, 524 caput a cervice revolsum gurgite cum medio -ans . . . Hebrus volveret (*inde* SIL. 11, 479, *ubi antea*: tulit ora. *item de fluviis*: PROP. 4, 7, 58 *aqua Stygis* Cressae -at stuprum [*syn.* vehit]. PLIN. nat. 4, 31. SIL. 4, 662 quot corpora -o [*loq. Trebia. sim.* STAT. Theb. 9, 429]. PRVD. cath. 5, 120). Aen. 1, 755 te iam septima -at omnibus errantem terris et fluctibus aestas. 4, 241 *talaria Mercurium* sublimem alis . . . aequora supra . . . -ant. OV. epist. 2, 135 ad tua me fluctus proiectam litora -ent (SIL. 1, 470 f. suspensum in terras -at mare. *cf.* SEN. Phaedr. 1020 nescio quid onerato sinu gravis unda -at). MANIL. 1, 258 solem . . . alternis vicibus per tempora -ant *signa zodiaci*. PLIN. nat. 31, 2 *aquae in caelum* subeunt . . . -antes aliena pondera. STAT. Theb. 8, 496 hasta . . . parmam . . . tenenti excutit et . . . fugiens in cuspide -at. *al.*

II *de actione incorporali* (*hic illic in imagine*): A *strictius, afferuntur alicui vel ad aliquem locum*: 1 *res nuntiandae, referendae, sermone tractandae sim.* (*cf.* DON. Ter. Andr. 338, 4 non solum . . . corpore, sed etiam animo -amus tam bona quam mala. Hec. 513 '-o' quasi aliquid magnum. Phorm. 197 'ferre' et '-are' de negotiis maioribus dicitur. *vergit in notionem nuntiandi; ceterum cf. p. 48, 14sqq.*): PLAVT. Capt. 869 tantum ego nunc -o a portu tibi boni. TER. Andr. 338 boni quid -o! (Phorm. 197 cedo, q. -as . . .? OV. trist. 3, 1, 9 [*loq. liber*] inspice, q. -em. Pont. 3, 7, 5 epistula. SEN. Herc. O. 741 [*interpol.?*] prome, q. -es novi [Oed. 914 Thy. 626]. OCTAVIA 779 q. -at pectore anhelo *nuntius*?). Hec. 513 -o hoc iurgium ad uxorem. VERG. Aen. 9, 312 patri mandata . . . -anda ([SERV. auct.: nuntianda]. SIL. 15, 799 si qua . . . m. referri germano vis . . ., -bimus. HOMER. 125). OV. met. 2, 744 (*loq. Mercurius*) iussa per auras verba patris -o (MANIL. 5, 66 unum . . . per omnia *limina* verbum mane salutandi -ans. *cf.* SIL. 11, 74 Capuā . . . dicta [IVVENC. 2, 512 ad Christum]). Pont. 3, 4, 1 non vanam -antia verba salutem. LIV. 45, 1, 10 ad coniuges . . . laetum nuntium. SEN. Tro. 437 quae visa -as? MELA 3, 49 *Britannicarum* rerum fidem . . . triumpho declaraturus -at *Claudius*. VAL. FL. 2, 326 preces ad litora Grais (*cf.* APVL. Socr. 6 p. 133 *daemones inter homines et deos* ultro citro -ant hinc petitiones inde suppetias). SIL. 2, 2 *navis* -bat iussa senatus (3, 169 i. parentis [*de Mercurio ut* OV. met. *supra et* STAT. Theb. 7, 77 Iovis imperium . . . ab aethere]). 3, 647 voces Iovis atque oracula (3, 713 laetis. *cf.* 12, 321 responsa [TAC. hist. 4, 65, 4]). 11, 373 patribus . . . facta ducis (*cf.* STAT. Theb. 3, 236 remeat -ans inmania Tydeus ausa *Eteoclis* ['*secum -ans' intellegit Klotz*]). 13, 97 infaustam Campana ad moenia clausis . . . famam. MART. 1, 55, 6 matutinum -at . . . 'have' (*respicitur salutatio clientis ut* MANIL. *supra*). *al.* *respicitur actio mutua*: HIER. epist. 51, 3, 1 (*Epiphan.*) qui solent ultro citroque -are rumusculos. VAL. CEM. hom. 12, 4 amaros -are ac reportare sermones. *pro obi. sunt homines quos fama celebrat*: HIER. epist. 54, 6, 1 (*ad Fulviam viduam*) te venalem -ant servi (*sc. inter procos*). ANIAN. Chrysost. hom. 15, 7 p. 34, 38. illos fama -ans fecit ubique notissimos (*gr.* ἡ φήμη φέρουσα πανταχοῦ. *an intrans., sc. per graecismum, fere i. q. volans?*).

2 *eventus, actiones, affectus sim. inferendi alicui vel aliquo aut suscitandi, gignendi sim.* (*hic illic vergit in notionem efficiendi, procreandi*): a *varii*: TER. Andr. 433 hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam -are (*cf. p. 50, 82*). CATVLL. 64, 328 -ans optata maritis hesperus. VERG. Aen. 3, 539 (*loq. Anchises malum omen conspiciens*) bellum, o terra hospita, -as (LIV. 21, 18, 13 vobis b. et pacem [*item* FLOR. epit. 2, 6, 7, *ubi sequitur*: sinu b. ferret]). 5, 840 tibi somnia tristia -ans *Somnus* (*cf.* PROP. 2, 25, 47 insomnia . . . ocellis). CIRIS 289 amor . . . luctum -vit alumnae (MANIL. 4, 462 *Cancri pars* septima post decumam). TIB. 1, 3, 94 hunc . . . nobis Aurora . . . Luciferum (*cf.* EPICED. Drusi 282 diem. *sim. etiam* OV. am. 2, 11, 56 haec mihi . . . Lucifer . . . tempora). PROP. 1, 3, 29 ne qua tibi insolitos -rent visa timores. MANIL. 5, 17 Canis in totum -ans incendia mundum (*i. ardorem. de bello*: PETRON. 124 vers. 263 *Furoris* dextra . . . terris i. -at. SIL. 16, 160 Libyam. STAT. silv. 4, 6, 79 Romuleis . . . tectis). GERM. 493 sol . . . hiemes hebetato lumine -at (*item de vi siderum*: frg. 3, 3 Taurus -at aquas. 4, 156 tonitrua *Mercurius*. *adde* MANIL. 4, 462 *et* 5, 17 *supra*). SIL. 5, 89 quae *hora* stragem Libyae -et. 8, 673 in Libyam Ausonii -atur pompa triumphi (*i. mos triumphandi*). 17, 451 *Hannibal* -antem cuspide volnus impedit antevolans Herium (CYPR. eleem. 1 quae Adam -verat. AMM. 25, 1, 13 harundines . . . v. perniciosa). MART. 8, 50(51), 23 Telethusa . . . gaudia -at, *sc. mihi* (SEDVL. carm. pasch. 5, 329 terrorem et g.). *al.* b *auxilium sim.*: SALL. Catil. 6, 5 sociis atque amicis auxilia -bant *Romani* (TAC. ann. 4, 65 cum a. [appellatum] ⟨por⟩tavisset *Vibenna* [*suppl. Doederlein*, tulisset *Lipsius*]. COMM. instr. 1, 21, 8 salutis a. -at *iustitia legis*). SIL. 9, 428 subitam -ans . . . salutem (*sc. Scipio Varroni*). 9, 457 opem (*aliter infra l. 82*). STAT. Theb. 5, 266 extrema Thoanti subsidia. APVL. Socr. 6 p. 133 suppetias (*v. sub 1*). MART. BRAC. corr. 18 tribulanti consilium vel adiutorium.

B *laxius*: 1 *praevalent notiones secundariae variae*: CATVLL. 64, 135 (*Ariadna ad Theseum*) devota domum periuria -as? (*item pro obi. sunt, quae quis secum habens aliquo fert* [*cf. p. 48, 25sqq.*]: SIL. 6, 315 quos . . . servans -bo in Tartara luctus. 15, 372 magnum secum -are sub umbras nomen mortis. 16, 541 cruore exsatiata . . . -antes corda sub umbras occubuere *fratres*. CASSIOD. var. 5, 4, 4 iudicantis -vit animum ad subsellia cognitorum). COMM. apol. 4 dum furor aetatis primae me -bat (-at *Hertz*) in auras; plus eram quam palea levior (*6* ferebar. *sublucet imago ventorum, cf. 1B*). ENNOD. carm. 1, 9, 76 pudicitiam . . . laudibus ad caelum -at (*fere efferendo, cf. e. g. vol. VII 2, 1065, 79sqq.*).

2 *praevalet notio capiendi, nanciscendi, auferendi sim.* (*cf. et p. 48, 51*): ITALA I Petr. 5, 4 (Cassiod. Didym. in Iac. 1, 12 p. 3, 16) -bitis . . . gloriae coronam (*gr.* κομιεῖσθε, *Vulg.* percipietis). IVVENC. 3, 571 ut cuncti caperent mercedis honorem aequalique omnes -rent praemia nummo (PHILO quaest. in gen. 4, 226 proverbium . . . legimus . . .: qui antecessu egerit, venturi p. -ando abit. RVST. HELP. benef. 143). DAMAS. epigr. 8, 7 *milites* confessi gaudent Christi -are triumfos ([*cf.* 23, 7 Christi meruere t.; *alii intellegunt '-are signum triumphale' i. crucem, ut spectet ad p. 54, 20; v. Ferrua, Epigr. Damas., 1942, 156*]. DRAC. laud. dei 3, 459 pacis et armorum . . . -asse t. *volunt Romani*. VICTORIN. leg. dom. 20). 12, 4 -ant qui ex hoste tropaea ([*cf. 1, 16 et 14, 4* tulerat, *21, 7* sumpsit]. PS. VICT. VIT. pass. 6 victricia [INSCR. christ. Diehl 2032, 8 virginitatis et confessionis]).

**CAPVT ALTERVM:** *de qualibet actione ferendi*: I *corporaliter* (*in imag. e. g. l. 74. p. 51, 4. 37. 49. 52, 17*): A *praevalente notione secum ferendi, in se habendi, continendi* (*e capite priore huc vergunt maxime l. 13. p. 48, 25sqq. 34sqq. et nonnulla sub 1B*): 1 *-ant animantes* (*fere homines; eorum membra vel qualitas e. g. p. 51, 40. 47. 53; exercitus l. 83sq., p. 51, 7sq.; animalia l. 56 nec non et sub bβ et γ; equos sim., qui -ant homines v. p. 46, 79sqq.*): a *obi. sunt res, quae pertinent ad ornatum sim. ipsius -antis* (*hic illic servi ornatum domini -ant, e. g.* HOR. sat. 1, 6, 109 STAT. Theb. 6, 931; *locos, ubi finis ferendi additur, ad p. 48, 25sqq. relegavimus*): α *variae*: PLAVT. Poen. 670 (*660* aurum habet) trecentos nummos . . . -at praesidi (SPART. Pesc. 10, 7 zona milites. *cf.* IVV. 10, 19 argenti vascula. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 40 *viaticum*. HIER. vita Malchi 3 pauxillulum . . . viatici). TER. Haut. 247 -ant quid rerum! . . . aurum, vestem (*246 ancillas* secum ducunt). SALL. Iug. 45, 2 cibum (*v. infra l. 76 et cf.* HOR. sat. 1, 5, 90 *panem* umeris . . . viator [PORPH. Hor. sat. 1, 1, 46/47. *al.*]. CVRT. 5, 4, 17 alimenta. MART. 3, 47, 14 ova. FRONTIN. [?] strat. 4, 1, 1 cibaria. *sim. al.*). HOR. sat. 1, 1, 49 nil. 1, 6, 109 pueri lasanum -antes oenophorumque. OV. met. 14, 647 manu stimulos. LIV. 30, 6, 3. 38, 18, 15 quae ferre atque agere possint, prae se agentes -antesque. GERM. 419 *Centauri* dextra . . . praedam e silvis (*i. signum Ferae*) -at (*sim.* 671 [*gr. 663* ἔχει]). VELL. 2, 114, 2 *in itinere* -tum (um portatum *vel* imp- *trad.*, una p. *Orelli*) instrumentum balinei. PHAEDR. 1, 15, 10 (*loq. asinus*) clitellas dum -em meas. SEN. Phaedr. 45 cervice gravi -are plagas, . . . laqueos. TERT. praescr. 3 l. 23 ventilabrum in manu -at ad purgandam aream (*sec. Italam Matth. 3, 12* [*cod. a al.*] habens). ITALA Matth. 3, 11 (cod. a *al.* = VVLG.) non sum dignus calciamenta *Iesu* -are (*gr.* βαστάσαι. *inde* Luc. 3, 16 [cod. a *al.*]). *al.* secum -are: CAES. Gall. 1, 5, 3 *frumentum*. 2, 29, 4 *impedimenta* agere ac -are. 5, 31, 4. VARRO rust. 2, 2, 9 crates aut retia. 2, 2, 20 quae opus ad medendum (*cf.* CALP. ecl. 5, 79). NEP. Hann. 9, 2 magnam . . . pecuniam (LIV. 38, 40, 8. *cf.* CVRT. 5, 6, 9 *tot talenta* ad usus belli. GAIVS dig. 13, 6, 18 pr. *argentum. al.*). 9, 3 *statuas* (*cf.* VERG. Aen. 4, 598 *Aeneas* penates. STAT. silv. 4, 6, 61 [*de signo Herculis*] numen . . . comitem s. -bat Alexander. *sim. al.*). LIV. 40, 38, 3 SEN. epist. 87, 9 PLIN. nat. 7, 25. *al.* β *arma, instrumenta militaria sim.* (*onera militum v. p. 46, 15; indicato fine -andi p. 48, 31sqq.*): POMPON. Atell. 9ª prae se -ant ascendibilem semitam (*i. scalam, cf.* LIV. 29, 6, 10 scalas [34, 38, 4 alii sc., alii ignem, alii alia]. STAT. Theb. 10, 842 innumeros . . . gradus . . . aerium sibi -at iter). MACER hist. 24 laevis (*Mercier*, levius *trad.*) clipea -ant (*cf.* ITALA II par. 14, 8 [Complut., *sim.* VVLG.] scuta et astas [*gr.* αἰρόντων]. *in imag.*: CYPR. epist. 58, 9 scutum fidei). SALL. Catil. 56, 3 ceteri . . . sparos aut lanceas, alii praeacutas sudis -bant. Iug. 45, 2 ut . . . miles cibum et arma -ret (*in itinere sim. ut*: CVRT. 5, 13, 8 dorso . . . graviora. SIL. 11, 585 nondum -andis habiles gravioribus. *al.; i. q. armis uti*: CYPR. unit. eccl. 17 [*in imag.*] contra ecclesiam. CAPITOL. Gord. 14, 3 pro . . . liberis. *aliter p. 47, 27 et 52, 28*). PRIAP. 9, 7 Phoebum -are sagittas. OV. am. 3, 8, 13 galeam (*cf.* SIL. 12, 237 capitis . . . tegmina). trist. 2, 272 et latro et cautus praecingitur ense viator: ille sed insidias, hic sibi -at opem (*i. ensem ut opem, v. e. g. Owen, 1924 ad l.; an trahas ad l. 8?*). LIV. 30, 28, 5 exercitum . . . exuvias . . . imperatorum -antem. STAT. Theb. 6, 931 illi *regi*

[*Kruse*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pone . . . -at pharetras et cornua . . . armiger. 10, 555 signifer ante omnes sua damna et gaudia -ans (-at *P. i. signa fatum designantia. cf.* SVET. Aug. 10, 4 aquilam umeris subisse diuque -asse [VEG. mil. 2, 7. 2, 13]. TERT. coron. 11 l. 20 vexillum. *in imag.*: ALC. AVIT. epist. 8 p. 40, 6 veritatis vexilla). *al.* secum -are: LIV. 10, 35, 12 vallum s. -are Samnitem. 21, 30, 9 nihil . . . praeter instrumenta belli. 28, 20, 3 clavos. 35, 11, 7 iacula. VEG. mil. 2, 18 legionem . . . esse civitatem, quae omnia proelio necessaria s. ubique -ret. 3, 7 scafulas . . . carpentis s. -et exercitus. *al.* γ *ornamenta, insignia, vestimenta sim.*: OV. met. 10, 65 *Cerberi collo* medio -ante catenas (*an ad p. 52, 31sqq.?*). Pont. 3, 4, 108 (*describuntur figurae triumphi*) inmissos . . . crines Rhenus et infectas sanguine -et (potet *var. l.*) aquas (*per prosop. ut*: SIL. 4, 408 *Romam* turrigeros [*codd.*, -o *edd.*] -antem vertice muros. 14, 54 Alpheon, . . . -antem signa coronae). PAVL. FEST. p. 64 virgae, quas flamines -ant (TERT. idol. 19 p. 53, 17 [*de Moyse ut*: VVLG. exod. 4, 20]). PHAEDR. 4, 23, 25 tabulam suam -ant rogantes victum *naufragi* (*cf.* PERS. 1, 90 fracta te in trabe pictum ex umero). LVCAN. 1, 603 Salius . . . ancilia collo. PLIN. nat. 33, 41 statuas . . . numinum in digitis (*de anulo ut*: MART. 5, 12, 7 uno . . . digito decem puellas [*luditur cum notione sustinendi, cf. 4* pueros levat . . . octo]). VAL. FL. 1, 420 taurea . . . terga,*i. caestus*. SIL. 13, 269 fasces . . . consul. TERT. coron. 12 l. 31 *lauream* in *capite*. ITALA I reg. 2, 28 (Hier. epist. 29, 2, 3. *al., sim.* VVLG.) *sacerdos* ephod (22, 18 [*Vulg.* vestitos, *gr. utrobique* αἴρειν]. *al.*). Luc. 10, 4 (cod. b *al.* = VVLG.) nolite -are sacculum neque peram neque calciamenta (*gr.* βαστάζετε, *cod. d* baiolare. *inde* TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 8). *al.*

b *pro obi. sunt animantes eorumve corpus, partes, qualitates* (*cf.* PERS. *et* MART. *sub* aγ): α *alieni, quos quis ut comites sim. secum fert*: (i) secum, prae se (VERG.) -*are*: CIC. Att. 10, 10, 5 *Antonius* Cytherida s. lectica aperta -at (*de eadem re v. p. 46, 34sq.*). VERG. Aen. 11, 544 sinu prae se -ans *infantem Metabus fugit*. OV. met. 7, 157 muneris auctorem (*sc. Medeam*) s., spolia altera, -ans *Iason*. FEST. p. 269 Aenean . . . -antem suam s. neptem. PLIN. nat. 10, 168 *vespertilio* volitat amplexa infantes secumque -at. (ii) *alia*: STAT. silv. 2, 1, 100 -antem lassabat Romulus Accam (*item -antur infantes*: Ach. 1, 322 *Thetis* sinu . . . Achillem. ITALA Is. 66, 12 [Hier. *ad l.*] in humeris [*gr.* ἀρθήσονται, VVLG. ad ubera. *in imag. ut*: VVLG. num. 11, 12 in sinu. AVG. civ. 20, 21 p. 457, 23 D. in umeris genibusque]. IVVENC. 3, 497 ulnis. CLAVD. rapt. Pros. 2, 49 [*de statua*] lacerto. *cf. l. 31. p. 46, 29sqq.*). DRAC. laud. dei 3, 56 *pauper* beatus Abrahae -ante sinu . . . quiescit.

β *fetus*: CALV. carm. frg. 14 partus gravido -bat in alvo (*item indicatur ubi*: OCTAVIA 591 utero [AMM. 14, 11, 22]. TERT. carn. 21 l. 26 in utero [GREG. M. in Ezech. 1, 1, 8]. COD. Iust. 6, 29, 3 pr. in ventre). OV. met. 10, 470 semina fert utero conceptaque crimina -at *Myrrha*. PHAEDR. 3, 15, 5 onus . . . certis mensibus. TERT. carn. 21 l. 23 Helisabeth . . . -ans . . . infantem. ITALA Luc. 11, 27 (cod. a *al.* = VVLG.) beatus venter, qui te -vit ([*gr.* βαστάσασα, *cod. d* baiolavit. *inde* TERT. adv. Marc. 4, 26 p. 502, 17]. VVLG. Iob 3, 10). ZENO 2, 12, 1 (1, 62, 2L.) uteri sarcinam. BARNAB. 13, 2. *al.* *in imagine vel cum respectu partus spiritalis*: VVLG. Is. 46, 3 (*loq. deus*) qui -amini a meo utero, qui gestamini a mea vulva (*quae seq. v. p. 55, 22*). PETR. CHRYS. serm. 117 p. 521[C] ad instar nostri domini . . . renati, quos utique concepit virgo . . ., -vit pudor *eqs.*

γ *partes vel qualitates corporis sim.* (*cf. supra l. 11; aliter p. 48, 67*): CATVLL. 66, 13 dulcia nocturnae -ans vestigia rixae (*cf. Anth. Pal. 5, 293, 18* εἶχον). OV. am. 1, 8, 45 frontis rugas in vertice. met. 15, 385 cauda sidera -at *pavo*. hal. 131 -ans in corpore virus lolligo. PLIN. nat. 21, 78 venena -antes ore *apes*. MART. 9, 27, 1 depilatos . . . coleos. TERT. bapt. 4 p. 204, 20 nemo super cutem -at maculam idololatriae. ITALA Gal. 6, 17 (cod. d *al., sim.* VVLG.) stigmata . . . Christi in corpore meo -o (*gr.* βαστάζω. *inde* TERT. resurr. 10 p. 39, 9 [*sed adv. Marc. 5, 4 p. 584, 7* gestare]). ARNOB. nat. 3, 13 *intestina* (*antea*: gestare, habeant). HIER. epist. 22, 17, 2 vacuum -are ventrem (*i. ieiunare ut*: in Is. 58, 3/4 l. 93). 60, 9, 2 lurida . . . ora. CLAVD. carm. min. 4, 12 -assent totum si fera membra *Minotauri* patrem (*i. si omnia patris similia fuissent*). ROMVL. fab. 69, 14 rec. vet. centum oculos (*rec. gall.* habet) SIDON. epist. 3, 13, 6 nasum. PS. ORIG. in Matth. 2, 1 p. 247, 20 lepram.

δ *ipsius -antis corpus, caro sim.* (*nonnulla vergunt in usum incorporalem, cf. p. 53, 51sqq.; aliter p. 49, 2sqq.*): CYPR. domin. orat. 14 infirmitatem hominis, quem -bat *Christus* (ARNOB. nat. 1, 62 induerat et secum ipse -bat. CARM. adv. Marc. 5, 246 h. quae deumque. CANON. Turner I 2, 1 p. 342[b] in sese). laps. 30 spiritaliter mortua . . . ipsa ambulans funus tuum -are coepisti (*i. te ipsam ut cadaver anima privatum. item*: HIER. epist. 58, 1, 4 diu vivendo -ant f. sua). mortal. 8 quamdiu -atur in saeculo caro ista (*de homine ut*: AMBR. Noe 4, 9 AVG. agon. 7, 8. *al.* [*cf.* PRISCILL. tract. 1, 35 carnis maculatam tunicam]. *de Christo*: PS. CYPR. mont. 4 Adae c. in se figuralem. LACT. inst. 4, 18, 28. *al.*). PRVD. cath. 8, 5 onus impeditum corporis (*de Christo ut*: perist. 10, 603 *corpus* caducum [CARM. adv. Marc. 5, 197 PS. ORIG. hom. in Matth. 3, 1 p. 257, 28]). CANON. Turner I 2, 1 p. 335[b] humana membra.

2 -*ant res*: a prae se, secum -are: CIC. Arat. 127 prolabitur Argo . . . p. se -ans . . . puppim (*de nave ut*: LIV. 32, 16, 10 tormenta machinasque . . . s. -bant. 37, 11, 13 ignem p. se [*item* 37, 30, 3]. *cf. p. 52, 7*). PLIN. nat. 37, 168 *lapis* hormiscion . . . ⌊-ante s. . . . candidam lucem⌋ (*duo codd., fortasse ex* ISID. orig. 16, 14, 11; *om. cett., del. Mayhoff*). MART. 12, 33, 2 merum s. -at *Chia ficus, sc. odore*. b *alia*: CIC. Arat. 238 quattuor . . . orbes stelligeri -antes signa feruntur (*sim. orbes caelestes -ant signa*: 255 [*gr. 482* ἐν . . . οἱ . . . κεῖται]. 278). OV. met. 2, 388 -antes lumina currus *Solis*. fast. 3, 117 pertica suspensos . . . maniplos. LIV. 24, 34, 7 turres contabulatas machinamentaque . . . -bant (*naves in oppugnatione ut* 30, 10, 3. *cf. p. 51, 83*). 32, 17, 10 turrem . . . magnam vim armatorum . . . -antem. PERS. 5, 182 lucernae -antes violas (*i. violis ornatae*). PLIN. epist. 10, 61, 3 *flumen* tantum aquae, quantum nunc -at, effundet (*cf.* ITALA Ier. 2, 13 [Cypr. unit. eccl. 11. *al.*] lacus detritos, qui non possunt aquam -are [*gr.* συνέχειν, *Vulg.* continere]. ITALA [= VVLG.] IV Esdr. 4, 19 Weber *mare* fluctus suos. *de vasibus*: LIB. pontif. p. 53, 27 amas . . . -antes . . . medemnos *tot. al. ibid.*). FLOR. Verg. 2, 8 M. Caesaris vexilla, quae -at *Tarraco, sc. eius exercitum recipiens*. ARNOB. nat. 3, 16 p. 174, 23 M. *animalium* corporum formas . . . -are atque obtinere simulacra. LVCIF. moriend. 14 p. 315, 25 arbores fructus -antes mortis (*item in imag. vel parabola*: VVLG. Ezech. 17, 8 PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 3 p. 265, 27. *cf.* AVG. gen. ad litt. 9, 16 p. 289, 18 [*proprie*] ut . . . lignum . . . poma -ret aliena. ARATOR act. 2, 453 [*in imag.*] segetes -are decet *mentem humanam* [*antea*: fructum . . . ferat]). *al.*

B *praevalente notione sustinendi* (*certiora, ambigua v. sub A*): 1 -*ant animantes*: a *onera externa* (*fetum* OV.): α *respicitur facultas -andi, sustinendi* (*hic illic fere i. q. -are posse; cf. b et* MART. *sub 2*): OV. met. 10, 481 vix . . . uteri -bat onus *Myrrha fugiens*. SEN. contr. 7, 7, 9 tam exiguum auri . . ., ut unus senex -are posset. SEN. dial. 4, 12, 4 vix . . . humanis toleranda viribus onera -are. CVRT. 9, 10, 15 miles vix arma -bat (STAT. Theb. 9, 46). PLIN. nat. 19, 11 *plagarum tenuissimarum* uno -ante multitudinem, qua saltus cingeretur. IVV. 3, 252 Corbulo vix ferret . . . tot res . . ., quas recto vertice -at servulus (*nisi ad p. 46, 13sqq.*). β *quolibet respectu*: MANIL. 4, 144 ille *Taurus* suis Phoebi -at . . . cornibus orbem (VAL. FL. 7, 591 *Iasonem* nitentem cornibus [carminis *trad.*] . . . -at iners. *cf.* STAT. silv. 1, 1, 19 Martem non altius . . . Bistonius -at sonipes [*comparatur statua equestris*]. *aliter p. 46, 78sqq.*). PLIN. nat. 11, 107 (*de coitu insectorum*) marem -ante femina. MART. 5, 55, 1 (*de effigie aquilae*) quem -as . . .? 'Tonantem'. SVET. Aug. 24, 2 (*poena centurionum*) stare . . . ante praetorium . . . caespitem -antes. CYPR. patient. 12 *Christianis* subeundus carcer, -andae catenae (SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 110, 5 quas . . . cervicibus suis verat *captivus. cf. supra p. 51, 10*). AVG. civ. 18, 8 p. 264, 25 D. caelum -are *Atlantem*.

b *se ipsum vel partem corporis sui* (*an huc etiam p. 48, 73?*): CHIRON 24 (*inde* VEG. mulom. 1, 26, 4) singulos pedes cures, ut possit se -are *iumentum* (*item reflexive*: 674. 676. *mediopass.*: 134 posterioribus pedibus facilius -atur [*Veg. mulom. 1, 30* se sustentabit]. *structura contaminata*: 113 -ari se non facile potest). 988 caput suum non -at. AVG. civ. 13, 18 p. 580, 13 D. *robusta* membra . . . suae carnis leviora -at anima *quam languore macra* (*cf.* l. 16 ipse . . . ad suum corpus movendum atque -andum agilior est, cum *eqs.*). *indicatur quo tendat pars sustentata* (*sc. sublucente notione porrigendi, extendendi sim.*): VAL. CEM. hom. 20, 2 *superbum* tumenti aspectu . . . ad caelum collum -are.

2 -*ant res, sc. fere se non moventes* (*cf.* MART. *sub 1aβ; ceterum huc vergit et p. 51, 13*): SEN. nat. 6, 6, 1 terram subiecto . . . umore -ari (*infra*: unda sustinetur orbis. *cf.* DRAC. laud. dei 1, 155 [*ad gen. 1, 9*] *materies*, quam molles -ant ceu fundamenta liquores). STAT. Theb. 8, 317 (*Theudamas ad Terram*) tot . . . urbibus ac populis . . . sufficis, . . . Atlanta . . . vehis . . .: nos tantum -are negas? (*cf.* 9, 24 an istos vel sua -et humus? IREN. 5, 18, 1 *non* -asset illum *Christum* conditio, si *eqs.* [*sim. al. ibid.*]. PS. AVG. serm. ed. Mai 31, 1 totum . . ., quod terra -at, quod mare capit). silv. 1, 1, 59 *statuae* crepido, quae superingesti -ret culmina montis (*cf.* 4, 2, 29 Luna [*i. marmor*] . . . -andis . . . suffecta columnis. AMM. 16, 10, 14 elatos . . . vertices . . . principum imitamenta -antes. HIER. epist. 49, 7, 2 fundamentum, quod aedificium . . . -at. LIB. pontif. p. 108, 7). 3, 1, 181 (*loq. Hercules divus*) dum me . . . -bit machina caeli. MART. 14, 91, 1 taurorum -ant . . . corpora *dentes elephantorum* (*syn.* sustinuisse). ZENO 2, 72, 2 (2, 11, 2 L.) ligno, quo -atur *vitis*. AVG. civ. 22, 11 p. 585, 7 D. ut -entur in aere *aves pennarum levitate* (*cf.* conf. 13, 32, 47 volatus avium -at *corpulentia aeris*). GREG. M. in Ezech. 2, 1, 5 *v. p. 55, 19*. ORIG. in Matth. ser. 48 p. 99, 23 a lumine ipso -tum *corpus stellarum*.

II *incorporaliter* (*imag. v. sub I praeter p. 54, 28sqq. 55, 13. 25*): A -*antur ea, quae quis secum fert, in se habet* (*sc. neglecta fere notione ponderis; ad B vergit p. 53, 2*): 1 -*ant animantes* (*ecclesia p. 53, 4*): a *res*: α *varias*: (i) *non indicatur ubi*: PLAVT. Stich. 276 onustum pectus -o laetitia lubentiaque (*cf.* PS. AMBR. serm. 26, 4 gaudium. PS. AVG. serm. 250, 2 iram). SEN. epist. 56, 14 felicibus multa trahentibus, multa -antibus. APVL. apol. 18, 9 *Scipionis* filiae . . . ad maritos ierunt -antes gloriam domesticam, pecuniam publicam ([*nisi ad p. 50, 13*]. VVLG. Zach. 6, 13 [HIER. *ad l.* l. 194 id est coronam]). TERT. bapt. 1 qui . . . non exploratis rationibus traditionum temptabilem fidem per imperitiam -ant. IREN. 4, 14, 2 (4, 25, 2 H.) hominem -are eius *dei* spiritum (4, 20, 6 [= 4, 34, 6 H.]. LVCIF. non parc. 24 p. 262, 8 antichristi)· CYPR. unit. eccl. 7 (*allegoria tunicae indivisae, Ioh. 19, 23*) unitatem . . . -bat *Christus*. IVVENC. 2, 367 ieiunia tristia -ant. OP-

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TAT. 2, 24 p. 61, 7 ereptae -ant funera dignitatis (*antea*: honores ... occisi sunt). VVLG. lev. 5, 1 nisi indicaverit *quod vidit*, -bit iniquitatem suam (17, 16. 19, 8. *al.*; *cf.* lev. 20, 20 peccatum [*al.*]). AVG. bapt. 4, 9, 13 p. 237, 27 adhuc carnis mortalitatem -at *ecclesia*. *al.* (ii) *indicatur ubi*: secum -are: CIC. parad. 8 omnia mecum -o mea (*item* VAL. MAX. 7, 2 ext. 3 bona). LIV. 1, 34, 10 has spes cogitationesque s. -antes urbem ingressi sunt *Lucumon et Tanaquil*. STAT. Theb. 11, 508 dolorem. AMBR. paenit. 1, 14, 75 *fornicationem*. HIER. epist. 22, 8, 2 nobiscum -amus inimicum, *i. voluptatem*. in *cum abl.*: SALL. Catil. 58, 8 (*verba Catilinae*) memineritis vos divitias, decus, gloriam, praeterea libertatem atque patriam in dextris vostris -are. ITALA prov. 16, 27 (Cypr. epist. 59, 20) perversus in suo ore -at perditionem ([*gr. 16, 26* φορεῖ, *Vulg. aliter*]. *cf.* AMM. 18, 3, 7 vitae potestatem et necis in acie linguae [*item* 29, 1, 19]. AVG. in psalm. 139, 5 l. 10 in labiis bona). IREN. 5, 3, 3 vitam ... in membris. HIER. epist. 52, 13, 2 in corde. *al.* *de computando digitis*: AVG. serm. 270, 7 *addendo numeros ab uno incipiens* pervenis ... ad decem et septem -ans in digitis centum quinquaginta tres (*cf. vol. V 1, 1125, 26*).

β *aetatem sim.*: APVL. met. 5, 31, 4 (*Ceres et Iuno ad Venerem*) an, quod aetatem -at (-as *v. d. Vliet*) bellule, puer tibi semper videtur *Amor*? AVG. serm. coll. Morin p. 479, 5 *Christus* -vit infantiam, transgressus est pueritiam *eqs.* CIL XIII 1503 (*a. 530*) -at annus XXXV (*item indicatur aetas mortuorum*: 1508. 3510. 7645. INSCR. Gall. Wuilleumier 290, 10 [*a. 549 vel 554*] duxerat quater denus decimam aetatem, XXXX -vit in pace. INSCR. christ. Gall. I 206. *cf.* ferre *vol. VI 1, 556, 18 sqq. 559, 69 sqq.*).

γ nomen *sim.* (*cf.* ARNOB. *sub 2a*): ITALA act. 9, 15 (cod. e *al.* = VVLG.) vas electionis est hic *Paulus* mihi, ut -et n. meum coram gentibus *eqs.* (*gr.* βαστάσαι, *cod. h* ferat, *Ambr. Ioseph 11, 60* ad sufferendum. *explicat* GAVDENT. serm. 20, 8 G. fidei myrum doctrina sua -at in populo. *praedicationem intellegere videtur* [*ut spectet ad p. 49, 33 sqq.*] IREN. 3, 15, 1 in quas praediximus gentes). IREN. 5, 30, 3. PS. CYPR. mont. 4 n. in se (ipse *codd. vet.*) -are Adam. PS. HIL. libell. 19 p. 91, 20 virginitatis. ALC. AVIT. carm. 6, 170 tori ... n. inane (DRAC. laud. dei 2, 637 coniugii). ORIG. in Matth. 16, 27 p. 567, 13 fidei (*gr.* φορέσαντας). *cf.* ARATOR act. 1, 1014 *nominis* aeterna vocabula -at *Petrus*.

δ *imaginem, figuram, personam sim.* (*cf. b et 2b*): TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 7 cur ... non etiam dei phantasma (*sc. non deum verum*) -verit *Christus*? ITALA I Cor. 15, 49 (Tert. adv. Marc. 5, 10 p. 608, 11. *al.* = VVLG.) sicut -vimus imaginem terreni *hominis*, -emus et imaginem caelestis ([*gr.* ἐφορέσαμεν ... φορέσωμεν, *Aug. civ. 13, 23 p. 591, 2 D.* induimus]. *inde* TERT. resurr. 49 p. 6, 6 Adae. p. 6, 11 Christi. PS. HIL. libell. 5 p. 75, 24 dei [ZENO 2, 19 = 1, 27, 2 L. *al.*]. *et saepe*). CYPR. domin. orat. 5 Anna ... ecclesiae typum -ans (epist. 63, 4 Christi. 69, 4. *et saepe. cf.* ITALA [= VVLG.] IV Esdr. 8, 6 Weber locum hominis [*interpres* τόπον *pro* τύπον *legisse videtur*]). Fort. 8 *Amalech* figuram -bat diaboli (patient. 10 Christi. PS. CYPR. mont. 3. *et saepe*). OPTAT. 7, 7 p. 181, 4 non ... potest quis in una causa ... duas -are personas (SIDON. epist. 4, 14, 1 publicam. ENNOD. epist. 8, 35, 2 p. 222, 19 secum rei p. -vit et iudicis).

b *animantes, sc. in se* (*cf. et aδ; quae pertinent ad incarnationem Christi v. p. 51, 68 sqq.*): LVCAN. 9, 70 (*Cornelia ad se ipsam*) non toto in pectore -as ... Pompeium? ITALA I Cor. 6, 20 (cod. f *al.* = VVLG.) glorificate ⌊et -ate⌋ deum in corpore vestro (*om. cod. d al. et gr., cf. Wordsworth-White ad l.; explicant*: CYPR. hab. virg. 2 -emus d. puro et mundo corpore et observatione meliore. AMBROSIAST. *ad l.* hoc est imaginem dei in rebus bene gestis ostendere. *al.; cf.* HIER. epist. 39, 4, 8 oleo unctionis accepto illum *Christum* -amus in nobis [65, 1, 3. *al., v. etiam* IREN. *infra*]). IREN. 3, 16, 1 salvatorem, qui Christum -bat ([*antea*: receptaculum Christi]. *cf.* 3, 16, 3 [3, 17, 2 H.] -ante homine et capiente et complectente filium dei). CYPR. epist. 69, 5 quando dominus corpus suum panem vocat de ... granorum adunatione congestum, populum nostrum, quem -bat, indicat adunatum. LVCIF. Athan. 2, 31 p. 203, 27 illum veterem *hominem* (*antea*: induisse). ENNOD. dict. 4, 2 p. 463, 13 diu militem infabricato -vit *Moses* ingenio, officium ducis iussus arripere. ORIG. in Matth. ser. 102 p. 223, 14 *Christus virum iustum* in corpore suo.

2 *-ant res*: a *varia*: TER. Haut. 625 nescio quid peccati -at haec purgatio. ITALA II par. 2, 6 (Complut.) caelum et caelum caeli non -ant maiestatem dei (*Vulg.* capere ... non queunt). ARNOB. nat. 2, 2 quae *res* aliquod nomen substantiamque -ret (*cf.* CASSIOD. inst. 1, 5, 5 *liber Sapientiae* usurpationem nominis). ZENO 1, 2, 2 (1, 36, 5 L.) *spes futura* semper secum suis in virtutibus -at. IVL. VICT. rhet. 4, 3 p. 389, 2 ut accidentiam rei dispiciamus, an iusta, an bona ...; non tamen semper omnia, sed utique quae materia -verit (*cf. p. 386, 37* quae ... negotium subministraverit). ENNOD. carm. 2, 2, 7 (*de Parcarum telis*) pendula lassantur quae plebem stamina -ant, fortia contingunt licia nobilibus. b *imaginem sim.* (*cf. 1aδ*): CYPR. hab. virg. 23 *hominis caelestis* imaginem virginitas -at *eqs.* (ZENO 2, 46 [1, 57 L.] sacramenti dominici i. *dies paschae* [2, 48 = 1, 58 L.]. *sim. al.*). PS. CYPR. mont. 11 *Sina et Sion* duorum testamentorum -are figuram. *al.*

B *pro obi. sunt onera pondere praedita* (*huc vergit* VVLG. *l. 2; -ant animantes vel res ad eos pertinentes*, terra *p. 54, 27*, radix *in imag. p. 55, 13*): 1 *sustinendo, tolerando -at quis mala, gravia vel difficilia, quae sibi ipsi accidunt*: a *-antur res*: α *accedit acc.*: HOR. sat. 1, 6, 99 nollem onus ... -are molestum ([*i. parentes nobiles*]. AMBR. paenit. 1, 7, 30 *Christum deserens* o. grave collo inponit suo, quod -are non queat [*sec. Matth. 23, 4* inportabilia]. GREG. M. dial. 2, 32 p. 124, 19 M. VITA Caes. Arel. 1, 14 iumento Christi impositum o. [*i. episcopatus*] -atur). SEN. epist. 78, 17 nos ad hoc fortes sumus, ut levia -emus? (*antea*: tuleris *et* ferunt ... tormentum). QVINT. decl. 298 p. 178, 19 (*increpatur parasitus*) caedentis manus oscularis et ferrum (*i. stimulum sicut iumentum*) -as. TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 515, 3 importabilia *sc. praecepta legis*. ITALA thren. 3, 27 (Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 19 *al., sim.* VVLG.) grave -vit iugum a iuventute ([*gr.* ἄρῃ, *Ambr. ibid. serm. 2, 3* tollit. *explicat* AMBR. obit. Valent. 9, *ubi syn.* toleravit]. IREN. 4, 4, 1 = 4, 5 H. servitutis. ARATOR act. 1, 345. ISID. Goth. 16 chron. II p. 274, 7 tributi). Ezech. 16, 54 (Hier. *ad l.*) tormentum tuum ([*gr.* κομίσῃ, VVLG. ignominiam]. VITAE patr. 5, 4, 17 [*antea*: ferre; *3, 7* sustinere; *gr. Cotelier p. 442* ὑπενεγκεῖν]). 34, 29 (Aug. serm. 47, 28; *sim.* VVLG.) maledictum gentium ([*gr.* ἐνέγκωσιν]. *cf.* 36, 6 [Tycon. reg. 4 p. 36, 4] obprobrium [*gr.* ἐνέγκαι, *Vulg.* sustinueritis]. IREN. 3, 23, 4 = 3, 34 H. maledictionem. *sim. al.*). Matth. 20, 12 (cod. b *al.* = VVLG.) pondus diei (*gr.* βαστάσασι). Luc. 14, 27 (codd. a, r[1]) crucem suam *sequendo Christum* (*gr.* βαστάζει, *aliae vers.* baiulat, tulerit, tollit [*quod codd. omnes praebent locis geminis Matth. 16, 24 Marc. 8, 34*]. *inde* LACT. inst. 4, 19, 11 -andam patiendamque. ZENO 2, 27, 3 [2, 11, 6 L.]. HIER. epist. 3, 4, 1. *al.*). *al.* IREN. 4, 38, 1 (4, 62 H.) magnitudinem gloriae *dei* (*gr.* βαστάζειν). LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2 ignis ... tam intolerabilis erat, quem nemo -are posset. PS. PHILO antiq. 11, 14 (*ad exod. 19, 19*) -vit terra vocem dei cum tremore (EVSEB. EMES. serm. 18, 20). HIER. in Matth. 5, 3 *paupertatem*. *al.* *per imaginem aedificiorum sim. -antur, sustinentur structurae variae*: VVLG. Iob 9, 13 qui -ant orbem (*i. principes, cf.* GREG. M. moral. 9, 25 *ad l.*: orbem -ant, qui curas praesentis saeculi tolerant. *ibid.* quo ... subiectorum suorum onera tolerat [*sc.* βασιλεὺς *i.* βάσις λαοῦ], eo quasi superpositam columnam basis -at). AVG. in psalm. 86, 3 l. 54 ('fundamenta eius in montibus sanctis') ipse ... angularis lapis, montes ... apostoli ... -antes fabricam civitatis. β *pro obi. substituuntur alia*: ITALA II Macc. 4, 35 (rec. P) aegre -bant super eiusdem viri caede iniquissima (*gr.* ἐδυσφόρουν ἐπί, *rec. L* moleste ferebant necem, *Vulg.* m. f. de n.). ROMVL. fab. 35, 6 rec. vet. -emus (feramus *sec. rec. gall. coni. Thiele*), si quid mali acciderit (*enunt. secund. ut*: ENNOD. carm. 2, 107, 6 aegre -ans quicquid ordo flagitat serenior). EPIPHAN. in euang. 39 p. 91, 16 non solum ... infirmitatem sustinuit *Lazarus*, sed etiam ulcera illius linguentibus canibus patienter -vit. CASSIOD. hist. 7, 11, 1 spiritalia audire verba non -ant (*Theodoret. 4, 11, 6* ἐπακοῦσαι ... οὐ φέρουσι). γ *absolute* (*omisimus exempla, ubi obi. facilius suppletur e contextu, ut e. g.* TERT. monog. 14, 7): EVSEB. EMES. serm. 18, 37 suspectus ... Iacob est, quia mortuus est Ioseph ...; nuntiaverunt enim fratres, testabatur et tunica. quis -ret, quis sustineret ...? GREG. M. epist. 5, 6 p. 286, 19 mores ... meos bene habes cognitos, quia diu -o; sed si semel deliberavero non -are, contra omnia pericula laetus vado.

b *-antur homines, sc. molesti, difficiles sim.*: ITALA gen. 49, 3 (Ambr. patr. 2, 7) Ruben primitivus meus ..., durus -ari (*Vulg. aliter. active* -are AMBR. *in explicatione, referens ad Iudaeos nescientes* iugum Christi ... -are. Hier. quaest. Hebr. in gen. p. 66, 30 maior ad -andum [*active, v. explicationem ibid.*]). Sirach 22, 18 (Ps. Aug. spec. 88 = VVLG.) massam ferri facilius est -are quam hominem inprudentem (*gr.* ὑπενεγκεῖν). apoc. 2, 2 (Victorin. Poetov. *ad l.*) non potes -are malos ([*gr.* βαστάσαι, *Vulg.* sustinere]. GREG. M. dial. 2, 3 p. 83, 8 M. aequanimiter). AVG. catech. rud. 17, 2 ad tempus eos *Christianos reprobos* -at ecclesia (*syn.* sustinet). civ. 1, 35 p. 51, 15 D. infensos. in psalm. 63, 16 l. 45 -bas in cruce insultantes. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 12 patientia ... et ipsum amat, quem -at (*antea*: pertulit, *postea*: tolerare). *al.* *gerundiv. pro adi. fere i. q. gravis*: SIDON. epist. 8, 11, 4 *rhetor quidam* difficilis aditu; cum facilis inspectu, et -andus quidem, sed portabilis.

2 *adiuvando, sublevando vel tollendo, auferendo subit quis onera aliena* (*sc. sec. religionem Iudaeorum, cf.* VVLG. lev. 16, 22 cum ... -verit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam): a *usu sollemni*: α *-antur res*: (i) peccata: ITALA exod. 28, 38 (Facund. defens. 12, 5, 7) -bit Aaron p. eorum (VVLG. iniquitates; *gr.* ἐξαρεῖ, *Lugd. 28, 34* extollit, *Aug. quaest. hept. 2, 120 p. 170, 15* auferet). Is. 53, 4 *v. l. 80*. 53, 11 (Aug. civ. 18, 29. *al., sim.* VVLG.) p. eorum ipse -bit *servus dei* (*gr.* ἀνοίσει, *Tert. adv. Marc. 4, 10* auferet, *Aug. pecc. mer. 1, 27, 54* sustinebit). I Petr. 2, 24 (Hier. in Is. 53, 12. *al., gr.* (ἀν)ήνεγκεν, *Vulg.* pertulit). CYPR. epist. 11, 5. 63, 13 (*v. p. 55, 15*). *et al.* HIL. in Matth. 33, 6 *Christus in cruce* dolens non omnium se p. -are. HIER. psalt. sec. Hebr. 25, 18 -a omnia p. mea (*Veron. al. et Vulg.* dimitte). *al.* (ii) languores: ITALA Is. 53, 4 (Tert. adv. Marc. 3, 17. *al.*) imbecillitates nostras abstulit et l. -vit (*sec. vers. gr. quae affertur Matth. 8, 17* ἔλαβε καὶ ... ἐβάστασεν. *aliter LXX*: φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, *unde* ITALA [Clem. ad Cor. 16, 4 Cypr. testim. 2, 13. *al.*] peccata nostra -at et propter nos dolet. VVLG. languores ... tulit et dolores -vit). *explicant*: TERT. adv. Marc. 4, 8 p. 438, 23 -are ... Graeci etiam pro eo solent ponere, quod est tollere. RVFIN. Basil. reg. 177 tollere et curare. *ibid.* exportare et auferre. (iii) onera: ITALA Gal. 6, 2 (Tert. adv. Marc. 5, 4 p. 583, 19; *sim.* cod. f *al. et* VVLG.) invicem o.

[Kruse]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vestra -ate (*gr.* βαστάζετε, *Tert. ibid. p. 583, 15* sustinete). *explicant*: HIER. *ad l.* si quis infirmus in fide est . . ., vos . . . eius o. -ate . . .; -at quoque fratris necessitatem, qui . . . pauperem . . . adiuvat. RVFIN. Basil. reg. 178 *o. peccati* a nobis invicem auferimus et -amus, id est exportamus . . .; -are autem pro auferre et exportare consuetudo est etiam ritu provincialium dici. Ⓜ *variae*: ITALA exod. 28, 29 (Facund. defens. 12, 5, 6) -bit Aaron iudicia filiorum Israel (*aliter* VVLG.). VVLG. num. 18, 1 -bitis iniquitatem sanctuarii et . . . sustinebitis peccata sacerdotii. CARM. adv. Marc. 3, 50' *Moses* populi . . . labores. ENNOD. opusc. 3, 37 p. 340, 5 *Epiphani* corporea soliditas et virtus animae imbecillitatem meam -vit sine fastidio. *al.*

β *-antur homines*, (*fere infirmi, deficientes; pro obi. accedit* invicem DIDASC.): ITALA Rom. 11, 18 (cod. f *al.* = VVLG.) non tu radicem -as, sed radix te (*gr.* βαστάζεις). CYPR. domin. orat. 8 in uno omnes ipse -vit *deus* (*nisi ad p. 53, 63, sed cf.* epist. 63, 13 nos o. -bat Christus, qui et peccata nostra -bat. VVLG. Is. 63, 9 -vit eos et levavit eos). DIDASC. apost. 2, 33 -ate . . . sicuti servi et filii dei invicem (*gr. Const. apost. 1, 3, 1* βαστάζετε . . . ἀλλήλους. *respic.* Gal. 6, 2 [*v. p. 54, 83*] *ut*: GREG. M. Ezech. 2, 1, 5 in aedificio . . . lapis lapidem -at . . . et qui -at alterum -atur ab altero; . . . sic in sancta ecclesia unusquisque et -at alterum et -atur ab altero [*nisi ad 1b; seq.* tolerant]). VVLG. Is. 46, 4 (*quae praecedunt v. p. 51, 50sq.*) usque ad senectam . . . ego -bo vos (*inde* AVG. conf. 4, 16, 31 protege nos et -a nos *eqs.*). AVG. in psalm. 85, 7 l. 13. REGVLA mag. 14, 8 (*formula paenitentiae; loq. monachus ad abbatem*) -a humeris tuis me perditam ovem (*sec. Luc. 15, 5* imponit humeris). BENED. reg. 36, 5 patienter -andi sunt *fratres infirmi*.

b *usu deflexo vergit in notionem suffragandi, probandi*: CONC.[S] I 3 Rustic. p. 104, 14 vestram rogavimus synodum . . . nostram -antes perseverantiam circa orthodoxam fidem . . . definire . . . quod placuerit (*gr. I 1, 3 p. 20, 28* ἀποδεχομένους, *vers. Tur.* probantes). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 191, 15 domnum Alexandrum . . . et ferimus et -amus et ei importunitatem . . . inferri . . . non sinimus.

*indiculus grammaticus*:

1 *indicatur quo aliquid -etur*: a *per praepos.*: ad: LIV. ANDR. carm. frg. 26, 2 CIC. Font. 19. *et saepius.* in: TRAG. inc. 252 SISENNA hist. 16. *et passim.* sub: VERG. Aen. 6, 211 tecta. SIL. 15, 372 umbras (16, 541). b *per casus*: *acc.*: TER. Ad. 230 Cyprum (*cf.* SALL. Catil. 24, 2 Faesulas. *sim. al.*). CATVLL. 64, 135 domum (*al.*). SIL. 16, 160 Libyam. *dat.* (*certiora*): EPICED. Drusi 125 tumulo . . . et igni (SIL. 13, 462). VAL. FL. 5, 10 arae. NEMES. cyn. 148 cubili. SVLP. SEV. dial. 3, 17, 2 orienti. CASSIOD. hist. 5, 3, 10 exilio (7, 22, 6).

2 *structurae*: a *obi. e contextu supplendo saepius inde a* CIC. Verr. II 3, 191 Font. 19; *audaciora, quae vergunt in usum absolutum*: CIC. Verr. II 3, 190 (*gerund. ut p. 54, 53 et* ISID. orig. 15, 15, 3). VARRO ling. 5, 141 (*pass. impers.*, *cf.* rust. 1, 16, 1). 5, 142 GALLICAN. Avid. 5, 3; *adde l. 64. p. 47, 51. 54, 43sqq.* b *pro acc. obiecti loco substituuntur*: *enunt. secund. p. 47, 65. 50, 63. 54, 38sq.*; *inf. p. 54, 42sq.*; *abl. abs. p. 54, 41*; *locut. praepos. p. 46, 77. 54, 36.* ? c *intrans.*: *fortasse p. 49, 65.* d *struct. reflexiva*: *p. 48, 68sqq. 52, 42* (*aliter p. 51, 17*). invicem *pro reflex. supra l. 17.* *mediopass.*: *p. 48, 76. 52, 44; an etiam p. 46, 57. 49, 18?*

3 *iuncturae sollemnes*: a prae se -are: LVCIL. 166 POMPON. Atell. 9[a] VARRO. Men. 262 CIC. Arat. 127 VERG. Aen. 11, 544 LIV. 37, 11, 13. 37, 30, 3 SIL. 12, 308 EPIT. Alex. 45. b secum *-are*: CIC. *ter.* CAES. *ter.* VARRO *bis.* SALL. Iug. 39, 4. NEP. *bis.* VERG. Aen. 4, 598. *et saepius, v. maxime quae collegimus supra p. 46, 9. 48, 15. 50, 61. 51, 5. 29. 81. 53, 5.*

4 *part. praes.* -ans *pro subst. (maxime de baiulo sim.) non invenimus nisi accedentibus structuris verbal.*: LIV. 44, 9, 11 ubi deversari -antes commeatus possent (*cum obi. ut e. g.* CVRT. 3, 13, 7 onera. ITALA deut. 29, 11 aquam [*gr.* ὑδροφόρον, *Vulg.* qui conportant aquas]. *al.*; *obi. subintellegendo*: LEX Sal. Merov. 28, 3 dans, accipiens et -ans, *sc. pretium necandi*, . . . iudicentur). ITALA II par. 2, 2 (Complut.) *tot* milia virorum dorso -antium (*gr. 2, 1* νωτοφόρων *add. A*[3], VVLG. -antium umeris). *gerundiv. pro adi.*: *p. 54, 62 et fortasse p. 10, 19.*

*deriv.*: portabilis, portatio, portator (-trix), portatorius, portatus (-us); *cf.* 2. portica, portitor.

*compos.*: ap-, as-, circum-, com-, de-, ex-, im-, per-, prae-, re-, sup-, transporto; dis-, introportat; domiporta.

? **portor** *fere haplologice pro* portitor *v. p. 57, 8.*

***portōrium**, -i *n.* *a* portitor *pro* *portitorium (*vox p. 43, 54 allata non usu continuata, sed denuo formata videtur esse*). *scribitur*: -urium COD. Theod. 7, 20, 9 (*cod. R*). NOT. Tir. 91, 29. *de formis*: LEX Anton. de Term. (CIL I[2] 589) 2, 31 -ieis (*dat. ut* 2, 33). 2, 34 -ri (CIL III 4015 INSCR. Dessau 9019. Studii Clasice 6, 1964, 334 l. 69). *notatur* p. *in iunctura* p(ublicum) p(ortorii) CIL III 7153 *et passim, v. sub 1b.* NOT. Tir. 91, 29. *legitur inde a* PLAVTO, CAECIL., LVCIL., CIC. [*cf. derivatum a sermone docto non alienum sard. centr. vet.* portorariu. *cf. Wagner II 298. St.*] [*variat cum* portitorium LVCIL. 723 LIV. 2, 9, 6, portus CIC. inv. 1, 47. *lectione et explicatione dubia* CIL V 8139, 17 (*post lacunam*) illis por., *sed* illi spor *distinguitur* INSCR. Ital. X 1, 85, *ut* sportulae *intellegantur. trad. in lacuna* FEST. p. 237.]

*significatur id quod portitoribus dandum est, sc. genus vectigalis, quod mercibus terra marique importandis exportandis imponitur* (*v. e. g. infra l. 12. 14. 16 sq. 66*), *vel quod per pontes, vias, angustias commeanti solvendum erat* (*v. e. g. l. 21. 46*); *minus probabiliter ad vectigal rerum venalium referuntur* CIC. *l. 35 nec non* LIV. *l. 25* (*sim. etiam p. 43, 59*). *ad notionem cf.* NON. p. 37, 15 -um dicitur merces, quae portitoribus datur (*affert* LVCIL. 723). GLOSS. τέλος ἐν λιμένι (*sim. al.*; *cf. et p. 43, 56*). τέλος. *dubium an huc spectet* GLOSS. II 273, 49 διαπύλιον: -um (*sc. notione sec.* porta *novata; an potius legendum* portarium *coll. p. 10, 10?*). *ad rem v. Vittinghoff, RE XXII 346sqq., de differentiis inter -um, vectigal, publicum, portus egit De Laet, Portorium, 1949, 18sq.*

**b** *pertinet ad derivationem, gradationem* (prima -o: QVINT. inst. 1, 5, 65 SCAVR. gramm. VII 20, 16 DON. Ter. Ad. 584 gramm. IV 373, 13. *et passim; cf. αβ*): QVINT. inst. 1, 5, 65 simplices voces prima -e, id est natura sua, constant (*opp.* compositae. *cf.* SERV. Aen. 3, 416 est . . . -o 'salio' . . ., in compositione 'dissilio'). 1, 6, 15 quid . . . quae tota -is eiusdem in diversos flexus eunt, cum 'Alba' faciat 'Albanos' et 'Albensis', 'volo' 'volui' et 'volavi'? SCAVR. gramm. VII 20, 16 peccant qui 'paulum' . . . per unum l scribunt, cum alioqui prima -o eius duplici hac littera enuntietur, ut 'pullum'. CAPER gramm. VII 96, 7 'mas' erit in -e, in *diminutione* 'masculus' (*item opp.*: PROB. inst. gramm. IV 73, 34 POMP. gramm. V 144, 4. CONSENT. gramm. V 346, 27 plerumque diminutiva nomina genus quod in prima -e, id est in absoluto gradu, obtinent, in d. non servant [*syn.* positivo gradu]. *cf.* DON. Ter. Ad. 584 multa diminutiva diversa sunt a genere nominum primae -is. *sim. al., e. g. l. 30*). PROB. inst. gramm. IV 56, 35 positivus sive absolutus gradus est ipsa -o, ut puta 'fortis' (*item respicitur gradatio*: 58, 29. 59, 4 ex . . . -e formae [61, 25. *al.*]. SERV. Aen. 3, 671 cui, *sc. 'potissimus'*, si detraxeris 'simus', invenies nominis -em). 73, 34sqq. ordines nominum sunt tres: -o, derivatio, deminutio; -o nominum est ipsa origo, ut puta 'mons' . . .; derivatio nominum est, quae ex ipsa -e nominum concipitur, *e. g. 'montanus'* (*sim. opp.*: 181, 26 'portitor' et 'cantor' suae -is nomina, non a verbis venientia. DON. gramm. IV 373, 13 alia *nomina* sunt primae -is, . . . alia derivativa, . . . alia deminutiva. CHAR. gramm. p. 233, 3 B. [*ex Cominiano*] adverbia aut suae sunt -is aut ab aliis transeunt [*item* DOSITH. gramm. VII 408, 22. *al.; cf.* PRISC. gramm. III 474, 31 quaedam . . . adverbia sunt *πρωτότυπα*, id est primitiva vel primae -is, quaedam derivativa]. *al.*). CHAR. gramm. p. 330, 9 B. 'albesco' . . . ⟨non habet⟩ 'albeo', licet primam -em eius figuravit Vergilius, cum ait . . . 'albent' (*Aen. 12, 36*). *al.*

2 *quaelibet*: **a** *de variis formis flexionis*: QVINT. inst. 1, 4, 24 *nomina*, quae feminina -e mares aut neutrali feminas significant, qualia sunt 'Murena' et 'Glycerium' (*item respicitur genus*: PRISC. gramm. III 147, 6 genera . . . congruam habuerunt -em *in pronominibus primae et secundae personae*). PROB. inst. gramm. IV 120, 17 sunt nomina -e singularia, intellectu pluralia, ut puta 'populus, plebs, contio'; . . . sunt nomina -e pluralia, intellectu singularia, ut puta 'Baiae' (*sim.* DON. gramm. IV 376, 32 [*cf. Explan. in Don. gramm. IV 492, 30* pronuntiatione]. CLEDON. gramm. V 11, 5 si -em habeat singularem, intellectum pluralem. *al.*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 225, 2 in verbis . . . attendendae sunt -es et tempora et syllabae novissimae. 225, 6 *coniugationes* secundis -bus discrepant; nam secunda -o primae et secundae coniugationis longa ut sit necesse est, ut 'cantas clamas' *eqs.* CHAR. gramm. p. 346, 11 B. (= DIOM. gramm. I 402, 4) in -e passiva. CONSENT. gramm. V 350, 17 casus est . . . nominis quaedam -o (*ibid.* l. 18 nomen varietatem -is sexies experitur). *al.* **b** *de formatione singularum vocum vel generis verborum* (*cf. et infra p. 89, 29*): PRISC. gramm. II 172, 11 speciales -es singularum *partium orationis inepte a generalibus quibusdam derivandae*. III 144, 15 diversae sunt pronominis -es in tertia persona. 146, 10 inventae sunt . . . adiectivae -es, ut consequentia nominibus . . . compleantur, ut equo 'albus' . . . adicitur. FRG. Bob. gramm. VII 540, 3 omnia verba peregrina, *velut 'cochlis'*, *'Dryás'*, secundum suam -em, quomodo lecta sunt, ita enuntiari debere.

**B** *respicitur prosodia*: **1** *doctrinae grammaticorum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 29, 19sqq. syllabae aut natura longae sunt aut -e fiunt: . . . -e, cum correpta vocalis sequentes habet duas consonantes; . . . -e longae fiunt his modis: si correpta vocalis desinat in unam consonantem et excipiatur ab altera consonanti *eqs.* (*sim.* 197, 6sqq. FORTVN. gramm. VI 279, 26sq. DON. gramm. IV 368, 22sqq. *al.*). 35, 12 *ut brevis syllaba* longa efficeretur . . . -o, id est duarum consonantium copulatio . . . inducta est. 2 *cetera exempla* (*pauca selecta*): QVINT. inst. 1, 5, 28 'volucres' media acuta legam, quia, etsi natura brevis, tamen -e longa est. 9, 4, 86 duae natura breves *syllabae vocis 'agrestis'* -e sunt temporum quattuor. VEL. gramm. VII 48, 24 syllaba longa est -e. DIOM. gramm. I 431, 16 si -e longa fuerit *syllaba*, acutum . . . tenorem habebit, ut 'ars, pars' . . .; sin autem longa natura fuerit, flectetur ut 'lux, spes' *eqs.* SERV. Aen. 1, 384 'peragro': 'per' habet accentum; nam 'a' longa quidem est, sed non solida -e; muta enim et liquida quotiens ponuntur metrum iuvant, non accentum. 9, 759 producitur -e *syllaba*. EXPLAN. in Don. gramm. IV 528, 29 accentus proprie qualitas syllabarum est, hoc est indicium temporis syllabarum naturam -emque significans. POMP. gramm. V 128, 18 -o in accentibus non conputatur in monosyllabis. *et passim.*

**C** *respicitur pars pedis metrici, sc. aut posterior aut ea, quae voce remissa vel correpta profertur* (*sed doctrina graeca respiciens pedem cantantis depositum subest adhuc* MAR. VICTORIN. *p. 89, 2; v. et vol. II 677, 43sqq.*): **1** *doctrinae grammaticorum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 40, 11sqq. de arsi ac thesi, id est de alterna syllabarum

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sublatione ac -e, quibus pedes in metris nituntur atque formantur, dicere; . . . (40, 16) est enim arsis sublatio pedis sine sono, thesis -o pedis cum sono (*sim. respiciuntur pedes positi* EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 2); item arsis elatio temporis, soni, vocis; thesis depositio et quaedam contractio syllabarum. AVG. mus. 2, 10, 18 in plaudendo . . . quia levatur et ponitur manus, partem pedis sibi levatio vindicat, partem -o *eqs.* ISID. orig. 1, 17, 21 arsis et thesis, id est elevatio et -o vocis. 2 *cetera exempla*: QVINT. inst. 9, 4, 48 tempus . . . sonu metitur, ut a sublatione ad -em idem spatii sit. 9, 4, 55 rhythmi . . . qua coeperunt sublatione ac -e, ad finem usque decurrunt. MAR. VICTORIN. gramm. VI 113, 10 *pedes et rhythmi* qui alterna syllabarum sublatione et -e continentur. 129, 18 spondeum et pariambum, qui parem habent sublationi -em (*cf.* DIOM. gramm. I 480, 7 quotiens sublatio pedis temporibus -i par est). DIOM. gramm. I 474, 2 metrum est conpositio pedum ordine statuto decurrens modum -is sublationisque conservans. 475, 1 *pes* incipit a sublatione, finitur -e. MART. CAP. 9, 981 et -em brevem et elationem brevem retinet *proceleusmaticus*. *al.*

**D** *respicitur usus singularum vocum vel litterarum* (*cf. p. 86, 48 sqq.; aliter, cum respectu ordinis,* QVINT. *sub E1*): QVINT. inst. 8, 6, 23 *μετονυμία*, quae est nominis pro nomine -o. DON. gramm. IV 397, 1 antithesis est litterae pro littera -o, ut 'olli' pro 'illi'. PS. IVL. RVF. schem. lex. 15 p. 51, 23 *παρονομασία* est secundum praedictum verbum -o alterius. AVG. quaest. hept. 4, 49 non absurda est huius verbi (*sc.* differre *num. 22, 22*) etiam sub ista significatione -o (*antea*: positum est . . . hoc verbum et in comoedia). SIDON. epist. 9, 7, 2 cui *oratori* . . . assistat dispositio per causas, -o per litteras, compositio per syllabas, . . . opportunitas in exemplis *eqs.* PRISC. gramm. III 116, 26 agere et pati substantiae est proprium, in qua est -o n o m i n u m, ex quibus proprietas verbi, id est actio et passio nascitur ([*nisi ad A2b pertinet, ut fortasse etiam alii ex sequentibus loci*]. 117, 24 n. -es cum fiunt. 145, 16 n. -o inventa est ad significationem qualitatum *eqs.* 150, 4 eorum *n.* -em, id est nominationem. *al. apud eundem. cf.* 145, 20 *aliter ac in pronominibus* innumerabilis in eis, id est nominibus, -o fiebat. 152, 15 propriam -em, quae significatur nomine proprio, attribuere voci communi. *sim. al.*). 119, 18 ipsius . . . -o nominationis, qua 'participium' nominatum est (*cf.* 121, 3 adverbium . . ., quod verbi est vi adiectivum, -o, id est nominatio, . . . eius ostendit). CASSIOD. inst. 2, 1, 1 de quarum *litterarum* -bus (formulis *codd. interpol.*) atque virtutibus . . . Priscianus (*gramm. II 6, 6 sqq.*) suptiliter tractavit. in psalm. 34, 16 ('deriserunt derisu') quod argumentum dicitur notatio, cum ex verbi -e elicitur similitudo sermonis (*cf.* 105, 14 ['concupierunt concupiscentibus'] ostendit . . . nimietatem desiderii -o geminata verborum).

**E** *vario respectu*: 1 *in ordine quodam, serie sim.* (*cf. IB2*): QVINT. inst. 1, 5, 51 est . . . soloecismus . . . sequentium ac priorum inter se inconveniens -o. PRISC. gramm. III 116, 1 *restat tractare* de ordinatione partium orationis, quamvis quidam *suspicantur* . . . fortuitas esse ordinationum -es (*postea*: primo loco nomen, secundo verbum posuerunt *artium scriptores. item in schemate generum verborum*: 117, 8 quare post nominis -em non . . . ponimus . . . pronomen. 119, 22 praepositarum partium . . . priorem -em). PS. ASPER gramm. V 551, 37 adverbio accidit significatio, -o, figura, qualitas, quantitas . . .; (552, 20) -o accidit adverbiis, cum quaedam praepositiva sunt, ut 'qualiter', quaedam subiunctiva, ut 'taliter' (*de eadem re in tractatione pronominis p. 551, 1* ordo). 2 *cetera exempla*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 33, 25 *d et t* linguae sublatione ac -e distinguuntur (*cf. supra l. 2*). CHAR. gramm. p. 377, 14B. metra quamvis alia sint -e, ut quibusdam placuit errantibus tamen, ipsa rythmorum partibus sunt enumeranda; nihil est enim inter rythmon et metron, nisi quod rythmos est metrum fluens, metron autem sit rythmos clausus. PS. ASPER gramm. V 550, 26 pronomini accidunt qualitas, significatio, -o, genus . . .; (550, 35) -o est, qua spectatur, utrum interrogativa sunt pronomina, ut 'quis, uter', aut responsiva . . . aut segregativa . . . aut privativa (*conferasne eundem sub 1?*).

**III** *in arte dialectica* (*cf. etiam exempla rhetorum, quae affirmationem respiciunt p. 86, 44*): **A** *de ipsa parte syllogismi*: BOETH. anal. pr. Arist. lat. 62b31 (rec. Flor. et Carn.) *demonstratio* ostensiva . . . incipit a concessis -bus veris (*antea*: ponit, quod vult interimere; *postea*: propositiones concessas). top. Arist. lat. 104b19 -o . . . est opinio extranea alicuius notorum secundum philosophiam, ut . . . quoniam omnia moventur secundum Eraclitum (*hoc sensu strictiore distinguuntur* propositio [*πρότασις*, *cf. 104a8* est . . . propositio dialectica interrogatio probabilis . . . pluribus] *et* problema [*cf. 104b1* problema . . . dialecticum est speculatio contendens vel ad electionem et fugam vel ad veritatem et scientiam *eqs.*]. *ceterum has voces saepe vi fere eadem poni vix est quod moneamus, v. maxime locum sequentem*). 104b29 sqq. est . . . et -o quidem problema; non omne autem problema -o; . . . necesse est . . . plures . . . circa -em dubitare . . ., eo quod opinio quaedam extranea -o est; paene autem nunc omnia dialectica problemata -es vocantur. cons. 5, 4, 7 -is gratia, ut quid consequatur advertas, statuamus nullam esse praescientiam. *et saepe apud eundem.* **B** *de ratione quae intercedit inter sententias propositas* (*earum ordinem respiciunt e. g. p. 90, 1*): BOETH. anal. pr. Arist. lat. 25b36 (rec. Flor.) *trium syllogismi terminorum* voco . . . medium quidem quod et ipsum in alio et aliud in ipso est, quod et -e fit medium. 26b39 ponitur . . . medium foras quidem extremitatum, primum vero -e (*cf.* 28a15 ultimum . . . -e). 33a29 *si propositiones* -e . . . similiter se habeant, ut A quidem omni B contingat, B autem alicui C contingat non inesse (35a11. *al.; cf.* 47b17 [rec. Flor. et Carn.] propter similitudinem -is terminorum). 47b14 (rec. Flor. et Carn.) medii -e cognoscimus figuram. 49a27 (rec. Flor.) non est . . . eadem -o terminorum, quando simpliciter quid syllogizatur *eqs.* elench. soph. 176a32 quae ex necessitate accidunt, eiusdem videntur esse -is. *al. apud eundem.* *Kruse.*



***positīvus,** -a, -um. *a* ponere (*item* ISID. orig. 1, 7, 27). *scribitur -ss- in var. ll. codd. e. g.* PRISC. gramm. II 83, 3. 11 III 218, 29 PS. ASPER gramm. suppl. 40, 2 VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 2; *vocem* per v vocalem pro consonante *scribi docent* MARTYR. *et* CASSIOD. gramm. VII 192, 4. *legitur inde a* GELL. (*de* FESTO *v. l. 16*). [*confunditur in codd. cum* positus *e. g.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 539, 22 PRISC. gramm. II 96, 2; *falsa var. l. pro* passiva HIER. in Matth. 11, 16; *vix recte restituitur* FEST. p. 154 *sec.* PAVL. FEST. p. 152 -us eius, *sc. vocis* magnificentius, magnifice est (*cf.* PAVL. FEST. p. 180 ocius et ocissime -um Latinum non habent, *ubi Fest. p. 181* cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est; *ceterum v. usum sub 2a illustratum*).]

*i. q. positione exsistens,* *θετικός* (GLOSS. II 328, 10 *θ.*: -us): **1** *usu vario significatur quod non natura, sed positione, arte constitutum est*: GELL. 10, 4 tit. P. Nigidius . . . docuit nomina non -a esse, sed naturalia (*cf. 10, 4, 1* positu fortuito, *2 θέσει, 3* arbitraria *verba*). CHALC. comm. 6 contemplationem . . . non -ae, sed naturalis illius iustitiae atque aequitatis. FORTVN. rhet. 2, 3 p. 104, 18 *locus est* aut naturalis, ut in mari . . ., aut . . . -us, ut in civitate; -um quot modis consideramus? octo: publico . . ., privato *eqs.* MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 32, 20 sq. (*respicitur Hebr. 1, 2* quem *Christum* constituit heredem universorum) *Paulus filium* splendorem gloriae nuncupat et -um heredem, heredem quidem -um secundum carnem, splendorem . . . secundum deitatem (*gr. 1 1, 6 p. 21, 22 κληρονόμον . . . θετόν*).

**2** *technice apud gramm. de vocibus quae primo loco ponuntur, non a ceteris derivantur* (*cf.* ISID. orig. 1, 7, 27 -us dictus, quia primus ponitur in comparationis gradu): **a** *respicitur comparatio* (*iunctura* -us gradus *passim inde a* PROBO, -um nomen *l. 46*, -um adverbium *l. 49; ceterum solum ponitur, sc. saepe ita ut genus intellegi non possit, sed formam certam masc. exhibent* SERV. Aen. 8, 555. 12, 678 PRISC. gramm. II 95, 12. 97, 5 SCHOL. Ter. p. 64, 1 [*vix iam* FEST. p. 154, *v. supra l. 16*], *neutr.* PRISC. gramm. II 83, 11. 95, 1. 100, 3 III 141, 15): PROB. inst. gramm. IV 56, 34 *gradus* appellantur -us sive absolutus, comparativus, superlativus; -us sive a b s o l u t u s gradus est ipsa positio, ut puta 'fortis' (*item iuxta ponitur*: 57, 1 nomina, quae in -o sive a. gradu tantum sint constituta. 57, 5. 33. 153, 29 DIOM. gramm. I 324, 16. 325, 1 EXPLAN. in Don. gramm. IV 539, 22. *al.*). 57, 35 -i gradus nomina (*item deinceps; cf.* n o m e n -um: PRISC. gramm. II 90, 11. 96, 2 III 77, 19. *v. etiam* DON. *sub b*). 153, 29 (*adverbiorum ut*: DON. gramm. IV 363, 1 sq. DIOM. gramm. I 405, 25 SERV. gramm. IV 415, 28. *al.; cf.* -um adverbium: PRISC. gramm. II 83, 15). DON. Ter. Ad. 110 comparativum gradum p r o -o p o s u i t (DIOM. gramm. I 325, 20 superlativus. SERV. Aen. 1, 228. 6, 304 AVG. c. Cresc. 3, 74, 86 p. 491, 13. 4, 21, 25 p. 525, 15. *al.*). Hec. 11, 2 'adulescentior': haec comparatio minus a -o sonat (*cf.* Phorm. 362 B, 4 '*grandior*' habet significationem a -o minus. DIOM. gramm. I 325, 3 minus a -o significat. *sim. al.*). Phorm. 262, 2 mutavit gradum, -o superlativum opponens. DIOM. gramm. I 325, 1 conparatio nominum proprie in conparativo et superlativo gradu est constituta; -us perfectus et absolutus est (*cf.* CLEDON. gramm. V 38, 6 -us non est gradus, nullam habet alterius expressionem conparatam. 38, 17. POMP. gramm. V 182, 18 sq. licet ipse -us non est ascensus, tamen, quoniam per ipsum -um fit, ut intellegamus . . ., quid est ascendere in conparativum . . ., appellatur et ipse gradus. CONSENT. gramm. V 342, 3. *al.*). SERV. Aen. 8, 555 'ocius' -us antiquus est. CHAR. gramm. p. 198, 32 B. cum sint comparationis gradus tres, -us *eqs.* (*aliter eum appellat p. 144, 5* absolutus, quem et primitivum dixerunt). PRISC. gramm. II 95, 1 in 'er' . . . desinentia -a. III 155, 22 si dicam 'fortior', intellego 'magis' et -um primitivi, *sc.* '*fortis*'. *et saepe.* **b** *vario respectu* (*neutr. pro subst. passim, adi.* DON. *et* PRISC. gramm. III 25, 27, *masc. pro subst.* SCHOL. Hor.): DON. gramm. IV 379, 15 in his *declinationis* regulis analogia . . . ex conlatione -orum nominum . . . cognoscitur. SERV. auct. Aen. 8, 479 'Lydia' provincia -um, 'Lydia' gens derivativum pro 'Lydica' (*sim. distinguitur subst. ab adi. vel part.*: COMMENT. Lucan. 6, 654 ['discolor . . . cultus'] cultus . . . est -um. MACR. Sat. 1, 4, 9 '*Bacchanalia*' *numero singulari vocari* 'Bacchanale festum', . . ., ut iam non -um sit, sed adiectivum. 1, 4, 11 viridia quasi -um ponitur, non accidens). SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 60 'hirri' -us est, diminutive 'hilli' dicuntur (*cf.* PRISC. gramm. II 105, 4 ad hanc formam etiam -a in or desinentia . . . faciunt diminutiva, ut rumor, rumusculus). PRISC. gramm. II 371, 19 -um 'faris' debet esse 'for'. 512, 3 'senesco' inchoativum est: nam -um eius 'seneo' invenitur in usu. III 25, 27 adverbia . . . derivativa possunt esse, praepositiones vero -ae (id est primitivae *add. codd., seclusit corrector cod. R*) sunt omnes, si sequimur Graecorum auctoritatem. 486, 4 licet, libet -a (*var. l.* possessiva) sunt, quamvis libeo et liceo dicatur; sed alterius sunt significationis.

*adv.* **positīvē.** *i. q. positione, sc. technice in sermone*:

*[Gatti]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *theolog.*: Conc.[S] I 5 p. 74, 2 qui non naturaliter, sed -e vel filius vel deus esse dicatur nec tamen veritate sit deus (*cf. p. 74, 34* unus, qui sit naturaliter *filius*, et alius positione). II 3, 1 p. 205, 15 si enim positione fuit in corpore verbum . . ., quod autem -e dicitur, imaginatio est, invenitur putativa . . . salus . . . hominum dici (*gr. I 1, 7 p. 91, 1 bis respondet* θέσει; *cet. verss. v. p. 87, 44sqq.*). 2 *gramm.* (*in codd. scribitur fere* -ae): Prisc. gramm. III 144, 22sqq. principalia vero pronomina, id est 'ego, tu, mei, sui, mihi, tibi, sibi', -e magis per singulos casus declinantur, cum non potest 'ego' secundum rationem casualium 'mei' genetivum adhibere, . . . numeris quoque -e commutatis, 'ego, mei, nos; tu, tui, vos'. 145, 11 'mei' genetivus non declinatus, sed -e factus.

? **posito,** -āre. *a* ponere (*si recte trad.*). *i. q. positum esse, exstare* (*explicesne vim intrans. coll. part.* positus *fere pro* ὢν *usurpato?*): Virg. gramm. epist. 5 p. 168, 7 credere . . . non debemus, quod participia verbis . . . possitantibus deficere possint (poscitantibus *Mai*, prostantibus *Hartel; ad scripturam cf. e. g.* possitus *Theod. Mops. in psalm. 3, 8 p. 19, 26 et al. ibid., ceterum l. 25. p. 83, 33. 90, 10*).

**positor,** -ōris *m.* *a* ponere. *i. qui ponit, conditor*: Ov. met. 9, 449 Milete, . . . moenia constituis -is habentia nomen (*item proprie*: fast. 2, 63 templorum -r, templorum sancte repostor, *Auguste* [*cf. de eodem Liv. 4, 20, 7* templorum omnium conditorem ac restitutorem]). Itala Iac. 4, 12 (cod. ff) unus est legum -r et iudex (*gr.* νομοθέτης, *cod. 67 al.* legum dator, *Vulg.* legislator).

**positūra,** -ae *f.* *a* ponere (*item* Cledon. gramm. V 34, 2 Isid. orig. 1, 20, 1). *scribitur* -ss- *in var. l.* Lvcr. 2, 761 (*cod. O*). *notam positurae v. sub 2b.* *legitur apud* Lvcr. (*12*[ies]; *metri causa fictum esse pro* positio *monet e. g. Bailey in ed.*[2] *I 135*), Prop., Manil. *et inde a* Gell. *fere apud gramm.* [*falsa var. l.* -am *pro* positum Cels. 1 prooem. 24 *v.* 2. positus *sub1b.*]

1 *in sermone communi i. q. positio*: **a** *significatur ubi quid positum sit, sc. de situ*: *α respiciuntur corporea varia*: Lvcr. 1, 685 sunt quaedam corpora, quorum concursus motus ordo -a figurae efficiunt ignis (*item* 2, 1021. *cf. Aristot. metaph. 1042b14, sec. Democrit.*, διαφέρειν . . . τροπῇ, ὅ ἐστι θέσις. *v. etiam iisdem iuxta positis* Lvcr. 2, 896). 1, 818 quali -a contineantur *primordia* (*item* 1, 909. 2, 761 [*versu interpol.?*]. 2, 1008). 5, 691 propter signiferi -am . . . orbis. Manil. 3, 95 ut pateat -a operum, *i. sortium*, nomenque genusque (*cf. 75* horum operum sortes ad singula signa locavit). 3, 331 quantum inflexerit orbis (orbe *trad., cf. vol. VII 1, 1461, 3*), tantum inclinabit caeli -a (-i *var. l.*). Gell. 14, 1, 15 quo habitu quaque forma quaque -a stellarum aliquis nasceretur (*cf. 1* positu, *19* situs, *21* positionis). *β respiciuntur litterae, verba*: Lvcr. 2, 1018 *in variis verbis litterarum* maxima pars est consimilis; verum -a discrepitant res. Gell. 1, 7, 19 sonus . . . et -a (dep- *β*) ipsa verborum satis declarat id . . . *Ciceronis orationi* convenisse (*20* sic compositum iucundius *est*).

**b** *significatur quomodo quid positum sit, sc. de compagine, habitu, forma* (*cum gen. subi.* Prop.): Lvcr. 2, 947 dissolvuntur . . . -ae principiorum (4, 667 commutantur. 4, 943 conturbantur). Prop. 4, 3, 38 cogor . . . e tabula pictos ediscere mundos, qualis et haec docti sit -a dei (*loco coniecturis vexato*). Gell. 2, 21, 9 hoc sidus, quod a figura -aque ipsa, quia simile plaustri videtur, . . . ἅμαξαν dixerunt. 5, 3, 4 iuncturam -amque ligni scite periteque factam. Diosc. 3, 137 p. 433, 11 *orcis* radicem -a castorei habens, id est quasi testiculos (*gr.* ῥίζα . . . ὀρχιδίοις ὁμοία). Iord. Get. 24 sunt . . . et horum *Danorum* (*an Herulorum?*) -a Grannii, Augandzi, Eunixi (*situm intellexit Svennung, Iordanes und Scandia, 1967, 101sq. contra rem et contra contextum* [*praecedit* corpore eminentiores; . . . nimia proceritate; *sequitur* corpore . . . grandiores]. *ad notionem cf.* positio *p. 84, 76sqq.*).

2 *technice apud gramm.* (*cf.* Gell. *sub 1aβ*): **a** *significatur distinctio*, στιγμή (*fere metonymice intellegendum videtur punctum positum* [*cf.* Serg., Isid. *infra, fortasse etiam* Cledon.]; *pausam, qua vox ponitur, respicit* Cassiod. inst. 2, 1, 2 [*cf.* Isid.]; *pro gr.* θέσις *usurpatum esse affirmant* Don., Cledon. *et plerique ceteri, sed apud gramm. gr. vox hac notione non legitur; ad rem cf. R. W. Müller, Rhet. und synt. Interpunktion, Diss. Tübingen 1964, 73sqq.*): Don. gramm. IV 372, 14sq. de -is: tres sunt omnino -ae vel distinctiones, quas Graeci θέσεις vocant, distinctio, subdistinctio, media distinctio (*item* Serv. gramm. IV 427, 36sq.; *obloquitur* Pomp. gramm. V 133, 3sq. de -is: de -is quod tractat *Donatus*, nihil est; docet quam ad modum distinguatur codex *eqs.; ceterum hunc respicit locum* Cassiod. gramm. VII 145, 31. 146, 1). Diom. gramm. I 437, 9sq. de -is: lectioni -as accedere vel distinctiones oportet . . . quae inter legendum dant copiam spiritus reficiendi, ne continuatione deficiat; hae tres sunt *eqs.* (*item explicat* Explan. in Don. gramm. IV 533, 28sq.). Serg. gramm. IV 484, 23sqq. dicta distinctio est vel -a, quod positum punctum distinguit nostram orationem, et cum distinctio species sit -ae (*cf. l. 67*), tamen abusive pro ipsa -a, hoc est pro ipso genere, accipimus distinctionem. Cledon. gramm. V 34, 1sq. de -is: -ae a ponendo dictae; unde et theses dictae. Gramm. VI 273, 1. Cassiod. inst. 1, 15, 12 -as . . . id est puncta brevissima pariter et rotunda . . . singulis quibusque pone capitibus. *ibid.* istae . . . -ae seu puncta quasi quaedam viae sunt sensuum et lumina dictionum. 2, 1, 2 de -is (*enumerantur partes gramm. ut* Isid. orig. 1, 5, 4). *ibid.* -a sive distinctio est moderatae pronuntiationis aperta (apta *rec. interpol.*) repausatio. Isid. orig. 1, 20, 1 de -is: -a est figura ad distinguendos sensus per cola et commata et periodos; . . . dictae autem -ae vel quia punctis positis adnotantur, vel quia ibi vox pro intervallo distinctionis deponitur; . . . (2) prima -a subdistinctio dicitur. **b** *significatur nota quaedam* (*v.e.g. Fontaine, Isidore, 1959, 78*): Isid. orig. 1, 21, 9 (*8* paragraphus ponitur ad separandas res a rebus quae in conexu concurrunt) ٦ -a est figura paragrapho contraria et ideo sic formata, quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat.

**1. positus** *v.* pono.

**2. positus,** -ūs *m.* *a* ponere. *legitur inde a ?* Nigid. *infra l. 63*, Sall., Ov. (*sexies*), *maxime abl. sing.* -u, *ceterum acc. sing.* -um *et plur.* -us *senis locis, nom. sing.* -s Avson. 336, 75 p. 204 P. [ex -u *vix recte pro* expositum *coni. Reifferscheid loco corrupto* Arnob. nat. 2, 51 p. 125, 4 M.]

*i. q. positio*: 1 *respicitur potius status ponendo effectus* (*hucine* Ov. ars *sub 2a ?*): **a** *significatur quomodo quid positum sit*: *de forma insularum, orbis terrarum*: Sall. hist. frg. 2, 1 cum praedixero -um insulae (*ad Sardiniam, cuius forma 2, 2 cum vestigio humano comparatur, refert post alios Maurenbrecher ad l.; ceterum cf.* Ov. fast. 4, 420 Trinacris a -u [appositu *vel sim. var. ll.*] nomen adepta loci). Prisc. perieg. 2 -um telluris et undae . . . promere carmine digno. *de habitu corporis*: Sen. dial. 9, 2, 12 versare se et mutare . . . latus, et alio atque alio -u (*A man. pr.*, -um *cett.*) ventilari, qualis . . . Achilles est . . . in varios habitus se ipse componens (*Hom. Ω 10sq.*). *de compagine aedificii operisve fabrilis*: Sen. nat. 6, 30, 4 *interdum aedificia* quaedam . . . parum aptata -u (-uque *var. l.*) suo et a fabris neglegentius solutiusque composita terrae motus . . . compegit. Avson. 467, 2 p. 404 P. cubiculi lege et genialis lectuli -u sibi (*sc. Penelópae*) tantum et Vlixi cognito.

**b** *significatur ubi quid positum sit*: *α in universum de situ*: Ov. Pont. 1, 8, 12 stat vetus urbs . . . moenibus et -u (expositu *A*) vix adeunda loci (*sc. Aegisos ut*: 4, 7, 23 dubium -u melius defensa manune, urbs erat in summo nubibus aequa iugo). Cels. 1 prooem. 24 eorum . . . -um (positurам *J*), colorem, figuram, magnitudinem, ordinem *eqs.* (*respiciuntur partes corporis interiores ut*: 43 sedem, -um, ordinem, figuram. 74 -um et ordinem. 5, 26, 7 -us [situs *J*] interiorum partium ostendimus. 8, 1, 1 -us figurasque eorum *ossium*). Stat. silv. 5, 3, 236 tu, *pater*, cantus stimulare meos, tu pandere facta heroum bellique modos -usque locorum monstrabas (*an intellegas quomodo poeta locos ponere i. describere debeat?*). Tac. ann. 4, 5, 3 totidem *legionibus* apud Dalmatiam locatis, quae -u regionis a tergo illis *legionibus Pannonicis et Moesicis essent* (Prisc. perieg. 569 quarum *insularum* demonstrem -um r. [*Dionys. perieg. 556* θέσιν]). 6, 21, 2 *Thrasullus mathematicus* -us siderum ac spatia dimensus (*cf.* Gell. 13, 9, 6 ut ex earum, *sc. stellarum*, -u . . . simulacrum esse videatur tauri capitis [14, 1, 1]. Avson. 336, 75 p. 204 P. -us, distantia, forma *siderum*). Gell. 1, 2, 2 propulsabamus incommoda caloris lucorum umbra ingentium, . . . aedium -u refrigeranti ([posticum *dett.*]. Symm. epist. 7, 20 quid hic in -u aedium venustatis est [*postea*: situ]). Prisc. perieg. 780 tenditur haec *Phrygiae pars* -u (*Schrader*, potius *codd.*) Titanis . . . ad ortus (*Dionys. perieg. 812* ἐπ' ἀντολίην τετάνυσται). *β technice in sermone gramm. de positione syllabarum sim.*: Gell. 4, 17, 8 *i vi consonantis praedita* reddit eam *syllabam* -u (prositu *fere trad.*) longam. Ter. Mavr. 583 longa fit si prima -u tunc duorum temporum *syllaba*. 1006 natura longas . . . aut facili -u et plana ratione patentes. 1072 tali. 1099 si -u (-o *ed. princ.*) longa efficitur *vocalis*.

2 *respicitur potius actio ponendi, quae fit*: **a** *componendo, ornando* (*sc. crines*): Ov. medic. 19 odoratos -u (*recc. aliquot*, -o(s) *cett.*) variare capillos (met. 2, 412 non erat huius opus . . . -u [-as *var. l.*] v. comas). ars 3, 151 nec mihi tot -us (-os *R al.*, -o $R^2$, cultus *recc.*) numero conprendere fas est; adicit ornatus proxima quaeque dies (*nisi ad statum comptum referre malis, ut ad 1a spectet*). **b** *imponendo vel efficiendo*: Gell. 10, 4, 1 nomina verbaque non -u (-a *var. l.*) fortuito, sed quadam vi et ratione naturae facta esse P. Nigidius . . . docet (*v.* positivus *sub 1*). **c** *deponendo, abiciendo*: Cael. Avr. acut. 2, 18, 108 *dandus* panis . . . elutus et expressus ut suae densitatis -u elentescat.

3 *metonymice de ipso loco alicuius proprio* (*sc. ubi quis positus est*): Val. Fl. 6, 110 inde etiam par mortis honos tumulisque recepti *canes* inter avos -usque (-uque *coni. Bury, alii alia*) virum. *Gatti.*

**posmerīdiānus, posquam, possecus** *v.* post-.

***possessio,** -ōnis *f.* *a* possidere (*item* Diff. ed. Beck p. 34, 54. *aliter* Pavl. dig. 41, 2, 1 pr. [*e Labeone*] a sedibus quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit). *scribitur* possesio Lex agr. (CIL I$^2$ 585) 9 *et undecies ibid.* (*sed* -ssess- 92). Edict. imp. inc. de rebus priv. (CIL III 13569) 5 (*sed* -ssess- 38), *ceterum hic illic in codd. e. g.* Arnob. nat. 1, 12; posessio CIL II 4332, 7. *notatur* possess CIL VI 4014, posses *ibid.* 4015, *ceterum* p *in formulis iuris* -o data est Prob. litt. sing. gramm. IV 276, 33 *et* bonorum -o Pap. Corp. 216, 7. 218, 3. Not. Tir. 37, 48. *de notione*: Gloss. κτῆμα. κτῆσις. *cetera suis locis inseruimus.* *legitur in formulis iuris inde a* Lege agr. (CIL I$^2$ 585) *et* Edicto praet., *ceterum inde a* Cic., Caes., *in versibus non nisi* Ivvenc. (*quinquies*). Mar. Victor aleth. 1, 157 Drac. laud. dei 1, 354 Romul. 8, 196 CE 1837, 9; *transit in gr.* ποσσεσσίων, *v. p. 94, 74.* [*falsa var. l.* -o *pro* possesso Liv. 4, 51, 5, *pro* fossionibus Vitr. 8, 6, 12; *confusionem cum* processio *v. p. 97, 16.*]

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *significatur potius* status possidendi, *in potestate habendi sim.*: A *praevalente respectu iuris* (*quaedam sub B allata huc vergere vix negaverimus, cf. imprimis p. 95, 49 sqq.*): 1 *strictius respiciuntur res corporeae et ad rem familiarem pertinentes.* GLOSS. νομή, διακατοχή, κτῆσις. κατοχὴ ἡ ἀπὸ νόμων. *sim. al.; technice distinguitur* proprietas, *v. l. 29 et p. 94, 11, tamen sunt quae vergant in notionem proprietatis, e. g. p. 94, 17 et 26 (cf. testimonium* PAVLI *p. 97, 39). de ratione quae intercedit inter* -o *et* usus *v. l. 18, inter* -o *et* dominium *l. 27 nec non vol. V 1, 1895, 60 sqq.; locutio* in -em ire (in -e esse) *distinguitur vi minus technica a* possidere: EDICT. praet. perpet. Vlp. dig. 39, 2, 7 pr. eum ... in -em eius rei ... ire et, cum iusta causa esse videbitur, etiam possidere iubebo; in eum, qui ... neque in -e esse neque possidere passus erit, iudicium dabo. *ad rem v.* possideo *IA. ex exemplis iuris consultorum dedimus imprimis vetustiora; quae hic desiderantur exhibent Brassloff, Possessio in den Schriften der röm. Juristen, 1928, et Voc. Iurispr. Rom. sub singulis iuncturarum vocibus.*

a *exempla potiora ad doctrinam pertinentia*: GALL. Fest. p. 233 -o est ... usus quidam agri aut aedifici, non ipse fundus aut ager (*aliter* FEST. *p. 97, 42 sq.; cf.* IAVOL. dig. 50, 16, 115 '-o' ab 'agro' iuris proprietate distat; quidquid ... adprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet ..., hoc -em appellamus: -o ergo usus, ager proprietas loci est. *distinguitur* usus *e. g.* VENVL. dig. 41, 2, 52 pr. permisceri causas -is et usus fructus non oportet, quemadmodum nec -o et proprietas misceri debent *eqs.*). IVLIAN. dig. 41, 5, 2, 1 quod volgo respondetur causam -is neminem sibi mutare posse, sic accipiendum est, ut -o non solum civilis, sed etiam naturalis intellegatur. VLP. dig. 41, 2, 17, 1 dominium nihilo minus eius manet, qui dominus esse non vult, -o autem recedit, ut quisque constituit nolle possidere. 43, 17, 1, 2 separata esse debet -o a proprietate: fieri etenim potest, ut alter possessor sit, dominus non sit, alter dominus quidem sit, possessor vero non sit: fieri potest, ut et possessor idem et dominus sit (*v. etiam* VENVL. *supra. aliter* PAVL. dig. 50, 16, 78, *v. ad II A*). PAVL. dig. 41, 2, 3, 1 apiscimur -em corpore et animo, neque per se animo aut per se corpore. 41, 2, 3, 5 (*e Labeone*) in summa -is non multum interest, iuste quis an iniuste possideat (*sim.* 43, 17, 2 iusta ... an iniusta adversus ceteros -o sit, in hoc interdicto [*sc.* uti possidetis] nihil refert). 41, 2, 3, 21 genera -um tot sunt, quot et causae adquirendi ..., velut pro emptore, pro donato, pro legato, pro herede, pro noxae dedito, pro suo. 41, 2, 3, 22 potest dividi -is genus in duas species, ut possideatur aut bona fide aut non bona fide. 50, 17, 131 qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur, quia pro -e dolus est. COD. Iust. 7, 32, 10 (*a. 314*) nemo ambigit -is duplicem esse rationem, aliam quae iure consistit, aliam quae corpore, utramque autem ... esse legitimam, cum omnium adversariorum silentio ... firmetur; interpellatione vero ... progressa non posse eum intellegi possessorem, qui licet corpore teneat, tamen ex interposita contestatione ... super iure -is vacillet ac dubitet.

b *cetera exempla*: α *possidentur immobilia* (*addidimus etiam generalia quaedam; exempla selecta inde a* QVINT.): LEX agr. (CIL I² 585) 10 *ut ei* -o invito ... ⟨auferatur⟩ ([*si recte suppletur; vix ad II*]. CELS. dig. 43, 26, 12 pr. *al.*). 16 utei -em secundum (-do *aes*) eum ... det *praetor*, quoi sorti is ager datus ... fuerit (AFRIC. dig. 46, 1, 21, 3 PAVL. dig. 4, 8, 32, 20. *al.*). 18 *si quis* ex -e vi eiectus est (*ibid. iterum. cf., nisi quaedam ad II trahere malis,* CIC. Quinct. 83 Quinctium de -e deturbare. Mil. 75 de -e fundi deiecit *Appium Clodius* [GAIVS dig. 41, 3, 5 de -e vi. inst. 4, 154 ex -e vi. VLP. dig. 39, 2, 15, 23 -e. *al.*]. *sim. al.*). 21 *quem agrum* de sua -e vetus possesor *dedit*. EDICT. praet. Cic. Quinct. 84 qui ex edicto meo in -em venerint (CIC. leg. agr. 3, 11 si clam, si precario venit in -em. Att. 4, 2, 3 vi. QVINT. decl. 336 p. 322, 28 optimo iure. POMPON. dig. 41, 2, 33. *et saepe*). *ibid.* eos ... in -e esse (CIC. Quinct. 85 [Iul. Sev. rhet. 16]. leg. agr. 3, 15. EDICT. praet. perpet. Vlp. dig. 39, 2, 7 pr. qui ... neque in -e esse neque possidere passus erit. *et passim in digestis. ceterum* SENT. subpraef. [CIL X 3334] 20 in -em. *al.*). CIC. Quinct. 83 quasi ..., si in -em [mis]isses, debueris ... Quinctium de -e deturbare ([*del. Fraenkel, Hermes 60, 1925, 432 sqq., ut etiam* 88; *sed cf.* ire *iuxta* mittere *p. 94, 24*]. EDICT. praet. perpet. Vlp. dig. 39, 2, 7 pr. *et saepe in digestis. cf.* CIC. Quinct. 85 proficiscenti tibi in -em. LIV. 6, 5, 4 nobiles homines in -em agri publici grassari. LABEO dig. 18, 1, 78, 1 *ut* ingrediaris -em [POMPON. dig. 41, 2, 25, 2 in -em. *al.*]. *sim. al.*). 89 omnino ... bona possessa non esse constitui, quod bonorum -o spectetur non in aliqua parte, sed in universis, quae ... possideri possint (Verr. II 2, 45 *infra.* PAPIN. dig. 15, 1, 50 pr. VLP. dig. 4, 6, 23, 4. *al.; aliter, sc. de re hereditaria, sub γ*). Verr. II 2, 45 omnium bonorum paternorum ... Heraclii ... Syracusanis -o traditur (leg. agr. 2, 84 agri Campani. LABEO dig. 18, 1, 78, 2 *et passim apud iuris consultos. ceterum e. g.* SENT. procos. Sard. [CIL X 7852] 12. EPIST. donat. Syntroph. [CIL VI 10239] 5 si tibi hortos ... mancipio dedero vacuamque -em tradidero. *cf.* traditio -is: IAVOL. dig. 8, 1, 20 POMPON. dig. 19, 1, 3, 2). Caecin. 2 in -e retinenda (Sull. 56 cupiditas retinendae -is. PROC. dig. 41, 2, 27 qui animo -em saltus retineret. *et saepius. cf.* CIC. Att. 1, 19, 4 Volaterranos ... in sua -e retinebam). 33 propter -is controversiam (41. 46 VLP. dig. 41, 2, 35. *al.*). 34 de iure -is nostrae loquor (35, Mil. 78 perpetuae. LIV. 40, 17, 6 legati -is ius non mutarunt. VLP. dig. 43, 8, 2, 38. *al.*). 35 ad causam -is (81 c. iuris et aequitatis et non nostrae -is, sed omnino -um omnium constituere in verbo. leg. agr. 3, 11 CELS. dig. 41, 2, 18 pr. *et saepius*). leg. agr. 2, 68 ne ei ..., qui agros publicos possident, decedent de -e, nisi *eqs.* (PROC. dig. 4, 3, 31. *et al.; cf.* CIC. Mil. 75 nisi ... hortorum -e cessissent [off. 2, 82. LIV. 4, 53, 6 agri publici. IVLIAN. dig. 41, 3, 33, 3. *al.*]. *cf.* POMPON. dig. 43, 26, 15, 4 quia non discesserit animo -e [*al.*]). Flacc. 79 *praedia* nullo iure neque re neque -e tua. *al.* LABEO dig. 18, 1, 78, 1 fundum ... emisti ... nec vacuam accepisti -em (*cf.* IAVOL. dig. 41, 2, 22 non videtur -em adeptus is, qui ita nactus est, ut eam retinere non possit [CELS. dig. 41, 2, 18, 1. *al.*]. 41, 2, 24 non corporalem -em, sed iustam ... adquirere [IVLIAN. dig. 25, 2, 22 pr. *et saepe*]. *sim. al.*). SEN. epist. 73, 7 stulta avaritia mortalium -em proprietatemque discernit (*item oppon.*: QVINT. inst. 7, 5, 3 non proprietatis ... quaestio, sed tantum -is. FRONTIN. grom. p. 4, 9. PAVL. dig. 22, 1, 38, 10 si -em naturalem revocem, p. mea manet). 90, 39 licet in provinciarum spatium rura dilatet et -em vocet per sua[m] longam peregrinationem *avaritia*. PROC. dig. 4, 3, 31 amittitur (IVLIAN. dig. 41, 4, 7, 4. *et saepe*). QVINT. decl. 336 p. 322, 21 nullam ... huius agri habuisti adhuc propriam -em *condicione non expleta* (*ibid.* p. 324, 23. IVLIAN. dig. 41, 3, 33, 1 *colonus* qui nec vivo nec mortuo domino ullam -em habet. *al.*). EDICT. praet. perpet. Vlp. dig. 39, 2, 7 pr. in cuius *rei* -em misero (*item passim de praetore sim.; gr. respondet* ἐπὶ νομῆς [εἰς νομὴν] πέμπειν NOVELL. Iust. 53, 4, 1. *usu laxiore*: EPIST. donat. Artemid. [CIL VI 10241] 18 in ... vacuam -em earum ollarum et cinerariorum T. Flavius Artemidorus Herennio Agricol(a)e ire aut mittere ... permisit. *an iam* CIC. Quinct. 83 *et* 88 *supra? cf.* missio in -em: VLP. dig. 39, 2, 15, 29). PAPIN. dig. 50, 1, 17, 13 sola domus -o, quae in aliena civitate comparatur, domicilium non facit. *et passim.*

β *possidentur animantia et res mobiles*: LIV. 3, 45, 2 *patrem solum esse vindicem*, cui dominus -e cedat *ancillae, sc. Verginiae.* PS. QVINT. decl. 13, 8 volucres ..., in quibus ... domini ambigua -o est. 13, 9 ut non sit earum *volucrum* certa -o dum volant (*postea*: cum remearunt ... in potestate sunt). IVLIAN. dig. 41, 2, 38 pr. servi -em dimittere. POMPON. dig. 41, 3, 30, 2 singulorum animalium sicuti -o ita et usucapio *est.* AFRIC. dig. 41, 2, 40, 3 (*agitur de servo clam abducto*) causam clandestinae -is. VENVL. dig. 42, 8, 25, 6 *fructuum* -em restitui oportere. GAIVS inst. 4, 149 *interdictum* 'utrubi' ... de rerum mobilium -e *redditur.* PAPIN. dig. 41, 2, 44 pr. (*agitur de pecunia in terra condita*) alienus locus meam propriam *non* aufert -em, cum supra terram an infra terram possideam, nihil intersit. VLP. dig. 37, 9, 1, 4 si mulier, quae fuit in -e, abortum fecisset. PAVL. sent. 4, 14, 3 fugitivi ..., quorum semper -o animo retinetur. ITALA gen. 47, 23 (Lugd.) dixit ... Ioseph omnibus Aegyptiis: ecce redegi vos in -em et terram vestram hodie Pharaoni (*gr.* κέκτημαι, *Vulg.* Pharao possidet). *al.*

γ *possidetur res hereditaria*: ① *vario usu* (*exempla selecta inde a* TAC.): CIC. inv. 2, 62 de hereditate ... controversia est; -o heredum secundorum est. EDICT. praet. Cic. Verr. II 1, 113 nec petitionem ... nec -em dabo (117 secundum tabulas testamenti. CIC. Verr. II 1, 114. *al. ibid.* top. 18 non videtur ex edicto praetoris secundum eas tabulas -o dari [*ibid. iterum*]. 50 RVT. LVP. 2, 8. EDICT. praet. perpet. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10 [*postea*: bonorum -o]. *al.*). CIC. Verr. II 1, 116 quia possessor est, non moves -e? 117 de hereditatum -bus dandis edixit *Verres* (*v. vol. VI 3, 2635, 50 sqq.; addas* CIC. Verr. II 2, 45 PAPIN. dig. 36, 1, 58. *al.*). 125 in -em ... ire. top. 29 *pecunia* -e retenta. LIV. 32, 10, 4 quae *civitates* sibi traditae a maioribus essent, earum hereditaria ac iusta -e non excessurum *Philippum.* TAC. Germ. 20, 3 si liberi non sunt, proximus gradus in -e fratres patrui avunculi (*cf.* CIL XIV 1620, 6 ad quem per ⟨grad⟩us -um ius ⟨huius m⟩onumenti pertinu⟨it⟩). IAVOL. dig. 41, 8, 7 ea -o (*sc. quae est legatorum nomine*) ex iure testamenti proficiscitur. PAPIN. dig. 4, 4, 30 contra tabulas non accepta -e (5, 2, 16, 1. *et saepe*). *al.* ② bonorum -o (*hoc ordine verborum legitur passim inde a* CIC. or. frg. A VII 38 fam. 7, 21; -o b. CIC. Caecin. 19 Cluent. 165. IAVOL. dig. 29, 2, 60 [*e Labeone*]. PS. CYPR. adv. Iud. 7 PAPIN. dig. 37, 11, 11 pr. VLP. dig. 4, 6, 23, 4. 36, 3, 1, 2. 38, 9, 1 pr. *paucisque aliis locis. aliter, sc. de bonis quibuslibet, p. 93, 69 sqq.*): Ⓐ *definitiones sim.*: POMPON. dig. 50, 16, 119 hereditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem: iuris enim nomen est sicuti b. -o (*cf.* PAVL. dig. 50, 16, 138 hereditatis appellatione b. quoque -o continetur). VLP. dig. 37, 1, 1 b. -o admissa commoda et incommoda hereditaria itemque dominium rerum, quae in his bonis sunt, tribuit. 37, 1, 3, 1 hereditatis ... bonorumve -o, ut Labeo scribit, non uti rerum -o accipienda est: est enim iuris magis quam corporis -o; ... (2) b. igitur -em ita recte definiemus: ius persequendi retinendique patrimonii sive rei, quae cuiusque cum moritur fuit. THEOPHIL. inst. 2, 9, 6 βονόρουμ ποσσεσσίων ἤτοι διακατοχή (GLOSS.). ISID. orig. 5, 25, 6 b. -o est ius -is, certo ordine certoque titulo adquisita. Ⓑ *exempla cetera*: CIC. Caecin. 19 in -e b. cum esset. Cluent. 165 intestatum dico esse mortuum -emque eius b. ex edicto praetoris huic ... adulescenti ... datam (or. frg. A VII 38 b. Cn. Corneli -em. fam. 7, 21 LABEO dig. 38, 2, 51 VAL. MAX. 7, 7, 5. 7 PROC. dig. 31, 48, 1. *et passim. iuxta est versio gr.*: PAP. Corp. 216, 4 [*a. 249*] rogo, domine, des mihi b. -em matris meae [*gr. 10* τὴν διακατοχὴν τῶν τῆς μητρός μου. *cf.* 218, 3, *a. 258, gr. 6* διακατοχὴν κληρονομίας]). VAL. MAX. 7, 7, 6 *quidam a* praetore ... impetraverat, ut restitui se in bona Naevi Ani iuberet, quorum -em secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat (IAVOL. dig.

[*Kruse*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

38, 2, 35 IVLIAN. dig. 28, 2, 13, 2. *et saepe*). IAVOL. dig. 29, 2, 60 filius, tamquam pater demens fuisset, b. -em ab intestato petit (*ibid. iterum.* 38, 2, 36 *quinquies.* IVLIAN. dig. 29, 4, 21. 38, 2, 25 [*formula exceptionis*]. *et saepissime*). IVLIAN. dig. 37, 4, 13, 1 non admittitur nepos ad b. -em (37, 6, 3 pr. AFRIC. dig. 37, 1, 13. 37, 4, 14 pr. *al.*). 37, 6, 3 pr. praetor ... b. -em contra tabulas promittit (GAIVS dig. 38, 8, 2 inst. 2, 125. 135. *al.; cf.* polliceri: IVLIAN. dig. 38, 16, 8 pr. POMPON. dig. 38, 6, 5 pr. GAIVS inst. 2, 119. *al.*). 37, 6, 3, 5 omissa ... b. -e (44, 7, 15 MARCELL. dig. 36, 1, 28, 6. *al.*). 38, 2, 20, 4 si filius vel non petierit b. -em ... vel repudiaverit (GAIVS dig. 26, 8, 11 VLP. dig. 38, 6, 1, 3. *al.*). 38, 15, 4, 1 filius ... ad b. -em vocatur (POMPON. dig. 38, 6, 5, 1. *al.; in imag.*: PS. CYPR. adv. Iud. 7 quo *testamento novo* gentes ad -em b. suorum vocavit *Christus*). POMPON. dig. 28, 5, 23 pr. si quis instituatur heres in diem certum ..., is b. -em agnoscere potest (38, 2, 2 pr. AFRIC. dig. 46, 8, 24 pr. *al.*). 28, 5, 23, 1 si b. -em non admittat *heres institutus* (37, 11, 9 GAIVS dig. 36, 1, 65, 14. *al.*). *et passim.*

2 *laxius significatur status eius, qui possidet incorporea*: **a** *libertatem, civitatem sim.*: EDICT. imp. Claud. de Anaun. (CIL V 5050) 27 cum longa usurpatione in -em eius *civitatis Romanae* fuisse dicatur *gens Anaunorum.* POMPON. dig. 40, 12, 28 qui -em libertatis ex voluntate domini consequitur (VLP. dig. 3, 3, 33, 1 *v. infra.* 40, 12, 10 PAVL. dig. 15, 1, 52 pr. 40, 12, 41 pr. COD. Iust. 3, 22, 3 [*a. 293*]. *al.*). VLP. dig. 3, 3, 33, 1 ex -e sive servitutis sive libertatis de suo statu litigat (38, 2, 16 pr. 40, 12, 1 pr. PAVL. dig. 41, 2, 3, 10. *al.*). 22, 3, 14 *si quis* in -em libertinitatis fuit ..., sin vero in -e ingenuitatis sit. **b** *iura, usus fructus sim.* (*cautius adhibetur l. 40 sqq.*): SEN. contr. 7, 4, 4 *pater a piratis captus* nullam in te, *sc. filium*, potestatem habet; mater in totius legis -e est, iam non commune illi *matri* ius in te, sed proprium est. IAVOL. dig. 8, 1, 20 (*antea*: quia nulla eiusmodi iuris, *sc. viae utendae sim.*, vacua traditio esset) usum eius iuris pro traditione -is accipiendum esse (*item respiciuntur servitutes*: IVLIAN. dig. 8, 2, 32, 1 -em earum *s.* habere [*v. p. 115, 15* SCAEV. dig. 8, 6, 20 eius *s.* PAVL. dig. 8, 2, 20 pr. servitutes ... -e retinentur. *al.*). IVLIAN. dig. 7, 6, 3 qui -em dumtaxat usus fructus, non etiam dominium adepti sunt (VLP. dig. 4, 6, 23, 2 *v. infra.* COD. Iust. 1, 2, 14, 9 [*a. 470*]. *cf.* usus -o: VLP. dig. 43, 17, 4 si u. [u. f. *trad.*] ... defendat -em. SALV. eccl. 1, 25. *ceterum huc pertinent*: VLP. dig. 43, 16, 3, 17 qui usus fructus nomine qualiterqualiter fuit quasi in -e. PAVL. dig. 7, 1, 60, 1 *fructuarius* in -e esse debet. *al.*). VLP. dig. 43, 26, 2, 3 qui -em vel corporis vel iuris adeptus est (*cf. p. 94, 71*). quasi -o (*sc. iuris cuiusdam* [*opp.* -o *rei praeter* VLP. dig. 8, 5, 10 pr.]; *cf. etiam* VLP. dig. 43, 16, 3, 17 *supra; locutionem auctoribus classicis q. d. abiudicant viri docti nonnulli, v. e. g. Kaser, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 70, 1953, 167 sq.*): GAIVS inst. 4, 139 cum de -e aut quasi -e ... contenditur, *interdicta vel decreta locum habent.* VLP. dig. 4, 6, 23, 2 qui per captivitatem fundi -em vel usus fructus quasi -em amisit. 8, 5, 10 pr. si quis diuturno usu et longa quasi -e ius aquae ducendae nactus sit.

**B** *respectu iuris minus vigente vel prorsus neglecto*: 1 *possident homines*: **a** *generatim*: α *res corporeas vel ad rem familiarem pertinentes nec non generalia quaedam*: CIC. parad. 52 *improbi et avari* incertas atque in casu positas -es habent (*cf.* SEN. dial. 2, 5, 7 *bonorum* extrinsecus adfluentium lubrica et incerta -o est). SEN. benef. 6, 3, 3 certam tibi earum *rerum tuarum* atque inexpugnabilem -em para *bene faciendo* (epist. 95, 58 r. commodarum. CVRT. 6, 3, 5 secura. IVVENC. 3, 499 [*respicitur Matth. 19, 22 v. p. 98, 40*] r. -o fulgens. SALV. eccl. 3, 49). dial. 7, 14, 2 *ferarum* captarum ... sollicita -o est — saepe enim laniant dominos (*item possidentur animalia*: COLVM. 8, 8, 1 *columbarum*). 7, 26, 1 tamquam aliquis vobis aeternam -em earum *divitiarum* promiserit (VEG. mil. 3, 3 p. 69, 17. *cf.* SEN. epist. 18, 13 quarum *opum* -em [90, 38 secura. LACT. inst. 6, 6, 8]). epist. 87, 39 (*Antip. Stoic. vet. frg. 54*) paupertas non per -em (possionem *var. l.*, positionem *Erasmus*) dicitur, sed per detractionem ...; dicit ... quod non habeat. *al.* COLVM. 3, 3, 1 pratorum -em pascuorumque vel silvae caeduae. 8, 11, 3. PLIN. nat. 9, 124 hoc, *i. margaritae*, ... aeternae prope -is est. TAC. Germ. 5, 2 -e et usu *argenti et auri* haud perinde afficiuntur (IVVENC. 2, 441 HIL. in Matth. 10, 5. *al.*). APVL. apol. 13, 8 speculi. DON. Ter. Ad. praef. 3, 2 laetitiam Ctesiphontis ob ⟨pos⟩sessionem (*suppl. Reifferscheid*) amicae (*item de -e hominis*: VVLG. Sirach 36, 26 qui possidet mulierem, inchoat -em). PHILO quaest. in gen. 4, 243 nomen ... uxoris *Iacob* -o (*locus dubiae interpretationis, v. Petit, 1973, ad l.; item in veriloquio* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 8, 10 Cain adquisitio sive -o interpretatur, id est κτῆσις [*sim.* AVG. civ. 15, 17 p. 96, 5 D. *al.*]). *sim. saepius.*

**III** *metonymice significantur ipsae opes, divitiae* (*comparantur, bona spiritalia* Pomer.; *loci quidam nimirum aegre separantur a p. 110 16 sqq.*): Symm. epist. 9, 49 honestate et -e congruitas *sponsi et sponsae*. Ps. Orig. in Iob 1 p. 414$^{A}$ pro divitiis, pro -bus, pro substantia, pro facultatibus *Iob colit deum* (*in serie simili*: p. 417$^{C}$. 418$^{B}$. 440$^{B}$ -bus. *gen. inhaer. fortasse intellegas* p. 422$^{B'}$ divitiarum -s ita semper est vertibilis, ut hodie sit hic, crastina vero alibi). Novell. Valent. 13, 1 de salinis ... tituli ... pro numero hominum et -e poscantur. Leo M. serm. 11, 2 ut ... fieret ex -e multorum ... collectio. Pomer. 3, 20, 3 sit illi, *qui caelo non terrae studet*, deus ... securitas firma, -s sana, sanitas incorrupta. Ioh. Med. (?) Ps. Chrysost. hom. I 903$^{C}$ quoties prosperitatem videt malorum ..., divitias paganorum, -es gentium. Fvlg. Rvsp. serm. dub. 2, 5 F. cui ... Christiano ... quantumlibet angusta domus vel -s non sufficiat propria? Frg. Bob. gramm. VII 542, 23 opes: -es.

**possibiliter** *v.* possibilis. *Adkin.*

***possideo (possīdo), -sēdī (-sīdī), -sessum, -ēre (-ere).** [*vocis cum verbo* sedēre (sīdere) *compositae syllabam primam* pos- *e subst.* potis (*q. v.*) *ortam esse suspicantur; cf.* posse. *Sch.*] *scribitur* posi- (pose-) Decret. Paulli (cil i$^{2}$ 614) 5 posedisent (*sed* 6 possidere). Elog. Scip. (ce 9, 2) -et. Sent. Minuc. (cil i$^{2}$ 584) 13 -ent (*sim. passim ibid.*, *sed* possiderent 3), *ceterum hic illic in codd.*, *e. g. cod. V* Gaivs inst. 2, 52. *item litteris gr.* Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. 1357$^{A}$ ποσιδέτις *et* πόσεσα. *notatur* p *in formulis iuris sollemnibus* Prob. litt. sing. gramm. *p. 113, 43*, Tab. cer. Dac. *p. 116, 53*, Tab. Albertini *p. 116, 55*. *de genere verbi*: -o *inter verba activa et* -or *inter passiva affert* Ps. Asper gramm. suppl. 50, 15. 20. *pro depon. usurpari videtur* Vita Abr. *p. 121, 52*; *dubites de* Oribas. syn. 5, 27, 1 Ab ut caliginem vel nebulam non aliquis -eatur (*gr.* ὅπως ... μὴ ἀχλὺν ἔχῃ τὰ ὄμματα, *La* patiantur caliginem oculi. *intellegasne acc. pro abl.?*); *vix huc pertinet titulus neglegentissime inscriptus* CIL VI 33981 *monumentum* e[v]os possederi d(e)bere. *de formis*: 1) *stirpis praes.*: *certe ad* -sīdo *spectant duo tantum loci*, Naev. carm. frg. 53 (57) -it *p. 117, 27 et* Lvcr. 1, 386 -at *p. 124, 59*; *de* Inscr. christ. Diehl 840 *v. p. 119, 38*; *vix recte restituitur* Phaedr. 3, 10, 37 -it (*Havet*; -eat *vel* -et *trad.*); *de formis ambiguis hic illic dubitare licet, sed certa ratione separari nequeunt, quod etiam* -ēre *vi ingressiva adhibetur* (*v. quae p. 113, 12 sqq. 117, 5 sqq. monuimus*). -sed- *exstat* CIL VI 33981 (*v. supra*). ? Inscr. christ. Diehl 840 (*v. p. 119, 38*). Pap. Tjäder 20, 32; *in codd.*: Sacr. Leon. 951 (= Gelas. 152 M.). Iord. Get. 291 (-id- *dett.*). Not. Tir. 37, 51; *cf. falsas var. l.* Cypr. hab. virg. 10 (*cod. S saec. VI/VII*). Hier. epist. 60, 11, 3 (*cod. Γ saec. VI*). Vvlg. exod. 9, 7 (*cod. G saec. VI/VII*). *al.* 2) *stirpis perf.* (*sive ad* -ēre *sive ad* -ere *pertinentis, v. supra*): *forma* -sid- *legitur* Itala gen. 47, 27 (Lugd., *ut etiam* deut. 30, 5 Ios. 12, 1). Ier. 16, 19 (Ps. Aug. spec. 44 *codd. opt.*). Chiron 16. Iord. Get. 169 (-sed- *dett.*). Not. Tir. 37, 52 (*ne de praes.* -it *cogites, cf. ibid. 57 sq.* fundit. fudit); *ceterum vix recte trad.* Gaivs inst. 2, 52. 61 (-ed- 2, 59. 4, 152). Firm. err. 16, 5 (-ed- 20, 5 *et* math. *passim*). Clavd. Don. Aen. 2, 755 p. 250, 6 (-ed- 1, 350 p. 76, 5 *et passim*); *cf. falsas var. l.* Germ. frg. 4, 125 Cypr. patient. 19 Tycon. reg. 4 p. 32, 15. *al.* *ind. perf.* -edet *et* -edeit Sent. Minuc. (cil i$^{2}$ 584) 28. *de notione* (*generalia quaedam; ceterum v. p. 116, 42 sqq.*): Prisc. gramm. III 274, 14 quae per obtinentiam ... dicuntur: habeo, -o, teneo, contineo *eqs.* Synon. Cic. p. 439, 3 -et. tenet. cupit. utitur. fruitur. potitur. dominatur. p. 440, 3 pervicit ... -edit. obtinuit *eqs.* Gloss.$^{L}$ II Philox. po 101 -et: ἐπικρατεῖ, νέμεται, κέκτηται. Gloss. II 271, 33 διακατέχω: obtineo, -o, retineo, detento. II 356, 15 κτῶμαι: adipiscor, -o. Gloss.$^{L}$ I Ansil. po 544 -ere: conservare. *sim. al.* *legitur in formulis iuris antiquis, e. g. in*

[Zach]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Edicto praet., Decreto Paulli, *ceterum inde a* Naevio, Plavto; *deest e. g.* Verg. [*it. sept. vet.* posseer; *raet. occ.* possedair; *francog. vet. et med.* porseoir, posseoir; *prov. vet.* possezer; *cat.* posseir, possehir; *hisp.* poseer; *port.* possuir. *cf. M.-L. 6683. Wartburg IX 239sqq. Corominas IV 189. Machado$^2$ III 1860. St.*] [*confunditur in codd. cum* posse *e. g.* Lvcr. 4, 314 Firm. math. 6, 17, 4 (*falsa var. l.* Tert. resurr. 45 p. 92, 9); *falsa var. l. pro* obsidere Cic. Sest. 84 Vvlg. I par. 20, 1 (*falso trad.* Cic. Balb. 5), -ssa *pro* passa Max. Tavr. serm. 22$^a$, 1 M.]

*i. q. (in potestate) habere, tenere sim. vel occupare, sumere, in potestatem redigere (de his notionibus v. quae ad I et II monuimus; vim causativam audacius postulat* Greg. M. *p. 114, 48*):

I *praevalente respectu iuris.* *longe praevalet vis durativa; vis ingressiva intellegitur maxime in stirpe perf. act. ut* Rhet. Her. *infra l. 80,* Cic. *114, 69 al.* (*sed initium saepe accurate indicatur, e. g.* Ivlian. dig. 5, 1, 25 si ... emerit aut ... -ere coeperit [*v. Voc. Iurispr. Rom. I 773, 52sqq.*]. 41, 3, 33, 1 quotiens quis ... lucri faciendi causa inciperet -ere [*al. ibid.* Pompon. dig. 41, 3, 32 pr. *et saepius*]) *et in p. p. p. ut e. g.* Venvl. dig. 47, 8, 6 quod vi -ssum raptumve sit. Gaivs dig. 41, 3, 38 neque vi -ssum neque furtivum -et. Vlp. dig. 42, 8, 6, 7 post bona -ssa; *rarius in formis stirpis praes. ut* Edict. praet. perpet. Vlp. dig. 42, 4, 7, 1 *latitantis* bona -eri vendique iubebo (*sim.* Gaivs dig. 3, 4, 1, 2 Vlp. dig. 42, 4, 7, 18. *al.*), Iavol. *p. 114, 60,* Itala *p. 115, 1; iuxta vim durativam:* Cels. dig. 41, 2, 18 pr. quod meo nomine -o, possum alieno nomine -ere: ... desino -ere et alium possessorem ministerio meo facio.

A *cum obi.* (*hic illic e contextu supplendo; pro acc. ponitur structura partitiva l. 48*): 1 *usu communi dicitur -ere sive is, qui rem corporaliter tenet, sc. proprietate non considerata vel examinata, sive sensu magis technico is, qui iusta causa vel secundum interdicta praetoris rem tenet* (*ad rem v. e. g. Kaser, Eigentum und Besitz$^2$, 1956, passim, Kunkel, Civilis und naturalis possessio, Symbolae Friburgenses in hon. O. Lenel, 1935, 40sqq.; cf. etiam differentias in appendice ad I collectas*): a *generalia et indefinita:* α bona: Plavt. Poen. 1081 aequomst habere hunc *filium* b., quae -edit pater. Lex Bant. (cil I$^2$ 582) 11 b. eius poplice -eantur facito (Lex repetund. [cil I$^2$ 583] 57 Cic. Phil. 11, 15 fam. 13, 37. *cf.* Liv. 38, 60, 8 in bona ... -ssum p. quaestores praetor misit). Lex agr. (cil I$^2$ 585) 91 utei bona ... agrumque ... haberent ⟨-erent fruerentur⟩. Cic. Quinct. 25 ut ex edicto b. -ere liceat (30 ex formula: ... 'quoius ex edicto praetoris b. dies xxx -ssa sint'. 31. *al. ibid.* Lex Iul. *et* Prob. litt. sing. *v. infra*). 67 neque proscriptis neque -ssis bonis (Lex Rubr. [cil I$^2$ 592] 2, 46 -eri proscreibeive veneireque [51. Prob. litt. sing. gramm. IV 275 b(ona) e(x) e(dicto) p(ossideri) p(roscribi) v(enirique) i(ubebo)]. Lex Iul. munic. [cil I$^2$ 593] 117 ex edicto. Gaivs inst. 3, 79 per dies continuos xxx. *al.*). S. Rosc. 30 adempta, -ssa, direpta. de orat. 2, 283 sine testamento. leg. 2, 48 qui de bonis ... usu ceperit plurimum -endo. *et saepe.* *pro obi. ponitur* de *cum abl.*: Cypr. epist. 66, 4 (*formula proscriptionis*) si quis tenet -et de bonis Caecili Cypriani. β *varia:* Ter. Andr. 810 quae illius *Chrysidis* fuere -et *Glycerium.* Haut. 969 satius est quam te ipso herede haec -ere Bacchidem. Cic. Quinct. 85 (Iul. Sev. rhet. 16) si bona ... -res, -ere omnia eo iure deberes ([*nisi suppleas* bona]. S. Rosc. 108 cum Chrysogono communiter. Mil. 89 oppressisset o., -ret, teneret. *al.*). S. Rosc. 15 patrimonium domestici praedones vi ereptum -ent (32 Val. Max. 1, 8 ext. 17 Sen. epist. 87, 16. Cod. Theod. 10, 10, 3 -ssa p. deferre. *al.*). Verr. II 1, 125 Ligus hereditatem adiit; -edit ... sine ulla controversia (Iavol. dig. 29, 2, 60 [*e Labeone*] bonorum possessionem ab intestato petit et ita h. -edit. 29, 4, 11 lege. Nerat. dig. 36, 3, 13. *et saepe*). leg. agr. 3, 11 'quae data, donata, concessa, vendita ..., -ssa'; hoc tribunus plebis promulgare ausus est, ut, quod quisque ... -ret, id eo iure teneret *eqs.* Phil. 2, 96. Ov. trist. 4, 4, 46 nec mihi detractas -et alter opes (*i. bona mea publicata non sunt*). Liv. 24, 25, 3 cum ... hereditatem regni creverit et, quae procurator tenuerat, pro domino -erit. Sen. contr. 9, 5, 16 *paternas tabulas* aut totas -ere debet aut totas perdere *filia.* Phaedr. 4, 5, 10 *inter filias* fortunam ... distribuat ... tali modo: ni data -eant aut fruantur (*de eadem re ibid.* 15. 45). Qvint. inst. 5, 10, 115 quia bello parta ... vi -eantur. *al.* Iavol. dig. 41, 2, 23, 1 etiamsi nemo medio tempore res eorum *captivorum* -erit (41, 3, 23 pr. singulas. Cels. dig. 5, 3, 45. Ivlian. dig. 41, 4, 7, 7 *furtivam. al.*). *sim. saepius.*

b *-entur immobilia:* α *varia, sc. fundus, domus sim.*: Edict. praet. (Fest. p. 233; *ad aedes adhibetur* Vlp. dig. 43, 17, 1 pr.) uti nunc -etis eum fundum quo de agitur, quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero -etis, ita (quominus ita *Vlp.*) -eatis, adversus ea vim fieri veto (Edict. praet. [Cic. Tull. 44; *cf.* Caecin. 91sq. Gaivs inst. 4, 154 Inst. Iust. 4, 15, 6] unde tu ... illum ... vi deiecisti ..., cum ille -ret ..., quod nec vi *eqs.* -ret [*aliter affert Vlp. dig. 43, 16, 1 pr.* quaeque ille tunc ibi habuit]. Lex agr. [cil I$^2$ 585] 18). Decret. Paulli (cil I$^2$ 614) 5sq. oppidum (*v. sub* β *et cf.* Liv. 39, 25, 4 *infra*). Rhet. Her. 4, 29, 40 cum constet istum fundum nostrum fuisse, ostendas te aut vacuum -isse aut usu tuum fecisse *eqs.* (*ibid.* cum ego adessem, -ere non potuisti. Cic. leg. agr. 3, 14 quos nunc cum aliquo metu tenet, sine ulla cura -bit. *al. in oratt.* Att. 14, 6, 1. Labeo dig. 6, 1, 78 alienum. *et saepe. adde* Edict. praet. *l. 72*). Lex Anton. de Term. (cil I$^2$ 589) 1, 31 quod ... earum rerum, *sc. agrorum, locorum, aedificiorum,* ... antea habuerunt, -erunt, usei fructeive sunt ... ieis ea omnia (35) habere, -ere, uutei frueique liceto (*sim. al. ibid.*). Cic. Quinct. 85 (Iul. Sev. rhet. 16) praedium, non bona ... alterius (*ibid. iterum.* Flacc. 79 -ssa per vim. *al.* Gaivs dig. 41, 1, 7, 3. 5. *et saepius*). 51 hanc fiduciam, *sc. fundum,* commissam tibi dicis; tenes hodie ac -es. 90 *saltum* per vim (Catvll. 115, 4 qui ... tot bona -eat, prata, arva, ... silvas saltusque paludesque. Papin. dig. 41, 2, 46. Pavl. dig. 41, 2, 3, 11 saltus ... animo -emus, quamvis certis temporibus eos relinquamus). Att. 14, 21, 3 Neapolitanum. *al.* Lex Iul. munic. (cil I$^2$ 593) 71 *ne quis* ea loca *publica urbis* porticumve quam -eto (*cf.* Pavl. dig. 41, 2, 1, 22 forum ... et basilicam hisque similia non -ent *municipes,* sed promiscue his utuntur). S. C. Frontin. aq. 108 quoad idem domini -rent id solum (Liv. 26, 11, 7. Vlp. dig. 43, 17, 3, 5 [*e Cassio*]. *al.*). Liv. 39, 25, 4 Philippopolis, Tricca ... et cetera ... oppida, utrum, Thessalorum iuris cum ⟨essent⟩, vi ademptae -ssaeque ab Aetolis forent (*cf. l. 30; item respiciuntur bello parta e. g.* Cvrt. 4, 1, 27 cum ... id quemque, quod occupasset, habiturum arbitraretur *Amyntas* velut certo iure -ssum). Val. Max. 7, 7, 1 avitos ... lares. Proc. dig. 18, 1, 69 *lacum.* Iavol. dig. 41, 2, 23 pr. aedes (*cf.* Pompon. dig. 41, 3, 30, 1 [*e Labeone*] aedificium. Scaev. dig. 19, 1, 52, 3 domus. *sim. al.; v. etiam l. 113, 71. 84*). CIL VI 10238 b (*saec. I ex.*) *monimenti* ambitum ita, ut vivi -edimus, posterique nostri -eant (*item respiciuntur sepulcra:* 25250 cepotafiu(m) ... filia mea -bet sine controversia. 33981. X 2438 monumentum. XIV 4820 -ent hoc monimentu(m) pro parte semissa. *al.*). *et saepe.* *iocose vel in imagine:* Cic. rep. 1, 20 nisi forte Manilius interdictum aliquod inter duos soles, *qui visi sunt,* putat esse componendum, ut ita caelum -eant, ut uterque -erit (*cf. p. 113, 71*). Tert. praescr. 37 l. 16 (*9sq.* nullum ius capiunt christianarum litterarum *haeretici*) quid hic, ceteri *haeretici,* ... pascitis? mea est possessio, olim -eo, prior -eo. β *ager* (*item* iugera agri, pars agri *sim.*): Decret. Paulli (cil I$^2$ 614) 5sq. agrum oppidumqu(e), quod ea tempestate -isent, item -ere habereque iousit. Sent. Minuc. (cil I$^2$ 584) 3 qua lege agrum -rent et qua fineis fierent dixserunt. 13 agri poplici quod Langenses -ent (38 in a. p., quem ... -ent. Cic. leg. agr. 2, 68 Att. 2, 15, 4. Liv. 2, 41, 2 -eri a privatis. 4, 51, 5 per iniuriam. 6, 14, 11. *al.*). *et passim ibid.* Lex agr. (cil I$^2$ 585) 14 *si quis* agri iugra non amplius xxx -bit habebitve (Cic. Phil. 3, 22 duo milia i. immunia. Liv. 6, 35, 5 ne quis plus quam quingenta i. agri -ret [*respicitur lex Licinii Stolonis ut:* 7, 16, 9 Val. Max. 8, 6, 3. *al.*]. Val. Max. 4, 4, 7. *et al.*). 83 ⟨que⟩m agrum locum ceivis Romanus ex h(ac) l(ege) -bit. *et saepe in eadem lege.* Cic. Tull. 16 est in eo agro centuria ..., quae semper M. Tulli fuit, quam etiam pater pos⟨sederat⟩. Verr. II 3, 28 agri glaebam (3, 109). 3, 108 agri Aetnensis multo maximam partem. leg. agr. 2, 57 qui agrum Recentoricum -ent, vetustate possessionis se, non iure ... defendunt. 3, 14 *agros* habet incertos et nullo iure -ssos. off. 2, 79 ut agrum multis annis ... ante -ssum ... qui ... habuit amittat. *al.* Varro ling. 5, 36. *et passim.* *nimis acute explicatur vi causativa:* Greg. M. moral. 9, 58 (*ad* Vvlg. act. 1, 18 Iuda -edit agrum de mercede iniquitatis) '-edit' dictum est '-ere fecit', *quia Pharisaei emerunt agrum* (*Matth. 27, 7*).

c *-entur mobilia et animantia:* α *res variae:* Rhet. Her. 1, 11, 19 *navem* illam aegrotus, *qui in tempestate fugere non potuit,* -edit; navem petit ille, cuius fuerat. Sen. benef. 6, 4, 5 argentum, quod non emeras, -es. Petron. 14, 6 nostra esse spolia, *sc. tunicam,* quae illi -rent. Proc. dig. 23, 3, 67 si vir eam (*sc. ancillae*) pecuniam pro suo -endo usucepit (*ibid.* eam. Qvint. decl. 332 p. 309, 13 Plin. paneg. 40, 1 Pompon. dig. 35, 1, 110 Papin. dig. 41, 2, 44 pr. *al.*). Iavol. dig. 41, 2, 24 peculium, quod servus civiliter quidem -ere non posset, sed naturaliter tenet, dominus creditur -ere (Papin. dig. 49, 17, 17, 1. 50, 1, 17, 2 castrense. *al.*). 41, 3, 23, 2 si ... demolita domus est, ex integro res mobiles -endae sunt, ut ... usucapiantur (Cod. Iust. 9, 32, 4, 1 [*a. 242*]. *al.*). Pompon. dig. 10, 4, 15 (*e Labeone*) *thesaurum* (Pavl. dig. 41, 2, 3, 3). 41, 3, 30, 1 et aurum et gemmam -eri et usucapi. Gaivs dig. 41, 1, 5, 3 favos ... sine furto quilibet -ere potest. *al.* β *animalia:* Cic. inv. 1, 84 *equum* hereditate (Gell. 3, 9, 3 haberet, ... -retque. Vlp. dig. 50, 13, 2). Scaev. dig. 26, 7, 56 heres ... animalia annis plurimis -edit. Pavl. dig. 41, 2, 3, 14 pisces, quos in piscinas coiecerimus, a nobis -eri, sed eos pisces, qui in stagno sint, ... a nobis non -eri *eqs.* (*sim. ibid.* 15 aves. 16 columbas ..., apes). γ *servi, captivi, coloni sim.*: Cic. Quinct. 89 ex quibus *servis* iste -erit neminem, ne attigerit quidem (Sen. contr. 10, 5, 15 servus ... est meus, quem ego belli iure ⟨-eo⟩ [*si recte supplevit Bursian*]. Afric. dig. 9, 4, 28 alienum. 12, 1, 23 [*ex Iuliano*] si eum servum, qui tibi legatus sit, quasi mihi legatum -erim et vendiderim. *al.*). Flacc. 80 mancipia (Scaev. dig. 41, 9, 3). Tab. cer. Herculan. 59 (Parola del pass. 9, 1954, 55) haber⟨e⟩ -ereque recte liceat *hominem* (61 [*ibid.* p. 56]. Ivlian. dig. 41, 3, 35 homo ... ab herede numquam -ssus). 65 (*ibid.* p. 64) puellam N⟨a⟩idem suam suique ⟨man⟩cipi esse seque -ere. Iavol. dig. 41, 2, 23, 1 *non* possunt videri aliquid -ere *captivi,* cum ipsi ab alio -eantur. Tab. cer. Dac. 7 (cil III p. 941) int. 10 uti frui habere -ereq(ue) *puerum* recte liceat (*eadem formula* 9 [*ibid.* p. 959] ext. 9 *mulierem. vocem q. e.* -ere *non exhibet formula stipulationis prisca apud Varronem rust. 2, 2, 6*). Pompon. dig. 41, 10, 4 pr. *ex ancilla natum.* Gaivs dig. 41, 2, 15 fugitivum. Vlp. dig. 41, 2, 4 si filius ab alio tamquam servus -eatur (Pavl. dig. 9, 2, 33 pr. [*sim.* 35, 2, 63 pr.] f. naturalem. *ibid.* f. alienum). Pavl. dig. 6, 1, 27, 5



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

puerum. Itala gen. 47, 19 (Lugd.; *Aegyptii esurientes ad Ioseph*) -e nos et terram nostram pro panibus (*gr.* κτῆσαι, *Vulg.* eme). *al.* Cod. Theod. 4, 24 (23), 1 coloni, quos bona fide quisque -edit (5, 16 [18], 1 pr.). *al.*

2 *usu laxiore adhibetur ad obi., quae sensu strictiore -eri non possunt* (*v. maxime* Ivlian. *et* Pavl. *sub a,* Iavol. *sub b,* Pavl. *sub c; cf. et p. 114, 10 sq.*): **a** *iura, usus fructus, actio sim.*: Cic. Q. Rosc. 32 suam quisque partem iuris -eat et persequatur (Sen. Herc. f. 337 vetera patriae iura . . . domus. Vlp. dig. 8, 4, 2 *aquae tollendae.* Pavl. dig. 41, 3, 4, 26 *non* -eri intellegitur i. incorporale *viae utendae.* Cod. Theod. 5, 12, 32 [3], 1 aut ex successione aut *eqs. al.*). Scaev. dig. 5, 3, 58 fructus . . . ex ea *hereditate* -edit (*var. l.* percepit. *cf.* Vlp. dig. 8, 5, 10 pr. usum *aquae ducendae.* 43, 3, 1, 8 movet, quod neque usus fructus neque usus -etur, sed magis tenetur [Porph. Hor. epist. 2, 2, 158 nihil praeter u. f. Cod. Iust. 6, 61, 6, 1a. 2c]). Ivlian. dig. 8, 2, 32, 1 natura . . . servitutium ea est, ut -eri non possint, sed intellegatur possessionem earum habere, qui aedes -et. Cod. Iust. 5, 12, 30, 1 hypothecariam *sc. actionem.* 7, 7, 1, 3 dominium servi. **b** *homines liberi* (*de uxore v.* Ter. *sub B1; cf. etiam p. 123, 76. 80*): Iavol. dig. 41, 2, 23, 2 quaero, si vinxero liberum hominem ita, ut eum -eam, an omnia, quae is -bat, ego -eam per illum; respondit: si vinxeris hominem liberum, eum te -ere non puto; . . . neque enim rerum natura recipit, ut per eum aliquid -ere possimus, quem civiliter in mea potestate non habeo (*sim.* Gaivs inst. 2, 95 quos neque iuri nostro subiectos habemus neque bona fide -emus. *adde locos sub c allatos*). Gaivs inst. 2, 86 adquiritur . . . nobis . . . etiam per homines liberos et servos alienos, quos bona fide -emus (*de eadem re* 2, 92). Mod. dig. 41, 1, 54, 4. **c** *loca sacra vel religiosa*: Pavl. dig. 41, 2, 30, 1 locum religiosum aut sacrum non possumus -ere, etsi contemnamus religionem et pro privato eum teneamus, sicut hominem liberum. Inst. Iust. 2, 6, 1 usucapio *non* . . . procedit. . . . si quis liberum hominem vel rem sacram vel religiosam . . . -eat.

**B** *sine obi.* (*locos ubi facilius suppletur v. sub A; cf. IIA1d*): **1** *vario usu*: Ter. Andr. 949 de uxore, ita ut -edi, nihil mutat Chremes *socer?* :: causa optumast (*alludi videtur ad interdictum p. 113, 72; cf. Eun. 319* hanc . . . mihi vel vi vel clam vel precario fac tradas). Cic. Quinct. 36 nego *Naevium* ex edicto -ere potuisse, nego -isse (73. 83. 84 quin, si longe aliter -edit, quam praetor edixit, iste ex e. non -ederit. 89). 85 praetor . . . palam dicit: ita -eto ut tecum simul -eat Quinctius *eqs.* 85 (Iul. Sev. rhet. 16) quid est . . . -ere? nimirum in possessione esse earum rerum, quae possunt eo tempore -eri (*at v. p. 116, 76*). *al. ibid.* Tull. 45 vel non -isse eum . . ., vel vi ab se -isse *e qs.* Verr. II 3, 27. Caecin. 35 numquid magis -bis, *si iniuriarum actione viceris?* 90 eum deici posse, qui tum -eat; qui non -eat, nullo modo posse. 94 Caesenniam -isse propter usum fructum non negas. *al. ibid.* Fest. p. 233 (*contextu incerto*) qui dicit se -ere. Qvint. inst. 7, 5, 3 etiam si non proprietatis est quaestio, sed tantum possessionis, tamen non solum -isse nos, sed etiam nostrum -isse docere oportebit. decl. 249 p. 22, 4 neque eum, qui fructus non percepit, negaveris -isse. Frontin. aq. 109, 5. Frontin. (?) grom. p. 23,5 condicio -endi (*al. ibid.*). Tac. ann. 6, 16, 1 qua *lege* de modo credendi -endique intra Italiam cavetur. Pompon. dig. 41, 10, 4 pr. tum . . . clam -isse videberis, neque idem et pro suo et clam -ere potest. Fronto p. 12, 11 v. d. H. ut malit . . . remanere in Asia et -ere (*cf. p. 11, 20* in possessione remanebunt). Vlp. dig. 42, 4, 5, 1 si defendi coeperit pupillus vel pupilla, desinet -eri (-ere *F man. pr.; pass. impers. ut* Pavl. dig. 41, 2, 3, 22 ut -eatur aut bona fide aut non bona fide). *al.*

**2** *part. praes.* -ens *pro subst. fere i. q. possessor* (*cf. etiam p. 125, 18*): **a** *vario usu*: Flor. epit. 3, 13, 7 reduci plebs in agros unde poterat sine -entium eversione? Nerat. dig. 41, 10, 5, 1 ut . . . error -entis usucapioni non obstet. Ivlian. dig. 43, 33, 1, 1 -entis condicio melior erit (*cf.* Vlp. dig. 6, 2, 9, 4 *ut* melior causa sit -entis quam petentis. 20, 1, 10. *sim. al.*). Pompon. dig. 41, 3, 24 pr. ubi lex inhibet usucapionem, bona fides -enti nihil prodest. 41, 6, 3 (*e Trebat.*). Tryph. dig. 32, 38, 5 (*in nota ad Scaev.*) non -entis persona . . . respicienda est, sed emptorum (Vlp. dig. 8, 4, 13 pr. *v.* Cod. Iust. *sub b*). Vlp. dig. 20, 1, 10. 43, 17, 1, 4. Pavl. dig. 41, 2, 1, 20 ut neque is -eat, cui res tradita sit, quia non habeat animum -entis. *al.* **b** *respicitur potius is, quocum agitur, reus* (*v.* possessor *sub IIB; huc vergit l. 58 sq.*): Cod. Theod. 2, 5, 1, 1 *ut* -entum (-ium *var. l.*) astutia comprimatur (*pr.* litigatores, Interpr. ille qui -et). 2, 7, 2, 1 defensio -entium (*Cod. Iust. 2, 52, 6, 1* rei). 9, 10, 1 ex -entis parte vel ex eius, qui possessionem temerare temptaverit (*Interpr.* ab utraque parte). 10, 13, 1 si quispiam alienae substantiae petitor . . . in longum protrahere coeperit -entem. Cod. Iust. 7, 33, 12 pr. personae tam petentis quam -entis (*item* 1). *al.*

***appendix*** *ad I*: **1** *iuncturae potiores fere rationem vel causam sim. -endi illustrantes* (*dedimus fere initia; ceterum v. Voc. Iurispr. Rom. sub singulis vocibus*): **a** *abl. nudo*: Edict. praet. (Fest. p. 233 *al.*) nec vi nec clam nec precario (*al., v. etiam p. 113, 72 sqq.*). Sent. Minuc (cil $I^2$ 584) 3 qua lege (Iavol. dig. 29, 4, 11 Scaev. dig. 32, 38, 5 ea l. et condicione. *al.*). Cic. inv. 1, 84 hereditate. Quinct. 85 (Iul. Sev. rhet. 16) eo iure (Caecin. 94 eodem. leg. agr. 3, 14 nullo. Sen. contr. 10, 5, 15 belli [*si recte suppletur*]. Sen. epist. 117, 15 Cvrt. 4, 1, 27. *et passim.*) fam. 13, 37 alieno nomine (Cels. dig. 41, 2, 18 pr. meo. Ivlian. dig. 49, 15, 22, 3 peculiari. *et saepe*). Iavol. dig. 41, 2, 24 vi (*saepe, adde* Edict. *supra et fortasse* Liv. *p. 114, 15. cf.* Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. $1357^A$ *βι ποσεσα· τὰ κατὰ δυναστείαν ἀφαιρεθέντα.* ceterum *v. e. g. p. 122, 60. 123, 55*). Ivlian. dig. 41, 3, 33, 1 bona fide (*al. cf.* mala fide: Gaivs dig. 9, 4, 13. *al.*). Pompon. dig. 41, 2, 25, 2 animo (*al.*). 43, 26, 15, 4 corpore (*al.*). *sim. al.*

**b** *praepos.*: α *variis*: Edict. praet. (Fest. p. 233 *al.*) ab altero (Cic. Tull. 45 ab se [Caecin. 92]. Nerat. dig. 36, 3, 13 ab intestato [*saepe*]. *sim. al.*). Cic. Flacc. 79 per vim (*al.; dubites de* Cic. Quinct. 90 *saltum* per vim expulso socio -edit. *cf.* Liv. 4, 51, 5 per iniuriam. *iungitur cum hominibus*: Iavol. dig. 41, 2, 23, 2 per illum, *hominem vinctum.* Pompon. dig. 41, 2, 25, 1 per colonos *eqs. al.*). Phil. 5, 33 contra legem Iuliam (fam. 13, 37). Ivlian. dig. 43, 26, 19 pr. in solidum (*al.*). Gaivs dig. 41, 1, 5, 3 sine furto (inst. 3, 201. *cf.* Gaivs dig. 42, 5, 13 sine controversia [CIL VI 25250. *al.*]. *sim. al.*). *al.* β ex: Lex agr. (cil $I^2$ 585) 83 ex h(ac) l(ege) (Cic. Att. 2, 18, 2 aliter . . . atque ut ex legibus Iuliis. *cf.* ex edicto: *p. 113, 39. 115, 35*). Ivlian. dig. 41, 3, 33 pr. ex ea causa (*saepe*). Pompon. dig. 26, 7, 61 (*ex Aristone*) ex hereditate (*al.*). Pavl. dig. 11, 1, 20, 1 quota ex parte (*ibid.* minore ex parte). *al.* γ pro: Liv. 24, 25, 3 pro domino (Marcian. dig. 30, 114, 12. *cf.* Edict. praet. [Vlp. dig. 43, 2, 1 pr.] pro herede [*saepe*]. *ibid.* pro possessore [Ivlian. dig. 41, 3, 33, 1 Pompon. dig. 35, 1, 110 Venvl. dig. 43, 26, 22 pr. *al.*]. Ivlian. dig. 41, 3, 33, 1 pro emptore [*al.*]). Proc. dig. 23, 3, 67 pro suo (*al.; cf.* Pompon. dig. 41, 10, 3 pro meo [Vlp. dig. 41, 10, 1, 1]. Pavl. dig. 41, 3, 13 pr. pro alieno. *sim. al.*). Pompon. dig. 41, 2, 26 pro indiviso (Vlp. dig. 43, 17, 17. *cf. p. 120, 20 et* Pavl. dig. 6, 1, 8 pro diviso). *al.*

**c** *adv.*: Edict. praet. (Fest. p. 233 *al.*) uti -etis (*sic saepe in afferendo interdicto, v. vol. VII 1, 2177, 77 sqq.; ceterum e. g.* Scaev. dig. 19, 1, 52, 3. *cf.* Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. $1357^A$ *οὐτ ποσιδέτις· διὰ ὑπόστασίν τινα ἐπὶ τῶν ἀκινήτων ἐγγυμναζομένων* [*i. immobilium, de quibus contenditur?*]). *ibid.* ita (Cic. Quinct. 85 Iavol. dig. 29, 2, 60. *al.*). Lex Bant. (cil $I^2$ 582) 11 poplice (*v. p. 113, 35. ceterum* Qvint. decl. 260 p. 62, 23. *al.*). Cic. Quinct. 64 recte (Pavl. dig. 41, 2, 32, 2). S. Rosc. 108 communiter (Novell. Theod. 22, 2, 2). Iavol. dig. 41, 2, 24 civiliter (*al.*). Cels. dig. 8, 6, 12 iuste (*al.; cf.* Pavl. dig. 41, 2, 3, 5 iniuste). 43, 26, 12 pr. precario (Ivlian. dig. 41, 3, 33, 6. 44, 7, 16. *al., v. etiam p. 113, 72*). Pompon. dig. 41, 10, 4 pr. clam (*al., v. etiam p. 113, 72*). Venvl. dig. 43, 26, 22, 1 (*e Labeone*) naturaliter (*al.*). *al.*

**d** *dat. commodi*: Labeo dig. 19, 2, 60, 1 domino (Cod. Iust. 7, 30, 1 *a. 226*). Scaev. dig. 32, 38, 5 sibi . . . habere, -ere ([*si recte ad utrumque verbum refertur*]. Papin. dig. 41, 3, 44, 7. Vlp. dig. 36, 4, 5, 2 s., non alii. *ibid.* non s., sed omnibus. *al.*). *sim. al.*

**2** *notabiliora quaedam ad illustrandam rationem quae intercedit inter -eo et voces affines*: **a** *iuxta ponuntur* (*cum copula vel per asyndeton; voces videntur potius distingui quam pro syn. poni*): habere: Decret. Paulli (cil $I^2$ 614) 6 -ere habereque. Lex agr. (cil $I^2$ 585) 11 oetantur (*i.* u-) fruantur habeant po⟨ssideantque⟩ (Lex Anton. de Term. [cil $I^2$ 589] 1, 18. 26. 31. 35. Tab. cer. Herculan. 61 [Parola del pass. 9, 1954, 56] *si recte suppl.*; Tab. cer. Dac. *p. 114, 79. al.; omittitur* uti: Lex agr. *l. c.* 32. 40. *al.*). 14 habebitve. Lex Anton. de Term. (cil $I^2$ 589) 23. Cic. Verr. II 2, 61 et sibi habere (Cod. Theod. 8, 18, 7, 1). Lex Vrson. (cil $I^2$ 594) 79, 3 sqq. (*quater*). Liv. 26, 11, 7. Tab. cer. Herculan. 59 (Parola del pass. 9, 1954, 55) -ereque. Tab. cer. Dac. 8 (cil iii p. 947) ext. 19 h. -ere usuque capere (*eadem* int. 9 *litteris singularibus*). Gell. 3, 9, 3. Florent. dig. 46, 4, 18, 1 (*ex Aquilio*) habes, tenes, -es (Tab. Albertini 3, 36. *et passim ibid. fere litteris singularibus* [*v. indicem ed. p. 338 sq.*]. Pap. Tjäder 20, 32. *cf. p. 118, 38. 122, 42*). *al.* *varia*: Sent. Minuc. (cil $I^2$ 584) 24 fruique (30 Lex Hadr. [cil viii 26416] II 7. *cf. l. 46*). 29 colereque (Cic. leg. agr. 2, 84. *cf. p. 123, 42*). Cic. Quinct. 89 quae teneri et -eri possunt (Flacc. 51. Cypr. epist. 66, 4 [*verba proscriptionis*]. *cf. l. 55. p. 123, 41. 76*). Verr. II 2, 46 omnia utenda ac -enda tradere. Tab. cer. Herculan. 65 *v. p. 114, 77.* **b** *manifestius distinguuntur*: Ter. Andr. 810 quae illius fuere, -et (Rhet. Her. 4, 29. 40 Liv. 39, 25, 4 Petron. 14, 6. Nerat. 41, 10, 5, 1 quod quis, cum suum esse existimaret, -erit. Pompon. dig. 41, 1, 21, 1 si rem meam -eas et eam velim tuam esse. Afric. dig. 44, 1, 18. *sim. al.*). Iavol. dig. 41, 2, 24 quod servus civiliter quidem -ere non posset, sed naturaliter tenet (Papin. dig. 41, 2, 49, 1. Vlp. 10, 4, 5, 1 [*e Iuliano*]. 45, 1, 38, 8. *al.*). Ivlian. dig. 10, 3, 5 si iussi sumus . . . aedes -ere et ex hoc dominium earum nancisceremus (Pompon. dig. 50, 16, 181 quas *res* iure aliquo -eamus, quamvis non sint nostri dominii. Afric. 39, 2, 44, 1 -endo d. cepit [Vlp. dig. 39, 2, 15, 26 Pavl. dig. 39, 2, 18, 15]). Pompon. dig. 42, 4, 12 *cum praetor* ventris nomine in possessionem nos mittit, non -emus, sed magis custodiam rerum . . . nobis concedit (Vlp. dig. 39, 2, 15, 21 non . . . statim ubi misit praetor in possessionem etiam -ere iubet. 39, 2, 15, 26. 41, 2, 10, 1 [*e Pompon.*] aliud est . . . -ere, longe aliud in possessione esse: denique rei servandae causa . . . non -ent, sed sunt in possessione custodiae causa. *sed pro syn. habet* Cic. *p. 115, 38*). Venvl. dig. 41, 2, 52 pr. neque impediri possessionem, si alius fruatur, neque alterius fructum amputari, si alter -eat (*cf.* Gaivs dig. 41, 1, 10, 5 *usufructuarius* non -et, sed habet ius utendi fruendi. *sim. distinguunt*: Vlp. dig. 10, 4, 5, 1. 43, 26, 2, 3. *al.*). Scaev. dig. 33, 2, 36 pr. cum nepotes . . . *fundum diu* -erint, an eum fundum sibi adquisierint (Vlp. dig. 8, 4, 2 Pavl. dig. 41, 2, 1, 15 Mod. dig. 41, 1, 53). Char. gramm. p. 394, 1 sqq. B. habere potest etiam

[Zäch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fur . . .; -et nemo, nisi qui aut relictae aut donatae rei aut emptae dominus est; ita in habente onus, in -ente usus est. *al.*

II *respectu iuris minus vigente vel prorsus evanido (cf. etiam imagines p. 114, 24; exempla quaedam, maxime sub A1b et c, etiam ad I referri posse vix negaverimus). vis habendi sim. praevalet nimirum in formis stirpis praes., sed non desunt quae ad vim occupandi, sumendi referas: v. praeter formas ad* -sīdo *pertinentes* (NAEV. *sub A1a et* LVCR. 1, 386 *sub B2a*) *locos p. 122, 82 sqq. allatos, ceterum e. g. imperat.* -e MART. 8, 44, 9 *p. 122, 38* VVLG. Ier. 13, 1 *p. 120, 24 al. nec non versiones verborum gr.* κληρονομέω *p. 121, 81 et* κτάομαι *p. 118, 53. 67. 120, 1 et al. in formis stirpis perf. rarior est vis durativa (cf. e. g.* VARRO *et* CIC. *p. 123, 18 sq.,* VAL. MAX. 9, 4, 3, COLVM. 3, 9, 2 multis temporibus [*item indicatur quam diu e. g.* MART. 9, 67, 1 IVST. 9, 1, 3 CE 1968, 6] *et al.*), *praevalet vis ingressiva (v. e. g. quae collegimus p. 122, 58 sqq.), saepe tamen ita, ut significetur status actione capiendi effectus: cf. perf. iuxta praes.* CIC. de orat. 1, 218 top. 55 LVCR. 1, 966. 4, 314. 5, 202. 6, 1050 SALL. Iug. 16, 5 OV. met. 1, 355 *al., plusquamperf. iuxta (im)perf.* SALL. Iug. 48, 3 OV. met. 2, 739 STAT. Theb. 9, 494. *al.*

A *vi plena (sc. vigente notione proprietatis, dominii sim.):* 1 *generatim:* a *-entur animantes (item animus eiusve qualitates nec non partes corporis [sed v. etiam p. 120, 14. 52 sqq.]. animalia v. sub c praeter l. 46. 51 sqq. p. 118, 20):* α *rebus (in structura passiva hic illic subintellegendis ut e. g. l. 34 sqq.; p. p. p. pro nomine l. 40. 55):*

① *quibuslibet (sc. respiciuntur homines statu quodam affecti, potestati cuidam subiecti):* Ⓐ *affectionibus animi, vitiis (cf. et p. 124, 1):* NAEV. carm. frg. 53 (57) metūs tumultus pectora -idit (-et *var. l. contra metrum; vix de perf. cogites coll. p. 112, 70*). SALL. Catil. 51, 3 si libido -et *ingenium* (POMER. 3, 8, 1 ARATOR act. 2, 349). VAL. MAX. 9, 4, 3 avaritia . . . praecordia -edit (CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 76, 5. *al.; cf.* FIRM. math. 6, 31, 64 avaritiae vitio). SEN. dial. 3, 1, 3 quos ira -edit. 7, 4, 4 quam malam . . . servitutem serviturus sit, quem voluptates doloresque . . . alternis -bunt. epist. 95, 37. PLIN. epist. 9, 30, 4 invasit homines habendi cupido, ut -eri magis quam -ere videantur (*structura simili [cf. infra l. 68; an hos locos ibi potius inseras?]:* CYPR. laps. 12 quomodo caelum petunt . . ., qui terrenis cupiditatibus degravantur? -ere se credunt, qui potius -entur, census sui servi . . . *et* pecuniae mancipati. AVG. in psalm. 38 serm. 1, 2 qui . . . cupiditate tenetur, -ssus est, non possessor. *ceterum:* PS. CYPR. singul. cler. 7 p. 180, 6 SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 62. *al.*). *al. p. p. p. vergit in vim adi. q. e. furiosus, demens sim. (cf. l. 56 et p. 119, 10):* PHILIPP. in Iob 15 p. 654D (*de superbo*) contra deum -ssus insanus in audacia resistendo non lentis gressibus processit.

Ⓑ *rebus, quae corpus vel sensus afficiunt:* ① *morbis sim.:* SEN. Ag. 711 pallor genas creberque totum -et corpus tremor. APVL. met. 9, 2, 6 rabie -ssus ac peresus *Lucius asinus* (CHIRON 982). PS. GARG. MART. p. 212, 13 quos lues -et. FIRM. math. 6, 31, 3 corpus . . . -bit . . . inpetigo. 8, 19, 11 exulcerata macularum labe -ssus. 8, 20, 4 erit corpus . . . foedis odoribus -ssum. err. 16, 5 cum corpus hominis adversa valitudo -erit. DON. Ter. Hec. 325 'offendam affectam' lassam -ssamque morbo (CHIRON 165 ut aliquod iumentum -eat *morbus maleos.* 192 in corporibus eorum, qui iam -ssi sunt, morbus increscit). CHIRON 16. 349 ab articulario vitio -ssus tenetur (*Hippiatr. gr. I p. 16, 11* ἔχεται). FVLG. aet. mund. p. 162, 2 genua -erat tumor. CLAVD. 20, 13 ulcera -ssis alte suffusa medullis . . . ferro sanantur. *et saepius. p. p. p.* -ssus *fere pro subst. masc. de aegroto (cf. l. 40):* CAEL. AVR. chron. 1, 3, 56 -ssis accidit pallor et corporis tenuitas (*vi verbali vigente* 1, 3, 55 ista . . . passione -ssos sequitur . . . torpor). ② *quibuslibet rebus:* SEN. dial. 7, 8, 2 (*respiciuntur quae corpori grata sunt*) si non subierimus eorum servitutem nec nos aliena -erint. epist. 83, 20 ubi -edit animum nimia vis vini (*cf.* SIL. 3, 423 *Hercules* -ssus Baccho). APVL. met. 6, 21, 1 *infernus somnus* invadit eam *Psychen* . . . et in ipso vestigio . . . conlapsa⟨m⟩ -et. IREN. 3, 23, 7 (3, 36H.) 'novissima . . . evacuatur mors' (*I Cor. 15, 26*), quae primum -erat hominem (*cf.* 5, 12, 1 mors -ens hominem. *ibid.* vita -ens hominem [*gr.* ἐπικρατήσας *vel* -σασα]). HIER. tract. p. 379, 22 licet me tormenta -eant. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 128 cum corpus fuerit naturali fortitudine -ssum.

Ⓒ *divitiis sim. (cum acumine invertitur structura communis 'divitias -ere'; cf. supra l. 34.):* VAL. MAX. 9, 4 ext. 1 *rex quidam* non -edit divitias, sed a divitiis -ssus est ([*postea:* pecuniae . . . mancipium]. CYPR. ad Donat. 12 auro se alligatum teneri et -eri magis quam -ere d. [d. *delevit Hartel vix recte*]. PETR. CHRYS. serm. 28, 2). PAVL. NOL. epist. 24, 2 *iusti* ita -entes, ut non -rentur a possessionibus suis. AVG. serm. 125, 7 si non potest *aliquis nihil -ere* . . ., -eat, non -eatur, teneat, non teneatur (*item re non expresse indicata:* serm. coll. Morin p. 629, 1). GREG. M. in euang. 36, 11.

Ⓓ *variis rebus incorporeis:* PLIN. nat. 30, 2 *arte magica* -ssis hominum sensibus (*de eadem* 30, 13 Gallias . . . -edit). STAT. Theb. 7, 551 *Polynicem* intra moenia clausum -ssumque odiis *hostium* (*aliter supra. l 26 sqq.*). IREN. 3, 23, 8 (3, 37 H.) -etur in perditione omnis hominis generatio. ARNOB. nat. 6, 24 p. 338, 17 M. *si esset* nulla omnino nequitia, iustitia pax fides mortalium pectora -ret. FIRM. math. 3, 6, 30 infamiae labe -ssam *mulierem.* 6, 11, 11 infortuniorum calamitate. 6, 31, 54 religionis potestate. HIL. in Matth. 10, 23 *infidelitas detinet* nos . . . ut inter infidelitatem voluptatemque -ssos. PELAG. in Rom. 1, 8 idolorum . . . cultura. AVG. nupt. et concup. 2, 18, 33 Pelagiana impietate. *al.*

(II) *locis (respiciuntur homines locorum quorundam proprii, eos habitantes sim.; paulo aliter p. 124, 33):* ELOG. Scip. (CE 9, 2) magna(m) sapientia(m) multasque virtutes . . . -et hoc saxsum (*item respiciuntur sepulti:* CE 509, 1 [*syntaxi non dilucida*] -et . . . locus . . . corpus. 1248, 2 adfectus omnis -et iste lapis [*v. vol. I 1192, 7*]. 1558, 5 Dacia te voluit, -edit Micia secum. *cf. p. 119, 32*). PETRON. 137, 9 vers. 10 (*iocose*) quod vis nummis praesentibus opta et veniet; clausum -et arca Iovem. MART. 7, 40, 4 Elysium -et ambo nemus. EXPOS. mundi 42 Phrygia . . . fortes viros -ens (*sim.* 54). HIER. epist. 54, 13, 6 (*ad Furiam, viduam Romanam*) imitare . . . consanguineam tuam, *sc. Eustochium:* habeat Roma, quod . . . -et Bethleem.

β *ab hominibus:* (I) *vario usu (sc. quolibet modo habendi, tenendi):* TER. Haut. 195 haec perinde sunt, ut illius animust, qui ea -et (*antea enumerantur:* parentis, patriam . . ., amicos, genus, cognatos, ditias). SEN. epist. 55, 11 *non magni interesse utrum amicus absit necne;* amicus animo -endus est; hic . . . numquam abest. APVL. met. 10, 17, 6 qui sodalem convivamque -et asinum. TERT. fug. 12, 5 hunc . . . *redemptione Christi* liberum pretio aestimabis *tamquam servum* et pretio -bis *delatoribus reddendo?* ITALA Ier. 16, 19 (Ps. Aug. spec. 44) quam falsa -erunt patres nostri idola ([*gr.* ἐκτήσαντο, VVLG. mendacium -erunt]. *item -entur dei:* ARNOB. nat. 4, 4 quid, Romani deos -ent peculiares? *cf. l. 42*). Luc. 21, 19 (cod. a, *sim.* VVLG.) in tolerantia vestra -bitis animas vestras (*gr.* κτήσεσθε, *cod. c al.* adquiretis). CYPR. domin. orat. 16 p. 278, 10 cum corpus e terra et spiritum -eamus e caelo, ipsi terra et caelum sumus. VVLG. gen. 4, 1 *Eva* peperit Cain dicens -edi hominem per dominum (*Itala Ambr. Cain et Ab. 1, 1, 2 al.* adquisivi. *cf.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 8, 11 Cain adquisitio sive possessio interpretatur, . . . unde etymologiam ipsius exprimens ait canithi id est -edi).

(II) *-entur qui gratia, auctoritate sim. conciliantur (cf. locos quosdam sub 2b allatos):* CIC. Verr. II 3, 158 brevi tempore totum hominem, *Verrem,* totamque eius praeturam -erat *Apronius.* LAVS Pis. 45 tu . . . iudicis affectum -ssaque pectora temptas *patronus* (*cf.* QVINT. inst. 6, 1, 52 si bene diximus reliqua, -bimus iam iudicum animos). PLIN. epist. 1, 16, 1 amabam Pompeium Saturninum . . .; nunc vero totum me tenet, habet, -et (-etque *var. l.*). APVL. apol. 98, 1 blandimentis et . . . illectamentis captus et -ssus *Sicinius Pudens.* CE 787, 33 (*saec. IV?*) *papa* catholica precincte fide, -eris omnes *a vero declinantes.* GREG. M. moral. 1, 23 gentilitatis . . . corda -endo ea ad visionem pacis regendo . . . perducere. (III) *-etur deus Christianorum, spiritus sanctus (idola v. l. 23):* TERT. pudic. 12 p. 241, 20 *paracletum* nec in prophetis propriis agnitum iam nec in apostolis -ent *psychici.* ZENO 1, 4, 1 (1, 1, 4 L.) deum . . . vos et habere et -ere monstratis, cum pudicitiam *servatis.* HIER. epist. 52, 5, 1 sq. (*in veriloquio vocis q. e. clericus*) talem se exhibere debet *clericus,* ut et -eat dominum et ipse -eatur a domino; (2) qui dominum -et et . . . dicit 'pars mea dominus' (*psalm. 72, 26*), nihil extra dominum habere potest. AVG. serm. 47, 30 l. 948 *deus* aequaliter -etur ab omnibus. l. 970 sq. -et nos et -emus illum; . . . -emus illum, ut colamus illum. (IV) *-etur caro sim. a spiritu regenda (aliter l. 27):* ITALA I Thess. 4, 4 (cod. d *al., sim.* VVLG.) ut sciat unusquisque vestrum -ere suum proprium vas in sanctificatione (*gr.* κτᾶσθαι, *Tert. adv. Marc. 5, 15* tractare). IREN. 2, 33, 4 (2, 53 H.) anima -et et principatur corpori. 5, 9, 2 spiritus . . . absorbens infirmitatem, hereditate -et (-edet *var. l.,* -edit *Rousseau*) carnem in se et . . . factus est vivens homo ([*gr.* ⟨ἐκλ⟩ηρονόμησεν]. 5, 9, 3 c. a spiritu -ssa . . . qualitatem . . . spiritus assumens. 5, 9, 4 non -et, sed -etur c. [*gr. ut supra*]. GREG. M. moral. 8, 8).

γ *a deis vel daemonibus:* (I) *apud paganos:* STAT. Theb. 10, 676 multo -ssus numine pectus (*sc. Menoeceus*). Ach. 1, 497 *Calchantis* ora deo -ssa (*cf. Verg. Aen. 6, 80 Phoebus* fera corda domans *Sibyllae*). CLAVD. DON. Aen. 1, 665 p. 131, 2 *Amor* facilius potuit mentem feminae, *sc. Didonis,* -ere (*cf. Verg. Aen. 1, 719* insidat quantus miserae deus).

(II) *in scripturis sacris et apud Christianos:* Ⓐ *-et deus, Christus (gr. resp.* κτάομαι, *nisi alia indicavimus):* ITALA deut. 32, 6 (Lugd., *sim.* VVLG.) non ipse tuus pater -et te, *plebem suam,* et fecit te et creavit te? psalm. 73, 2 (Veron. *al., sim.* VVLG.) memento congregationis tuae, quam -edisti ab initio (*Psalt. Rom.* creasti). 78, 11 (Aug. *ad l.* = VVLG.; *ad deum*) -e filios mortificatorum (*gr.* περιποίησαι, *Veron.* recipe in adoptionem, Sangerm. -e . . . in adoptione. *explicat* CASSIOD. *ad l.* quando nos -et *deus,* diabolica in nobis iura non praevalent). 138, 13 (Veron. *al., sim. aliae vers.*) tu -edisti renes meos, domine, suscepisti me a ventre matris meae. HIL. in Matth. 21, 2 erit . . . dominus . . . gentes -ens. HIER. epist. 52, 5, 1 *ut* -eatur a domino *clericus.* AVG. civ. 17, 4 p. 209, 8 D. cum . . . dominus -ere nos coeperit, . . . *diabolus* vincetur a nobis. SACR. Leon. 1096 populum tuum, domine . . ., -e caelestibus institutis. *al. huc spectare videtur structura ambigua:* ITALA I Petr. 2, 9 (Hil. in psalm. 51, 3) vos, . . . genus electum, . . . plebs ad -endum (*gr.* λαὸς εἰς περιποίησιν, *Ambr. fug. saec. 2, 6 al.* populus in adoptionem, *Vulg.* populus adquisitionis). Ⓑ *-ent diabolus vel daemones:* ITALA II Cor. 2, 11 (cod. 89, Ps. Aug. spec. 79 *al.*) ut non -eamur a satana (*Vulg.* circumveniamur, *gr.* πλεονεκτηθῶμεν). CYPR. patient. 19

[Zäch]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuius mentem diaboli nequitia -edit. Optat. 3, 11 p. 98, 3 *animas* diabolus -bat (Ambrosiast. in II Cor. 2, 11 frater -ssus a d. Avg. civ. 20, 7 p. 420, 18 D. quos ille in diversis peccatis atque impietatibus -bat. *al.*). Hier. in Matth. 12, 22 -ssus daemone liberatur ([*Vulg.* daemonium habens]. Avg. civ. 4, 31 p. 186, 9 D. *al.*). Nicet. virg. laps. 4 p. 113, 14 B. *animae* a diabolica dominatione -entur (*verba desunt in parte codd.*). Greg. M. moral. 1, 51 tanto ... eam *intentionem* plenius -ent *spiritus adversantes,* quanto et per initium dominantes tenent. *al.*
*exempla p. p. p., ubi e contextu supplendus est is qui -et* (*vix cogites de notione q. e. daemoniacus sim.; cf. p. 117, 40*): Hil. trin. 6, 49 *daemones* virtute vincuntur, cum -ssa diu corpora deseruerunt (Canon. Turner I 2 p. 342 l. 105 legionem daemonum verbo fugat, corpus -ssum liberat *Christus.* Avg. civ. 8, 26 p. 366, 4 D.). Avg. c. Faust. 22, 22 p. 615, 6 *deus Manichaeorum* invasus atque -ssus (*antea*: a tenebrarum gente pervasus).

b *-entur loca, regiones, aedificia sim.* (*cf. 2a et B1*): α *a deis vel animis defunctorum* (*deorum simulacro* Sil., *nominibus* Tert.): Plavt. Aul. 4 hanc domum iam multos annos est cum -eo et colo (*de Lare ut*: Apvl. Socr. 15 p. 152. *de martyre*: Inscr. christ. Diehl 1900 [*saec. VI*] hanc d. [*sc. hospitium?*] iuris tui placata -e, martir Eulalia). Ov. am. 3, 9, 45 Erycis quae *Venus* -et arces. fast. 4, 600 posita est mihi, *Iovi*, regia caelo, -et alter aquas, alter inane chaos. 6, 73 aurea -edit ... Capitolia ... et ... cum Iove summa tenet *Iuno*. Sil. 13, 46 effigies ea, *sc. Palladium,* quas umquam -erit urbes. Stat. Theb. 2, 12 steriles luci -ssaque manibus arva. Tert. spect. 8 p. 10, 6 quot nomina (num- *var. l. Isid. orig. 18, 41, 3*) immunda -erint circum. Itala psalm. 77, 54 (cod. 136 Cas., *sim.* Hier. psalt. sec. Hebr.) mons hoc quod -edit dextera eius (*gr.* ὄρος ..., ὃ ἐκτήσατο, *Veron. al.* adquisivit). Tab. devot. Audollent 250A, 9 (*saec. III; ad daemonem quendam*) qui -es tractus Italiae (*sim.* 15). Ivvenc. 3, 457 genitor, qui culmina caeli -et (*Itala Matth. 18, 35 cod. a al.* in caelis est). Clavd. rapt. Pros. 1, 28 quo ducta ... Proserpina raptu -edit dotale chaos (*i. Tartarum*). *al.* *-entur sepulcra sim.* (*cf. p. 122, 20; structura inversa p. 118, 6 sqq.; aliter p. 114, 22*): Val. Max. 1, 8, 10 *Appius* morbo consumptus praedictum a deo locum sepulturae -edit. Mart. 6, 76, 6 (*epitaphium militis bello Dacico defuncti*) non timet hostiles iam lapis iste minas; ... famulum victrix -et umbra nemus. Inscr. christ. Diehl 840 (= Silvagni 749, *ex apographis notum; a. 522*) -edatur (-eiatur *var. l.*) loc(us); eum ne quis ... remob(e)at (*ad* possido *trahit Diehl in indice p. 450,* possideatur *intellegit Rossi rectius*). 1464 (*a. 380*) ⟨q⟩u(a)e de sua omnia -edit domum ista(m). β *a ceteris animantibus* (*fere hominibus*): Cic. dom. 107 *Clodius* non est ausus meam domum ... -ere (Sen. contr. 1, 6, 5 [*contextu mutilo*]. Vell. 2, 77, 1 paterna d. ab Antonio -batur. Sen. Ag. 258 mariti -ens paelex d. *al.*). Att. 2, 4, 5 nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam -ere videamur. Ov. met. 2, 739 medium *thalamum* -erat Herse; ... tenuit laevum *soror*. Manil. 4, 833 scopulo ... orbem -edit in uno *Deucalion*. Pavl. Fest. p. 276 Remurinus ager dictus, quia -ssus est a Remo (Sen. contr. exc. 5, 5, 1. Sen. epist. 87, 7 tantum suburbani agri. Colvm. arb. 1, 5 uliginosos. *al.*). Val. Max. 4, 4, 8 loca (*sc. in circo*) ... publice donata -bant *Aelii*. Phaedr. app. 5 (7), 15 quo quis maiorem -et terrae locum, ... cura graviore *adficitur*. Sen. dial. 9, 11, 10 cum tot flumina -ret in suo orientia, in suo cadentia. Colvm. 3, 3, 3 *Nomentana regio,* quam -et Seneca. 4, 3, 3 vineta. 11, 2, 90 vineas. Petron. 77, 1 latifundia. Plin. nat. 19, 50 hortorum nomine in ipsa urbe delicias agros villasque -ent (Ivv. 10, 225 Plin. epist. 3, 7, 8. 6, 30, 2. *al.*). *sim. saepius.* γ *rebus*: *sideribus variisque caeli locis* (*vigente vi proprietatis, dominii sim.; aliter p. 124, 11, sed locos quosdam ambiguos esse non negamus*): Cic. rep. 6, 17 unum globum -et illa, quam ... Saturniam nominant. Vitr. 9, 1, 5 cum ... partes ... duodecumas singula *signa* -eant mundi. Germ. 548 scorpios ... duplex quam cetera -et orbe sidera (*locum insere vol. V 1, 2271, 9, dele ibid. 2282, 9*). Firm. math. 2, 2, 4 planetae bina ... habent signa, in quibus imperii sui exerunt potestatem; sed ex ... signis, quae singuli -ent, unum masculinum est, aliud femininum (*cf. 5* Saturnus habet domicilium in aquario et capricorno *eqs.*). 2, 6, 2 (*1* licet ipsum signum alienae sit potestatis ..., tamen partes eius quasi propriae stellis singulis dividuntur) a prima usque ⟨ad⟩ VI partem *arietis* fines -et Iuppiter (*sim. passim in eodem capite*). 6, 1, 2 primi ... cardines horoscopum mediumque -ent caelum (*syn.* suscipiunt). *al.* *quibuslibet* (*huc trahere possis quaedam p. 124, 58 allata*): Ov. fast. 4, 421 *Sicilia* multas ... -et urbes (*cf.* Expos. mundi 61 *Africa* multas ... civitates -ens unam praecipuam ... habet, *Carthaginem*). Porph. Hor. epist. 1, 14, 2 (*agellum* habitatum quinque focis) quinque villis -ssum. Veg. mil. 4, 38 meridianum ... cardinem -et notus (*postea*: tenet). Clavd. Mam. anim. 1, 25 p. 91, 2 *circuli* medium puncto -bitur, ut circulus rata dimensione formetur. Drac. satisf. 89 temperies caeli medium nec -et orbem.

c *-entur res variae* (*animalia p. 120, 17. 26*): α *corporeae, ad rem familiarem pertinentes*: Ⓘ *externae*: Ⓐ *opes, pecunia, res pretiosae sim.*: Lvcil. 1051 centum atque ducentum -eas si milia (milium *trad.; cf.* Sen. dial. 7, 21, 3 quadragies sestertium. Ascon. tog. cand. p. 70, 13 amplius centies. Petron. 38, 7 sua octingenta. *sim. al.*). Cic. S. Rosc. 86 amplissimam pecuniam (Sen. dial. 12 [11], 9, 5. epist. 115, 16 maiore tormento p. -etur quam quaeritur. Itala Matth. 10, 9 [aur. *al.* = Vvlg.] nolite -ere aurum neque argentum neque p. [*gr.* κτήσεσθε]. Porph. Hor. sat. 1, 1, 68. *al.*). Tusc. 1, 86 non fortunae omnes *Pompei* a victoribus -rentur (*verba delenda non esse monet Lundström, Vermeintliche Glosseme, 1964, 184 sqq.*). R. Gest. div. Aug. 4, 24 ornamenta ..., quae spoliatis tem⟨plis⟩ ... -erat *Antonius*. Tib. 3, 8, 17 *Sulpicia* -eat ..., metit quicquid ... Arabs ... et quascumque ... gemmas ... colligit Indus. Ov. am. 3, 7, 50 -edi dives avarus opes *nec iis usus sum* (3, 8, 54. ars 3, 114 Roma. Sen. epist. 18, 13 intrepide. *al.*). Sen. nat. 5, 15, 3 aurum non minore periculo quaerendum quam -endum (Lavs Pis. 108 -sso mens est opulentior auro. Plin. nat. 33, 51 infinitum [*cf.* 1, 33, 15 plurimum auri et argenti]. *al.*). *sim. saepe.*
Ⓑ *quaelibet res definitae* (*animalia* Colvm., Clavd.): Titin. com. 139 pannos -bit fetidos. Acc. trag. 196 Pisaea praemia, *sc. Hippodamiam,* arrepta a socro -edit suo. Cic. Verr. II 3, 179 *frumentum* omne. Sen. contr. 1, 4, 1 res publica ..., quae manus meas -es, *quas in bello perdidi*. Colvm. 3, 9, 4 Aminneas *vites* (*cf.* 3, 9, 6 quam *vitem* in Caeretano tuo -es). 6 praef. 4 *pecus*. 8, 2, 1 an sint agrestibus -enda (*respiciuntur animalia nutrienda, educanda ut*: 8, 2, 12 genera *gallinarum*. 8, 14, 1 greges nantium *avium*. 8, 16, 10 *pisces*. 9, 1, 8 *cervus* iuvenis. 9, 8, 5 optimas *apes*). Pers. 5, 75 *libertinus* tesserula far -et. Plin. nat. 17, 1 (*respiciuntur arbores sim.*) *olim* pro indiviso -ssa (-ssas *var. l.*) a feris. Apvl. apol. 13, 5 habet speculum philosophus, -et speculum philosophus. 13, 7. Cypr. unit. eccl. 7 p. 215, 15 incorrupta adque individua tunica *Christi* -etur *ab ecclesia* (*in imag. ut ibid.* p. 215, 23 indumentum). Vvlg. Ier. 13, 1 -e tibi lumbare lineum et pones illud super lumbos tuos (*Itala, Wirc.* accipe, *quae vox respondet etiam* 13, 2. 4). Clavd. rapt. Pros. 2, 210 iuvencam cum leo -edit nudataque viscera fodit. *al.*
*respectu gubernandi, regendi* (*in astrologia; cf. by nec non 2a*): Lvcan. 10, 209 Venus cunctarum semina rerum -et, ... Cyllenius arbiter undae est. Ⓒ *indefinita*: Cic. Mur. 50 quid ipse *Catilina* deberet, quid -ret, quid auderet (*item cum pron. neutro*: parad. 48 quod plurimi sit. Pvblil. Q 51 Val. Max. 4, 4, 1. 4, 8 ext. 2 quod Gillias, *vir liberalissimus*, -bat, omnium quasi commune patrimonium erat. Sen. benef. 1, 5, 2 quod traditur -eturque. *sim. passim*). Hor. sat. 2, 3, 236 (*loq. nepos*) indignus qui tantum -eam. carm. 4, 9, 45 non -entem multa vocaveris recte beatum (Rvt. Lvp. 2, 15 Val. Max. 4, 3, 6. Sen. epist. 87, 39 *infra*. 104, 9. Petron. 39, 8 et in mari et in terra. *al.*). Ov. am. 3, 8, 57 omnia (Sen. epist. 90, 3. *al.*). met. 7, 59 (*verba Medeae*) quem ... ego cum rebus, quas totus -et orbis, Aesonidem mutasse velim. fast. 1, 212 cum -eant plurima, plura petunt. Val. Max. 4, 4 praef. cuncta -et (*contextu vix sano*). Sen. benef. 7, 8, 3 Demetrio si res nostras aliquis deorum -endas velit tradere. epist. 87, 39 paupertas ... est, non quae pauca -et, sed quae multa non -et. 88, 10 supervacua. *et al.*
β act. (depon.): ① quod possibile est refertur ad quendam contextu indicatum (sc. alia structura ac tertia pers. sing.; cf. p. 135, 27. 28): Cato agr. 90 fabam et far depses, oleo tangito depsitoque, dum -erit (-eris ed. Venet., Pontedera) facere turundas (Peregr. Aeth. 2, 7 de contra illum montem Sinai vides, quod, antequam subeas, f. non -est [-es Gamurrini al.]. Apic. 7, 4, 2 si pingues fuerint . . ., tollis cutem; -est et de abdomine . . . ofellas f.). Liv. 3, 27, 7 (adhortatur dux milites) adderent gradum; maturato opus esse, ut nocte ad hostem pervenire -sset (perveniri Drakenborch, sed usus impers. iuxta opus esse fortasse defendendus; de ceteris locis Livianis v. quae infra l. 65 monuimus). Iavol. dig. 17, 1, 36, 2 si fundum . . . emendum tibi mandassem, sed ita ut non aliter . . . tenear quam si totum fundum emeres: si totum emere non -uerit (-ueris, -uerim var. ll.) eqs. Pompon. dig. 26, 7, 61 quare cunctatus es . . .? cum alioquin elegantius dicere -erit ('-ueris?' Mommsen) eqs. Gaivs inst. 4, 20 cum de eo, quod nobis dari oportet, -uerit . . . sacramento . . . agere (agi vel -uerimus edd.). Edict. impp. Marc. et Comm. (? v. vol. VII 2, 1488, 55) dig. 1, 18, 14 si tibi liquido compertum est reum furiosum esse . . ., -est (-es edd.) de modo poenae eius dissimulare. Vlp. dig. 47, 2, 52, 9 an furti actionem habeas, quaeritur; . . . -est (-es dett.) habere furti actionem ([postea: non competere f. a.]. Tert. carn. 7 l. 35 non omnes . . . habemus . . . matrem; adhuc -est [def. Mahé, ed. 1975; -est ⟨quis⟩ Evans, -es Kroymann] et patrem magis h. quam matrem eqs.). Tert. fug. 14, 1 neque . . . a populo eris tutus, si officia militaria redemeris; . . . fide et sapientia non adhibitis et redemptionem tuam -est (def. Bulhart, -es N) perdere eqs. 14, 2 si colligere interdiu non -est (-es NR), habes noctem. idol. 23 p. 56, 25 quod neque ignorasse te contendere -est (-es Ursinus) neque noluisse. Scap. 4, 1 velim, ut omnes salvos facere -ssimus . . .; -est (-es N, Rhenan.) et officio iurisdictionis tuae fungi et humanitatis meminisse. Vita Anton. 13 p. 28, 24 recede . . .; non -est (-es Euagr., gr. φέρεις) ferre nostras insidias. Chiron 585 lino laxo ⟨l⟩assas, ut facile alligare -ssit linum (-ssis Oder. cf. Oribas. eup. 4, 88 Aa p. 606 -est . . . imponere lanas . . . in ano et ligare [antea: inicimus. gr. 4, 86, 7 δύναιτο δ' ἄν τις . . .· δεῖ, La p. 605 oportet utroque loco]). 681 oleum . . . clisterimabis, quoniam tangere per folliculum ulterius eam causam non -est (-es Oder). 737 haec . . . contemnere -est (-es Oder), si . . . iumentum consueveris omnia contraria facere. Avell. p. 486, 2 cui etiam cum magnopere vellemus non -uit subvenire (subveniri edd.). Oribas. syn. 8, 23, 2 La quales . . . sit malitia . . ., ex ipso colore capitis -est cognoscere et dabis . . . catharticum ([gr. 8, 22, 2 γνώσῃ]. 9, 55, 4 La iterum haec facis, donec experimentum manifestum c. -ssit [gr. πεῖσμα . . . λάβωμεν]. cf. CE 1433 [= Inscr. christ. Diehl 3435], 2 scire volens lector, qui sit in funere fletus, carmina si relegas, discere cuncta -est [-es Mommsen]). al.

② in contextu non exstat ad quem referas id, quod possibile est (exempla usus impers. minus certa; locis quibusdam, maxime apud artium scriptores, etiam subi. quoddam generale intellegi posse vix negaverimus): Varro ling. 6, 77 propter similitudinem agendi et faciendi . . . quidam error his qui putant esse unum; -est (-es Spengel) enim aliquid facere et non agere, ut poeta facit fabulam et non agit (Gaivs inst. 4, 179 ex quibus causis . . . a. [agi edd.] -est. Vlp. dig. 15, 1, 3, 10 utrum ex ea causa, ex qua -uit . . . a., an . . . ex ea, qua non -uit ['-ui?' Mommsen utroque loco]). 10, 56 ⟨a⟩ multitudine commodius -est ordiri. rust. 2, 10, 11 greges ovium si sunt magni (Keil, ovium sed magnum trad.), quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere -ssit (-ssis Keil) quam de minoribus. Bell. Hisp. 3, 5 vias . . . vis tempestatis ita obscurabat, ut vix proximum agnoscere -sset (-ssent Nipperdey). Liv. 7, 6, 2 (1 forum . . . specu vasto conlapsum . . . dicitur) neque eam voraginem . . ., cum pro se quisque gereret, explere (expleri $D^3$, dett. unus, edd.) -isse, priusquam . . . quaeri coeptum eqs. (an subi. potius ex enunt. temp. suppleas? usum impers. intellegit Petterson, Comment. Liv., 1930, 154, 2, qui etiam alios quosdam Livii locos huc refert codicibus nimis fortasse confisus). Cels. 2, 14, 9 -est satis esse quinquagies perfricare aegrotum (v. supra l. 1). 7, 12, $1^B$ dens haerens cum summo periculo evellitur ac nonnumquam maxilla loco movetur; idque etiam maiore periculo in superioribus dentibus fit, quia -est tempora oculosve concutere. Colvm. 1, 6, 15 situs si nullus adsit, -ssit (-ssis edd.) etiam defossa frumenta servare. 11, 2, 81 nec ulla res magis vacuis operariis aut seritur aut conditur quam lupinum; nam et . . . ante ullam sementem -ssit (-ssis Lundström) id obruere et . . . post coactos fructus tollere. Plin. nat. 25, 134 capitis dolori medetur panacis . . . radix . . ., aristolochia, hiberis adalligata hora vel diutius, si pati -ssit (28, 198 quantum p. -ssit, fervens fimum sustineri iubent). Qvint. decl. 245 p. 5, 8 non -est (-es coni. Rohde) omnino in hoc arguere avaritiam. 249 p. 23, 3 necesse est qui cum adultero prius agit, agat et cum adultera; num igitur hoc mihi dicere -est eqs.? ([-es Rohde]. Paneg. 11, 15, 2 [-es $W^2$]. Rvfin. Adamant. 3, 12 [aliter gr.]). Ivlian. dig. 1, 18, 8 rescriptione 'eum qui provinciae praeest adire -est' (F, -es var. l. ut Call. dig. 1, 18, 9 afferens hoc rescr.) non imponi necessitatem eqs. Scaev. dig. 4, 3, 32 respondi, . . . si ideo properasset manumittere, ne rationes fratribus redderet, -sse de dolo actionem in eum exercere (exerceri edd.). Vlp. dig. 1, 12, 1, 6 apud praefectum urbi erit audiendus; sed et ex interdictis . . . audire ('adiri?' Mommsen) -est. Pavl. dig. 12, 6, 65, 7 non . . . quanti locare -uit (-ui var. l., locari -uit Mommsen sec. Bas.), sed quanti tu conducturus fuisses. 18, 4, 21 quemadmodum fundi venditor fructus praestet . . ., quamvis, si neglexisset . . ., nihil ei imputare -ssit (imputari -sset Brenkmann). Tert. fug. 12, 12 l. 96 cum . . . nihil nobis Caesar indixerit . . ., quomodo mihi proponere -est eqs.? sim. al.

γ supplendo, quod elucet ex adverbiis sim. adpositis, sed dubites, utrum respiciatur inf. act. an pass. (minus dubia v. p. 144, 67, ceterum cf. quae p. 143, 64 monuimus): Ter. Ad. 568 vicit, hui perfortiter. :: non -uit melius (Cic. de orat. 3, 101 illa ipsa exclamatio 'n. -est m.' sit velim crebra. Hist. Apoll. rec. B 16 [= rec. A p. 31, 10] n. -est m., non -est dulcius [rec. A p. 30, 9 n. -est esse m., n. esse d. plus isto, quod audivimus; rec. C n. -est m., n. -est d. dici]. rec. ABC 34 n. -est m.). Cic. Att. 6, 8, 4 ita . . . properabamus, ut non -sset magis. Avell. p. 153, 20 ut, qua -est ratione, sapienter obsistas (Oribas. syn. 9, 43, 16 Aa flegma evacuans omni q. -est r. temtavis [gr. τὸ . . . φλέγμα κενοῦν πάντας τρόπους συμφέρει, La multis modis]).

c acc. cum inf.: α exempla certiora: Frg. Mur. 67 alia plura quae in catholicam eclesiam recepi non -est. Chiron 11 vitrium tusum ferragini aspergis, ut -ssit spurcitias corporis per solutionem ventris expurgari. 340 cuius anhelationis causae rationem reddi non -sset (aliter Veg. mulom. 2, 103 ratio reddi non -est). Fortvn. in Matth. (Corp. Christ. 9, 367 sqq.) 1 l. 13 quatripertitum fructum nucis quattuor -est euangelia accipi (cf. eundem infra sub β). Ps. Vigil. Thaps. trin. 1, 59 rec. I -est adversus scribturas referri tres sapientias eqs. (rec. II ut tres sapientias . . . dicamus). Rvfin. Adamant. 3, 8 non . . . -est ex duobus ingenitis unum esse immutabilem et unum mutabilem (aliter gr. δύναται τὸ ἀγένητον ἄφθαρτον eqs.). Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 7, 14 immundum . . . esse non -uit, quod immundus corvus tetigit; et uterum immundum esse -uit, quem Christus implevit? Oribas. syn. 7, 15, 5 Aa glutinari . . . eas venas . . . non -est (gr. κολληθῆναι . . . αὐτὰς οὐ δυνατόν, subi. inf. om. La). β exempla magis dubia (Bulhart, Tertullian-studien, 1957, 33 sq. et 52 huc traxit Plin. epist. 7, 13, 2 [perperam] et Tert. fug. 12, 7 [sed de loco corrupto parum constat]; lectionem cod. T -erit pro -eris [cett.] Tert. adv. Iud. 12, 2 refutavit Tränkle ad l. p. 101 sq.; mendum typothetae suspicari licet Avg. serm. coll. Morin p. 341, 21 Christum [Christus recte serm. ed. Mai 95, 2]. cf. etiam p. 131, 71): Inscr. lib. rei p. Degrassi 1071a ⟨n⟩on -est prius mortem adficier quam venerit fa⟨tum⟩ (aliud exemplum structurae 'adficere alicui aliquid' exstare non videtur; intellegas potius morte [cf. exempla m finalis additae, quae collegit Diehl, Vulgärlat. Inschr. 164]). Tert. monog. 4, 4 (3 non erant feminae aliae eqs.) si deus voluisset, et esse -isset (-issent Gelenius al.; acc. eas supplendum censet Bulhart). Tycon. in apoc. 101 B. (3, 6 tepidus es et non fervens neque frigidus) -est . . . divitum sterilium esse personam (trad.; persona ed. fortasse recte sec. Caes. Arel. ad l. p. 218, 27). Evseb. Emes. serm. 2, 7 si . . . animam (sed anima ed. cum correctore codicis), quae adest corpori, ad corpus transferri non -est. ? structura contaminata nom. pro acc.: Fortvn. in Matth. (Corp. Christ. 9, 367 sqq.) 1 l. 8 in typum domini flos et fructus ipse virgae Aaron accipere -est. Diosc. 2, 120 p. 225, 29 radix eius peponis . . . nausia provocat ieiunis; et post cena id facere -est et duo oboli dari -est (an secundo loco pro subi. intellegatur radix, ut mensura per appositionem sit indicata? -ssunt ed. rec. alphab.; gr. 2, 135, 2 εἰ δέ τις . . . ἐμέσαι θέλοι, ἀρκέσουσιν ὀβολοὶ δύο).

3 adverbiis totum comprehendentibus enuntiatum (sc. explicantur vel enuntiato consecutivo vel oratione recta; non huc pertinet 2bγ): Don. Ter. Ad. 866, 3 (2 'tristis' animo eqs.) et aliter -est (dici -est V dett.), ut 'tristis' sit qui dolet eqs. Serv. auct. Aen. 11, 658 volunt . . . ordinem esse 'decus pacis ministras belli'; -erit et ita: 'quas sibi decus delegit ministras eqs.' (an pro subi. intellegatur 'ordo'? alia exempla non nimis certa orationem rectam exhibentia: Clavd. Don. Aen. 2, 785 p. 256, 22 [l. 20 -est videri ita dixisse] -est et sic: eqs. [eadem forma: 6, 685 p. 597, 16 ubi antea l. 15 dictum est. Ambr. in psalm. 118 serm. 18, 36, 2 ubi antea 1 accipimus]). Clavd. Don. Aen. 2, 765 p. 251, 3 ('captivaque vestis congeritur') singulari numero non omnibus . . . respondit, ut sit 'huc congeritur' quicquid in diversis speciebus fuit; -est et sic, ut 'congeritur' 'vesti' tantummodo videatur adpositum (5, 1 p. 424, 24. 6, 180 p. 533, 27. et passim in eodem opere).

**CAPVT ALTERVM: non indiget alio verbo.** significantur qui (quae) aliquam potestatem habent, valent, pollent sim.: I usu communi accedit acc. obi. int. (sc. neutr. pron. vel adi.; suppletur ex enunt. relat. Cic. leg. agr. 1, 20 Sen. Phaedr. 215. al.; cf. quae p. 138, 24 monuimus) vel adv. gradum potestatis indicans (subi. incerto infra inserere noluimus Afran. com. 226 pollet et pariter -est): A de rebus (per prosopopoeiam p. 147, 43): 1 variis, fere incorporeis (ceterum v. etiam p. 147, 61 et 68) : Plavt. Cas. 282 (ad servum) stultitia est ei te esse tristem, cuius potestas plus -est. Ter. Haut. 27 ne plus iniquom -ssit quam aequom oratio (cf. p. 147, 8. Ov. met. 13, 382 quid facundia -sset). 47 experimini, in utramque partem ingenium quid -ssit meum (Sall. Catil. 2, 2 in bello plurimum). Rhet. Her. 3, 11, 19 pronuntiationem plurimum -sse non facile dixerimus (antea: ad persuadendum plurimum valere. cf. Cic. de orat. 2, 180 dispositio argumentorum tantum -est

[Kuhlmann]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in dicendo, ut ad vincendum nulla *res* plus -ssit. orat. 56 *actio* plurimum in dicendo -est. 69 id, *sc. flectere animos*, . . . ad optinendas causas -est plurimum). 4, 19, 27 quodsi in eos plurimum fortuna -est *eqs.* (CAES. Gall. 6, 30, 2 in re militari. 6, 35, 2. 6, 42, 1 civ. 3, 10, 6. 3, 68, 1. *al.; cf.* CIC. Att. 14, 13, 3 *fors* talibus in rebus plus quam ratio -est. SEN. Ag. 512 quid fata -ssunt! [QVINT. decl. 319 p. 254, 11]. epist. 71, 3 casus). CIC. Quinct. 1 quae res in civitate duae plurimum -ssunt, . . . gratia (LIV. 1, 14, 1 et preces. PROSP. carm. de ingrat. 387) et eloquentia (SEN. contr. 7, 2, 2). 91 ut . . . plus huius inopia -ssit ad misericordiam quam illius opes ad crudelitatem (CAES. Gall. 6, 1, 4 populi Romani disciplina atque o. LIV. 10, 9, 4 plus paucorum o. quam libertas plebis). Verr. II 2, 14 vis illa summi imperii tantum -uit apud perpaucos homines . . ., ut *eqs.* (Tusc. 2, 11 *philosophiae* [*syn.* valet]. fam. 4, 13, 2 *Caesaris humanitas* plus non -est quam v. et mutatio omnium rerum atque temporum. SALL. Iug. 41, 6 nobilitas factione magis pollebat, plebis v. . . . in multitudine minus -erat. LIV. 1, 3, 10 plus . . . v. -uit quam voluntas patris aut verecundia aetatis. VAL. MAX. 9, 3 ext. 4 v. odii [*syn.* valuit]. INSCR. christ. Diehl 991, 1 [*vers.*] vires *mortis*). 3, 131 quod . . . plus . . . apud te pecuniae cupiditas quam iudicii metus -sset (QVINT. decl. 388 p. 434, 5). 4, 81 in hac civitate . . . virtutem plurimum -sse (Tusc. 5, 12 ad beate vivendum satis -sse virtutem [*sim.* 18. 53]. VERG. Aen. 11, 386. HOR. epist. 1, 2, 17 v. et . . . sapientia. PREC. herb. 11. *al. cf. opp.* vitia: SEN. dial. 11 [12], 10, 4 AVG. civ. 9,5 p. 375, 26 D.). Caecin. 1 si, quantum in agro . . . audacia -est, tantum in foro . . . impudentia valeret (SALL. Catil. 52, 15). Phil. 5, 51 quae *memoria domestici doloris* plus apud eum -ssit quam salus civitatis (SEN. contr. 1 praef. 3). off. 2, 34 iustitia sine prudentia multum -erit, sine iustitia nihil valebit prudentia. fam. 4, 13, 5 *animus* plurimum -est (LVCR. 3, 565 anima atque a. per se nil -sse videtur. HOR. carm. 4, 4, 27 quid mens . . ., quid indoles . . . -sset, quid Augusti . . . a.). 7, 3, 5 plus quemquam -sse quam universam remp. (ad Q. fr. 3, 4, 2 nihil. SALL. [?]rep. 2, 1, 3. *adde et p. 151, 3*). 13, 24, 2 tantum litterae meae -uerunt, ut . . . offensionem suspicionis . . . deponeres (*cf.* VERG. Aen. 9, 446 si quid mea carmina -ssunt [OV. met. 7, 167 c. *Medeae magica*]). ad Q. fr. 1, 1, 4 ratio . . . et diligentia (SEN. Phaedr. 184 quid r. -ssit? vicit . . . furor potensque . . . dominatur deus. *adde supra l. 5*). *al.* CASS. Cic. fam. 12, 12, 3 *amicitiam nostram* confido apud te plurimum -sse. CAES. Gall. 7, 52, 2 iniquitas loci. 7, 77, 6 dignitas. BELL. Alex. 15, 6 doctrina. 58, 2 nomen *Pompei*. SALL. Iug. 69, 2 ira atque praedae spes amplius quam lassitudo -sse (VAL. MAX. 9, 3, 5. VAL. FL. 8, 290 dolor et . . . i.). VERG. Aen. 11, 155 haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis et praedulce decus primo certamine -sset. OV. am. 3, 1, 47 (*Elegia ad Tragoediam*) emerui plus quam tu -sse. met. 9, 150 quantum iniuria -ssit femineusque dolor (SEN. epist. 92, 18). 15, 629 temptamenta nihil, nihil artes -sse medentum (IVV. 6, 595). SEN. contr. 7, 5, 1 natura (9, 4, 14 utrum plus -sset n. an tyrannus. CELS. 2, 8, 20 SEN. dial. 4, 20, 1. *al.*). VAL. MAX. 4, 4, 9 imperia. 8, 1 absol. 11 splendor amplissimorum virorum (*syn.* valuit). 9, 2, 3 aut flagitiosissimi hominis praetura multum aut rei publicae maiestas nihil -uit. *al.* *subi. est enuntiatum*: TAC. ann. 6, 9, 1 constantia orationis et quia repertus erat, qui efferret quae omnes animo agitabant, eo usque -uere, ut accusatores . . . multarentur. 2 *de instrumentis hominum vel de rebus naturalibus* (*sc. fere corporeis; ipsam naturam v. l. 46*): PLAVT. Asin. 636 videtin viginti minae quid pollent quidve -ssunt? (*cf.* Stich. 410 quid -est pecunia [CIC. Verr. II 1, 6. 19 *bis.* QVINT. inst. 4, 2, 70]). CIC div. 1, 16 *v. p. 150, 80* (*medicamen ut*: OV. met. 7, 116 tantum medicamina -ssunt [*item* 14, 285 IVV. 6, 595]. CELS. 4, 12, 10 id *medicamentum* . . . plus quam vinum ad comprimendum stomachum -est [6, 7, 1A medicamenta]. 5, 11 habrotonum *eqs.* 5, 22, 2C faecis . . . et calcis et nitri pares portiones. 5, 25, 1 *catapotium. al.*). fam. 5, 21, 2 (*antea*: valere) arma . . . plus -sse sensi quam . . . consensum bonorum (SEN. Oed. 519 quid a. -ssint regis irati). LVCR. 5, 185 quid . . . inter sese permutato ordine -ssent *principia*. 6, 139 quid -ssit . . . flatus *venti*. SALL. or. Macri 19 *quinque modii frumentaria lege concessi* non amplius -ssunt alimentis carceris. OV. epist. 7, 53 quid si nescires, insana quid aequora -ssunt? VITR. 2, 9, 5 non -est id robur, quod abies, nec cupressus, quod ulmus (*antea*: dissimiles habent virtutes). VAL. MAX. 9, 12, 2 in eripiendo spiritu idem gaudium -isse quod fulmen. CELS. 2, 8, 19 (*inter signa morbi decessuri*) nihil plus adversus surditatem quam biliosa alvus -est. 2, 33, 6 praecipue . . . ad emolliendum -est cataplasma ex lini . . . semine (*cf. 5* valentior . . . ad id omnis farina est). 5, 27, 3B venenum extrahendum est; id cucurbitula optume facit; . . . si cucurbitula non est . . ., tum quodlibet simile vas, quod idem -ssit (*nisi subaudias* facere). SEN. Herc. f. 502 sceptra quid -ssint (*in imagine de regia potestate*). nat. 2, 32, 8 *v. p. 150, 82.* 6, 31, 2 reliquiae . . . residui spiritus non idem -ssunt. epist. 51, 10 effeminat animos amoenitas nimia nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem -est regio. 92, 18 *v. p. 150, 72.* TERT. idol. 8 p. 36, 27 ea, sine quibus idola nil -ssunt (*sc. ara, templum sim.*) PRVD. psych. 298 *Golias* expertus, pueri quid -ssint ludicra parvi. CLAVD. 8, 30 quid rigor aeternus, caeli quid frigora -ssunt (prosunt *var. l.*) ignotumque fretum? AVG. civ. 3, 18 p. 127, 33 D. nihil ea (*sc. aquas flammasque*) prorsus -isse. 3 *de verbis, sententiis, numeris vi significandi quadam praeditis*: VARRO frg. Non. p. 519, 24 quod verbum 'censeo' et 'arbitror' idem -erat ac valebat. SEN. epist. 21, 8 hoc unum te admoneo, ne istud *Epicuri monitum* tantum existimes de divitiis dictum: quocumque transtuleris, idem -erit. PS. APVL. herm. p. 270 *propositiones* aequipollentes . . . dicuntur, quae alia enuntiatione tantundem -ssunt et simul verae fiunt aut simul falsae (*postea*: tantundem valens, quantum valebat alterutra eius). MART. CAP. 7, 737 ea . . . -ssunt per collationem media, id est octo per novem, quae extrema, id est sex per duodecim; nam utraque faciunt septuaginta duo (*sc.* $6:8 = 9:12$; *vergit ad notionem efficiendi*).

B *de hominibus* (*ceterum de civitatibus l. 71, partibus corporis l. 49*): 1 *generatim*: PLAVT. Cist. 30 *matronae* suarum opum nos *meretrices* volunt esse indigentes; nostra copia ni[hi]l[o] volunt nos potesse *eqs.* Truc. 755 (*loquitur ancilla*) vocat me quae in me -est plus quam -es[t]. TER. Hec. 766 hoc te moneo unum, qualis sim amicus aut quid -ssiem. RHET. Her. 2, 17, 26 quaerendum erit primum, -ueritne tantum, quantum reus demonstrabit, is in quem causa conferetur. CIC. S. Rosc. 4 qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum -ssunt. Verr. II 2, 36 quantum apud istum . . . -uerint *Cleomenes et Aeschrio* (*item de stipatoribus sim.*: 2, 134 qua ratione hic tantum apud istum libertus -uerit. 3, 130 is qui apud istum plurimum -erat . . ., Apronius). Phil. 13, 15 hominibus tantum licere iudicas quantum -ssunt. fin. 5, 24 *initio omne animal* nec quid sit nec quid -ssit nec quid ipsius natura sit intellegit. Lael. 26 *ut*, quod quisque minus per se ipse -sset, id acciperet ab alio (*sc. amico*) vicissimque redderet. 55 quid . . . stultius quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus -ssint, cetera parare *eqs.*? PVBLIL. S 1 iratus plus se -sse putat quam -ssit. VERG. Aen. 5, 6 furens quid femina -ssit. PROP. 1, 5, 31 quid -ssit mea Cynthia, desine . . . quaerere. 4, 8, 70 nil -ui. OV. epist. 8, 34 plus quoque, qui prior est ordine, -sset avus. met. 9, 429 tantumne aliquis sibi -sse videtur, fata quoque ut superet? LIV. 34, 7, 15 (*ad viros mulieribus imperantes*) quo plus -estis, eo moderatius imperio uti debetis. SEN. contr. 1, 2, 20 multum -est ad flectendum quoque pudici animi propositum hostis, gladius (*Gronovius*, gladio *codd.*). 1, 6, 3 catenatus, egens, squalidus quid -ssum? SEN. Med. 137 quid . . . Iason -uit, alieni arbitri iurisque factus? Phaedr. 215 cur . . . divites regnoque fulti plura quam fas est petunt? quod non -est, vult -sse, qui nimium -est. clem. 1, 5, 7 cum illi contigit idem -sse quod dis. benef. 3, 29, 8. 3, 30, 1 an id, quod -ui, et id, quod feci, meum sit, mearum virium, meae voluntatis. 5, 2, 3 *in beneficio tribuendo* si alter plus -uit et ad manum habuit materiam sufficientem. *al.* PETRON. 138, 6 quid huic formae . . . Ariadne habuit . . . simile? quid contra hanc Helene, quid Venus -sset? PAPIN. dig. 22, 6, 10 impuberes sine tutore agentes nihil -sse vel scire intelleguntur. *al.*

2 *speciatim spectat magis ad*: a *corporis facultates*: α *in universum*: PLAVT. Truc. 812 plus -est, qui plus valet; vir erat, plus valebat: vicit (*sc. eam stupravit*). CIC. inv. 1, 3 nemo nisi . . . commotus oratione, cum viribus plurimum -sset, ad ius voluisset sine vi descendere (*cf. 2: tempus, quo homines* pleraque viribus corporis administrabant). HOR. carm. 3, 4, 58 quid Rhoetus evolsisque truncis Enceladus iaculator audax contra sonantem Palladis aegida -ssent ruentes? OV. epist. 18 (19), 184 tu tua plus remis bracchia -sse putas? (*cf.* met. 12, 70 quid Achaica dextera -sset. STAT. silv. 1, 1, 63 plus -sse manus *operariorum quam antea* [PRVD. psych. 537. 797]). β *in re venerea* (*cf. l. 43. p. 139, 81*): TER. Eun. 666 amatores . . . mulierum esse eos *eunuchos* maximos, sed nihil potesse. SCHOL. Hor. epod. 8, 1 ('viris quid enervet meas') magis fetoris ipsius vel aetatis esse adfirmat, quod eam fastidiat, quam quod ipse nihil -ssit.

b *vitam publicam*: ENN. ann. 222 quantum . . . potesset in armis (CIC. S. Rosc. 69 maiores nostros non modo a. plus quam ceteras nationes, verum etiam consiliis sapientiaque -isse. p. red. ad Quir. 20. Planc. 86 exercitu, . . . a., . . . opibus plurimum). RHET. Her. 4, 9, 13 quid omnibus rebus p(opulus) R(omanus) -sset ([LIV. 7, 6, 2 SEN. contr. exc. 3, 9, 2]. CIC. rep. 3, 23 si . . . p. plurimum -est omniaque eius arbitrio geruntur. LIV. 8, 33, 8 *populus* plus quam tua, *Papiri*, dictatura -est polletque. *cf.* CIC. leg. agr. 2, 70 urbanam plebem nimium in re publica -sse [HIRT. Gall. 8, 21, 4 imperitam plebem]). CIC. inv. 1, 5 ne mali magno cum detrimento bonorum . . . plurimum -ssint. Quinct. 9 in eiusmodi rebus opes suas experiuntur, in quibus quo plus propter virtutem nobilitatemque -ssunt, eo minus quantum -ssint debent ostendere. 69 qui . . . et -erant per vim et scelus plurimum et quod -erant id audebant. S. Rosc. 138 Chrysogonum tantum -sse queruntur (*de eodem* 141 *ter*). Verr. II 2, 106 cum . . . tota Sicilia multum auctoritate et gratia -sset (*item de civitatibus*: leg. agr. 1, 20 bello Punico quicquid -uit Capua, -uit ipsa per sese. Att. 1, 1, 2 videtur in suffragiis multum -sse Gallia). 3, 39 Apronium tantum isto praetore -uisse. 5, 97 *Carthaginienses* cum mari plurimum -erant (*item de gentibus*: CAES. Gall. 1, 3, 7 totius Galliae plurimum Helvetii. 1, 31, 7. 1, 36, 7. 2, 17, 4. 3, 9, 6 LIV. 7, 29, 4. 10, 10, 7. 23, 46, 11. 30, 10, 9. 31, 30, 11. *al.*). Manil. 69 quicquid auctoritate, fide, constantia -ssum (*item de Cicerone*: Mil. 21 si quid -ssumus, ex eo -ssumus, quod res publica nos coniunxit cum bonis. Att. 4, 18, 2 me aliquid -sse. fam. 6, 5, 1 quantum valeam quantumque -ssim. *al.* CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 5 apud ipsum *Caesarem* multum, ad eius omnis plurimum -es. *sim. al.*). Sest. 28 senatum aliquid in re publica -sse (rep. 3, 48 tantum -erat tantique erat quanti multitudo ⟨s.⟩. HIRT. Gall. 8, 21, 4). Pis. 80 multum -sse *Caesarem* (Lig. 10 *p. 150, 81*. Phil. 2, 72 plus ille -erat. fam. 6, 10, 5 ipse qui plurimum -est). Brut.

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

54 ne L. Valerium quidem Potitum arbitror non aliquid -isse dicendo (*an ad l. 28 sqq.? sed cf.* 97 L. Cassius multum -uit non eloquentia, sed d. tamen). Att. 6, 1, 3 Pompeius . . . plus -est unus quam ceteri omnes (*item de Pompeio*: ad Q. fr. 3, 4, 2 minus potens eo tempore, quid in me florentem -sset, ostendit; nunc cum ego ne curem quidem multum -sse, res quidem publica certe nihil -ssit, unus ille omnia -ssit, cum illo ipso contenderem? Q. CIC. pet. 5. *fortasse etiam* SALL. Catil. 39, 4). ad Brut. 18, 3 W. tantum quisque se in re publica -sse postulat, quantum habet virium. *et saepe apud eundem*. Q. CIC. pet. 24 sunt . . . alii, qui aut nihil -ssunt aut etiam odio sunt tribulibus suis. 32 propter suam ambitionem qui apud tribules suos plurimum gratia -ssunt. CAES. Gall. 1, 9, 3 Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum -erat (1, 18, 6. 1, 20, 2 cum ipse *Diviciacus* gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille *D.* minimum propter adulescentiam -sset). 1, 17, 1 esse nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privatim plus -ssint quam ipsi magistratus. *al.* HIRT. Gall. 8, 32, 2 cum Lucterius apud suos cives . . . multum -isset semperque . . . magnam apud barbaros haberet auctoritatem. BRVT. (?) Cic. ad Brut. 24, 5 W. *Octavianus* quanti aestimet . . . -sse nobis auctoribus tantum, quantum profecto -erit . . .! (*seq.* ut . . . plus legibus ac senatu -ssit). SALL. Iug. 10, 7 in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus -est, facere videtur. *al.*

c *artes, ingenium sim.*: TER. Haut. 13 hic actor tantum -erit a facundia, quantum ille *poeta* -uit cogitare. CIC. inv. 2, 1 quo in genere plurimum -sset *Zeuxis* (*antea*: in corpore pingendo *eum* plurimum aliis praestare). Quinct. 2 ut ego, qui neque usu satis et ingenio parum -ssum, cum patrono disertissimo comparer. div. in Caec. 48 *Alienus* quid in dicendo -sset, numquam satis attendi, in clamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum (*ibid.* quod [de orat. 1, 133]. de orat. 1, 91 aliquid. 2, 59 tantum. *cf.* Brut. 214 nemo in aliqua parte earum, *quae ad artem dicendi pertinent*, omnino nihil -erat. 266 quid quisque dicendo -uerit [*v. supra l. 1*]). Tusc. 1, 7 temptavi, quid in eo genere (*sc. in philosophia*) -ssem. VARRO ling. 9, 17 quas novas verbi declinationes ratione[s] introductas respuet forum, his boni poetae . . . subigere aures populi debent, quod poetae multum -ssunt in hoc. NEP. Dion 3, 3 Plato . . . tantum apud Dionysium auctoritate -uit valuitque eloquentia, ut *eqs.* VERG. ecl. 3, 28 quid -ssit uterque *carminibus*. Ov. met. 14, 34 (*loquitur Circe*) gramine cum tantum, tantum quoque carmine -ssem. MART. 11, 6, 12 -ssum nil ego sobrius; bibenti succurrent mihi quindecim poetae. 12, 3, 5 (*ad Priscum Terentium*) tu facis ingenium, tu, si quid -sse videmur. QVINT. inst. 1, 3, 4 *ingenia praecocia* parva facile faciunt et audacia provecti quidquid illud -ssunt statim ostendunt, -ssunt autem id demum, quod in proximo est. *al.*

C *de deis, daemonibus sim.* (*cf. p. 148, 36*): MET. MAC. or. frg. (7 M.) Gell. 1, 6, 8 di immortales plurimum -ssunt. VERG. Aen. 4, 382 si quid pia numina -ssunt. LIV. 8, 7, 5 aderit Iuppiter ipse, foederum . . . testis, qui plus -est polletque (SEN. epist. 73, 12 solebat Sextius dicere Iovem plus non -sse quam bonum virum). PAVL. FEST. p. 95 Geniales . . . dicti a gerendo, quia plurimum -sse putabantur. SEN. Ag. 530 fulmine irati Iovis armata Pallas quicquid ⟨h⟩aut hasta minax, ⟨h⟩aut aegide, ⟨h⟩aut furore Gorgoneo -est, a[u]t igne patrio temptat. nat. 1 praef. 16 quantum deus -ssit. epist. 90, 28 quid sint di . . ., quid inferi, quid lares et genii, quid in secundam numinum formam animae perpetitae, . . . quid agant, quid -ssint, quid velint. MIN. FEL. 25, 7 quid . . . isti dii pro Romanis -ssunt, qui nihil pro suis adversus eorum arma valuerunt? TERT. nat. 1, 9, 10. ITALA Marc. 9, 21 (aur. *al.* = VVLG.) si quid -es, adiuva nos (*de Christo ut*: HIL. trin. 7, 21 p. 217[A] filius est, quia ab se nihil -est, deus est, quia *eqs.* PRVD. perist. 7, 81. *al.*). IREN. 5, 22, 1 plus . . . -est super omnia verbum dei. LACT. inst. 1, 11, 14 si Parcarum tanta vis est, ut plus -ssint quam caelestes universi quamque ipse rector ac dominus. 2, 4, 22. 7, 3, 3 dicunt . . . alterum sine altero (*i. deum sine mundo et invicem*) nihil -sse, tamquam natura sit deus mundo permixtus. PRISCILL. tract. 3, 67 quid deus in homine -sset. VITA Anton. 42 p. 53, 28 nihil -est daemon adversus Christianum (*gr. p. 905*[B] *οὐδὲν ἰσχύνει, Euagr.* ad expugnandum valebit accedere. *item de spiritibus immundis, diabolo*: RVFIN. Basil. hom. 4, 3 p. 1754[D] in . . . deum nihil -erat [*gr. p. 376*[A] *θεὸν οὐκ ἠδύνατο, sc. ἀμύνεσθαι*]. AVG. civ. 2, 23 p. 86, 34 D. etsi aliquid in his rebus daemones -ssunt, tantum -ssunt, quantum . . . permittuntur. in Iob p. 615, 15. *al.*). QVEROL. p. 17, 6 R. si quid . . . -es, Lar familiaris, facito ut sim privatus et potens. PRVD. c. Symm. 2, 376 *genius* quid -ssit. 2, 532 nil -uit Serapis deus et latrator Anubis. CLAVD. 18, 391 (*loquitur Roma*) quantum te principe -ssim, *eqs.* AVG. civ. 22, 9 p. 582, 18 D. cur et mortui *martyres* tanta -ssunt? *al.*

D *de animalibus*: LVCR. 5, 27 quid Cretae taurus Lernaeaque pestis hydra venenatis -sset vallata colubris? SEN. apocol. 7, 3 gallum in suo sterquilino plurimum -sse (*v. Otto, Sprichw. n. 752*). SOL. 52, 38 *mantichora* pedibus sic viget, saltu sic -est, ut morari eam nec extentissima spatia -ssint (*cf. Plin. nat. 8, 75* velocitatis magnae). ROMVL. fab. 33, 10 (recc. gall., vet.; *loquitur canis senectute gravatus*) fuimus aliquando fortes . . .; memorare pristina et quod hodie -ssumus, apud te bonum et gratum sit.

E *indiculus locutionum ad A—D*: 1 *indicatur, quae vel quanta sit potestas*: a *obi. int.*: α *sing.*: PLAVT. Asin. 636 quid (Stich. 410 TER. Haut. 47 Hec. 766 RHET. Her. 4, 9, 13 CIC. S. Rosc. 141. *et saepe*). Cas. 282 plus (Truc. 755. 812 TER. Haut. 27 CIC. Quinct. 9. 91. *al.*). Cist. 30 nil (TER. Haut. 878 Eun. 666 CIC. Verr. II 1, 19. *al.*). ENN. ann. 222 quantum (CIC. Quinct. 9 S. Rosc. 149 Verr. II 2, 36. *al.*). TER. Haut. 13 tantum (RHET. Her. 2, 17, 26 [*resp.* quantum *ut*: CIC. Verr. II 3, 78 fam. 4, 7, 6. *al.*]. CIC. S. Rosc. 33 *seq.* ut [Verr. II 2, 14. 113 de orat. 2, 180. *al.*]. 138 Verr. II 2, 134. 3, 39 de orat. 2, 59 rep. 3, 48. *et saepius*). MET. MAC. or. frg. (7 M.) Gell. 1, 6, 8 plurimum (RHET. Her. 3, 11, 19. 4, 19, 27 CIC. inv. 1, 3. 5. 2, 1 Quinct. 1. 69. *al.*). CIC. Quinct. 2 parum (or. frg. A III 5 fam. 6, 22, 3). 4 quod (69 div. in Caec. 48 Lig. 10 de orat. 1, 133. *al.*). S. Rosc. 141 aliquid (Sest. 28 de orat. 1, 91 Brut. 54. Att. 4, 18, 2 [*nisi ad p. 139, 15, antea*: omnia]. fam. 7, 27, 2. *al.*). Verr. II 2, 106 multum (Pis. 80 or. frg. A III 5 Brut. 97 Tusc. 3, 30 off. 2, 34 Att. 1, 1, 2. *al.*). leg. agr. 2, 70 nimium (SEN. Phaedr. 215 QVINT. inst. 4, 2, 70). fam. 4, 13, 5 minimum (CAES. Gall. 1, 20, 2). *al.* β *plur.*: AMM. 18, 4, 3 multa (EXC. barb. p. 236, 10 FR.). 27, 11, 2 ingentia. AVG. civ. 5, 23 p. 235, 26 D. tanta (22, 9 p. 582, 18). MART. CAP. 7, 737 ea . . ., quae.

b *adv.*: AFRAN. com. 226 pariter. CIC. Quinct. 2 satis (Tusc. 5, 12 [*sim.* 18. 53]). CAES. Gall. 1, 18, 6 largiter. PAVL. FEST. p. 126 magis (*de magistris, item* p. 152). CELS. 5, 11 maxime. TAC. ann. 6, 9, 1 eo usque . . ., ut (*cf.* huc usque AVG. civ. 6, 1 p. 246, 5 D.). SOL. 52, 38 sic . . ., ut (DRAC. Romul. 10, 528 *sine enunt. consec.*). SCHOL. Verg. Bern. ecl. 7, 22 ita. CASSIOD. hist. 1, 17, 3 nimis (*Socrat. 1, 6 p. 52*[B] *μάλιστα*).

2 *accedunt determinationes: indicatur*: a *quo instrumento sim.*: α *abl. instr.*: PLAVT. Cist. 30 nostra copia. CIC. inv. 1, 3 viribus (LIV. 21, 31, 6 iure minus, vi plus). Quinct. 2 neque usu satis et ingenio parum (de orat. 1, 14 i. et cogitatione [*nisi supplere malis* consequi]). S. Rosc. 4 et amicitia et beneficiis et dignitate (CAES. Gall. 1, 31, 7). 69 non modo armis . . ., verum etiam consilio sapientiaque (p. red. ad Quir. 20 qua re plurimum -uit . . ., a. Planc. 86 exercitu, . . . a., . . . opibus. SALL. [?] rep. 2, 1, 3 a., viris, opulentia). Verr. II 2, 106 auctoritate (2, 113. Manil. 69 a., fide, constantia. fam. 6, 10, 2 NEP. Dion 3, 3 VIR. ill. 72, 9. *al.*). *ibid.* gratia (fam. 4, 7, 6. 6, 10, 2 Q. CIC. pet. 32. CAES. Gall. 1, 9, 3 g. et largitione. 1, 20, 2). 2, 134 ratione. Planc. 60 honore . . ., laude. de orat. 1, 44 facultate (Lael. 55 copiis, facultatibus, opibus). Brut. 54 dicendo (97 non eloquentia, sed d. tamen. 266 TAC. dial. 36, 4. *item gerund.*: AMM. 27, 11, 2 largiendo *eqs.*). *et passim.* β *praepos.* (*exempla notabiliora*): TER. Haut. 13 a facundia. CIC. Quinct. 9 propter virtutem nobilitatemque (Q. CIC. pet. 32 CAES. Gall. 1, 20, 2). 69 per vim et scelus (leg. agr. 1, 20 p. sese [Lael. 26 LVCR. 3, 565. *cf.* AVG. in psalm. 35, 1 p. te]. LAMPR. Comm. 6, 11 p. stultitiam Commodi). Mil. 21 ex eo . . ., quod (TERT. nat. 1, 9, 10 si . . . ex se ⟨quid po⟩ssent *dei*. AVG. in psalm. 35, 1 ex viribus tuis).

b *ubi*: α *praepos.*: in *cum abl.*: ENN. ann. 222 armis (VERG. Aen. 11, 155). CIC. inv. 2, 1 genere (Tusc. 1, 7. *al.*). Quinct. 1 civitate (Verr. II 4, 81 HIRT. Gall. 8, 21, 4. *al.*). 9 *rebus* (Att. 14, 3, 3. *al.*). div. in Caec. 48 dicendo (*ibid. iterum.* de orat. 1, 91. *al.; item cum gerund.*: VAL. MAX. 4, 1 ext. 6 opprimendo [eo *add. Paris*]. 8, 1 absol. 11 [in *add. A*[2]]. 9, 12, 2). Caecin. 2 iudicio. *et passim.* apud *aliquem* (ad *per variationem* CAECIN.): CIC. S. Rosc. 4. 141 Verr. II 1, 19. *al.* Q. CIC. pet. 32. CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 5 a. ipsum multum, ad eius omnis plurimum. CAES. Gall. 7, 77, 6. *al.* intra: VAL. MAX. 4, 4, 9 privatos parietes (*antea*: in foro). β *abl.* (*temporis* VERG.) *vel locat.*: RHET. Her. 4, 9, 13 omnibus rebus. CIC. Quinct. 93 his moribus. Verr. II 1, 6 his iudiciis. 5, 97 mari (VIR. ill. 38, 1 VEG. mil. 4, 33. *cf.* LIV. 30, 10, 9 mari . . ., ubi . . . -erant). CAES. Gall. 1, 18, 6 domi (1, 20, 2). VERG. Aen. 11, 155 primo certamine (*antea*: in armis). HOR. carm. 4, 14, 9 Marte. SEN. dial. 5, 24, 1 toto orbe terrarum (*antea*: in domo mea).

c *in quem vel quid* (*sc. appetendum vel impugnandum*): in *c. acc.*: PLAVT. Truc. 755 me *ancillam* (*aliquem ut*: RHET. Her. 4, 19, 27 CIC. ad Q. fr. 3, 4, 2. *al.*). TER. Haut. 47 utramque partem. CELS. 5, 5, 2 (*loco a Targa deleto*) omnia (*mala sim.?*). *al.* ad: CIC. Quinct. 91 misericordiam . . . crudelitatem (*respicitur finis ut*: S. Rosc. 141 perniciem. or. frg. A III 5 salutem . . . exitium. de orat. 2, 180 vincendum [*cf.* orat. 69 optinendas causas. *sim. passim*]). div. 1, 16 morsus serpentium. COLVM. 6, 38, 4 maciem. APVL. apol. 35, 6 vesicam *eqs.* contra: CIC. Verr. II 1, 19 fidem . . . honorem. or. frg. A VII 48 multos (*aliquem ut*: PETRON. 138, 6. *al.*). HOR. *p. 148, 48* (*fort. ἀπὸ κοινοῦ*). QVINT. decl. 343 p. 356, 20 veritatem. *al.* adversus: CELS. 2, 8, 19 surditatem. SEN. epist. 91, 15 urbes . . . homines. 92, 18 hoc . . . a. virtutem -ssunt calamitates (*eqs.*) . . ., quod a. solem -est nebula. *al.* super: EXC. barb. p. 236, 10 FR. omnes.

d pro *quo*: MIN. FEL. 25, 7 Romanis. ITALA II Cor. 13, 8 (cod. d *al.* = VVLG.) veritate (*gr. ὑπέρ. antea*: adversus veritatem).

II *sine acc. obi.* (*quaedam ad exempla p. 137, 74 sqq. allata spectant, si inf. notionis generalis supplere malis*): A *absolute*: 1 *usu cautiore, sc. ita ut obi. int. e contextu suppleri possit*: CIC. div. 1, 16 quid scammoneae radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum -ssit . . . — -sse video . . .; cur -ssit, nescio. Lig. 10 quid . . . aliud egimus . . ., nisi ut, quod hic *Caesar* -est, nos -ssemus? SEN. nat. 2, 32, 8 non magis . . . facile est scire, quid -ssint *stellae*, quam dubitare (dubitari debet *trad.*), an -ssint. epist. 90, 5 nemo quantum -sset, adversus eos experiebatur, per quos coeperat -sse. *al.* *audacius*

[Kuhlmann]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sententia negativa in affirmationem vertitur*): CIC. Att. 4, 5, 2 quoniam, qui nihil -ssunt, ii me nolunt amare, demus operam, ut ab iis, qui -ssunt, diligamur. fam. 4, 13, 5 illa, quae minimum nunc quidem -est, sed -ssit necessest, res publica (sed aliquid -ssit *Shackleton Bailey, Philologus 105, 1961, 75*). 2 *usu pleno*: CIC. de orat. 1, 130 qui non -est, qui vitiose facit . . ., hunc . . . ad id quod facere -ssit detrudendum puto (*vix hinc suppl.* facere, *cf.* 131 [*antea*: in vobis egregiam . . . indolem ad dicendum esse cognovi] nec magis ad eos deterrendos qui non -ssent, quam ad vos qui -ssetis exacuendos accommodavi orationem meam). VERG. Aen. 5, 231 hi . . . partum indignantur honorem ni teneant . . ., hos successus alit; -ssunt, quia -sse videntur. ITALA psalm. 140, 6 (Sangerm. *al., sim. cett.*) audiant verba mea, quoniam -uerunt (*sec. falsam var. l.* *ἠδυνήθησαν pro ἡδύνθ-*; *Veron. al.* praevaluerunt. *item de rebus*: OROS. apol. 33, 3 [*ad Ioh. 15, 4 sq.*] non . . . palmes, sed vitis -est, et quod vitis -est palmes ostendit. PETR. CHRYS. serm. 20, 4 impietas. *al.*) Os. 12, 4 (Aug. c. Maximin. 2, 26, 9) confortatus est cum angelo et -uit (*gr. ἐνίσχυσεν μετὰ ἀγγέλου καὶ ἠδυνάσθη, cod. 176* potens factus est, *Vulg.* invaluit ad angelum et confortatus est). VITA Anton. 42 p. 53, 4 diabolus confitetur se non -sse (*Migne gr. 26, 904$^B$ μηδὲν δύνασθαι*, EVAGR. nihil se -sse). DIDASC. apost. 35, 15 ut et senioribus mulieribus, quae iam non -ssunt, fratrib⟨us⟩ et sororib⟨us⟩, quae in infirmitate ditinentur, -ssint placere *diacones* (*cf. Const. apost. 3, 19, 1 ἀδυνάτοις*). CLAVD. 18, 183 desaevit in omnes, ut se -sse putent. Ps. AVG. serm. 75 (= CAES. AREL. serm. 154), 2 apud eos, qui -ssunt. CONC.$^S$ I 3 vers. Tur. p. 47, 22 interminatio unius cuiusque potentis aut qui -sse putaretur (*an* putaret *legendum? gr. I 1, 1 p. 73, 10 δυναστεύοντος ἢ δυναστεύειν νομίζοντος*). EVSEB. EMES. serm. 20, 16 *deus* venit diabolo fortior: vincens eum ligavit; leo autem ligatus nec ut canis -est. BOETH. cons. 4, 2, 37 W. -ssunt . . . mali: . . . sed haec eorum potentia non a viribus, sed ab imbecillitate descendit. CASSIOD. in psalm. 61, 12/13 utrumque . . . deitatis est, ut et misericorditer -ssit et potenter misereatur. *al.*

**B** *accedunt determinationes*: 1 *praepos.*: **a** ad, adversus *vel* adversum (*infra* a.): *α in serm. med.* (*sc. fere apud* CELS., *a quo alienum est* facere ad, *v. vol. VI 1, 122, 42 sqq.; cf. p. 147, 56 sqq.*): CELS. 2, 33, 6 ad emolliendum -est cataplasma (*cf.* 5, 25, 1 *catapotium quoddam* -est . . . ad concoquendum). 5, 18, 22 recte imponitur *malagma*, quod a. phymata quoque -est. 5, 18, 31 -est . . . ea compositio etiam ad parotidas *eqs.* (6, 5, 3 ad omnia ista). 6, 6, 28 *collyrium* ad aspritudinem -est. *al.* MISC. Tir. p. 53, 23 (proderit *coni. Moore, Arch. lat. Lex. 10, 1898, 263*). *β apud varios scriptores*: APVL. apol. 35, 6 -sse dicitis ad res venerias . . . spuria et fascina (*infra*: minus -ssit). 79, 5 -sse litteras eius ad perniciem, non -sse ad salutem. REGVLA mag. 69, 17 inpotens qui ad laborem proclamat se non -sse, item ad manducandum iudicetur non -sse (*sim. ibid.* 19. 21). *γ in script. sacris et inde apud eccl. fere i. q. praepotentem esse, praevalere* (*subest hebr.* jakăl l$^e$; *cf. infra l. 67. 82*): ITALA gen. 32, 25 (Lugd. *al.*) *angelus* vidit, quia non -est a. (ad *Aug. c. Maximin. 2, 26, 9*) eum *Iacob* (*gr. πρὸς αὐτόν, Conc.$^S$ I 5 p. 207, 38* quod non praevaleret ad ipsum, VVLG. quod eum superare non -sset). iud. 16, 5 (Lugd.) in quo -erimus a. illum *Samson* (*gr. ut supra, sed αὐτῷ rec. B; Vulg.* quomodo eum superare valeamus). psalm. 138, 6 (Veron. *al.* = VVLG.) *scientia tua* invaluit nec -ero ad illam (*gr. ut supra*, HIL. *ad l.* p. 757, 4 non exaequari . . . videtur -sse *filius deo patri. aliter* AVG. *ad l.* 9 l. 18 ex peccato meo factum est, ut . . . incomprehensibilis mihi existeret; . . . 'non -ero ad illam' ex me; cum ergo -ero, non -ero nisi ex te). Ier. 1, 19 (Lucif. non parc. 13) pugnabunt ad te et non -erunt a. te (*gr. ut supra, Vulg.* non praevalebunt). 20, 10 (Theod. Mops. in psalm. 34; *loquuntur inimici Ieremiae*) si . . . -erimus ad eum (*gr. αὐτῷ, Wirc.* potentabimur, *Vulg.* praevaleamus a. eum). I Macc. 5, 40 (recc. LB = VVLG.) non -erimus sustinere eum, quia potens -erit a. nos (*gr. δυνάμενος δυνήσεται πρὸς ἡμᾶς*). 5, 41 (rec. L = VVLG.) -erimus a. illum (*gr. ut supra*, rec. B -erimus vincere eum). CONC.$^S$ I 3 vers. Tur. p. 91, 1 nullus -est a. deum (*gr. I 1, 2 p. 65, 20 πρὸς τὸν θεόν*). VITAE patr. 7, 25, 4 quemadmodum a. nos -ssunt daemones?

**b** *praepos. variae*: ITALA psalm. 64, 4 (cod. 136 Cas.) verba iniquorum -uerunt praeter me (*gr. ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, al. et Vulg.* praevaluerunt super nos). CYPR. idol. 4 cur . . . deos putas pro Romanis -sse, quos videas nihil pro suis adversus eorum arma valuisse? (*cf. p. 149, 55*). SCHOL. Iuv. 10, 137 non propter virtutem -sse volunt *imperatores*, sed propter gloriam (*cf.* 140 ['tanto maior famae sitis est quam virtutis'] propter famam volunt -sse). ALC. AVIT. carm. 5, 1 (*respicitur diluvium*) in terris undas -isse (CASSIOD. var. 7, 3, 2 in causa -ssint iura, non brachia). CASSIOD. var. 6, 1, 2 supra omnes cives -erat *consul.* in psalm. 88, 7 aliud est . . . qui de proprio -est, aliud qui de altero clarus est.

2 *abl. instr.*: TERT. apol. 17, 1 *deus mundum* verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua -uit de nihilo expressit. adv. Val. 4 p. 180, 26 et ingenio -erat et eloquio *Valentinus*. SOL. 11, 5 *Creta* prima -uit remis et sagittis (*inde Isid. orig. 14, 6, 16* claruit).

3 *dat.* (*cf. p. 139, 67 sqq.*): *incommodi*: ITALA psalm. 128, 2 (Veron. *al.* = VVLG.) saepe expugnaverunt me . . ., etenim non -uerunt mihi (*gr. μοι, explicat e. g. Hil. p. 641, 1 ut numquam inpugnatorum* praepotentes sint). *commodi*: AMBR. virg. 2, 2, 16 non solis sibi debent -sse (prodesse *var. l.*) *virgines*, quae non solis vixerunt sibi: haec parentes redimat, haec fratres.

***appendix stilistica et syntactica***: 1 -ssum *adhibetur ad augendam vim sententiarum* (*cf. e. g. p. 133, 54*), *quod maxime fit*: **a** *in figura q. d. litotes; ad* -sse *quolibet modo negatum accedit*: *α* nisi: PLAVT. Bacch. 654 nullus frugi esse -est homo, n. qui et bene et male facere tenet (CIC. Verr. I 47. Scaur. frg. 9 nullo modo [QVINT. inst. 10, 1, 10]. TERT. resurr. 8 p. 36, 26. *al.*). Rud. 1012 praedam divide. :: hinc tu n. malum frunisci nil -es (CIC. Verr. II 1, 15 de orat. 1, 84 LVCR. 1, 516 SEN. nat. 4, 13, 4 epist. 81, 1. *al.*). RHET. Her. 1, 14, 24 hoc (*sc. deprecatio*) in iudicio fere non -est usu venire, n. quando pro eo dicimus, cuius multa recte facta extant (CIC. inv. 1, 70 Verr. II 1, 57 Planc. 72 Rab. Post. 28. *al.*). 2, 6, 9 *locis propriis* n. accusator nemo -est uti (CIC. Manil. 37 Pis. 43 VITR. 1, 1, 7 SEN. benef. 6, 29, 1 dial. 4, 15, 4. *al.*). 3, 22, 35 nec hoc (*sc. meminisse quae acciderunt in pueritia*) alia de causa -est accidere, n. quod usitatae res facile e memoria elabuntur. CIC. Verr. II 3, 223 *praetor* rem publicam sistere negat -sse, n. ad equestrem ordinem iudicia referantur (SEN. dial. 7, 10, 1 MART. 5, 17, 3. *al.*). off. 3, 101 nusquam -ssumus n. in laude . . . utilia reperire. *sim. al.* *sine inf.*: EVOD. fid. 5 ipse etiam Manichaeus non -uit n. fateri animas . . . propria voluntate peccare.

*β* non: PLAVT. Cas. 222 neque salsum neque suave esse -est quicquam, ubi amor n. admiscetur (CIC. rep. 2, 43 ac. 1, 39 div. 2, 106 VITR. 1, 1, 14. *al.*). CIC. inv. 1, 69 non -est eodem facto et communibus fortunis consuluisse et legibus n. obtemperasse (dom. 141 Pis. 81 Mil. 21 Phil. 11, 13 de orat. 1, 76 top. 13. *al.*). prov. 24 nemini . . . -ssum esse . . . n. amicus (de orat. 2, 101 fam. 4, 7, 2 SEN. Phoen. 152 clem. 1, 5, 4. *al.*). nat. deor. 3, 30 nullum corpus esse -est n. mutabile (SEN. benef. 4, 12, 1. *al.*). fam. 5, 4, 2 vide, ne, cum velis revocare tempus . . ., n. -ssis (POMP. Cic. Att. 8, 12$^c$, 1 QVINT. inst. 8, 2, 24. 11, 1, 45. *al.*). *sim. al.*

*γ* quin (quominus *l. 39*): ① *strictius, sc. forma 'non -ssum facere, q. eam'* (*fere pro 'non -ssum non ire', cf. p. 137, 59 et 144, 48*): PLAVT. Cas. 504 tribus non conduci -ssum libertatibus, q. ego illis hodie comparem magnum malum. Curc. 227 si non ferat *argentum parasitus*, tormento non retineri -uit . . ., q. reciperet se huc esum (*cf.* CIC. Sest. 134 tenere se. CAES. civ. 2, 12, 4 contineri [HIRT. Gall. 8, 2, 2]. PLIN. epist. 6, 17, 1 non -ssum mihi temperare, quominus . . . effundam *indignationem*). Trin. 730 nullo modo -est fieri prorsus, q. dos detur virgini (TER. Hec. 397 CIC. Verr. II 5, 104 rep. 1, 50 LVCR. 1, 916. *cf.* CIC. Phil. 11, 36 ut effici non -ssit, q. eos . . . oderim. Att. 11, 7, 2 facere [12, 27, 2 fam. 6, 13, 1 PLANC. Cic. fam. 10, 24, 1]). TER. Haut. 761 non -ssum pati, q. tibi caput demulceam. GRACCH. or. frg. (24 M.) Cic. orat. 233 abesse non -est, q. eiusdem hominis sit probos improbare qui improbos probet ([frg. 32 M.] Gell. 11, 13, 3). CAES. Cic. Att. 9, 6$^a$ praeterire . . . non -ui, q. . . . scriberem *eqs.* NEP. Dion 2, 2 qui . . . adulescenti negare non -uerit, q. eum accerseret. *al.* ② *laxius, sc. forma 'non -ssum introire, q. videar'* (*fere pro 'certe videbor, si introiero'*): PLAVT. Mil. 741 hospes nullus tam in amici hospitium devorti -est, q., ubi triduom continuom fuerit, iam odiosus siet. Persa 271 nil iam mihi novi offerre -est, q. sim peritus. TER. Phorm. 824 nullo -ssum remedio me evolvere ex his turbis, q. *eqs.* Eun. 842 ut nullo modo intro ire -ssem, q. viderent me (*cf.* QVINT. decl. 274 p. 124, 8 nemo inire . . . -est, q. videat *eqs.*). CIC. Att. 10, 8, 6 nullo . . . modo -sse video stare eum diutius, q. . . . concidat (*8* corruat iste necesse est). CAES. civ. 3, 47, 3 (4) neque ullus flare ventus -erat, q. *eqs.* TIB. 1, 6, 70 laudare nec ullam -ssim ego, q. oculos appetat illa meos. PROP. 1, 8, 21 me non ullae -erunt corrumpere, de te q. . . . verba querar. OV. epist. 15 (16), 105 nec -ui debere mihi spem longius istam, caerulea peterem q. mea vota via. LIV. 40, 26, 6 non . . . -erunt sustinere consensum senatus, q. paludati exirent *eqs.* *al.*

*δ varia*: CIC. Verr. II 1, 61 tabulas . . . deportasse te negare non -es (1, 78. 144. 150. 2, 44. 165. 3, 132. 137. 149. 224. 5, 169 de orat. 1, 250. *al.*). leg. agr. 2, 7 neque . . . ullo modo facere -ssum, ut . . . non . . . essem popularis (Att. 2, 20, 1. 11, 21, 1. *cf.* 8, 14, 1 ut nihil. fieri: fin. 1, 27 QVINT. decl. 307 p. 207, 3). Flacc. 93 qui . . . de tanta pecunia, si esset data, nihil audisse non -ssent (off. 2, 4 fam. 4, 10, 1. 9, 3, 1. *al.*). Mil. 64 quae . . . neque innocens nisi fortissimus vir neglegere -isset. Phil. 11, 32 nec . . . animum eius -estis ignorare (TERT. apol. 17, 3 adv. Marc. 5, 6 p. 590, 7 AVG. civ. 5, 9 p. 206, 1 D. *al.*). ac. 2, 107 negatis fieri -sse, ut quisquam nulli rei adsentiatur. Tusc. 1, 11 *miseri* si . . . sunt, nusquam esse non -ssunt. SEN. benef. 6, 21, 2 qui non -est nolle. 6, 23, 5 non -ssunt videri nescisse. *sim. al.*

**b** *in interrogationibus q. d. rhetoricis*: *α significantur neganda quaedam*: PLAVT. Bacch. 191 istuc volebam ego ex te percontarier. :: qui scire -ssum? :: nullus plus (*cf.* Most. 641 [*637* aedis filius tuos emit] aedis inquam; sed scin quoiusmodi? :: qui scire -ssum? :: vah!). CIC. S. Rosc. 107 si eum, qui indicii (*? v. app. crit.*) partem acceperit, oculis cernetis, -eritisne dubitare . . ., qui indicarit? (div. in Caec. 65 Verr. II 3, 143. *al.*; *cf.* Verr. II 2, 145 num cui dubium esse -erit, quin *eqs.*?). Tull. 25 -estis . . . id factum a dolo malo seiungere? Verr. II 2, 155 dices tibi Siculos esse amicos? qui -eris? 2, 166 quem ordinem proferre -ssum, qui te non oderit *eqs.*? 2, 174 -ssumne magis rem iudicatam adferre *eqs.*? 3, 6 fidem sanctissimam in vita qui putat, -est

*[Kuhlmann]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ei non inimicus esse, qui *eqs.*? (Flacc. 22 Balb. 58. *al.*). 4, 67 quae vires huius unius criminis querimoniam -ssunt sustinere? 5, 104 -erone animum advertere *eqs.*? 5, 149 -ssemus hanc iniuriam . . . inultam . . . dimittere? 5, 179 -ero silere . . ., -ero dissimulare *eqs.*? *et saepe.*

*β significantur varia*: PLAVT. Amph. 165 nonne idem hoc luci me mittere -uit? (*item cum colore desiderii*: PROP. 2, 16, 3 [*1* praetor . . . venit modo] non -uit saxo vitam posuisse Cerauno? *similiter respiciuntur praeterita, quae quis aliter evenire -isse affirmat*: CIC. leg. agr. 2, 36 ista omnia . . . in lege perscribi nonne -uerunt? dom. 53 nonne fieri -erat, ut *eqs.*? Mil. 38 -uitne *eqs.*? div. 2, 51. *al.*). 346 -ssum scire, quo profectus . . . sis *eqs.*? (*respicitur iussum, postulatio sim. ut*: Cas. 654 -ssum scire ego istuc ex te quid negoti est? Persa 414 -ssum te facere, ut argentum accipias *eqs.*? 423 -ssum a te exigere argentum? argentum, inquam, cedo. Stich. 324 TER. Eun. 712. CIC. Quinct. 79 -ssumus hoc quoque ex te audire? quid taces? *al.*). 539 pergin autem? nonne ego -ssum, furcifer, te perdere? (*similiter respiciuntur praesentia, quae pro certo affirmantur*: CIC. S. Rosc. 132 nonne quivis -est intellegere omnium . . . machinatorem unum esse Chrysogonum? Verr. II 4, 14 si velim nominare homines, qui . . . pluris emerint, nonne -ssum? har. resp. 20 nos nonne haruspices esse -ssumus? *al.*). ACC. trag. 285 quibus oculis quisquam nostrum -erit illorum optui vultus *eqs.*? (*cf.* CIC. Phil. 7, 21 quo ore vos ille *Antonius* -erit . . . intueri? 12, 19 quo . . . aspectu videre -ero *Antonium eqs.*? *sim. al.*). CIC. Manil. 33 tantamne unius hominis incredibilis . . . virtus . . . lucem adferre rei publicae -uit, ut *eqs.*? (*item in exclamatione mirantis, sc. quod evenit fere incredibile iudicantis*: har. resp. 50 etiamne . . . in deliciis quidam optimi viri viperam illam . . . habere -uerunt? Phil. 1, 31 hanc . . . -isti aequo animo tantam dignitatem deponere? *al.*).

c *in enunt. relat.*: *α usu communi*: CIC. Quinct. 85 (Iul. Sev. rhet. 16 p. 363, 25) quid est possidere? nimirum in possessione esse earum rerum, quae -ssunt eo tempore possideri (Tusc. 5, 42 ea, quae homini accidere -ssunt, omnia parva ducens. *al.*; *cf. l. 38 et* Verr. II 2, 181 quae consilio aliquo aut ratione inveniri -uerunt, inventa sunt). 89 quod bonorum possessio spectetur . . . in universis, quae teneri et possideri -ssint (-ssunt *var. l.*). Verr. II 2, 5 sic illa provincia semper usi sumus, ut, quicquid ex sese -sset efferre, id non apud eos nasci, sed domi nostrae conditum iam putaremus (SEN. benef. 3, 34 patris . . . beneficium est, quidquid facis, q. praestare illi -es. epist. 71, 26. 117, 31. *al.*). Cluent. 13 animum adulescentis . . . pellexit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi . . . -est (Flacc. 66 omnia, quae dici -ssunt. Att. 1, 5, 1 Tusc. 5, 4. 17 omnia humana. *al.*). 149 omnibus hic labor meus propositus est, quicumque hac facultate defensionis contenti esse -ssunt (Cael. 3 de orat. 2, 5 CATVLL. 76, 7 OV. met. 13, 236 trist. 3, 6, 31. *al.*). Manil. 27 quae res est, quae cuiusquam animum . . . dubium facere -ssit? (*item praepositum est enunt. interrog.*: Sull. 72 verbum ecquod umquam ex ore huius excidit, in quo quisquam -sset offendi? dom. 125 Phil. 2, 9. *al.*). 28 nullam rem esse . . . in usu positam militari, quae huius viri scientiam fugere -ssit (*cf.* Tusc. 4, 57 nihil, quod homini evenire -ssit. *sim. al.*). de orat. 2, 113 tria sunt omnino genera, quae in disceptationem . . . cadere -ssint (-ssunt *recc.*). Phil. 3, 4 *Caesari gratia* habenda . . . est tanta, quantam maximam animi nostri capere -ssunt. *sim. al.* *β amplificatur textus graecus*: HEGES. 1, 16, 6 quicquid ad cultus sacri observantiam spectare -erat, impletum est (*Ios. bell. Iud. 1, 148 οἱ ἐναγισμοὶ καὶ πᾶσα θεραπεία*). RVFIN. hist. 4, 15, 15 omnium, quoscumque nosse -uit (*gr. ἁπάντων καὶ τῶν πώποτε συμβεβληκότων αὐτῷ*). CASSIOD. hist. 4, 28, 4 quaecumque . . . vobis a me -uerint dici, haec iam fides vestra praecepit (*Socrat. 2, 23 p. 252$^{B}$ ὅσα . . . ὑμῖν λέλεκται παρ' ἐμοῦ*). Ios. antiq. 1, 122 homines, qui quamcumque terram adprehendere -uerunt (*gr. οἱ γῆν τινα καταλαβόντες*). 5, 67 quidquid -isset sumere, devastabat (*gr. πᾶν ὅ τι λάβοι*). ORIBAS. syn. 2, 43 La p. 113, 18 Mø. quaecumque infrigdare -ssunt (*gr. ὅσα ψύχει*, *Aa* quecumque infrigdant).

2 *inf. praes.* -sse *obtinet locum substantivi* (*negleximus exempla hunc usum praeparantia velut* OV. met. 14, 100 abstulit usum verborum . . .; -sse queri tantum rauco stridore reliquit. Pont. 1, 7, 47 nec vitam nec opes nec ademit -sse reverti *Augustus*. SEN. epist. 116, 8 nolle in causa est, non -sse praetenditur [*an ad c?*]. *sim. al.*): a *accedunt attributa*: *α gen. pron. vel subst.* (*forsitan suppleri possit* VAL. MAX. 6, 9 ext. 5 omnes . . . conatus eius *Polycratis* placido excipiebantur itinere . . ., velle ac -sse in aequo positum erat): TERT. adv. Prax. 10 p. 242, 11 dei . . . -sse velle est et non -sse nolle. MAX. TAVR. (?) hom. 83 p. 433$^{B}$ esse . . . illius *dei* et -sse non discutiendo assequimur. IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. hom. V 718$^{D}$ (*eadem* 721$^{A}$) -sse ipsius *dei* non -est invenire non -sse (721$^{B}$). *β pron.* (*v. etiam p. 154, 14*): PELAG. epist. ad Demetr. 16 nec quisquam melius quantum -ssimus intellegit, quam qui ipsam virtutem nobis nostri (*deest in var. l.*) -sse donavit. FVLG. RVSP. epist. 17, 43 ipsum -sse (ad Monim. 3, 6, 9 quid . . . -sse apud se deus habet, si i. -sse in se non habet?). CASSIOD. anim. 16 H. (*antea*: aeterna potentia) in gubernatione ipsius *dei* consistunt omnia, non in suo (sua $D^{1}ME$) -sse (potestate $E^{2}$, potentia $M^{2}$) derelicta (in psalm. 118, 168 ut non suis viribus, sed divinae potentiae s. -sse deputaret. *v. et p. 154, 9*). CORIPP. Iust. 2, 39 velle tuum fac -sse meum. FACVND. defens. 3, 4, 5 (*ad Matth. 8, 9*) nihil mirabile, si istud -sse habes, homo, cum sis accipiens a deo (*postea bis* potestatem, *sc. hominis a deo acceptam*).

b *pendet ex praepos.* (*lectione incerta* FRONTO p. 194, 7 v. d. H. extra -sse; *negleximus talia qualia* VARRO ling. 5, 83 pontifices, ut Scaevola Quintus [frg. 7 F.] . . . dicebat, a -sse et facere): MAR. VICTORIN. rhet. 2, 13 p. 267, 34 inter -sse et facultatem hoc interest: *eqs.* HIER. adv. Pelag. 1, 9 ut per esse et esse -sse stultorum illudas auribus. PELAG. Aug. nat. et grat. 7, 8 p. 237, 26 de -sse et non -sse, non de esse et non esse contendimus (IOH. MED. [?] Ps. Chrysost. hom. V 721$^{B}$ si dicimus de non -sse ipsius *dei*, nihil dicimus. CASSIOD. in psalm. 104, 3 de suo -sse laudatur). p. 238, 5 *scripturae quidam loci* ad non esse, non ad non -sse proficiunt (*an huc* FVLG. *sub c?*). PASS. Arcad. (BHL 658) 2 *propinquus eius* pro -sse defendit absentem *Arcadium* (Ps. AVG. c. Felician. 6 quod ut sit intellectu facilius, id ipsum p. -sse explicabo). SCHOL. Ter. p. 160, 18 'pro re tollebas tua' (*Ad. 809*): nutriebas secundum tuum -sse (*Don.*: pro patrimonii tui qualitate). VEN. FORT. Mart. 2, 220 cui minus in -sse est, satis est ostendere velle.

c *varia exempla* (*hic illic intellegi posse vim verbalem vix negaverimus; cf. p. 153, 64. 69*): FVLG. Virg. cont. p. 88, 13 si ad subrogandum -sse virtus deficiat. AMBR. hex. 2, 3, 11 quid inpossibile ei, qui dedit -sse infirmis *eqs.*? VVLG. sap. 12, 18 subest . . . tibi, cum voles, -sse (*gr. τὸ δύνασθαι*). PS. RVFIN. praef. in proph. p. 960$^{C}$ dispositionum eius *dei* gloriam sumus, in quantum -sse contulit, exsecuti. AVG. grat. Christ. 5, 6 p. 129, 21 non ait *apostolus* (*Phil. 2, 13*): 'deus est . . ., qui operatur in vobis -sse' . . ., sed ait 'deus est . . ., qui operatur in vobis et velle et perficere'. BOETH. cons. 3, 9, 19 W. qui . . . solum -sse desiderat (*syn.* potentia). VEN. FORT. carm. 1, 5, 24 quantum -sse valet, plus mihi velle placet. expos. orat. 38 *deus* et velle tribuit et -sse complevit. MAXIM. eleg. 5, 152 (*v. p. 140, 8*). *al.*

3 *structurae syntacticae peculiares*: a *de usu indicativi in sententiis q. d. potentialibus vel irrealibus* (*cf. p. 143, 27; de coni. v. p. 155, 73*): *α in apodosi periodi condicionalis*: ① *potentiali* (*de coni.* -ssim *etc. non constat ante* TER. Haut. 557): PLAVT. Asin. 164 solus si ductem *puellam*, referre gratiam numquam -es. Aul. 558 quae mi interbibere sola, si vino scatat (*Gulielmius*, scatet *codd.*) . . . fontem . . . -est. Bacch. 479 nullon pacto res mandata -est agi, nis . . . labra a labris numquam auferat? Cas. 316 si tu nolis . . ., . . . una libella liber -ssum fieri. Mil. 764 otium rei si sit, -ssum expromere. Most. 351 nec Salus nobis saluti iam esse, si cupiat, -est (*sim.* TER. Ad. 762. *cf. e. g.* CIC. Verr. II 4, 115 neglegentes . . . si cupiamus esse, qui -ssumus?). Poen. 351. 864 illum ut perdant facere -ssum, si velim (TER. Hec. 473 CIC. Verr. II 4, 14). Rud. 566 vel ego amare utramvis *mulierem* -ssum ('*scil.* potis sum *cum lusu verborum*' *Leo*), si probe adpotus siem. Trin. 87 si . . . id . . . mihi lubeat suspicarier, qui tu id prohibere me -es ne suspicer? TER. Ad. 205 id . . . -ssum ferre, si modo reddat *argentum*. CIC. S. Rosc. 135 meo iure -ssum, si quid . . . mihi non placeat, vituperare. *al.* ② *irreali ad praeterita pertinenti* (*coni. plusquamperf. inde a* PLAVT. Persa 173): PLAVT. Curc. 451 si forent conclusi . . ., ita non -uere . . . circumirier (*item indic. perf. iuxta coni. imperf.*: Merc. 596 si podagrosis pedibus esset Eutychus, iam a portu rediisse -uit. Mil. 803 non -ui⟨t⟩ reperire, si ipsi Soli quaerendas dares, lepidiores duas *eqs.* Most. 462 quo modo pultare -ui *fores*, si non tangerem? Pseud. 793 CIC. Planc. 60 SEN. benef. 6, 7, 1. *al.*). TER. Andr. 691 quam facile -uerat quiesci, si hic quiesset! (*indic. plusquamperf. ut*: VAL. MAX. 4, 3, 13 Numantiae spoliis conparare plures *triumphos* -uerat, nisi operum suorum ad se laudem . . . redundare maluisset). CIC. dom. 53 quodsi . . . populus Romanus de ista re consultus esset . . ., nonne fieri -erat, ut *eqs.*? (*item indic. imperf.*: SEN. nat. 2, 2, 4 expedire me -eram, si philosophorum lingua uti voluissem. CVRT. 8, 13, 15 abire cum gloria -erant, si umquam temeritas felix inveniret modum. *al.*). VERG. Aen. 4, 19 si non pertaesum thalami . . . fuisset, huic . . . -ui succumbere culpae (*item indic. perf. iuxta coni. plusquamperf.*: SEN. contr. 2, 5, 4 plus tibi praestare non -uit, si de te liberos sustulisset. contr. exc. 4, 8, 2 si noluissem patronum habere, -ui. SEN. benef. 6, 3, 1. 7, 4, 4. *al.*). *al.* ③ *irreali ad praesentia pertinenti* (*coni. imperf. inde a* TER. Eun. 177): CIC. Verr. II 4, 16 quid . . . -erat Heius respondere, si esset improbus . . .? (*vix ad l. 56*). Att. 12, 36, 1 quod -eram, si in ipsa villa facerem. fam. 1, 7, 7 -erat utrumque praeclare, si esset fides *eqs.* LVCR. 2, 1035 quae . . . si primum mortalibus essent . . . obiecta repente, quid magis his rebus -erat mirabile dici *eqs.*? SEN. Thy. 288 non -erat capi, nisi capere vellet. SCRIB. LARG. praef. p. 3, 20 -eram . . ., si verum id esset, dicere: *eqs.* 102 -eram nominare honestas feminas, quas . . . sanavimus, nisi crederem fidem te habere nobis. *al.*

*β in quibuslibet enuntiatis*: ① *respiciuntur praeterita*: Ⓐ *perf.* -ui: PLAVT. Asin. 402 non -uit pictor rectius describere eius formam. Men. 139 non -isti magis per tempus mi advenire quam advenis (Most. 573 numquam -isti mihi magis op⟨p⟩ortunus adven⟨ire quam⟩ advenis. Pseud. 669 ipsa Opportunitas non -uit mihi opportunius a. quam haec allatast . . . epistula. *cf.* Most. 442 credo, exspectatus veniam familiaribus. :: nimio . . . ille -uit exspectatior venire, qui te nuntiaret mortuom. 1162 non -uit venire orator magis ad me impetrabilis quam tu). 252 non -uit paucis plura plane proloqui. Mil. 1075 contra auro alii *mulieri* hanc vendere -uit operam *Pyrgopolinices*. Poen. 986 ecquid commeministi Punice? :: nihil edepol; nam qui scire -ui, . . . qui . . . sexennis perierim Carthagine? (Stich. 301). Pseud. 440 quod fecisti flagiti, populo viritim -uit dispertirier. Rud. 166 ab saxo avortit fluc-

[*Kuhlmann*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus ad litus scapham neque gubernator umquam -uit ⟨rectius⟩ (*item e contextu supplendus est inf.*: TER. Ad. 568 non -uit melius. SEN. benef. 3, 31, 4 bene vivo; sed -ui et male). Truc. 635 quo pacto excludi ... -ui planius quam exclusus nunc sum? LVCIL. 924 quem febris una ... -uit tollere. CIC. Q. Rosc. 49 non fuit causa, cur ... ad me venires; per nuntium hoc ... transigere -isti. Cluent. 60 quid ... illi iudices facere -uerunt? qui si ... condemnassent *eqs.* (orat. 32 fam. 14, 16 MART. 9, 28, 3. *al.*). p. red. in sen. 25 quid ... gloriosius meis posteris ... -ui relinquere quam hoc: *eqs.*? Phil. 11, 15 quid ... atrocius -uit ... decernere? Ov. am. 1, 7, 5 tunc ego vel caros -ui violare parentes. *al.*
Ⓑ *imperf.* -eram (*hic illic dubites, an praesentia respiciantur; coni. inde a* TER. Andr. 53): PLAVT. Aul. 294 hic non -erat de suo senex opsonari filiai nuptiis? Merc. 687. TER. Andr. 792 alio pacto haud -erat fieri, ut sciret haec quae volumus. CIC. Verr. II 1, 148 non necesse erat rem ad ipsum pervenire; -erat aliquis ad id negotium de populo accedere. *al.* Ⓒ *plusquamperf.* -ueram (*coni. inde a* CIC. Verr. II 3, 132): CIC. ac. 2, 54 quid tibi vis in geminis? conceditur enim similes esse, quo contentus esse -ueras. LIV. 5, 33, 1 expulso cive quo manente ... capi Roma non -uerat, *eqs.* VELL. 2, 3, 2 *Ti. Gracchus* vitam, quam gloriosissime degere -uerat, immatura morte finivit. SEN. epist. 99, 16 *lugentes, cum videntur,* capiti suo manus ingerunt, quod -uerant facere nullo prohibente liberius. *al.*

Ⓘ *respiciuntur praesentia*: Ⓐ *praes.* -ssum (*coni. inde a* PLAVT. Pseud. 236 non -ssum. :: fac -ssis. :: quonam ... pacto -ssim *eqs.*?): PLAVT. Men. 786 quotiens ... edixi tibi ut caveres *eqs.*? :: qui ego istuc ... cavere -ssum? Trin. 380 multa ego -ssum docta dicta ... loqui (*item de dicendo, scribendo*: CATVLL. 67, 17 non istuc satis est uno te dicere verbo, sed facere, ut quivis sentiat *eqs.* :: qui -ssum? *eqs.* CIC. Cato 55 -ssum persequi permulta oblectamenta ..., sed ea ipsa quae dixi sentio fuisse longiora. nat. deor. 1, 101 -ssum ... dicere, sed nolo esse longus. 2, 10 multa ... commemorare -ssum *eqs. sim. al.*). HOR. epist. 1, 6, 42 chlamydes Lucullus ..., si -sset centum scaenae praebere rogatus, 'qui -ssum tot?' ait. PROP. 2, 20, 28 -ssum ego naturae non meminisse tuae? PHAEDR. 1, 1, 7 qui -ssum, quaeso, facere quod que⟨re⟩ris *eqs.*? PETRON. 101, 11 quomodo -ssumus egredi nave, ut non conspiciamur a cunctis? MART. 1, 26, 2 aqua totiens ebrius esse -es. *al.* Ⓑ *imperf.* -eram (*coni. inde a* TER. Phorm. 208): PLAVT. Mil. 911 bonus vates -eras esse, nam quae sunt futura dicis. TER. Haut. 785 egon quoi daturus non sum, ut ei despondeam *filiam*? :: ... scite -erat fieri. CIC. fin. 2, 119 quamquam aliquid ipse -eram, tamen invenire malo paratiores. Att. 13, 26, 2 etsi -eram remanere, tamen ... proficiscar hinc. HOR. ars 328 si de quincunce remota est uncia, quid superat? -eras dixisse. 376 inter mensas symphonia *etc.* ... offendunt, -erat duci quia cena sine istis. Ov. met. 1, 679 quisquis es, hoc -eras mecum considere saxo. SEN. benef. 6, 13, 4 -eras ... et alterius redemptione idem assequi quod mea. nat. 4, 4, 1 -eram me peracta quaestione dimittere, sed ... dabo *eqs.* epist. 19, 10 -eram tecum hac ... sententia parem facere rationem; sed movebis mihi controversiam *eqs.* PETRON. 68, 2 -eram ... hoc fer[i]culo esse contentus; secundas enim mensas habetis. MART. 14, 66, 1 taurino -eras pectus constringere tergo; nam pellis mammas non capit ista tuas. *al.*

**b** *neglecta congruentia temporum*: α *accedit inf. perfecti* (*exclusimus exempla indicantia actionis absolutionem velut* PLAVT. Merc. 596 iam a portu rediisse -uit. VARRO ling. 9, 32 quis ... -est non ... animadvertisse *eqs.*? NEP. Eum. 9, 2 quod diebus quinque hostis transisse -sset. LIV. 37, 19, 5 *bellum* -ssumus ... ante hiemem ... perfecisse): Ⓘ *ad praes.* -ssum: PLAVT. Aul. 828 non -es probasse nugas. VERG. Aen. 6, 78 Phoebi nondum patiens ... bacchatur vates, magnum si pectore -ssit excussisse deum. Ov. ars 2, 583 non vultus texisse suos, non ... -ssunt partibus obscenis opposuisse manus. PLIN. nat. 17, 26 quae *arbor* vixisse -ssit alia in loco eodem? TERT. adv. Marc. 2, 29 p. 376, 4 compendio ... -ssum antithesīs retudisse. *al.*
Ⓘ *ad perf.* -ui: CIC. Cluent. 113 -uit aliquis ab initio non sedisse et tamen Oppianicum gratiis condemnasse (*antea*: -uit esse innocens Falcula). PROP. 1, 1, 15 velocem -uit domuisse puellam. 1, 17, 1 -ui fugisse puellam. 2, 16, 3 *praetor* non -uit saxo vitam posuisse Cerauno? Ov. epist. 11, 111 si -uit meruisse necem, meruisse putetur. 12, 165 sq. serpentes ... -ui taurosque furentes, unum non -ui perdomuisse virum. rem. 763 carmina quis -uit tuto legisse Tibulli *eqs.*? met. 2, 608 -ui poenas tibi, Phoebe, dedisse, sed peperisse prius. SEN. dial. 5, 12, 2 nemo dicit sibi: 'hoc propter quod irascor aut feci aut fecisse -ui'; nemo animum facientis, sed ipsum aestumat factum. *al.*

β *ponitur coni. plusquamperf. pro coni. imperf.* (*usus in recentiore et vulgi sermone passim diffusus, v. Blase, Gesch. des Irrealis 36 sqq., Löfstedt, Peregr. Aeth. 153 sqq.; ceterum ponitur coni. imperf. pro coni. plusquamperf. e. g.* TERT. bapt. 10 p. 209, 20 OPTAT. 2, 19 p. 54, 8. 7, 1 p. 160, 14. MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 2 p. 405/6 [*gr. p. 187* ἐξῆν], *coni. praes. pro coni. imperf. e. g.* CE 565, 4 [*saec. III?*]. OPTAT. 3, 11 p. 98, 7 AMM. 15, 5, 32. 17, 13, 23. 18, 2, 3): VITR. 7 praef. 2 si non ita fecissent, non -issemus scire *eqs.* (*item in apodosi periodi condicionalis* [*cf. p. 154, 30*]: 10, 1, 5 EXPOS. mundi 4 PANEG. 3, 28, 3 ARNOB. nat. 4, 13 OPTAT. 5, 9 p. 139, 5 *et saepius apud eundem.* LVCIF. Athan. 1, 34 p. 127, 4 PS. APVL. Ascl. 15. *al.; cf. in protasi*: TERT. ieiun. 1 p. 274, 6 ut, si disiungi ... -issent ..., non adhaererent. ARNOB. nat. 1, 33 [-ssent *Ursinus*, potis essent *Salmasius*]. PS. APVL. Ascl. 21 AVG. vera relig. 4, 7. *al.*). PS. CYPR. laud. mart. 8 morientibus cunctis ad hoc reservatus es, ut martyr esse -isses (OPTAT. 3, 3 p. 78, 20 ut redirent et tecum redire -issent. 3, 9 p. 94, 8 CLAVD. DON. Aen. 4, 245 p. 386, 16. 6, 815 p. 611, 12 AVG. nat. bon. 41 p. 875, 11. *al.*). TREB. trig. tyr. 9, 1 creatus est imperator, qui fessis rebus mederi ... -isset (*item in enunt. relat.*: OPTAT. 1, 27 p. 29, 15 nihil tale inventum est, quod vitam ... sordidare -isset. 2, 4 p. 39, 7 ubi. *al.* AMM. 19, 3, 2 quicquid. CLAVD. DON. Aen. 4, 50 p. 362, 24. 5, 110 p. 439, 25. 5, 205 p. 447, 18 PS. APVL. Ascl. 15. *al.*). OPTAT. 2, 5 p. 40, 9 ne regredi ad meliora -issent, ipsi sibi scismatis conpedes posuerunt, ut in errore ... starent, ne ad pacem ... reverti -issent (2, 24 p. 61, 17). AMM. 30, 1, 16 ut ... serpentes ora exacuere letalia, cum primum -issent, lapso ... nocituri. *sim. al.*

4 *usum plus minusve pleonasticum illustravimus p. 140, 10 sqq.; iuncturas cum vocibus eiusdem stirpis v. infra sub* potens, potentia, potestas, potis.

*deriv.*: possibilis. *Kuhlmann.*



***post** (poste, postid, pos) *adv. et praepos.* (*coni. v. in parte tertia, praeverb. sub singulis verbis*). [*e* *posti *sicut umbr.* pus, puste, *osc.* púst; *in variis linguis cognatis vocibus fere eiusdem notionis certe syllaba* *pos- *subest; sed testimonia formae auctae* *post- *non nisi dubia exstant, quoniam origo vocis armen.* əst '*post*' *non constat et toch. B* ompostäm '*postea*' *parum dilucidum est. Sch.*] *abbreviatur*: p (*scribitur* q CIL XII 2061 b, 5 *a. 528*) *in his formulis*: p(ost) c(onsulatum) CIL XIII 912, 3 *a. 405. et saepe, v. vol. IV 573, 28 sqq.; perscribitur e. g.* CIL VI 1769, 19 (*a. 346. v. etiam p. 157, 19*). p(ost) r(eges) e(xactos) PROB. litt. sing. gramm. IV 271. p(ost) R(omam) c(onditam) FAST. sodal. Augustal. a. 230 (CIL VI 1984) *sexies decies.* FAST. sacerd. Iov. a. 238 (CIL VI 2009) 3. 10. 14. *al.; perscribitur praepos. e. g.* FAST. augur. a. p. Chr. 7 (CIL I$^2$ p. 60) -t R. c. *inter alia compendia in titulis Ravennatibus*: CIL XI 40, 7 p(ost) e(xcessum) (107, 8. 352, 8. *cf.* 119, 5 p(ost) exc(essum) [198, 6]). 43, 10 p(ost) obit(um). *aliter in formula* -t consulatum: INSCR. christ. Silvagni 4889 (*a. 429*) ps cons (CIL XII 933, 9 *a. 524?* ps [*si recte legitur*]. X 101, 8 *a. 551* psc). CIL XIII 2354, 6 (*a. 431*) pts consu. XII 5861, 10 (*a. 563*) pst conslto. NOT. Tir. 9, 14 -t. 44, 94 paucis -t diebus. 44, 96 -t paucos dies. *et sim. al.*

*de formis*: *forma sollemnis* **post** *legitur ubique in titulis liberae rei publicae praeter l. 79 et fere constanter scribitur in cod. A* PLAVTI (poste *semel*), *A* TER., *V* CIC. rep., *codd. vet.* VERG. (pos *bis var. l.*). pot CIL VIII 14081 pot tempora ('*vel potius* pos' Diehl 1601 adn.). INSCR. christ. Diehl 3866. posd INSCR. Année Epigr. 1937 n. 232, 15 (*Brigetione, a. 311*). **poste** (*non nisi adv., maxime in capite versus*): *servatur in codd.* PLAVT. Asin. 915. Bacch. 966 (*CD*, postea *B*). Men. 838 (-t te *trad.*). Merc. 370 (*B*, postea *CD*). Stich. 383 (*B*, postea *A*, -t haec *CD*). 623 (*A*, postea *BCD*). Truc. 910 (*loco nondum sanato*). ENN. ann. 230. *ex* postea *restituunt edd. metro consulentes*: PLAVT. Cist. 525 Men. 1090 Most. 290 Stich. 380 (postea *A*, -t *BCD*). 568. *ceterum a singulis conicitur e. g.* PLAVT. Men. 545 Rud. 755 Stich. 388. TER. Andr. 483 (*cf. vol. V 1, 406, 71 sq.*). Eun. 493 (*Lindsay sec. glossam Terentianam* GLOSS. V 538, 62 -te: postea). *cf. Skutsch, Class. Rev. 57, 1943, 104 sqq.*
**postid** (*plerique pro adv. particula* d(e) *aucto, sc.* posti-d, *accipiunt coll.* postidea, antidea, antidhac; *sed sunt qui praepos., sc.* post id [*q. v. p. 174, 21 sqq.*], *intellegant; dubitaveris maxime de* SALL.; *occurrit in capite versus vel post caesuram*): PLAVT. Asin. 785 (*versu claudicante*; -tid *DEJ*, -t *B*). Aul. 749 Cas. 33. 120 -tid locorum (Poen. 144 Truc. 661. *inde ut videtur etiam* SALL. Iug. 72, 2 -t id l. [*nisi pro praepos. habendum, cf. 63, 6* ad id locorum]). 130 Cist. 293 Rud. 299 Stich. 86 Trin. 529 Truc. 421 (-t ida *B*). 762. *e coni. dub.*: PLAVT. Pseud. 587 (*Lindsay in app. metro consulens*). 1275 (*Goetz*). Rud. 1169 (*Schoell*). TER. Andr. 936 (*Dziatzko, Spengel*). **pos** (pus *v. p. 157, 16. 22*): *formam explicat Leumann, Gramm. 1977, 209; legitur* pos *inde ab inscr. sortis* CIL I$^2$ 2189, 1 (= CE 331, 17) *et graphio scriptis Pompeianis* CIL IV 2058. 6820 (*an et 6826?*), *sed cf. etiam Cic. orat. 157* posmeridianas (*Vel. gramm. VII 79, 3,* pom- *codd. Cic.*) ... quam postmeridianas ... libentius dixerim. *ceterum testantur formam* GLOSS. V 234, 37 -s: postea *et fortasse etiam* GLOSS.$^L$ IV dub. Plac. P 18 (*cf. etiam* PS. Plac. P 23) pos: pes (post *coni. edd. coll.* ANTH. 19, 4; *sed* πός : pes *tuetur Bücheler apud Goetz in indice coll. Prisc. gramm. II 26, 18*). *attulimus fere exempla titulorum et codd. vetustiorum secundum litteras insequentes*: 1) *ante* **t-**: -s te: CIL VIII 2005, 14 (= CE 1615, 13). XIV 1467, 10. NIPS. grom. p. 294, 6 L. (*A*, -t *E*). ITALA psalm. 62, 9 (cod. 333, *cf.* Hil. in psalm. 118 daleth 2: *ex* postea *R*, postea *V*, '*fort.* pos te' *ed.*). -s templum: *iunctura sollemnis in* CONST. veteran. *inde a saec. I ex.*; CIL XVI *et* Année Epigr. *scrutantes legimus scripturam plenam* -t templum (*saec. II etiam* -t templ) *fere sexagies* (*ultima exempla*: CIL XVI 128 a. *178.* 152 *a. 247*); -s templ *quindecies invenimus inde a* CIL XVI 98 sq. (*a. 150*). 127 (*a. 173*), -s templum *sexies inde a* 137 (*a. 216*). 143 (*a. 226*). Année Epigr. 1939 n. 124 (*a. 226*). -s tempus: CIL I$^2$ 2189, 1 (= CE 331, 17; *una voce scriptum*). VERG. ecl. 1, 29 -s tempore ($P^1$, post t- $P^2$). SCHOL. Cic. Gron. D p. 304, 21 (*C, ed.*). -s tergum, terga: CIL VIII 11824, 16 (= CE 1238, 12; *saec. fere III*) -s tergus. VVLG. gen. 19, 17 (*GO al.*). GREG. TVR. Franc. 2, 42 p. 92, 15. 3, 13 p. 109, 19 (*A2 al.*). *al. ibid.* GLOSS. II 385, 14. 16. *et saepe in codd. medii aevi, unde haud raro accipiunt edd., e. g. Kießling fere cum codd. AB*

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. contr. 2, 1, 7. 9, 2, 10. 10, 1, 4 suas. 1, 15, *Peiper-Richter cum E* SEN. Med. 303 Oed. 1055 Phoen. 577, *Klotz* STAT. Theb. 5, 507. 6, 276. 7, 623. *al.* (-t *ubique P*). -s tertium, tertiam: LIB. col. I p. 238, 15 L. (*A*, -t *ed.*). ITALA Matth. 16, 21 (cod. ff²). -s triduum, triduo: ITALA Matth. 26, 61 (cod. ff²). Marc. 10, 34 (cod. k). 14, 58 (cod. k, *scrib.* rostri-). Luc. 2, 46 (cod. ff²). act. 25, 1 (cod. e). -s tua: CIL XII 5343 (posiva *lapis*). *2) ante* m-: -s me: CIL VI 17072, 6 X 761, 6. ITALA Matth. 16, 24 (cod. ff², -t me 16, 23 *et saepius in eodem cod.*). Luc. 24, 27 (Hil. in psalm. 118 samech 3 *V*, '*fort. recte*' *ed.*). -s meridiem: HYG. lim. grom. p. 153, 6 (*B*, -t *A edd.*). -s militiam: INSCR. Année Epigr. 1937 n. 232, 11 (*a. 311, Brigetione*). -s missione(m): CIL III 7500, 9. 14454, 5 VI 2907, 5. 3453, 6 (*saec. II ex.*). XII 682ª, 6 (*saec. III*). -s morte(m): TEST. Silvani (Pap. Corp. 221) 32 (*a. 142*). CE 2103, 3 (*saec. VI*). CIL VI 8987, 13. 9317, 5 X 649, 5 XI 3571, 5 GAIVS inst. 3, 100 *et* 158 (*V*). -s mult-: CIL VI 14672, 10 XIV 2080, 5. *3) ante varias consonantes*: pus calindas: INSCR. Année Epigr. 1967 n. 342 (*aetate Francorum*). -s casam: GROM. p. 329, 6 L. = p. 16 Josephson (*A*, -t *C*). -s cera: ORIBAS. syn. 3, 14, 2 (*Aa*, -t *ed.*). -s colu⟨mnam⟩: CIL VI 1585ª, 5 (*a. 193*). -s consulatum (*vario modo scriptum vel notatum*): CIL VI 32045a (*a. 375*; -t *ex* -s *correctum*). 37122 (*a. 346*). IX 6192 (*a. 393*). X 4712, 4 (*a. 346*). INSCR. christ. Diehl 1478 (*a. 370*). 2627 (*a. 346*). 4226 (*a. 375*). *et saepius; scribitur* pus CIL XI 1142, 8 *a. 488 vel 511.* XII 2179, 9 *a. 562* (*v. Prinz, de o et u vocalibus, 1932, 90*). -s depositione: INSCR. christ. Diehl 3859 (*saec. VI/VII*). -s dies: CIL VI 18937, 9 IX 1010, 7 ITALA Matth. 17, 1 (cod. ff²). Hebr. 10, 16 (cod. d). -s ducto: CIL III 14184⁹, 4. -s fata: CIL IV 6820 (*vers.*). VERG. Aen. 4, 20 (*M*, -t *cett.*). -s hobitum: CIL III 14190, 1 (= CE 2160, 1). -s hoc, haec: CIL III 12473ª, 8. ITALA gen. 30, 21 (Lugd.). Ioh. 2, 12. 3, 22. 11, 7 (cod. ff²; -t haec *saepius in eodem cod.*). *cf.* Luc. 1, 24 (cod. ff²) -s hos. ORIBAS. syn. 9, 45 add. Aa p. 361 -s hanc (-t *ed.*). -s laborem: INSCR. christ. Diehl 1593 (*saec. IV*). -s legem: HYG. grom. p. 81, 9 (*B*, -t *P*). -s nos: ITALA Matth. 15, 23 (cod. k). -s paucos: PAP. Corp. 254, 19 (*saec. II in.*). -s piscinam: CONST. veteran. ed. Roxan 2 ext. 24 (*a. 75*). -sque: CIL VIII 10945, 6 (= CE 574, 4). -s quod: ITALA Matth. 21, 32 (cod. ff²). -s se: CIL IX 1681, 8 (*a. 257*). GROM. p. 327, 16 *et* p. 329, 12 L. = p. 4 *et* 10 Josephson (*A*, -t *cett.*). *et saepius* posse *var. l. in recc.* -s sunt: LVCR. 4, 1252 (possunt *codd.*, -t sunt *edd. praeter Diels*). *4) ante vocalem*: -s Aman(tium): INSCR. christ. Diehl 3831a (*a. 346*). -s annum: CIL III 8910, 4 INSCR. christ. Diehl 2441, 3. -s aquam: ENN. ann. 67 (Fronto p. 153, 18 v. d. H. *man. prima, postea varie emendatum, v. Hauler, Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien 1910, 676 sqq.*). -s Idus: CIL IV 2058. -s istos: ITALA Luc. 1, 24 (cod. e *ante corr.*). -s obitu(m): CIL III 917, 7. 7053, 3 V 8748, 3. 8749, 5. 8754, 6. 8764, 3 VI 3501, 5. 29925, 4. *al.*, *v. etiam l. 27.*

***doctrinae grammaticorum:*** *1) de praepos. et adv.* (*v. etiam sub 3, de praeverbio* PRISC. *sub 4*): CENS. Prisc. gramm. III 46, 8 '-t' praepositio (*affert* VERG. georg. 3, 213); idem ... adverbium (*affertur* Aen. 1, 136). PROB. inst. gramm. IV 149, 9 '-t' significat et adverbium (*affertur* VERG. Aen. 1, 136. *sim.* AVDAX gramm. VII 354, 3 *allato* VERG. ecl. 1, 29 *ut* GLOSS.ᴸ I Ansil. PO 498). SERV. gramm. IV 420, 10 si ... casum mutent *praepositiones*, fiunt adverbia, ut 'tempore -t' *eqs.* (*sim.* 443, 6 POMP. gramm. V 279, 26). DOSITH. gramm. VII 414, 15 *inter praepositiones* quae accentu mutato in adverbia cadunt hae sunt: infra, ... ante, -t (*sim.* CHAR. gramm. p. 245, 16. 301, 5 B. [*ex Palaem.*]. DIOM. gramm. I 407, 23. *ad rem cf. e. g. Don. apud Prisc. gramm. III 27, 22* separatae praepositiones acuuntur, coniunctae casibus ... graves fiunt). PRISC. gramm. III 38, 21 loco etiam adverbii ponitur, ut Terentius (Ad. 110) ... '-t faciet tamen', pro 'postea'; Virgilius (Aen. 6, 409) ... 'longo -t tempore ...', nam quando praepositio est, ablativo iungi non potest. *al.* *2) de collocatione* (*v. etiam* ARVS. *sub 3*): CHAR. gramm. p. 302, 4 B. (*ex Palaem.*) 'ante' '-t' ... nunc praeponuntur casibus, nunc mutato accentu subiunguntur. p. 304, 22 (*ex Palaem.*) hae praepositiones ... et postponi solent et accentum utique mutant, aliquando et casum, quale est 'paucis ante diebus', item 'paucos -t annos' *eqs.* (paucis -t annis *Fabricius*). *3) de casibus* (*adv. per abl. mensurae determinatum fere pro praepos. habetur*): DON. Ter. Hec. 393, 3 ('-t duobus ... mensibus') '-t duobus' simpliciter accipiendum, non '-t duos': est enim ⟨ἀναστροφή, non⟩ ἀντίπτωσις. *ibid.* 6 an '-t duobus' pro '-t duos', ut Plautus '-t principio denique' (*v. p. 243, 18*) et '-t paulo'? SERV. ecl. 1, 29 'longo -t tempore': aut archaismos est; antiqui enim '-t' 'ante' ... etiam ablativo iungebant, quod hodie facere minime possumus; aut 'longopost' una pars est orationis *eqs.* Aen. 1, 295 *inter praepositiones*, quae ante communes fuerunt. ARVS. gramm. VII 497, 19 '-t' praepositionem accusativi casus asserunt quidam interpositam fieri casus alterius (*afferuntur* VERG. Aen. 6, 409 longo -t tempore. *mire etiam* SALL. Catil. 37, 11 multos -t annos) ...; Terentius nec interposuit praepositionem et casum illi ablativum dedit (*affertur* Hec. 393 -t duobus ... mensibus). POMP. gramm. V 278, 15 'ante' et '-t' ... apud maiores nostros inveniuntur etiam cum ablativis (*cf. excusationem huius usus 278, 26 sqq.; sed* 279, 26 *talia pro adv. accipienda putat, v. etiam l. 52. 60*). *al.* *4) de notione*: CAPER gramm. VII 99, 23 'pone' loci adverbium est, '-t' temporis (*sim. distinguit* ISID. diff. 1, 436). DON. Ter. Eun. 493 'postea (-t *vel* -te *edd. Terentii*) ... exeo' legitur et '-t', ut sit ἀποκοπή pro 'postea', quomodo '-t' pro 'postremo' (SYNON. Cic. p. 429, 3 deinde. protinus. -t. postea. postremo. GLOSS. postea). CHAR. gramm. p. 243, 21 B. *loci adverbia* sunt etiam quae et in locum et in loco et e loco significant ... velut ... extra intra ..., ante -t (*in serie simili* DOSITH. gramm. VII 410, 16 -t μετά). PRISC. gramm. III 38, 15 '-t' et componitur et separatur (*i. legitur tam in compositis quam per se*) et significat μετά Graecam praepositionem ..., quando ordinem ... significat sive loci sive temporis sive cuiuscumque alius rei (*affertur* VERG. georg. 3, 213 -t montem) ...; similiter dicimus '-t multum tempus' et '-t pietatem utilitas ponenda est'. SYNON. Cic. p. 437, 31 pone. retro. -t. a tergo. a dorso. GLOSS. -t: μετά. ὀπίσω. μετὰ ταῦτα. posthaec. GLOSS. II 287, 45 εἰς τὸ ἐπιόν: in -t (in posterum *ed. Stephani fort. recte, cf. Gloss.ᴸ II Philox. IN 393* in posterum: εἰς τὸ ἐπιόν).

*legitur inde a* LEGIBVS *antiquissimis* (XII tab., Bant., repetund., agr., Tarent.), PLAVTO, ENN., CATONE. *de usu adv. et praepos. haec monemus: temporibus antiquis adv. frequentant scaenici multo rarius adhibentes praepos., quae saepius invenitur apud* CATONEM *et in* LEGIBVS. *inde a* CIC. *praepos. crebrescit et deinceps fere per totam latinitatem longe praevalet (in versibus inde ab* HOR., PROP., OV., *cum* LVCR., VERG., TIB. *saepius adverbio utantur). ceterum adv. inde ab argentea latinitate omnino rarescere videtur praeter usum per abl. determinatum* (*aliter* TAC.); *omnino deest* LVCANO *nec ceteri epici saec. I multa praebent exempla* (OV. *et* STAT. *maxime iuncturam* VERG. *propriam* multo -t tempore, *liberius* VAL. FL. *et* SIL.); *ceterum cf. conspectum s. v.* postmodo.

[*ad* pos *referuntur: val.* poi; *it.* poi; *sard. vet.* pus; *raet. or.* po; *francog. vet. et prov. vet. rarae quaedam formae; hisp.* pues; *port.* pos. *cf. M.-L. 6684. Battisti-Alessio IV 2988. Wagner II 329. Wartburg IX 241. Corominas III 913 sq. Machado ²III 1858. St.*] [*confunditur* -t *vel* -t quem (quando, eas, est *sim.*) *in codd. cum vocibus vario modo affinibus, imprimis cum* postquam *e. g.* PLAVT. Men. 1132 Mil. 524 (*restituendum est* -t cum BELL. Alex. 48, 2 SVET. Claud. 39, 1, -tque MANIL. 4, 159, *falsa var. l.* PLAVT. Cist. 176 Epid. 247 BELL. Afr. 38, 1 *al.*, *falso trad.* LIV. 43, 16, 8), postea CIC. Att. 6, 1, 3 CAES. Gall. 7, 72, 4 LIV. 30, 32, 11 *et saepe* (*restituitur e. g.* CIC. Att. 5, 2, 2 BELL. Afr. 59, 2; *v. etiam p. 156, 46*), potest *sim.* CIC. Att. 16, 16a, 6 SEN. epist. 81, 26 COLVM. 4, 24, 16 *al.* (*restituitur* VARRO ling. 5, 160 CIC. Phil. 10, 8, *falso trad.* AETNA 516). *ceterum variat maxime cum* mox TIB. 1, 4, 55 (*variandi gratia*). IVVENC. 3, 114, per OV. met. 14, 158 SEN. nat. 7, 17, 3 STAT. Theb. 1, 474 VVLG. cant. 1, 6. *al.* (*falso trad.* VAL. FL. 4, 252 GAIVS inst. 3, 79), prae MANIL. 5, 325 SEN. nat. 7, 17, 3, plus CVRT. 10, 5, 22 (*restituitur* PLIN. nat. 17, 148) *et traditur falso pro praepos.* pro PLIN. nat. 31, 24 (*restituitur e coni. dub.* COMM. instr. 2, 11, 10) *aliisque vocibus. loco nondum sanato*: SALL. (?) rep. 1, 2, 4 cetera multitudo volgi more magis quam iudicio -t alius alium quasi prudentiorem secuti (*adv. temporis contextui aegre convenit; qui praepos. intellegunt, haerent et in ordine verborum [pace Edmar, Stud. zu d. Epist., 1931, 50 sq.] et in usu iuncturae* sequi -t *translato latinitatis christianae proprio*; usast *coni. Vretska*, -t ⟨ruere⟩ *Wistrand*).]

*exempla sic disponenda censuimus*:

**PARS PRIMA:** *adverbium.*

**CAPVT PRIMVM:** *praevalente vi temporis*:

I *notione sollemni*: A *nude positum: p. 159, 29* (*significatur tempus quolibet intervallo sequens p. 159, 31, continuo sequens p. 159, 70, in posterum porrectum p. 160, 14*). B *respondent aliae determinationes temporales: p. 160, 32.*

II *notione deflexa*: A *in mera enumeratione, i. q. deinde, ceterum: p. 161, 74.* B *in argumentatione, i. q. praeterea, denique: p. 162, 10. de vi causali v. p. 159, 29.*

**CAPVT SECVNDVM:** *praevalente vi loci*: I *i. q. in (a) parte posteriore: p. 162, 27.* II *i. q. retro, retrorsum: p. 163, 14.*

**CAPVT TERTIVM:** *praevalente vi gradus, aestimationis: p. 163, 21.*

***appendix*** *ad partem primam*: I *iuncturae quaedam: p. 163, 32* (-t deinde *sim. p. 163, 33*; -t futurus, -t factus *p. 163, 66. 76*; -t locorum *et* -t phasellus *sim. p. 164, 10 sqq.*). II *additamenta quibus tempus posterum accuratius describitur: p. 164, 18* (*inter cetera*: -t ubi *p. 164, 31*, -t ... quam *p. 164, 49. 166, 19*, -t quod *p. 164, 59; abl. mensurae vel temporis p. 165, 22; acc. temporis p. 166, 46*). III *usurpatur pro subst.: p. 166, 68.*

**PARS SECVNDA:** *praepositio.*

**CAPVT PRIVS:** *cum acc.*:

I *praevalente vi temporis*:

A *notione sollemni*: 1 *cum nominibus quibus respectus temporis inhaeret: p. 167, 13* ('-t diem, annum quam' *p. 168, 8 et 34*). 2 *cum quolibet nomine: p. 169, 16.* (*locutiones concisae p. 170, 73*). 3 *cum neutro pronom.: p. 172, 77* (-t haec *p. 173, 27*).

B *notione deflexa*: '-t hunc statum' *i. q.* '*inde ab initio huius status*': *p. 174, 61. i. q. per: p. 175, 16. i. q. praeter: p. 175, 28.* '-t haec' *i. q.* '*his rebus consideratis*': *p. 175, 61. de vi causali v. p. 167, 4.*

II *praevalente vi loci*: A *respicitur quid sit vel fiat a tergo: p. 176, 7* (-t tergum *p. 176, 71; de ordine sese moventium p. 177, 25*). B *respicitur quid moveatur in posteriora: p. 177, 56*

[*v. Kamptz*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(-t se, -t tergum *i. q. retro p. 177, 78*). C *respicitur quis (quid) sit expetendus, sectandus: p. 178, 40.* D *recentiora quaedam: i. q. secundum: p. 180, 46. i. q. penes, apud: p. 180, 61.*

III *praevalente vi gradus, aestimationis: p. 180, 66.*

CAPVT ALTERVM: I *cum abl.: p. 181, 77.* II *cum indeclinabilibus: p. 182, 72 (sc. cum formulis sollemnibus, adv., inf., gen. ad subst. supplendum pertinenti).*

**appendix** *ad partem secundam:* I *de collocatione: p. 183, 17 (inter subst. et attr. p. 183, 17; postponitur p. 183, 44; separatur per hyperbaton p. 183, 46; ἀπὸ κοινοῦ p. 183, 65).* II *additamenta quibus tempus (locus, gradus) accuratius illustratur: p. 183, 70 (inter cetera: abl. mensurae vel temporis p. 183, 74).* III *in locutionibus, quae ad nomina accedunt: p. 184, 56.* IV *locutio praepos. usurpatur pro subi. p. 185, 12.* V *iunctura* usque -t: *p. 185, 13.*

PARS TERTIA: *coniunctio: p. 185, 19.*

## PARS PRIMA: *adverbium.*

CAPVT PRIMVM: *praevalente vi* **temporis** *et usu inde derivando (-t ita adhiberi solet, ut respondeat momento temporis prioris cuidam, quod paratactice antea memoratur vel est subaudiendum [audacius p. 164, 27* PLAVT. Aul. 286*]; contra non nisi ex enunt. secund. subordinato intellegitur -t in iuncturis -t ... quam p. 164, 49sqq. 166, 19sqq. et -t quod p. 164, 59sqq., ceterum p. 164, 35. 43sqq. [an etiam p. 164, 23. 25. 34?]; -t determinat ipsam actionem verbi p. 160, 30).*

I *notione sollemni (sc. mere temporali, sed sublucet hic illic vis causalis, e. g. infra l. 58. 75):* A *nude positum (hic fere non iteravimus exempla quibusdam de causis ad appendicem releganda):*

1 *in universum significatur potius tempus quolibet intervallo antea memorata sequens:* a *praesens vel futurum:* LEX XII tab. 10, 5 (Cic. leg. 2, 60) homini mortuo ne ossa legito, quo -s (-t *var. l.*) funus faciat. PLAVT. Asin. 324 fortiter malum qui patitur, idem -t potitur (*Itali*, pat- *cett.*) bonum. Cas. 545 nil moror, molesta ei esse nolo; -t convenero. Epid. 516 fides non reddis? ... -t reddes tamen. *al.* ENN. ann. 11 ova parire solet genus pennis condecoratum, non animam; et -t inde venit divinitus pullis ipsa anima. 372 *Fabius Maximus* non ... rumores ponebat ante salutem; ergo -tque magisque viri nunc gloria claret. TER. Hec. 700 puerum accipias; ... -t de matre videro (CIC. de orat. 3, 37 rep. 2, 16. *al.*). 730 ne quid faciam plus, quod -t me minus fecisse satius sit (*cf.* Phorm. 554 ne quid ... faxit, quod nos -t pigeat [TIB. 1, 6, 52 ne p. magno -t didicisse malo]. PVBLIL. G 3 quem -t facti paenitet). Haut. 934 Eun. 388 Ad. 982 TRAG. inc. 194. RHET. Her. 4, 8, 11 de quibus -t dicemus (CIC. inv. 2, 22. 61. 102. 142. *cf.* RHET. Her. 4, 11, 16 loquemur [CIC. inv. 2, 70]). CIC. Arat. 40 quod et aestatis primordia clarat *Pleiadum sidus* et -t hiberni praepandens temporis ortus admonet, ut *eqs.* har. resp. 56 fin. 3, 21 VERG. Aen. 1, 136 MANIL. 4, 827 SIL. 15, 555 STAT. Theb. 4, 693. *al.* *per anaphoram (antecedit exemplum ablativo mensurae determinatum):* VERG. ecl. 1, 69 en umquam patrios longo -t tempore fines pauperis et tuguri ... culmen, -t aliquot, mea regna, videns mirabor aristas? (*vix recte intellegitur praepos. vol. II 580, 41 sec.* SERV. *et* AVG. quaest. hept. 1, 95 p. 50, 6 *ad loc.*). b *praeteritum:* PLAVT. Capt. 984 Paegnium vocitatust; -t vos indidistis *nomen* Tyndaro (*sim.* Men. 1126 LIV. 25, 2, 6 PAVL. FEST. p. 260). Cas. 33 Deiphilus hanc *comoediam* graece scripsit, -tid rursum denuo latine Plautus. Trin. 792 (*corrupt.?*) *anulum* perdidit; alium -t fecit novom. VERS. Rhet. Her. 2, 24, 38 (*vix Ennii, cf. Jocelyn p. 274*) erravi, -t cognovi. CIC. inv. 2, 65 quaedam ... in consuetudinem venisse; -t autem adprobata quaedam ... legibus esse firmata. Verr. II 2, 8 tametsi et illum annum pertulerant ..., et -t (postea, postquam *var. ll.*) M. Antoni ... imperium senserant. orat. 169 -t inventa conclusio est (VARRO ling. 5, 119). *et saepius.* VARRO ling. 5, 131 multa *vestimenta* -t luxuria attulit. 5, 138 inde (*sc. e voce* pistrinum) -t ... pistrina et pistrix (*cf.* rust. 2, 1, 7 e quo [*sc. verbo* baelare] -t balare dicunt). VERG. Aen. 5, 523 *omen magnum fuisse* docuit -t exitus ingens. TIB. 1, 2, 92 qui iuvenum ... lusisset amores, -t Veneris vinclis subdere colla senem. OV. fast. 6, 611 LIV. 45, 13, 2 PAVL. FEST. p. 152 ASCON. Scaur. p. 22, 18 SIL. 3, 359 STAT. Theb. 5, 343. *al.*

2 *significatur potius tempus continuo sequens antea memorata:* a *praesens vel futurum:* LEX XII tab. 3, 2 (Gell. 20, 1, 45) aeris confessi ... iudicatis triginta dies iusti sunto; -t deinde manus iniectio esto *eqs.* PLAVT. Aul. 576 *cogitat,* ut me deponat vino ..., -t hoc quod habeo ut commutet coloniam. Men. 465 observabo ... hominem; -t adibo atque adloquar. Mil. 845 ut tu ipse me dixisse delices, -t ⟨e⟩ sagina ego eiciar cellaria. Poen. 144 sine, te verberem ...; -tid locorum tu mihi ... ignoscito. Rud. 858 abi ..., iube ...; -t huc redito *eqs.* (TER. Ad. 757). *al.* ENN. ann. 424 aestatem autumnus sequitur, -t acer hiemps it. TER. Eun. 922 ibo intro, ... ut certum sciam; -t exibo *eqs.* CIC. inv. 2, 149 *damnati* tabulae obsignantur; de illo -t supplicium sumitur. Verr. II 2, 79 qui cum reo transigat, -t cum accusatore decidat. Tusc. 4, 10. VARRO rust. 2, 4, 1 *de ovibus et capris actum est*; sed quis ... -t ... de suillo pecore expedit? VERG. Aen. 11, 593 HOR. epod. 5, 99 TIB. 1, 6, 2 SCRIB. LARG. 160. PLIN. nat. 2, 79 soli, cum oritur, ardens color est, -t radians. 23, 136. *al.* b *praeteritum:* PLAVT. Amph. 260 *Teloboi victi Thebanis se dederunt*; -t ... Amphitruoni patera donata aurea est. 797 pateram tute exemisti ..., -t hanc *cistulam* (posthac *codd. vix recte*) rursum obsignasti. Rud. 957 furtum ego vidi qui faciebat; ... -t ad furem egomet devenio. TER. Eun. 702 meam *vestem* ipse induit; -t una ambo abierunt foras. CIC. inv. 1, 52 hic Xenophon ... tacuit; -t Aspasia ... inquit. Cluent. 31 mulierem veneno interfecit ...; -t fratrem adgressus est. dom. 140 delatum est ad vos, pontifices, et -t omnium sermone celebratum, quemadmodum *eqs.* Phil. 5, 24 div. 2, 144. Att. 6, 1, 3 quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat; -t a (postea *vel* postea a *var. ll.*) Pompei procuratoribus ... premi coeptus est. SALL. Iug. 50, 3. 55, 8 Iugurtha ... postremos in agmine temptare ac statim in colles regredi, rursus aliis, -t aliis minitari. VERG. Aen. 1, 612. *al.*

3 *significatur potius spatium temporis in posterum porrectum (cf. quae infra ad B monuimus):* a *inde a praeterito:* PLAVT. Asin. 395 ad tonsorem ire dixit. :: ... sed -t non rediit? CIC. inv. 1, 16 non animadverterunt artis scriptores eam *constitutionem* superiores ...; -t autem ab hoc *Hermagora* inventam multi reprehenderunt. SALL. Iug. 72, 2 neque -tid locorum Iugurthae dies aut nox ulla quieta fuit. VERG. Aen. 2, 740 *Creusa amissa est*; nec -t oculis est reddita nostris. b *inde a praesenti (cf. p. 165, 7. 10. 166, 56sqq.; e coni. dub.* COMM. instr. 2, 11, 10): LVCIL. 818 deierat se non (enim *trad.*) scripsisse et -t non scribturum. CATVLL. 64, 322 carmine, perfidiae quod -t nulla arguet aetas. VERG. Aen. 12, 185 cesserit ... si fors victoria Turno, ... cedet Iulus agris nec -t arma ulla ... Aeneadae referent ferrove haec regna lacessent. LIV. 29, 27, 2 quae in meo imperio gesta sunt, geruntur ⌊-tque gerentur⌋ (*om. pars codd.*). STAT. Theb. 9, 138 hanc *manum* tibi Tydeus ... ipse rapit; -t et confecta virorum fata time *eqs.* *singulariter non respicitur quando quid fiat, sed quo pertineat ipsa actio verbi:* GREG. M. moral. 12, 1 vita nostra -t tenditur (*sc. ad vitam aeternam*).

B *respondent aliae determinationes temporales (fere adv.; praevalet notio sub A1 et 2 illustrata, sed non desunt exempla ad A3 referenda, e. g. l. 70, p. 161, 7):* 1 *in duobus membris (exempla, quorum priora membra tali determinatione carent, sub A reliquimus):* a primum *sim.:* α *adv.:* PLAVT. Amph. 51 nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar; -t argumentum huius eloquar tragoediae (TER. Andr. 483 nunc p. fac ista ut lavet, -t⟨e⟩ deinde ... bibere ... date. Haut. 274 CIC. Arat. 445 Cluent. 67 rep. 1, 16 fam. 1, 9, 19. *al.* CATVLL. 64, 274 VARRO ling. 5, 35 rust. 1, 45, 1 SALL. Iug. 14, 11 NEP. Alc. 5, 4 VERG. Aen. 2, 216. 8, 546. *et saepius*). Trin. 417 sero atque stulte, prius quod cautum oportuit, postquam comedit rem, -t rationem putat (TER. Eun. 493 [postea *var. l.; cf.* DON. *ad l. p. 157, 84*]. CIC. carm. frg. 29, 5 LVCR. 4, 854 HOR. ars 111. LIV. 37, 52, 4 p. Europa, -t et [postea *M*] Asia *expellere.* 42, 38, 6 GRATT. 5 CELS. 4, 5, 4 CALP. ecl. 4, 163 *al.; antecedit* -t: PLAVT. Trin. 975 postquam ego me aurum ferre dixi, -t [*D*, -s *BC*] tu factu's Charmides; p. tu non eras, quam auri feci mentionem). Truc. 661 eradicarest certum cumprimis patrem, -tid locorum matrem (*cf.* CIC. orat. 14 positum sit igitur imprimis, quod -t magis intellegetur). POMPON. Atell. 106 refragabunt primo (pro *vel* per *codd.*), subfragabunt -t (CIC. Verr. I 17. Cluent. 69 p. gravari coepit ...; -t exoratus initio ... poposcit, deinde ... pervenit. de orat. 1, 14 fin. 3, 23. *al.* CAES. Gall. 7, 15, 6. *al.* SALL. Catil. 10, 6 hist. frg. 2, 87. *al.* PROP. 2, 3, 48 LIV. 37, 13, 2. *et saepius*). LVCR. 5, 886 principio ...; -t, ubi *eqs.* β *adi. vel subst.:* PLAVT. Persa 216 prior rogavi.:: at -t scies, *sc. quam ego.* CIC. inv. 1, 19 illa, quae prima dicuntur, ... ex iis ducas oportet, quae -t dicenda sunt (Phil. 10, 21 veterani ... primi ...; -t ... Martia legio. fin. 3, 22. nat. deor. 2, 90 primo aspectu ... -t [*respondet ibid.* primus aspectus ..., postea]. Att. 13, 47, 1 VERG. Aen. 5, 507 QVINT. inst. 3, 1, 19. 12, 10, 4 TAC. ann. 12, 51, 2. *al.*). de orat. 2, 58 a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, -t ab Aristotele Callisthenes ... scripsit historiam (ac. 2, 131 p. Aristippus ..., -t Epicurus).

b nunc (*sc. -t tempus futurum respicit; aliter p. 159, 39*): PLAVT. Amph. 876 (*loq. Iuppiter*) n. Amphitruonem memet ... esse adsimulabo ...; -t igitur demum faciam res fiat palam. Aul. 426 haud scio, quid -t fuat: tuom n. caput sentit (-t *antecedit ut:* TER. Hec. 609 quod sit faciundum fortasse -t, idem hoc n. si feceris. AFRAN. com. 72 RHET. Her. 4, 43, 55 CIC. inv. 2, 158. *al.*). TER. Haut. 606 Eun. 18 Ad. 110. INSCR. Plin. nat. 35, 115 n. et -t semper. CIC. inv. 2, 13 MANIL. 1, 386. *al.*

c ante *sim.* (*cf. p. 164, 16. 17. 166, 70. 71*): ENN. ann. 46 tibi sunt a. gerendae aerumnae, -t ... fortuna resistet (*i. restituetur*). CIC. inv. 1, 34 materiam universam a. permixtim ... exponere ..., -t autem tradere, quemadmodum *eqs.* Verr. II 1, 37 si tibi antea displicuisset, idem fecisses, quod anno -t M. Piso (nat. deor. 1, 22 Att. 1, 11, 1). Vatin. 36 a. te nemo, -t continuo fecit idem ... Clodius (*nisi intellegas praepos.*). de orat. 2, 280 a. factum, -t relatum. off. 2, 19 dicemus, neque ita multo -t; sed pauca a. dicenda sunt (*eodem ordine:* LVCR. 5, 168 quid ... potuit ... -t ante quietos inlicere? VITR. 9, 6, 3). ad Brut. 1, 1 W. *al.* LVCR. 4, 1252. 6, 582. CE 55, 17 (*saec. I a. Chr.*) antecessi, genita -t, leti diem *patris mei* (*cf.* VERG. georg. 3, 70 ne -t amissa requiras, anteveni). VARRO rust. 3, 9, 9 CELS. 6, 15, 2. 8, 10, 7[M] COLVM. 11, 1, 32. *al.*

d *varia:* PLAVT. Asin. 168 modo quom accepisti, haud multo -t

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliquid quod poscas paras (TER. Ad. 561 MANIL. 1, 231). 915 interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant; -te demum huc cras adducam ad lenam. Bacch. 1195 neque si hoc **hodie** amiseris, -t in morte id eventurum esse umquam (Mil. 1367 Stich. 86 CIC. Phil. 6, 16). TER. Hec. 573 neque detractum ei *raptori* **tum** quicquamst, qui posset -t nosci (CIC. dom. 137. har. resp. 5 tum vidi ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur ...; non multum mihi sane -t ad odium accessit. Phil. 11, 5 nat. deor. 2, 11 Att. 4, 15, 1 NEP. Epam. 6, 4 VERG. Aen. 8, 331. *al.*). FANN. hist. 1 multa, quae inpraesentiarum bona videntur, -t ⟨mala⟩ inventa *eqs.* (*cf.* RHET. Her. 3, 12, 22 **in praesentia** ... paulo -t [CIC. inv. 1, 49 Verr. II 2, 69. 5, 105 Tusc. 1, 14]). SVEIVS carm. frg. 1, 5 quondam ... -t inde. CIC. Quinct. 40 si non **statim**, paulo quidem -t (Phil. 3, 34. fam. 16, 5, 2 paulo -t ... s.). Verr. II 2, 74 eo **tempore** ... -t (Brut. 315 eodem ... t. ...; -t. BELL. Afr. 18, 5 puncto temporis ... -t). Mur. 29 **initio** ... -t (Phil. 10, 8 fam. 7, 5, 2 SALL. epist. Mithr. 8). Cael. 19 cur tanto -t potius quam continuo queri maluerit. de orat. 1, 154 mihi adulescentulus proponere solebam ...; sed -t animadverti *eqs.* (*cf.* fin. 2, 24 adolescens, -t). ac. 2, 16 proxime ... -t. VERG. georg. 3, 300 incipiens ... edico ...; -t hinc digressus iubeo. MELA 1, 71 olim .... -t (1, 102). 2, 115 aliquando ... -t. *sim. al.*

2 *in tribus membris* (*exempla sec. prima quaeque membra disposita*): PLAVT. Bacch. 960 **primo** ... signum ... abstuli; ... -t ... occidi Troilum; ... (987) nunc superum limen scinditur *eqs.* (TIB. 1, 4, 55sq. p., -t [mox *pars codd.*] ... -t etiam. *cf.* CIC. orat. 26 a primo; deinde ...; -t). 966 decepi senem; -te (*CD*, postea *B*) cum ... milite ... conflixi ...; dein pugnam conserui seni (*primum membrum* **determinatione caret** *ut*: CIC. Verr. II 5, 27 paulo -t ..., deinde). Cist. 525 nisi ego te ... hodie obtruncavero, poste[a] autem ... cras nisi ambo occidero, et ... nisi pedatu tertio omnis efflixero *eqs.* Truc. 762. RHET. Her. 4, 55, 68 quae **ante** et -t et in ipsa re facta erunt (CIC. inv. 1, 48 aut a.... aut in ipso negotio aut -t). CIC. Mur. 88 modo ..., nunc ..., paulo -t. har. resp. 18 ut ... **primum** Italici belli ... principia, -t Sullani ... temporis ... discrimen, tum hanc recentem ... coniurationem praedixerint (off. 1, 10 p.... tum ... -t. LVCR. 1, 786 ex imbri ... cuncta reverti, umorem p., -t aera, deinde calorem [*nisi ad l. 38*]. 3, 529 p.... inde ... -t inde. CAES. Gall. 7, 87, 1 p. [primo *pars codd.*] ... -t ... postremo. *cf. l. 81 p. 162, 2*). Brut. 301 excellente tum Crasso et Antonio, dein Philippo, -t Iulio. nat. deor. 3, 63 **primus** Zeno, -t Cleanthes, deinde Chrysippus (LVCR. 4, 277 p. ... inde ... -t. VARRO frg. Gell. 3, 10, 7 primis septem diebus ...; -t deinde quarta hebdomade ...; septima autem fere hebdomade. VERG. Aen. 1, 740 prima ... tum ... -t. *al.*). Tim. 44 **principio** ... sensum existere unum ..., deinde ... amorem, -t iram et metum *eqs.* (*gr. 42ª* πρῶτον ..., δεύτερον ..., πρὸς δὲ τούτοις). *al.*

ᵃ**posteā** (postideā) *adv.* (*coni. v. p. 192, 10*). *a* post *et abl. separ.* ea (*v. Leumann, Gramm. 1977, 483*). *scribitur vocibus discretis* post ea LEX repetund. (CIL I² 583) 56 *et hic illic in codicibus (cf.* post ea quam *p. 192, 76; an etiam p. 174, 19?); in tmesi* postve ea *p. 188, 21; cum apice* -á R. GEST. div. Aug. 2 *et saepius ibid.* (*sed apex deest e.g.* 16 l. 28, *adest autem* l. 22 *in monum. Anc.*); -tt- ITALA Marc. 15, 5 cod. k. DIOSC. 1, 54 p. 30, 21 M. (*cod. M saec. VIII*) *et al.*; -taea *v. l. 27.* NOT. Tir. 9, 15. *forma aucta* postidea (*cf.* postid *p. 156, 51 nec non* antidhac, antidea *sim.*): PLAVT. Cist. 784 Stich. 97. 758; *ceterum restituitur* Asin. 709 (*Pareus,* pos ted *vel* -a te *alii*; -a *trad. ut* Stich. 648). Aul. 118 (post idem *trad.*). *dubium an agnoscas formam* posteus *sec. compar. adv.* prius, posterius *sim. explicandam* (*v. Norberg, Synt. Forsch., 1943, 241sq., qui affert* -eas, -eus *ex diplom. long. a. 715 et 718*): SORAN. p. 31, 2 (*cod. l*; potest *b*; secunda die *h*; -a *cod. Cael. Aur. gyn. 1, 121*; postera *Rose*). ORIBAS. eup. 2, 1 L 5 La p. 484 (Aa -a, *gr. 2, 1 Λ 12* τελευτῶν. *ceterum* La *exhibet passim formam sollemnem* -a). *corripitur in dactylis* -eă DAMAS. epigr. 29, 8 (post haec *var. l., sed cf. initium versus 46, 7* posteaquam). CYPR. GALL. lev. 201 COMM. instr. 2, 23, 12. 2, 28, 4 PAVL. PELL. 137. 186 DRAC. laud. dei 2, 306 VEN. FORT. carm. 8, 1, 10 ARATOR act. 1, 694. 2, 77; *contra produci videtur paenultima* INSCR. Année Epigr. 1972 n. 39 (*Romae*) postaea dolores (*in fine hexametri*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 429, 3 iterum. . . . secundo loco. deinceps. dehinc. deinde. protinus. post. -a. postremo. p. 438, 28 -a. posterius. postremum. novissimum. tum demum. tum denique. tum deinceps. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 76 ne mox: ne -a. GLOSS. II 369, 45 μετὰ ταῦτα: posthac, -a, denuo. *cetera v. infra.* *legitur in poesi apud scaenicos* NAEV. (*semel ut* ACC., COM. pall. inc., PVBLIL.), PLAVTVM (*43ⁱᵉˢ*), TER. (*11ⁱᵉˢ*) *et in Epicharmo* ENNII (*semel*), *sc. maxime versum claudens, ceterum metro invito apud dactylicos non ante* DAMAS. (*v. supra*); *in prosa oratione inde a* TAB. cens. (*semel*), CATONE (agr. *65ⁱᵉˢ*, or. frg. *ter*), LEGIBVS repetund. *et* agr. (*singulis locis*), RHET. Her. (*5ⁱᵉˢ*), CIC. (*passim*) *per totam latinitatem, frequentius apud artium scriptores* CELS., COLVM., SCRIB. LARG., PLIN. nat. *et iurisconsultos; cf. etiam conspectum s. v.* postmodo. [*it.* poscia; *sard.* apusti; *prov. vet.* poisas; *a forma* postius (*cf.* posteus *supra l. 17*): *francog.* puis; *prov. vet.* pus, pois, *var. dial. francoprov., prov., vasc.; cat.* puix; *port. vet.* pois. *cf. M.-L. 6687. Battisti-Alessio IV 3033. Wagner II 329. Wartburg IX 241sqq. Machado ²III 1842. St.*] [*confunditur in codd. imprimis cum* post (*saepius, v. p. 156, 46sqq. 158, 33*); *falso tradi videtur pro* postera CIC. leg. 2, 20. *loco corrupto* HESYCH. in lev. 16, 18 p. 998ᶜ *vix agnoscas vim praepos. fere i. q.* post.]

CAPVT PRIVS: **adv.** *i. q.* *post eā*, *sc. posterius inde ab eo tempore* (*ea re; cf.* posthac, postilla *sim.; fere pro attributo accedit ad subst.* PLIN. paneg. 32, 4 omnibus . . . -a saeculis [*cf. fortasse* VELL. 2, 90, 4 ceteris . . . -a *sc. legatis. an etiam* TAC. *p. 190, 59?*]): **I** *pertinet ad* **tempus**: **A** *usu* **originario**, *sc.* *mera vi temporis* (*demonstr.* ea *respicit tempus tam praeteritum quam praesens et futurum*; -a *cum part. praes.* VITAE patr. 5, 5, 27 *fere pro part. perf. act. deficiente adhiberi putant Hofmann-Szantyr 387*): **1** *significatur potius tempus continuo sequens* (*i. q. tum, deinde, mox, cf.* FEST. p. 261 si per se ponas 'mox', significabit 'paullo post' vel '-a'. PAVL. FEST. p. 105 'igitur' . . . apud antiquos ponebatur pro 'inde' et '-a' et 'tum'): **a** *exempla varia*: NAEV. com. 7 (*pater filio?*) hunc unum diem . . . equos sinam . . . ēsse; . . . -a currenteis ego illos vendam, nisi tu viceris. PLAVT. Asin. 357 in balineas iturust, inde huc veniet -a. Rud. 1000 fiet tibi puniceum corium, -a atrum denuo. Trin. 766 homo conducatur aliquis . . . :: quid is scit facere -a? (*versum delent vel transponunt quidam; iteratur interrogatio* 769 *in A; recipitur* 770, *v. sub b*). *al.* TER. Eun. 992 is pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus est . . .; huno pro moecho -a comprehendere intus. TAB. cens. Varro ling. 6, 87 praeco in templo primum vocat, -a de moeris itẹm vocat. CATO or. frg. 27, 1 (139 M.; *ne de lege Orchia derogaretur*) qui antea ⟨denis⟩ obsonitavere, -a centenis obsonitavere (*suppl. alii aliter; an ad 2?*). agr. 7, 4 orchites . . . sale confriato dies v, -a salem excutito (*item in praeceptis*: 29. 40, 3. *saepius.* CELS. 3, 27, 4ᴮ. *al.* COLVM. 5, 11, 4. *al.* SCRIB. LARG. 16. *al.*). LEX agr. (CIL I² 585) 54 quod eius *agri* -a ⟨ne⟩que ipse n⟨eque heres eius abalienaverit⟩ (*dubitanter huc traximus contextu manco; memoratur antea consulatus Calpurnii*). CIC. inv. 2, 39 quid in ipsa re gerenda, quid -a consecutum sit. Verr. II 1, 60 *tabulas se* usque ad M. Ferentium et C. Cassium consules confecisse, -a destitisse. *et saepius.*

**b** *forma* 'quid -a?' (at -a *p. 187, 2; sine verbo, cf. formam plenam l. 63; fere admonetur qui loquitur ut pergat; aliter p. 191, 25sqq. 47sq.*): PLAVT. Asin. 335 meministin asinos . . . vendere atriensem? :: memini; q. tum -a? :: . . . is argentum huc remisit (346 *eodem Libano urgente Leonidam narrantem* [*350* quid tum? *tantum*]. Trin. 770 [*recipitur* 766, *v. sub a*]. TER. Eun. 370 Ad. 649). Bacch. 295 quid denique agitis? :: . . . in portum recipimus. :: sapienter factum a vobis; q. illi -a? :: revorsionem ad terram faciunt (*item cum subi. pron.*: Cas. 322 q. tu -a?). 728

[Keudel]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cist. 548. Epid. 726 soccos, tunicam, pallium tibi dabo. :: quid deinde porro? :: libertatem. :: at -a? novo liberto opus est quod pappet. Poen. 480 Pseud. 1092. RHET. Her. 2, 27, 42 q. -a? quid ait? CIC. Verr. II 3, 197. *al.* QVINT. decl. 267 p. 90, 12 SALV. gub. 1, 57.

c *in serie* (*quam saepius concludit; adiunguntur sive partes sententiarum sive ipsae sententiae, sc. fere vi coniunctionis coordinatae*): α *trium membrorum* (*bimembria v. maxime p. 188, 60sqq.*): CATO or. frg. 32, 1 (158 M.) principio vobis mulier magnam dotem adtulit; tum magnam pecuniam recipit ...; -a *eqs.* CIC. inv. 2, 88 primum ... -a ... deinde (*eodem ordine*: part. 74 PLIN. nat. 5, 135. *ordine communi* p., d., -a: CIC. inv. 2, 99. *al.* Q. CIC. pet. 30 VITR. 7, 5, 2 CELS. 5, 26, 34C SCRIB. LARG. 193 PLIN. nat. 11, 14. *al.*). 2, 122 deinde ... -a (*item determinatione caret primum membrum*: Brut. 236 VELL. 2, 90, 4 CELS. 7, 8, 4. *et saepius; ordine inverso*: CIC. Att. 1, 13, 3 SVET. Aug. 7, 2). Cluent. 21 Aurius ... mortuus est ...; -a Magia ... mortua est; postremo ... Cn. Magius est mortuus (*cf.* SEN. contr. 1, 2, 19 -a ... novissime. VEG. mil. 1, 28 primo ... -a ... ad extremum). VITR. 6, 1, 8 -a ... tunc (*ordine inverso*: AMM. 28, 2, 5). *al.* β *plurium membrorum* (*notabiliora tantum; fortasse et* PLAVT. Most. 743 *contextu manco*): ENN. frg. var. 55 *Iovem* Graeci vocant aerem; qui ventus est et nubes, imber -a atque ex imbre frigus, ventus post fit, aer denuo. CATO agr. 28, 2 in scrobe quom pones *arbores*, summam terram subdito: -a operito terra ..., deinde calcato pedibus bene, deinde festucis ... calcato (*cf. ordine inverso*: RHET. Her. 2, 1, 2 deinde ... deinde ... -a [COLVM. 5, 11, 4]). CIC. Quinct. 88sq. deinde ... -a ... tum ... -a. Scaur. 22 primum ... -a ... tum ... tum denique. de orat. 1, 143 initio ... deinde ... -a ... tum ... post ... extrema autem oratione. CELS. 2, 1, 20 primum ... deinde ... tum ... -a. SCRIB. LARG. 16 primum ... deinde ... deinde ... deinde ... summum ..., et rursus ... deinde ... deinde ... -a. *al.* *exemplum generis orationis aridi, exsanguis, exilis*: RHET. Her. 4, 11, 16 in balineis accessit ad hunc; -a dicit: 'hic tuus servus me pulsavit'; -a dicit hic illi: 'considerabo'; post *eqs.*

2 *significatur potius tempus quolibet intervallo sequens*: a *non indicatur tempus intercedens*: α *exempla varia* (*post* CIC. *selecta*): PLAVT. Aul. 805 hic opperiar ... paulisper; -a intro hunc subsequar; nunc interim *eqs. al.* TER. Hec. 718 minitemur, si cum illo habuerit rem -a. COM. pall. inc. 87 (*si huc trahendum contextu manco*) -a noli rogare, quod (quom *Ribbeck*) impetrare nolueris. LEX repetund. (CIL I$^2$ 583) 56 *qui ex hac lege* apsolutus erit, quom eo ⟨h(ac)⟩ l(ege), nisei quod -a fecerit ..., actio nei es⟨to⟩. CIC. inv. 1, 27 ex iis, quae -a de elocutione praecipientur (*item respiciuntur argumenta post tractanda*: S. Rosc, 127. Cluent. 20 quam diligenter *eum accusaverit*, -a dicam; nunc *eqs.* [fam. 15, 20, 3 LIV. 5, 4, 1. *al.*]. VARRO rust. 3, 17, 1. SEN. dial. 11[12], 6, 1 adversus ista -a confligam; interim primum *eqs.* [epist. 14, 14. *al.* QVINT. decl. 325 p. 280, 25. *al.*]. *al.* QVINT. inst. 7, 3, 11. *al.*; *verbo omisso*: CIC. Brut. 300 de isto -a; sed tu *eqs.* fin. 3, 44. 4, 2). Verr. II 4, 96 hanc virtutem Agrigentinorum imitati sunt Assorini -a. Cluent. 71 *consilium*, ut pecuniam ... polliceatur, deinde eam -a supprimat. *al.* PVBLIL. C 26 cave quicquam incipias, quod paeniteat -a (post paeniteat *trad.*). R. GEST. div. Aug. 32 ad me supplices confug⟨erunt⟩ reges Parthorum Tiridat⟨es⟩ et post⟨ea⟩ Phrat⟨es⟩ (*gr.* μετέπειτα). LEX Salpens. (CIL II 1963) 1, 44 qui ... II viri ... -a ex h(ac) l(ege) creati erunt, *eqs. al.* β *in enunt. relativis aliquid futurum anticipantibus* (*exempla notabiliora*): CIC. Verr. II 1, 41 idem iste, quem Cn. Dolabella -a C. Malleolo occiso pro quaestore habuit. off. 3, 112 Titum filium, qui -a est Torquatus appellatus (VARRO ling. 7, 52 latrones ..., quos -a ... stipatores appellarunt. FAST. cos. Capitol. a. 310 a. Chr. [Inscr. Ital. XIII 1 p. 37] C. Marcius ... Rutilus, qui -a Censorinus a. est. a. 205 a. Chr. [*ibid.* p. 47] Scipio, qui -a African(us) appell(atus) est. *al.* NEP. Iph. 1, 4 LIV. 2, 13, 5 *al.*; *sim. saepius de cognomine*). SALL. Catil. 31, 6 *Cicero* orationem habuit ..., quam -a scriptam edidit. LIV. 5, 31, 6 quae res -a religioni fuit. PLIN. nat. 22, 12 in villa ... Tusculana, quae fuit -a Ciceronis. *et saepius.*

b *indicatur tempus intercedens* (*sc. per adv. sive abl. mensurae vel temporis, pro quo est acc. infra l. 78; fere prius et saepius leguntur iuncturae* aliquanto post, multo post *sim., v. p. 165, 22*): CIC. inv. 2, 154 *navigantes quidam naufragum* ad se sustulerunt; -a aliquanto ipsos quoque tempestas ... iactare coepit (SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 36). Verr. II 5, 142 perbrevi -a (*cf.* AMM. 21, 10, 8 brevi). Cluent. 130 paucis -a mensibus (*inseritur inter subst. et attrib. ut*: rep. 2, 60 annis -a XX. PLIN. nat. 4, 98 multis -a annis. GELL. 17, 21, 42 AMM. 16, 12, 66. *postponitur*: VARRO rust. 2, 9, 6 diebus paucis -a. GELL. 10, 1, 9 multis annis -a. 17, 21, 49 neque magno intervallo -a. *antecedit*: GELL. 13, 5, 5 -a brevi tempore). PLIN. nat. 8, 185 haud multo -a (17, 158. 28, 158 GELL. 17, 21, 23. *al.*). AMM. 14, 11, 24 non diu -a (17, 3, 5. 28, 6, 25. *al.* AVG. civ. 22, 8 p. 571, 28 D.). 15, 10, 2 paulo -a (16, 12, 17. *al. apud eundem*). 14, 7, 17 haud longe -a (*v. vol. VII 2, 1650, 54sq.*). *singulariter pro abl. accedit acc.*: AVG. civ. 8, 11 p. 337, 3 D. Platonem ... a tempore, quo prophetavit Hieremias, centum ferme annos -a natum fuisse.

3 *significatur potius spatium temporis in posterum porrectum* (*sc. vi abl. separ.* ea *melius perspicua; exempla certiora*): a *non indicata diuturnitate*: α *generatim*: PLAVT. Asin. 279 si occasioni huic tempus sese supterduxerit, numquam edepol quadrigis albis indipiscet -a (Epid. 600 CIC. Att. 9, 10, 2 NEP. Hann. 4, 3 LIV. 5, 43, 3. *al.*). Capt. 66 faciam, ut pugnam inspectet non bonam, adeo ut spectare -a omnis oderit (*item accedit ad* ut *consec.*: CIC. S. Rosc. 57 ut -a neminem alium ... nisi fortunas vestras accusare possitis. Att. 11, 9, 2 tanto me dolore adfecit, ut -a iacuerim. LIV. 1, 36, 6 auguriis ... tantus honos accessit, ut nihil ... -a nisi auspicato gereretur. *al.*). Trin. 514 nostramne ... vis nutricem, quae nos educat, abalienare a nobis? ... quid edemus nosmet -a? (*cf.* ACC. trag. 410 pecuda in tumulis deserunt; quis vos pascet -a?). CIC. Verr. II 1, 111 cum abs te caput illud ... esset ornatum, ecquis inventus est -a praetor, qui idem illud ediceret? non modo nemo edixit, sed *eqs.* Brut. 198 si nemo auderet testamentum facere -a nisi de illius sententia (CAES. Gall. 4, 30, 2 CVRT. 8, 2, 7. *al.*; *adde* CIC. S. Rosc. 57 *supra*). *al.* SALL. Iug. 56, 4. NEP. Timol. 3, 5 neque -a res ulla Syracusis gesta est publice, de qua prius sit decretum quam Timoleontis sententia cognita. LIV. 1, 3, 7 Silvius deinde regnat ... casu quodam in silvis natus; ... mansit Silviis -a omnibus cognomen, qui Albae regnaverunt (PLIN. epist. 6, 8, 2). *al.* β *in formulis legum sim.* (*cf.* LEX *l. 47 et* posthac, *pro quo fortasse substituitur in orat. obliqua l. 25sqq.*): EDICT. praet. Cic. Verr. II 1, 106 qui ab A. Postumio Q. Fulvio censoribus postve ea ⌊testamentum⌋ (*Prisc. gramm. III 260, 20; om. codd. Cic.*) fecit fecerit (*in tmesi ut*: CIC. leg. agr. 2, 35 M. Tullio Cn. Cornelio consulibus post⟨ve⟩ ea. LIV. 41, 9, 9 *qui* M. Claudio T. Quinctio censoribus postve [-que *ed. princ.*, *corr. Mommsen*] ea ... censi essent). LEX Gabin. Calp. (CIL I$^2$ 2500) 24 (*contextu lacunoso*) ⟨nev⟩e quis post⟨ea⟩ insula⟨s illas vicin⟩as *eqs.* (DECRET. decur. Pis. de C. Caesare [CIL XI 1421] 29 ne ... quae supplica⟨tio⟩nes ... -a in eum diem ... fiant. LIV. 7, 16, 8 ne quis -a populum sevocaret, capite sanxerunt. VAL. MAX. 6, 3 ext. 3 ne quis -a corrumpi iudex posset, providit). LIV. 31, 44, 7 additum decreto, si quis quid -a ... ferret, id omne populum Atheniensem iussurum (38, 38, 18 *adscriptum est*, si quid -a addi ... placuisset, ut id salvo foedere fieret). 39, 19, 6 consules praetoresque, qui nunc essent quive -a futuri essent.

b *diuturnitate accuratius indicata*: CATO agr. 17, 2 *nuces* ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet; per sementim primum incipiunt maturae esse, -a usque adeo sunt plus menses VIII (TERT. monog. 4, 6 semel ... vim passa institutio dei per Lamech constitit -a in finem u. gentis illius. PEREGR. Aeth. 19, 12 -a numquam ... u. in hodie [*syn.* ex ea die]). CIC. Cluent. 184 quae *mulier* ut ... statuerat satis esse quaesitum, -a per triennium ... Stratonem illum dilexerat (PLIN. nat. 19, 166 per biennium. 23, 43 per XX dies ante Canis ortum totidemque -a. FRONTO p. 82, 22 v. d. H. per continuum triduum. AMM. 30, 4, 6 per varias aevi sequentis aetates). Tusc. 1, 38 multa ... saecula -a (*sc. Pythagora mortuo*) ... viguit Pythagoreorum nomen (*cf.* LIV. 7, 1, 10 tot *annos* ... -a vixit. PLIN. nat. 7, 159 -a diu vixit). COLVM. 12, 23, 1 *pice mustum* permiscetur nec -a tangitur, dum confervescat. PLIN. nat. 14, 45 quantum -a CCXXX annis vita profecerit. *al.* TAC. ann. 4, 57, 1 sex -a annos. LEX met. Vipasc. frg. 2, 10 qui ... diebus ... continuis decem -a in opere cessaverit, *eqs.* GELL. 1, 25, 15 ex eo die -a. *al.*

***appendix** ad A*: 1 *additamenta quibus ordo temporis accuratius illustratur* (*explicatur tempus intercedens supra sub 2b, diuturnitas supra sub 3b; saepius vix diiudices, utrum -a definiatur an plus minusve abundanter accedat ad alias determinationes temporales*): a *-a intellegitur ex eis quae paratactice antea afferuntur, sed explicatur insuper per*: α *opposita adv., locut. praepos., adi.* (*exempla bimembria notabiliora, plurium membrorum v. supra sub 1c*): NAEV. com. 7 hunc unum diem ...; -a. PLAVT. Aul. 118 nunc ...; -idea ([post idem *trad.*]. 805 -a ... subsequar; n. interim *eqs.* CIC. Cluent. 10. 20 fam. 15, 20, 3 LIV. 5, 4, 1. 39, 19, 6 consules ..., qui n. essent quive -a futuri essent. SEN. suas. 7, 11. *al.*). Pseud. 455 erum saluto primum, ut aequomst; -a ... vicinos impertio (*adi.*: CIC. Caecin. 97. *al.*; *saepius adv.*: PLAVT. Stich. 758 p.; -idea loci. TAB. cens. Varro ling. 6, 87 CATO agr. 17, 2. 18, 7. 90, 3. 131 CIC. inv. 2, 83. *al.*; *cf.* primo: CATO agr. 103. *al.* prius: NIGID. Serv. auct. georg. 3, 147. *al.*). CATO or. frg. 27, 1 (139 M.) antea ..., -a (RHET. Her. 4, 5, 7. *v. vol. II 138, 38sqq. et cf.* ante *vol. II 137, 40sqq.*). CIC. Verr. II 1, 47 *non* in pueritia ..., ne -a quidem. 3, 72 tum, cum vendebas ..., -a (prov. 6 tum ... et -a. Phil. 2, 20 Att. 6, 2, 7. LEX Malac. [CIL II 1964] 4, 27 QVINT. inst. 3, 11, 7. *al.*). 5, 25 illius superioris Africani ..., huius qui -a fuit (Font. 1). Phil. 11, 2 quondam ... -a (leg. 3, 15 LIV. 24, 3, 8 PLIN. nat. 11, 121. 25, 51. *al.*). *al.* CAES. Gall. 1, 40, 6 aliquamdiu ... -a. SALL. Iug. 4, 4 quibus ... temporibus ..., -a. LIV. 21, 19, 4 qui tunc essent, ... qui -a adsumerentur (VAL. MAX. 8, 1 absol. 2. CONST. veteran. [CIL XVI] 1 int. 15 [*a. 52*] cum uxoribus quas t. habuissent ... aut ... cum iis quas -a duxissent [*item passim in diplomatibus, ita ut vix dubites, num recte solvatur* post(ea) *e. g. ibid.* 83 extr. 3]. *al.*). 22, 7, 3 in acie ..., -a. SEN. contr. 2, 1, 25 olim ... -a (*al. v. vol. IX 2, 561, 16sqq.*). SEN. dial. 11(12), 6, 1 interim primum (*adde* PLAVT. Aul. 805 *supra*; *ceterum v. vol. VII 1, 2203, 38sqq.*). PLIN. nat. 2, 216 *non* in plena aut novissima *luna*, sed -a. DECRET. decur. Puteol. Atimet. (CIL X 1783) 6 ad diem vitae eius ..., -a autem *eqs. al.* *structura synt. artiore accedit* a tempore *p. 187, 79*.

β *enunt. secund.*: ① *varia*: CATO or. frg. 32, 1 (158 M.) principio ...; tum ...; -a, ubi irata facta est, ... flagitare virum iubet

[*Keudel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*mulier* (agr. 156, 4 Avr. Fronto p. 7, 6 v. d. H. Capitol. Maximin. 1, 7 primis temporibus . . ., -a vero, ubi *eqs.*). R. Gest. div. Aug. 21 et -a, quotienscumque imperator a⟨ppe⟩llatus sum, aurum coronarium non accepi (*gr.* ὕστερον ὁσάκις. *cf.* quotiens: Plin. nat. 32, 133 Svet. Aug. 41, 1. 77). Plin. nat. 18, 239 non . . . *a. d.* vi id. Feb., sed sive ante, quando . . ., sive -a, quando *eqs.* (quoniam *trad. utroque loco*). Apic. 4, 2, 4 fricabis; -a adicies cerebella . . .; -a franges ova . . .; -a quod (quam *vel* cum *coni. edd. vett.*) coctum fuerit, piper asparges et inferes (*nisi coniunctionem fere pro* postquam *adhibitam intellegas, v. Norberg, Synt. Forsch., 1943, 240 et cf.* post quod *p. 164, 59*). Romvl. fab. 70, 4 rec. gall. -a, ut . . . coepit (*rec. W* posteaquam, *Phaedr. 4, 14, 6* postquam).

(II) cum (*e coni. dubia pro* posteaquam Plavt. Most. 135 *nec non locis Ciceronianis quibusdam p. 192, 65; in enunt. secund. ponitur indic. perf. non nisi* Rvt. Lvp., Lex Malac.): Cato agr. 96, 1 omnia (*i. amurcam, aquam, faecem*) commisceto pariter; -a, c. detonderis *oves*, unguito totas. 98, 2 ahenea omnia unguito, sed prius extergeto bene; -a, c. unxeris . . ., extergeto. Cic. Verr. II 1, 47. 3, 57 Apronius venit, omne instrumentum diripuit . . .; -a, c. (*cod. V*, quam *recc. plerique*) ad eum Nymphodorus venisset . . ., hominem . . . suspendi iussit. p. red. in sen. 12 nat. deor. 2, 90. Att. 11, 12, 1 -aque, c. (*Manutius*, quam *trad.*). fam. 1, 9, 13 Alf. dig. 41, 1, 38. Liv. 5, 54, 3 quae vos, Quirites, nunc moveant potius . . . quam -a, c. reliqueritis eam *patriam*, macerent desiderio. 27, 40, 4. 29, 22, 8. 31, 16, 8. 31, 17, 2. Rvt. Lvp. 1, 21 haec me in itinere recogitatio prope confectum confirmabat; -a vero, c. domum veni, nihil earum rerum inveni. Vitr. 7 praef. 17. 10, 13, 3 Sen. contr. 7, 4, 7. 9, 4, 20 Vell. 2, 41, 3. Colvm. 4, 4, 2 vitis supina . . . deposita -a, c. (*unus e recc.*, quam *cett.*) ablaqueatur, vulneribus obnoxia est. 12, 26, 1 -a, c. refrixerit *mustum coctum*, in vasa defundas (*cf. 2* posteaquam . . . refrixerit). *al.* Ascon. Mil. p. 40, 31 Plin. nat. 5, 2. *al.* Lex Malac. (cil ii 1964) 4, 27 quae cuiiusque eorum tum ⟨fuerunt⟩ erunt, cum prae⟨d⟩es cognitorve factus est erit, quaeque -a esse, c. ii obligati esse coeperunt, c⟨o⟩eperint, qui *eqs.* Plin. epist. 7, 1, 5 Svet. Aug. 94, 5. Itala Marc. 14, 28 (cod. l) -a, c. resurrexero, praecedam vos in Galileam (*gr.* μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, *Vulg.* posteaquam, *aur. al.* postquam, *ut loco gemino Matth. 26, 32 cod. fere omnes*). Luc. 14, 29 (cod. c, *cf.* ff²) quis . . . non prius . . . computat sumptus *aedificii* . . ., ne -a, c. posuerit fundamentum, *eqs.* (*gr.* ἵνα μήποτε θέντος, *aur. al. et Vulg.* posteaquam, *cod. e al.* ne forte cum). Apic. 6, 8, 15 agitatur *pullus* . . .; -a c. coctus fuerit *eqs.* *al.* (III) quam (*sc. particulis interpositis ut p. 190, 41; in enunt. secund. fere ponitur indic. perf.*): Cic. Verr. II 4, 42 hoc statuerant . . . nihil esse, quod quisquam putaret se . . . domi retinere posse; -a vero q. intellexerunt isti *Verri* . . . Q. Arrium non succedere, statuerunt *eqs.* (p. red. in sen. 5 illo ipso . . . anno . . .; -a v. q. . . ., cum . . ., tantus vester consensus . . . fuit, ut *eqs.* Phil. 2, 23. 5, 23 Att. 1, 16, 2. *al. in epist.* Caes. Gall. 4, 37, 4 [*antecedunt*: primo . . .; cum . . .; interim]. civ. 2, 17, 4 [cum *trad., fortasse recte; opp.* initio *ut* Sall. Catil. 2, 2, *ubi seq.* tum demum]. Sall. Iug. 29, 3 primum. Nep. Dion 4, 3 Dat. 3, 5 Sen. nat. 3, 11, 5 Qvint. inst. 12, 10, 13. Gaivs inst. 2, 36 ante aditam . . . hereditatem. *al.*; -a quam vero *v. p. 193, 5*). Cluent. 192 cum . . . accusatorem . . . Romam ipsa misisset, ipsa paulisper . . . Larini est commorata; -a autem q. (cum *var. l.*) appropinquare huius iudicium ei nuntiatum est, confestim huc advolavit (Att. 13, 12, 3 antea . . ., -a a. q. fam. 7, 3, 5 primum. Vitr. 3, 1, 8 primo. 4, 1, 4. Ivlian. dig. 36, 1, 26 pr. antequam). Peregr. Aeth. 19, 16 (*8* tunc retulit. *14* illud etiam retulit) -a ergo q. haec omnia retulit . . ., ait *eqs.* Max. Tavr. serm. 101, 2 M. prius . . ., -a enim q.

γ *abl. absol.*: Cic. Verr. II 1, 41 iste, quem Cn. Dolabella -a C. Malleolo occiso pro quaestore habuit. Caecin. 97 decemviri prima actione non iudicaverunt; -a re quaesita . . . sacramentum nostrum iustum iudicaverunt. Cluent. 189 leg. agr. 2, 25. *al.* Caes. Gall. 6, 39, 4 redisse primo legiones credunt . . .; -a despecta paucitate . . . impetum faciunt. civ. 3, 57, 5 ut -a confecto bello reperiebamus. Sall. Iug. 113, 2 Liv. 5, 5, 5. 22, 52, 7. R. Gest. div. Aug. 16 in consulato meo quarto et -a consulibus M. Cr⟨a⟩sso et Cn. Lentulo (*gr.* μετὰ ταῦτα. *ibidem iterum, ubi gr.* μετέπειτα. *cf.* Plin. nat. 8, 22 -a . . . principibus Claudio et Neroni. 33, 45 -a . . . Q. Fabio Maximo dictatore). Vitr. 2, 1, 1 Val. Max. 9, 8 ext. 1. Cels. 4, 27, 1ᴰ add. (Maia 26, 1974, 171) l. 74. Sen. nat. 1, 17, 8. *al.*

b -a *non intellegitur nisi ex enunt. secund. subordinato vel struct. particip.*: α *enunt. secund.*: (I) si (*fortasse ad B1a spectant quaedam ut* Plavt. Capt. 203): Plavt. Asin. 279 *p. 187, 83.* Capt. 203 at nos pudet, quia cum catenis sumus. :: at pigeat -a nostrum erum, si vos eximat vinculis. Cic. Q. Rosc. 55 si non reliquit *tibi actionem tuam*, quem ad modum HS *tot* . . . ab eo -a exegisti? Cluent. 116 quae res si rei iudicatae pondus habuisset, ille -a . . . reus . . . factus esset. Sall. Iug. 56, 4 si id fecerint, -a . . . sine metu aetatem acturos. Liv. 5, 5, 10 eundem, si differtur bellum, animum -a fore. Cels. 8, 16, 4. 8, 20, 5 Colvm. 2, 20, 2. *al.*

(II) *varia temporalia*: Plavt. Epid. 386 ubi id inspexissent, cogitarent -a, *eqs.* (Cic. Rab. Post. 36 ubi semel quis peieraverit, ei credi -a . . . non oportet. Cels. 7, 7, 9ᴮ quae *caruncula* ubi eum locum implevit, -a recte oculos operitur). 600 quid ego, qui illam ut primum vidi, numquam vidi -a? (Men. 1112 cum patre ut abii Tarentum ad mercatum, -a inter homines me deerrare a patre. Cic. Cluent. 184 Brut. 19). Rud. 755 -a aspicito meum *tergum*, quando ego tuum inspectavero (Oribas. syn. 7, 16, 2 Aa p. 149 -a, q. declinaverit inflammatio . . ., fricationem adhibebis [q. *om.* La]). Cic. Flacc. 45 (*v. l. 14*) posteaquam . . ., -a (Vlp. dig. 42, 1, 55 iudex p. semel sententiam dixit, -a iudex esse desinit. Mar. Victorin. in Phil. 2, 9–11 p. 1210ᴬ. Ambr. [?] sacr. 2, 7, 21). Avr. Fronto p. 30, 9 v. d. H. postquam ad te proxime scripsi, -a (*sc. 'fuit' sim.; corruptum putat Haines*) nihil operae pretium, quod ad te scriberetur (Cod. Iust. 2, 29, 2, 1 [*a. 293*]. Heges. 2, 12, 1 p. 163, 10).

(III) cum: -a *sequitur*: Cic. inv. 1, 93 ut si qui, cum dixerit, qui virtutem habeat, eum nullius rei . . . indigere, neget -a sine bona valetudine posse bene vivi. Cluent. 119 C. Getam, cum a . . . censoribus ex senatu eiectus esset, censorem ipsum -a esse factum (*sim.* Val. Max. 2, 9, 6. 2, 9, 9). Flacc. 45 quod posteaquam Temni litteris . . . patefactum est cumque eadem de re Cn. Lentulus . . . litteras misisset, Heraclidam istum Temni -a nemo vidit. Planc. 50 ut, cum minus valuissent suffragiis quam putassent, -a prolatis comitiis prosternerent se (*nisi spectat ad B1a*). Att. 2, 21, 2. 4, 3, 3. 6, 3, 5. Bell. Afr. 25, 3 cum condicionem *deditionis* . . . repudiassent, -a . . . interfecti . . . sunt omnes. Ascon. Corn. p. 55, 9. Plin. nat. 18, 253 cum germinare videris morum, iniuriam -a frigoris timere nolito. Itala num. 9, 17 (Aug. quaest. hept. 4, 16) cum ascendisset nubes a tabernaculo, et -a promovebant filii Israhel (*gr.* καὶ μετὰ ταῦτα, *Lugd. et Vulg.* tunc. Avg. *ad l.* p. 324, 15 '-a' si deesset, plena posset esse sententia). *al.* -a *antecedit*: Anthim. 24 mel modicum et piper mittat in ipso iuscello, -a cum (*cod. opt.*; quam *vel* postquam *vel* -a *tantum var. ll.*) coctum fuerit. Oribas. eup. 4, 91 add. La p. 608 das *medicamen*, -a cum aliud comedit *aegrotus*.

(IV) quam (*attulimus ea tantum exempla, ubi aliae voces interponuntur; cetera v. sub* posteaquam): (A) *interponuntur varia*: Cic. Verr. II 1, 56 -a Servilius . . . Olympum urbem hostium cepit, q. tu in isdem illis locis . . . oppida . . . vexanda curasti. Phil. 8, 21 languidiores -a facti sumus, q. M. Antoni . . . insolentiam superbiamque perspeximus. off. 3, 66 Claudium aedes -a proscripsisse, q. esset ab auguribus demoliri iussus. fam. 3, 8, 5. 5, 14, 1. Sen. contr. 9, 4, 1 haec vulnera . . . -a feci q. dimissus sum. Qvint. inst. 4, 2, 26 pro Vareno . . . -a narravit *Cicero* q. (cum *var. l.*) obiecta diluit. decl. 294 p. 165, 14 si te proditorem -a dixissem, q. tu mortem meam optasses, *eqs.* Lact. inst. 4, 15, 30 Veg. mil. 2, 19 p. 53, 22 Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 18 p. 116, 16. *verbo in enunt. secund. subaudito*: Cic. fam. 16, 12, 6 adhuc neminem videram, qui te -a vidisset q. M. Volusius. (B) *interponuntur solae particulae* (*cf. etiam p. 189, 39*): Cic. Att. 4, 8, 2 *Antio* nihil quietius, . . . nihil amoenius; . . . -a vero q. Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis aedibus (Iren. 1, 2, 5 [1, 1, 4 H.], *ubi gr.* μετὰ δὲ τὸ ἀφορισθῆναι). fin. 1, 10 quando . . . nobis . . ., -a quidem q. fuit quem imitarentur, ullus orationis . . . ornatus defuit? Edict. praet. perpet. Vlp. dig. 15, 2, 1 pr. post mortem eius . . . -ave q. is emancipatus . . . fuerit (*Vlp. ibid. 1* postquam). Gaivs inst. 4, 15 -a tamen q. iudex datus esset, comperendinum diem . . . denuntiabant. Tert. adv. Hermog. 29, 2 -a ergo q. facta est *terra*, futura etiam perfecta, interim erat . . . rudis (Epist. pontif. 1054 Conc.ˢ IV 2 p. 105, 13). adv. Marc. 3, 22 p. 415, 10 -a certe q. Iren. 3, 1, 1 -a enim q. (Lact. mort. pers. 9, 10).

β *struct. particip.*: (I) *abl. absol.*: Cic. Verr. II 4, 72 hoc nefario scelere concepto nihil -a . . . religiosi duxit esse. Sull. 65 ut onere deposito domestici officii nihil -a nisi de rei publicae commodis cogitarit. Caes. Gall. 4, 30, 2 his superatis . . . neminem -a . . . in Britanniam transiturum. Vitr. 10, 13, 3 his tunc primis gradibus positis . . . -a, cum Philippus . . . Byzantios oppugnaret, *eqs.* Tac. ann. 4, 57, 1 caede eius patrata sex -a annos . . . secreto coniunxit. Gell. 3, 16, 12 in undecimo mense post mariti mortem peperisse *feminam*, . . . quasi marito mortuo -a concepisset. Apvl. met. 10, 8, 2. *al.* (II) *part. coniunct.* (*exempla notabiliora*): Cic. fam. 9, 13, 1 bellum commotum a Scapula ita -a confirmatum est a Pompeio, ut *eqs.* Liv. 45, 13, 17 cum iis mandatis . . . profectum *regis filium* -a consecutos equites, qui *eqs.* Cels. 5, 25, 9 quae (*i. partes medicaminis*) separatim contusa -a iunguntur. Colvm. 4, 4, 2 *v. p. 189, 26.* Plin. nat. 6, 84 hospitali regis clementiā sex mensum tempore inbutus adloquio percunctanti -a narravit Romanos et Caesarem. Marcell. dig. 38, 2, 32 Pavl. dig. 41, 3, 31, 4. Avg. in psalm. 70 serm. 2, 1 l. 51 expertus . . . malum -a saltem obtemperet praeceptis medici. *al.*

2 *iuncturae plus minusve abundantes* (*cf. p. 188, 53*): a *iuxta adv.* deinde, tum *sim.* (*saepius concludendo enumerationem vel argumentationem*): Plavt. Asin. 335 quid tum -a? (*item in interrogatione p. 186, 80. ceterum*: Vitr. 1, 6, 7 Gell. 14, 3, 10. 15, 3, 3. 16, 19, 7. 19, 1, 3 Hil. trin. 12, 40). Cic. Cluent. 71 deinde . . . -a (Mil. 65 Tusc. 4, 2 Liv. 41, 24, 20 Vitr. 7, 9, 3 Cels. 3, 4, 12. 5, 28, 14ᴱ. 7, 18, 3 Cvrt. 10, 1, 15 Colvm. 12, 52, 1 Plin. nat. 4, 58. *et saepius, imprimis apud iuris consultos. ordine inverso* -a d.: Pavl. Fest. p. 194 Sen. contr. 9, 4, 20 Val. Max. 9, 1 ext. 5. Cels. 4, 12, 4 [*suppletur e cod. J*]. 7, 8, 3 Plin. nat. 35, 29. *al.*). Papin. dig. 39, 6, 42 pr. denique -a (Capitol. Pert. 3, 10). Hil. in Matth. 24, 11 dehinc -a (in psalm. 118 teth 5). b *accedit gen.* loci (*cf.* interea loci, postid locorum): Plavt. Cist. 784 ubi id erit factum, ornamenta ponent; -idea l. qui deliquit vapulabit. Stich. 758 tene *vinum*, tibicen, primum; -idea l. . . . cantio-

[*Keudel*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem aliquam occipito. SALL. Iug. 102, 1 -a (post ea *Kurfess, Koestermann*) l. consul haud dubie iam victor pervenit in oppidum Cirtam.

**B** *usu deflexo, sc. vi temporali attenuata vel fere evanida respicitur potius*: 1 *quod consequitur ex affirmatione, concessione vel actione qualibet*: a *in enunt. variis* (*fortasse huc spectant quaedam p. 189, 70 sqq. allata*): PLAVT. Capt. 562 te suum sodalem esse aibat :: . . . Alcumeus atque Orestes et Lycurgus -a una opera mihi sunt sodales qua iste. Merc. 220 si istac ibis, commodum obviam venies patri; -a aspicit (postquam aspiciet *unus e recc.*) te timidum esse . . ., ilico retinebit, rogitabit *eqs.* (*si recte huc traximus*). Mil. 849 mihi imperabat *vinum promere*, ego promebam -a. Stich. 349 ut operam omnem araneorum perdam et texturam improbem . . . :: miseri algebunt -a. 720 nolo ego nos prosum hoc ebibere (prosum(m)o bibere *trad.*); nulli rei erimus -a.

b *in enunt. interrogativis*: α *plenis*: PLAVT. Most. 346 dormiam ego iam. :: . . . quid ego hoc faciam -a? Poen. 1262 amplectamur ambae. :: quis me amplectetur -a? TER. Ad. 660 priorem esse illum, non oportere huic dari *orbam*. :: eho, nonne haec iusta tibi videntur -a? (poscere *Bothe, vix recte, nec probabilius* -a *sententiae novae interruptae tribuit Marouzeau; cf.* DON. *ad l.* 3 videtur . . . mihi '-a' sic abundare, quomodo interdum 'hodie' de stomacho adicitur loquentis [*antea vi temporis explicatur inepte*]). SEN. nat. 2, 48, 2 haec si digerere in partes suas voluero, quid -a faciam? in immensa procedam. FRONTO p. 106, 10 v. d. H. qui⟨d f⟩iat -a? quid, inquam, fiat nisi *eqs.*? β *verbo carentibus, sc. forma* quid -a? (*sermone potius cottidiano, v. etiam* DON. *l. 30; ceterum cf. l. 47. p. 186, 77*): PLAVT. Truc. 509 iamne iit ad legionem? . . . :: . . . nudius quintus natus ille quidemst. :: q. -a? inter tot dies quidem hercle iam aliquid actum oportuit. TER. Hec. 551 audisti ex aliquo . . . qui vidisse eum diceret . . . intro euntem ad amicam; q. tum -a? si modeste ac raro haec fecit, *eqs.* (DON.: τῷ ἰδιωτισμῷ, quo contemnimus crimina leviora). Eun. 637 biduum hic manendum est soli sine illa? q. tum -a? nihil est. 793 cum tibi do istam virginem, dixtin hos dies mihi soli dare te? :: q. tum -a? :: rogitas? Ad. 529 cliens, amicus, hospes nemost vobis? :: sunt. q. -a? :: hisce opera ut data sit. RHET. Her. 4, 16, 23 (*in exemplo ratiocinationis*). CIC. S. Rosc. 80 nonne cogitas te a sectoribus huc adductum esse? q. -a? 94 q. -a, si Romae adsiduus fui? (leg. agr. 2, 29). Tull. 54 q. -a? hoc sequitur, ut *eqs.*? *al.* LIV. 4, 4, 1 (*in oratione*). QVINT. decl. 313 p. 231, 16 AVG. c. acad. 3, 3, 5 p. 49, 7. *exhortationis loco fere i. q. 'age' sim.*: QVADRIG. hist. 57 *filio* consuli pater proconsul obviam in equo vehens *non descendit* . . .; tum consul ait: 'q. -a?' lictor . . . cito intellexit, Maximum proconsulem descendere iussit (*de eadem re Liv. 24, 44, 10* consul animadvertere proximum lictorem iussit).

2 *quod additur, fere i. q. deinde, praeterea, ceterum sim.*: a) *quolibet modo* (*fere in enumerando*): PLAVT. Asin. 771. Rud. 1276 *adveniens salutem* etiam patrem? :: censeo. :: post eius matrem? :: censeo. :: quid -a? etiamne adveniens complectar eius patrem? (TER. Ad. 929 primum huius uxori est mater. :: est; quid -a? :: proba et modesta. *cf. l. 25 et p. 186, 77*). CIC. inv. 1, 43 eae res quaeruntur, quae gestum negotium consequuntur: primum . . . deinde . . . deinde . . . deinde . . . -a . . . et cetera, quae factum aliquid . . . solent consequi. 2, 79 sqq. 106 sq. *al.* Caecin. 95 deinde . . . -a . . . porro. Planc. 32 primum . . . deinde . . . -a. PLIN. nat. 10, 140 (*vituperatur luxuria*) *gallinae quaedam* ad saginam . . . eliguntur . . .; -a (*sc. accedunt vel afferendae sunt*) culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora *eqs.* 13, 98 mensae vitia: lignum, . . . rimae . . .; -a murena nigro transcurrens limite *eqs.* GELL. 9, 9, 15 (*vituperantur versus, quos Vergilius e Homero vertit*) primum omnium id visum esse . . . Probo, quod . . .; tum -a, quod . . .; praeter ista omnia *eqs.* b *concludit argumentationem vel inducit inexspectatam quandam sententiam*: PLAVT. Mil. 734 *si improbi vita breviore punirentur a deis*, et homines essent minus multi mali et minus audacter scelesta facerent facta; et -a, qui homines probi essent, esset is annona vilior. AVR. Fronto p. 27, 13 v. d. H. (*fere in fine epistulae*) haec cum summa festinatione ad te scribo; . . . igitur vale . . .; -a cavebis de me, praesertim in senatu, tam multa mentiri! (*an ad A3 trahendum?*).

II *pertinet ad* **locum** (*exempla certiora; sed dubium non est, quin per imaginem iter facientis, singula quaeque recensentis sim. cum usu temporali coniungi possint*): TER. Ad. 575 clivos deorsum vorsum est; hac te praecipitato; -a est ad hanc manum sacellum *eqs.* PLIN. nat. 3, 38 Italia dehinc . . ., mox Etruria . . .; Volscum -a litus et Campaniae, Picentinum inde ac Lucanum Bruttiumque (*item sine verbo in locis enumerandis*: 4, 27. 33 [*postponitur*]. 79. 5, 10. 144. *al.* EXPOS. mundi 64). 11, 180 (*179* summum gulae fauces vocantur) -a arteria et stomachus. HIL. in psalm. 1, 14 inrigari . . . paradisum flumine, quod -a in quattuor principia divisum sit (*sec. gen. 2, 10, ubi gr.* ἐκεῖθεν ἀφορίζεται, *Vulg.* inde dividitur).

III *pertinet ad* **gradum**, *ordinem, dignitatem* (*exempla certiora*): PLAVT. Stich. 97 (*loq. filiae*) quem aequiust nos potiorem habere quam te? -idea, pater, viros nostros. CATO or. frg. 41 (200 M.) patrem primum, -a patronum proximum nomen habuere *maiores* (*in re simili*: SAB. Gell. 5, 13, 5 primum tutelae, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, -a adfini. GELL. 5, 13, 2 -a esse cognatos adfinesque. *ceterum*: CIC. Att. 12, 41, 3 si quaeris quid optem: primum Scapulae *fundum*, deinde Clodiae, -a . . . Cusini et Treboni. *al.*). CIC. inv. 2, 75 accusatori maxime est in hoc elaborandum, ut . . .; deinde oportet accusatorem . . .; -a . . . oportet *eqs.* PLIN. nat. 14, 122 in oriente optimam *resinam* . . . terebinthi fundunt, dein lentisci . . ., -a cupressi. 16, 226 cornum maxime odit sorbus, carpinus, buxus, -a tilia. 17, 121 capacissima insitorum omnium ducitur platanus, -a robur; . . . fertilissima omnium inoculatio, -a emplastratio. 37, 77 probatissimi *berulli lapides* . . ., proximi . . ., vicinum huic genus . . ., quarto loco numerantur . . ., quinto . . ., -a . . ., ac deinde . . ., postremi. *al. apud eundem.*

CAPVT ALTERVM: *usu recentiore* **coniunctio** *i. q.* post(ea)quam (*cf.* GLOSS. II 325, 21 ἡνίκα: cum, -a. *non est quod huc pertinere suspiceris* PLAVT. Merc. 220 *p. 191, 9; ad adv. fere vi coniunctionis coordinativae usurpatum v. p. 187, 6*): PALLAD. vet. med. 50, 1 sanguis illi auferendus . . ., ⌊et -a sanguinem tollis⌋, genua quoque aceto . . . dilues (⌊⌋ *om. Hippiatr. gr. et Geop.*; postquam *cod. excerptorum*). DON. Ter. Eun. 786, 2 tum deinde (denique *trad.*), -a propius ventum est, . . . refert pedem (-a *defendit Baehrens, Glotta 4, 1913, 280 ut etiam apud* EVGRAPH. Ter. Haut. 790; -a⟨quam⟩ *Wessner utroque loco*). ORIBAS. syn. 2, 56 Aa p. 125, 17 Mø. -a r⟨e⟩gelaberit (*an* se gel- ?), mittis in *ollam* (*La* cum se gelaverit, *gr.* μετὰ δὲ τὸ παγῆναι. *item respondet* μετά *cum inf.*: 2, 60, 36 La p. 136, 25 -a . . . tuleris [*Aa* posteaquam]. 3, 103, 3 Aa bibatur . . ., -a ventrem fecerit. 7, 16, 2 La [*Aa* -a quando]. *al. apud eundem*). 8, 7, 10 La p. 213 -a flevotomaveris (*gr. 8, 6, 10* μετὰ . . τὴν φλεβοτομίαν, *Aa* post flebotomo). *al. apud eundem; cf. etiam var. ll.* COLVM. 9, 16, 1 (*A*; postquam *recc. aliquot*, posteaquam *cett.*). COD. Theod. 9, 18, 1 (*cod. Breviarii unus*; posteaquam *cett. et Cod. Iust. 9, 20, 16*). ANTHIM. 24 *p. 190, 25*.

*compos.*: depostea. *cf.* posteac. *Keudel.*

**posteāc** *adv. formatio peculiaris conferenda cum* postea *et* posthac. *i. q.* postea: EDICT. imp. Claud. de Anaun. (CIL V 5050) 13 cum . . . *Pinarius Apollinaris* referre . . . neglexerit, et -c detulerit Camurius Statutus ad me *eqs.* CIL IV 1837, 9 qui hoc leget, nuncquam -c aled (*i.* alid) legat. *Korteweg.*

***posteā quam** *iunctura adverbii et coniunctionis comparativae sollemnis, et inde* ***posteāquam** *coniunctio* (*huc traximus ea tantum exempla, ubi* postea *et* quam *leguntur nulla intercedente voce; cetera v. sub* postea; *tamen et hic saepe vix dinoscas, utrum voces prorsus coaluerint necne, v. infra sub I*). *scribitur* postte- ITALA Marc. 14, 28 (cod. k). *ceterum v. sub I.* NOT. Tir. 9, 16. *in versibus non legitur nisi* PLAVT. Most. 135 (*si recte trad., v. p. 193, 66; vix apud* ENN. [*v. p. 194, 41*]) *et* DAMAS. epigr. 46, 7 (posteāquam, *cf. 29, 8* posteā), *cum ceteri poetae utantur* postquam (*inde a* NAEV.); *in oratione soluta occurrunt frequenter et* postquam (*inde ab* ENN. frg. var. 83. 100. 132 [*nisi Lact. verba mutavit*] *et* EPIST. praet. ad Tiburt. [*a. fere 159 a. Chr.*]) *et* -m (*inde a* LEGE agr. [*a. 111 a. Chr.*], VARRONE, CIC.), *sed aliud vocabulum alibi praevalet* (*non afferuntur nisi notabiliora*): postquam *solum exhibent* ENN., CATO, RHET. Her., SALL. (*99 locis, bis tamen* postea vero quam), SEN. rhet. (*11 locis; semel tamen* postea vero quam), VAL. MAX., CVRT., PETRON., QVINT. inst. (*bis tamen* postea . . . quam), FRONTIN., TAC. (*113 locis*), PLIN. min., SVET., FLOR., FRONTO, ARNOB., DARES, ORIG.; posteaquam *solum* FAST. cos. Capitol., PS. CIC. in Sall. (*quinquies*), RVT. LVP., VITR. (*septies*), CELS. (*bis*), IREN., MARCELL. med. (*sexies, sed 20, 145* post horam quam); *utroque vocabulo utuntur* (*neglegimus dubia vel ex aliorum scriptis allata*) LEX agr. (-m *3*/postquam *1*), VARRO (*13/7 et* post . . . quam *2*), CIC. (*148/37*), CAES. (*8 et* postea . . . quam *2/12*), BELL. Afr. (*1/37*), BELL. Alex. (*1/3*), NEP. (*7/31*), LIV. (*4/436*), SEN. philos. (*2 et* postea . . . quam *1/24*), PLIN. nat. (*1/33*), QVINT. decl. (*10 et* postea . . . quam *1/8*), DIG. (*103/65*), APVL. (*1/16*), TERT. (*14/6*), CYPR. (*13 in* epist., idol., testim. capp./*15, sed non in epist.*), PEREGR. Aeth. (*8/1 et* post . . . quam *1*), VVLG. (*5/179*), AVG. civ. (*41/2*), in euang. Ioh. (*36/3*), COD. Iust. (*28/65*); *utraque vox deest* HIRT., BELL. Hisp., VELL. (*qui tamen habet nonnumquam* post . . . quam). [*confunditur in codd. maxime cum* postquam, *e. g.* CIC. Verr. II 2, 38 CAES. Gall. 4, 19, 2, *et* postea cum, *e. g.* CIC. Att. 2, 11, 1 (*restituitur* VLP. reg. 19, 14, *falso trad. in codd. opt.* COLVM. 4, 4, 2; *de locis* PLAVTI *et* CIC. *vulgo correctis v. p. 193, 66. 196, 59*; -m *et* postea cum *iuxtaposita* COLVM. 12, 26, 1 sq.); *ex coniectura* EVGRAPH. Ter. Ad. 201 'quando bene promeruit . . .': -m (*ita Hennebach, Woch. Klass. Phil. 28, 1911, 643*, positaquam *trad.*, propterea quoniam *Wessner*) mihi ⟨bene⟩ fecit . . ., ideo *eqs.*]

I *exempla illustrantia, quatenus voces* postea *et* quam *coaluerint*: A *duas voces potius intellegas*: 1 *interpositis uno vel pluribus verbis, v. p. 189, 39. 190, 28.* *nota: etiam vergentis antiquitatis temporibus* postea *et* quam *eodem fere loco et separata et iuxtaposita inveniuntur, e. g.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 17, 4 AVG. civ. 15, 10 p. 76, 16 sqq. D. ACT. Archel. 37, 16. 2 *interpositis punctis in titulis* (*cf. B1*): LEX agr. (CIL $I^2$ 585) 14 post·ea·qua⟨m⟩. 20 post·ea·quam (FAST. cos. Capitol. a. 210 a. [Inscr. Ital. XIII 1 p. 47]. 176 a. [*ibid.* p. 49]). 3 *variis rationibus*: CELS. 2, 17, 7 ante vero an -m in aquam calidam se demittat (*var. l.* dimittit) aliquis, perungui debeat . . .; tamen . . . ut postea fiat *eqs.* (ZENO 1, 13 [1, 3, 7 L.] *Abraham* deo ante, non -m circumcisus est, placuit. *cf. p. 193, 74*). VLP. dig. 28, 5, 9, 14 si quis ita scripserit: Stichus liber esto et, -m liber erit, heres esto, Labeo *aliique* . . . opinantur detracto verbo medio 'postea' simul ei et libertatem et hereditatem competere.

*[Krömer]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *unam vocem, sc. coniunctionem, potius intellegas*: 1 *scriptura continua* (*cf. A2*): FAST. cos. Capitol. a. 331 a. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 35, *ni fallimur litteris foede attritis*). PAP. Corp. 231, 13 (*saec. I*). 2 *particulis quibusdam non insertis sed postpositis* (*contra usum p. 189, 39 illustratum*): CAEL. Cic. fam. 8, 12, 1 -m vero (QVINT. decl. 352 p. 383, 21 CYPR. epist. 20, 2 p. 527, 22. AMBR. parad. 10, 47 [*var. l.* postea vero quam]). VLP. dig. 39, 2, 15, 33 -m autem (COD. Iust. 5, 42, 5, 1 [*a. 305*]. *var. l.* MAR. VICTORIN. in Gal. 1, 13/14 p. 1152$^C$). FIRM. math. 4, 16, 5 -m enim (*var. l.* postea enim quam). 3 *evanescente vi particulae* postea: *v. infra l. 36 et passim sub IIB.* 4 *coniunctione* cum *fere pro synonymo adhibita* (*cf.* postquam *pro syn. l. 18sqq.*): CIC. *p. 190, 14. 195, 80. 196, 5 et* fam. 5, 6, 1 cum ad me Decius ... venisset egissetque mecum ..., non satis credidi ...; sed -m ... ego cum Q. Cornelio locutus sum, adhibui diligentiam *eqs.* VITR. 2, 9, 16 APVL. Plat. 1, 3. *al.* 5 *numquam omisso verbo* (*quod tamen, si excipis* CIC. fam. 16, 12, 6, *ne illis quidem locis deest, ubi* postea *et* quam *verbis interpositis separantur*).

II *exempla notionem illustrantia.* *significatur i. q. postquam* (*cf.* GLOSS. postquam: -m. *variant in eodem contextu*: LEX agr. [CIL I$^2$ 585] 19sq. CIC. Cluent. 175sqq. CAEL. Cic. fam. 8, 12, 2 TERT. paenit. 6, 7. ITALA gen. 19, 15sqq. [Lugd.]. PEREGR. Aeth. 2, 7. *al.; v. etiam l. 25*). *quae voces tamen hoc differunt, quod* postquam *saepe* (*v. p. 244, 56*), *fere numquam* -m *adhibetur, ubi additamentis quibusdam praepositis illustretur tempus intercedens* (*cf. l. 40 et* postea *p. 187, 64sqq.*), *ita ut vitare videantur e. g.* CIC. Verr. II 1, 149 quadriennio postquam (*sed ibid. antea*: -m reus factus est. *sim.* II 5, 106 NEP. Ham. 4, 1) *et* MARCELL. med. (*v. p. 192, 53*). *gr. respondet* μετά *c. acc., nisi alia indicantur.* *abundanter* -m ..., postea: CIC. Flacc. 45. VLP. dig. 42, 1, 55 (*cf.* TERT. resurr. 22 p. 55, 9 inde iam. RVFIN. Adamant. 5, 26 p. 96, 18 Bu. in consequentibus. AVG. in euang. Ioh. 120, 1 deinde. *sim. al.*). *praeparatur* -m *vel coniungitur cum antea memoratis per adv.* dein(de) VARRO ling. 5, 108. *al.* (*cf. e. g. p. 194, 18*), postea MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 9/11 p. 1210$^A$, posthaec AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 9 *et al.* (*sim. explicantur adv.* tum CIC. Verr. II, 2, 64 fam. 13, 55, 1. *al.*, nunc CIC. Tull. 1 Verr. II 5, 103. *al.*, iam CIC. Phil. 6, 11. *sim. al.*). *notione temporali vigente accedit saepe respectus causalis, qui praevalere videtur p. 194, 51. 84. 195, 71* (*cf. p. 192, 67. ad vim concessivam cf. p. 194, 55sqq. nec non* CIC. div. 1, 27 -m ..., tamen [LVCIF. reg. apost. 2 p. 41, 10]. NEP. Con. 2, 4 -m ..., nihilo setius). *indiculus additamentorum, quibus indicatur, quanto tempore distent quae narrantur: adv.* (*postpos. praeter* AVG. civ. 12, 13): PLAVT. Most. 135 ilico (EDICT. imp. Diocl. et Maxim. Coll. Mos. 6, 5). CIC. Verr. II 5, 96 statim (178 Vatin. 27). Att. 13, 47 extemplo. AVG. civ. 3, 16 p. 120, 1 D. continuo (17, 13 p. 234, 24 in euang. Ioh. 50, 9. *al.*). 12, 13 p. 530, 32 postridie vel eodem die, -m. 13, 13 p. 572, 4 confestim. *abl.*: CIC. Caecin. 19 illis paucis diebus (*sed potius 'intra' quam 'post paucos dies'. sim.* Cluent. 175). PEREGR. Aeth. 19, 8 quodam tempore, -m scripserat Aggarus ...: transacto ergo aliquanto tempore superveniunt Persae (*abl. abs. ut*: AVG. c. acad. 1, 1, 4 p. 6, 11 pauculis ... diebus transactis. in euang. Ioh. 39, 5 SVLP. SEV. chron. 2, 17, 2). AVG. civ. 16, 43 p. 194, 30 D. -m ... immolatus est Christus, quinquagensimo die. *praepos.*: SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 145, 6 post aliquantum temporis ..., -m hanc *epistulam* ... emiserant. AMBR. Noe 13, 42 cur, -m ingressus est Noe arcam ..., post septem dies diluvium factum sit. *ceterum v. e. g. p. 194, 70. 77.*

A *usu originario; quae coniunctione inducuntur sunt absoluta, priusquam vel cum incipiunt quae apodosi narrantur* (-m *inducit fere actiones, quarum effectus tamen saepissime permanet, raro status, v. e. g. p. 194, 37; saepe iungitur cum verbo* incipere, *e. g.* CIC. Cluent. 58 VARRO ling. 5, 36 CAES. Gall. 5, 3, 5): 1 *pertinet ad praeterita* (*sc. quae semel facta sunt praeter p. 194, 10. 65. cf. infra B3*): a *generatim*: α *respiciuntur eventus antecedentes*: ① *ita ut quodammodo opponantur*: PLAVT. Most. 135 ad illud frugi usque ... fui, in fabrorum (*i. parentum*) potestate dum fui; -m immigravi ingenium in meum, perdidi operam fabrorum ilico oppido; venit ignavia ...; postilla ...; continuo ...; nunc (-m *trad.*; postea quom *edd. rec. fere omnes, sc. neglecta* LEGE agr. *infra sub 2 allata* -m *a prisca latinitate abiudicantes; sed nec* postea cum *ante* CIC. *frequentius exstat* [*v. p. 189, 12*]; *ceterum cf. locos, ubi* dum *antecedit* [*aliter l. 72*]: CIC. S. Rosc. 126 Verr. II 2, 161 CAES. Gall. 7, 82, 1. *al.*; *cf.* CIC. Verr. II 1, 51 quam diu [prov. 25. *al.*]. Phil. 10, 9 quoad [fam. 7, 17, 2]). CIC. Verr. I 16 mansit in ... pacto usque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt; -m reiectio iudicum facta est *eqs.* (Vatin. 27). II 1, 37 tibi quando *Carbo malus civis* esse coepit? -m tibi pecuniam ... commisit; nam si tibi antea displicuisset *eqs.* (Att. 3, 24, 1 fam. 13, 24, 1). 4, 133 -m iudicia ... fieri desierunt, Graecos homines ... *signa* venditare coepisse, quae tum ... non venditabant, cum iudicia fiebant (5, 178 dom. 6. *al.*). 5, 96 primo ...; -m ... senserunt, statim *eqs.* (p. red. in sen. 19. *al.* VARRO ling. 5, 105. CAES. Gall. 1, 31, 5 [*var. l.* primum]. 5, 6, 4. VITR. 10, 16, 7 -m ..., tunc. *al.*; *cf.* VARRO ling. 5, 36 primum [*dub., an* 5, 108 *huc pertineat*]). Tusc. 3, 1 nec ... ante quam inventa, nec ... -m cognita est *philosophia* (MAR. VICTORIN. in Gal. 1, 13/14 p. 1153$^B$. HIER. in Is. 14, 13/14 p. 220$^B$ [*var. l.* postquam]. *al.*; *cf.* ALF. dig. 39, 2, 43, 1 priusquam). rep. 1, 22 sed -m (Att. 1, 19, 6 CAES. Gall. 5, 3, 5 RVT. LVP. 1, 20. QVINT. decl. 355 p. 387, 7 diu ...; sed -m ..., tum demum *eqs.* APVL. Plat. 1, 3. ITALA gen. 19, 15 [Lugd.; *gr.* ἡνίκα, *Vulg.* cum]. *al.*). ac. 2, 69 numquam ..., nisi -m (QVINT. decl. 263 p. 77, 18 TERT. fug. 2, 3. *cf.* CIC. fam. 5, 12, 5 tum denique ..., -m). *al.* VARRO ling. 5, 119. *al.* BELL. Alex. 12, 2 NEP. Milt. 6, 4 Alc. 2, 3. VITR. 2, 1, 7 tum ...; deinde ...; -m. *al.* FEST. p. 202 *v. p. 196, 24.* SEN. epist. 79, 16 QVINT. decl. 352 p. 383, 27. IREN. 1, 12, 3 (1, 6, 2 H.) cum autem voluit ...; quos autem praecogitaverat *Propator*, -m emisit, hoc Ecclesia vocata est (*gr.* ὅτε ... οὗς δὲ προελογίσατο, ὅτε προέβαλε, *Tert. adv. Val. 36* cum ...; cum protulit). AVG. civ. 1, 1 p. 4, 27 D. *milites* alibi ... saevientes, -m ad loca illa veniebant ..., tota ... refrenabatur inmanitas. *al.*

② *ita ut explicentur ordines temporum* (*saepe enuntiato temporali ad finem adducta esse indicantur antecedentia, e. g. l. 15, vel repetuntur, e. g. l. 21. 27; afferuntur exempla selecta*): CIC. S. Rosc. 16 *nobilitatem* defendit ...; -m victoria constituta est *eqs.* 59 credo ... *accusatorem* quaesisse, num ille aut ille defensurus esset ...; -m invenit neminem. Q. Rosc. 49 (*per ironiam*) *Roscius* hoc initio cogitare coepit: '... petam a C. Cluvio ..., ut mea causa mentiatur ...'; quid deinde? -m se praeclare confirmavit, venit ad Cluvium ...; hunc -m salutavit, rogare coepit (Sest. 110 AVG. civ. 17, 4 p. 210, 26 D.). Verr. II 2, 70 -m ad causam dicendam ventum est, tum vero *eqs.* 2, 84 -m iste omnia abstulit (*83* omnia ... abstulit). 3, 78 promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas; eo -m ventum est. VARRO ling. 5, 161 CAES. Gall. 1, 46, 4 LIV. 23, 29, 17 CELS. 7 praef. 3. VLP. dig. 38, 6, 1 pr. -m praetor locutus est de bonorum possessione eius, qui testatus est, transitum fecit ad intestatos. IREN. 1, 23, 2 (1, 16, 2 H.) Ennoiam ... generare angelos ...; -m autem generavit eos. PEREGR. Aeth. 3, 7 hac sic ergo -m communicaveramus et dederant nobis eulogias ... et egressi sumus (*6* hac sic communicantibus nobis, iam ut exiremus ..., dederunt nobis ... eulogias). VVLG. act. 27, 27 sed -m quarta decima nox supervenit (*gr.* ὡς, *Itala* [*cod. g*] cum ... facta esset). RVFIN. patr. 1, 6 conemur ..., -m dupliciter ista *scripturae divinae verba* ... descripsimus ..., nunc ... etiam moralem in eo discutere sermonem. *al.*

β *non respiciuntur eventus antecedentes*: ① *usu sollemni*: VARRO Men. 240 signa[ti] sacra esse desierunt, -m homines sunt facti *sacri* (*contextu deficiente dubitanter huc inseruimus ut etiam* 330 *et* frg. Non. p. 484, 21). CIC. div. in Caec. 69 Africanus ... -m bis consul et censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocabat. Manil. 9 *v. p. 195, 83.* Att. 13, 47 -m abs te, Agamemno, ... tetigit aures nuntius ..., extemplo *eqs.* (*latent verba trag. cuiusdam, sed vocem* -m *fortasse Ciceroni tribuas*; postquam *editur Trag. inc. 23 et Enn. scaen. 230*). *al.* BALB. Cic. Att 9, 7$^b$, 1 -m litteras ... ad te dedi, ab Caesare epistulam accepi. SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 1 CAES. Gall. 4, 19, 2. 6, 10, 4 NEP. Con. 3, 2. FAST. cos. Capitol. a. 331 a. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 35). *al.* ASCON. Mil. p. 35, 8 dicturum *se* ... diem Ciceroni Plancus ostendebat, -m (*Mommsen*, postea autem *codd. secutus Stangl*, postea, ante *Clark*) Q. Pompeius idem meditatus erat. POMPON. dig. 49, 15, 5, 3 EDICT. imp. Comm. dig. 29, 5, 2 TERT. praescr. 36 l. 13. FIRM. math. 1, 7, 37 Marius ... post triumphum ..., -m (postquam *var. l.*) urbem ... liberavit, post triumphales purpuras ... stringitur vinculis. AVG. civ. 5, 18 p. 226, 22 D. -m Afris servierat. *al.* *praevalet vis causalis*: PASS. Domnin. (BHL 2264) 3$^{extr.}$ -m cognoscimus, quia omnis homo moriturus est, ... fugiamus (*cogitaveris de praes. fere sensu perf. posito coll. vol. III 1514, 1sqq.*).

② *opponitur apodosi temporale enuntiatum* (*nonnumquam accedente vi concessiva*): CIC. Verr. II 2, 64 mirabantur ... *Metello* hoc (*sc. sibi cum Verre amicitiam esse*) ... tum denique in mentem venisse, -m tam multis eum factis ... iugulasset (*an spectat ad l. 4?*). Manil. 25 *Mithridati* praeter spem acciderat, ut illam, -m pulsus erat, terram (*sc. regnum suum*) umquam attingeret. TERT. anim. 34, 2. adv. Iud. 14, 5 pater, -m (*var. l.* postea cum) diminuit illum *Christum* ..., honore coronavit illum (*eadem fere* adv. Marc. 3, 7 p. 387, 12). CALDON. Cypr. epist. 24 qui, -m sacrificaverunt, iterato temptati *recusantes* extorres sunt facti. SCHOL. Hor. carm. 1, 14, 1 Sextum Pompeium ..., qui, ⌊-m foedus cum triumviris fecit⌋ (postea atris *var. l.*), bellum civile denuo reparare voluit. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 269$^C$ *daemon* -m infelicem hominem ... edere ... coegisset, ructando universa, quae devoraverat, in aerem ... convertere consueverat (*II 9 p. 356$^C$* postquam). *al.*

b *speciatim, apodosis comprehendit omne postea sequens tempus vel longius temporis spatium, ita ut* -m *saepius significet fere i. q. ex quo tempore* (*cf. p. 195, 50*): CIC. Verr. I 37 omnia ..., quae inter decem annos, -m iudicia ad senatum translata sunt, ... facta sunt. II 1, 12 fateatur *Verres* ... se ... praedonum duces ... domi suae, -m Romam redierit, usque dum per me licuerit, retinuisse. 1, 114 -m ius praetorium constitutum est, semper *eqs.* 4, 63 -m inde discessum est, cogitare nihil iste aliud. Mur. 77 -m es designatus, multo salutas neglegentius. off. 2, 4 -m honoribus inservire coepi ..., tantum erat philosophiae loci *eqs.* 3, 8 triginta annis (-os *var. l.*) vixisse Panaetium, -m illos libros edidisset (VVLG. Tob. 14, 1 AVG. civ. 15, 10 p. 76, 16 D.). Att. 13, 28, 3 *Alexandrum*, -m rex appellatus sit, superbum, crudelem ... fuisse. *al.* POLLIO Cic. fam. 10, 31, 1 nihil me scripsisse ..., -m itum est ad arma. BRVT.(?) Cic. ad Brut. 24, 6 W. VARRO rust. 3, 17, 9 Lucullum, -m ... maritumum flumen inmisisset in piscinas ..., Neptuno non cedere. LIV. 37, 53, 18 (postquam *var. l.*). PLIN. nat. 36, 100. MIN. FEL. 26, 8 *insinceri* spiritus, -m simplicitatem substantiae suae onusti

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... vitiis perdiderunt, ... non desinunt perditi iam perdere (*eadem fere* Cypr. idol. 6; *nescio an praevaleat vis causalis*). Itala Gal. 3, 25 (Aug. c. Faust. 19, 7) -m venit fides, iam non sumus sub paedagogo (*gr.* ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, *cod. r al.* postquam, *Vulg.* ubi). *al.*

2 *pertinet ad futura*: Lex agr. (CIL I² 585) 20 neive quis quid, -m ⟨vect⟩igalia consistent, quae post h(anc) l(egem) rog(atam) primum constiterint, ob eos *agros facito* (70. *inde supplevit Mattingly, Journ. Rom. Stud. 59, 1969, 131 locum mancum ibid.* 14; *cf. 19* post quam vectigalia constiterint). Scaev. dig. 4, 3, 32 *filius servum* rogatus manumittere ..., -m rationes ipsi ... reddidisset. Itala deut. 12, 30 (Tert. scorp. 2 p. 148, 17) ne sequaris eas *nationes*, -m exterminatae fuerint a facie tua (*Lugd.* post exterminationem, *Vulg.* postquam). Matth. 26, 32 (cod. a) *et* Marc. 14, 28 (cod. d *al.* = Vvlg.) -m surrexero, praecedam vos in Galileam (postquam *aliae vers.*). Cypr. testim. 1 capp. p. 37, 9 quod *scripturae sanctae* ... intellegi ... haberent in novissimis temporibus, -m Christus venisset. Lvcif. moriend. 8 p. 302, 7 si ..., -m per te interficimur, nihil nos esse futuros sciremus (*opp.* nunc, cum, per te si vita praesens auferatur, inmortalis sumatur). *al.*

3 *pertinet ad ea quae possunt fieri iterum atque saepius* (*sc. in sententiis generalibus, praeceptis sim.*): a *in sermone iuris* (*exempla selecta; dub. locus mancus* Pap. Corp. 231, 13 [*saec. I*]): Alf. dig. 24, 1, 38, 1 si ..., -m donata esset *res communis*, ratam habuissent *fratres* (Nerat. dig. 44, 2, 27 Ivlian. dig. 36, 1, 26, 3. Vlp. dig. 39, 2, 15, 34 [*e Labeone*]. 43, 29, 3, 3. *al.*). Cels. dig. 8, 1, 9 *Sabinus* argumento rivi utebatur, quem primo qualibet ducere licuisset, -m ductus esset, transferre non liceret. Gaivs inst. 1, 186. Vlp. dig. 29, 2, 69 exspectamus ..., ut prius eis deferatur hereditas; tunc deinde, -m delata est, *eqs.* 42, 1, 55 iudex -m semel sententiam dixit, postea iudex esse desinit (43, 29, 3, 3. 48, 5, 16, 7. *al.*). reg. 19, 12sq. hereditas in iure ceditur vel antequam adeatur vel -m adita fuerit; antequam adeatur, ... cedi potest ...; -m adita est *eqs. al.* b *vario usu*: Cels. 2, 17, 7 *v. sub IA3*. Sen. epist. 117, 7 si extra est *id quod accidit alicui*, -m acciderat, recessit. Colvm. 3, 13, 5. 9, 16, 1 favorum reliquiae, -m (postea *A*, postquam *recc. aliquot*) ... aqua ... perlutae sunt, in vas ... coiciuntur. 12, 26, 2 *si in mustum* heminam gypsi miscueris, -m decoctum refrixerit (*1* postea cum). Qvint. decl. 292 p. 163, 21. *al.* Tert. resurr. 28 p. 66, 2 -m occiderit *deus*, vivificabit. Itala lev. 13, 7 (Lugd. *al.*) si ... ceciderit nota in corpore, -m viderit eum sacerdus (*Vulg.* postquam). Luc. 14, 29 (cod. b *al.*, *cf.* Vvlg.) ne -m posuerit fundamentum et non potuerit consummare, omnes ... dicent (*gr.* θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, *recc. cet.* postea cum, forte cum, si). Iren. 2, 33, 1 (2, 50 H.) *anima* -m (*cod. C sec. Lundström, Studien 1943, 107*, postquam *var. l.*) commixta sit corpori. Firm. math. 4, 1, 1. Peregr. Aeth. 33, 1 -m missa facta fuerit ..., omnes vadent *eqs.* (*32, 2* cum factum fuerit missa). Pelagon. 85 decoquis et, -m coxeris, teris (*sequitur*: iterum decoquis; quae cum ... decoxeris). Avg. epist. 140, 3. *al.*

B *usu deflexo*: 1 *quae coniunctione inducuntur permanent, cum incipiunt quae apodosi narrantur*: a *inducuntur status* (*de statu absoluto v. p. 193, 58*): α *mera vel praevalente vi temporali* (*colore q. e. ex quo tempore e. g.* Cic. Deiot.): Cic. S. Rosc. 136 me ..., -m id, quod maxime volui, fieri non potuit, ut componeretur, id ... defendisse, ut ... *optimates* vincerent (Verr. II 1, 65. *al.* Bell. Afr. 87, 6 -m [postquam *var. l.*] ... non potuerant [potuerunt *var. l.*]. Ps. Cic. in Sall. 13 -m immensae gulae impudicissimi corporis quaestus sufficere non potuit et aetas ... exoleverat, cupiditatibus infinitis efferebaris. *al.; non negatur* Cic. Deiot. 37 *imperatores*, -m *Deiotarus* in castris esse potuit, ... bella gesserunt). Phil. 12, 3 nunc negant, -m nos ... implicatos putant. fin. 5, 2 *curia* minor mihi esse videtur, -m est maior. Att. 1, 13, 4 de quo ... scripsisti, -m non auderet reprehendere, laudare coepisse. fam. 7, 5, 1 -m et Pompei commoratio diuturnior erat ... et mea ... dubitatio ... impedire profectionem ... videbatur (13, 55, 1 tum vero, -m mecum in bello ... fuit, tantam in eo virtutem ... cognovi. *al.* Liv. 26, 31, 7 *v. sub bβ*. Vlp. dig. 28, 5, 9, 14 Stichus liber esto et, -m liber erit, heres esto). ad Q. fr. 3, 1, 1 *porticūs dignitas* nunc denique apparuit, -m ... tota patet et columnae politae sunt. *al.* Liv. 9, 46, 11 -m eam *senatus* lectionem nemo ratam habuit nec *Appius* in ea quam adeptus erat, quas petierat opes, ... forum ... corrupit. Pallad. 11, 9 -m mustum ... fervebit, ... ad alia vascula transferatur. Ambr. hex. 6, 6, 38 sed -m inviolabilis mansit. Cod. Theod. 9, 18, 1 si quis ... eiusmodi reus fuerit oblatus, -m super crimine patuerit, servus quidem ... bestiis ... obiciatur. *al.* β *praevalente vel mera vi causali* (*huc vergunt etiam* Cic. Att., Ps. Cic., Liv. 9, 46, 11 *supra allata*): Vitr. 10, 13, 1 *Carthaginienses castellum captum* demoliri sunt conati; -m non habuerunt ad demolitionem ferramenta, sumpserunt tignum (*an intellegas breviloquentiam quandam pro '-m viderunt se non habere' sim.?*). Ambr. (?) sacr. 2, 7, 21 Petrus, -m in passione domini lapsus videretur (videtur *var. l.*) ..., qui ante negaverat, postea (*om. S*), ut illum lapsum aboleret et solveret, tertio interrogatur a Christo, si Christum amaret.

b *inducuntur actiones*: α *continuatae*: Cic. Verr. II 4, 141 primum, cum ...; deinde, cum ...; -m (postea cum *edd. rec.*) meus adventus adpropinquaret, imperasse eum. 5, 103 quae omnia nunc intellegit sibi nihil prodesse, -m certis litteris ... convincitur. Manil. 9 *Mithridates* -m (postquam *var. l.*, postea cum *perperam edd. rec.*, cum *dubitanter Baiter*) maximas aedificasset ornassetque classis exercitusque ... comparasset et se Bosphoranis ... bellum inferre simularet, usque in Hispaniam legatos ... misit. β *negatae* (*huc traximus ea sola exempla, ubi quae negata essent nihilominus postea fieri posse aliquis censeret; itaque e. g.* Cic. S. Rosc. 59 *ad p. 194, 16 relegavimus*): Cic. fam. 2, 19, 1 cum ... nuntium accepissem ..., sperabam ...; -m (postea cum *codd. det. et edd. rec.*) mihi nihil ... scriberetur, verebar *eqs.* Liv. 26, 31, 7 antequam obsiderem Syracusas, ... temptavi pacem; et -m neque legatos violandi verecundia erat nec mihi ipsi ... responsum dabatur *eqs.*

2 *quae coniunctione inducuntur comprehendunt idem tempus ac apodosis eamque fere explicant* (*cf. p. 195, 28 et* postquam *p. 249, 42sqq.*): Cic. S. Rosc. 139 dum necesse erat ..., unus *Sulla* omnia poterat; qui -m magistratus creavit ..., sua cuique procuratio auctoritasque est restituta. Pollio Cic. fam. 10, 31, 1 nactus occasionem *litterarum perferendarum*, -m navigari coeptum est, ... *saepe* scribam. Capitol. Pius 4, 8 -m ad imperium transivimus, et illud, quod habuimus ante, perdidimus.

3 *quae coniunctione inducuntur, in consuetudinem quandam venerunt*: Cic. Q. Rosc. 30 *Eros comoedus* -m e scaena ... explodebatur, ... confugit in ... *Rosci* domum (*actionem iteratam intellegam ex imperf. ut*: Cluent. 181 Oppianicus primo recusavit; -m illa ... minaretur, ... servum ... dedidit [postea cum *edd. et e. g. Hofmann-Szantyr, 598sq., sed non offendit, quod praecedit* primo, *v. p. 193, 77*]). Fest. p. 202 ovibus ... multabantur apud antiquos; ... -m aere signato uti civitas coepit pecoraque multaticia incuria corrumpebantur, ... facta est aestimatio pecoralis multae.

III *exempla tempora modosque illustrantia*; -m *pendet ex*: A *indicativo apodoseos regitque*: 1 *indicativum*: a *perf.*: Plavt. Most. 135 (*v. p. 193, 64*) *et passim inde a* Cic.; *in apodosi est perf. vel imperf. passim; ceterum praes. hist.*: Cic. Verr. II 2, 38 (*v. l. 42*). 2, 45. 3, 78 fam. 5, 12, 5 Caes. Gall. 5, 3, 5. *al., plusquamperf.*: Qvint. decl. 263 p. 77, 18, *fut.* (*de fut. exacto v. sub B*): Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 387, 12 Vlp. dig. 39, 2, 15, 33. 42, 1, 15, 6. *al.* b *fut.*: Lex agr. (CIL I² 585) 70. c *imperf.*: Cic. Q. Rosc. 30 (*respicitur actio iterata ut* Fest. p. 202 [*iuxta perf.*]. Avg. civ. 1, 1 p. 4, 27 D.). fam. 7, 5, 1 (*respicitur status ut* Liv. 26, 31, 7). d *plusquamperf.*: Cic. div. in Caec. 69 Verr. II 4, 54 fam. 16, 11, 2. Ps. Cic. in Sall. 13 (*iuxta perf. ut* Liv. 9, 46, 11. Hyg. fab. 41, 2 [*vix praes.*]. Peregr. Aeth. 3, 7). 18 Bell. Afr. 87, 6 Sen. epist. 79, 16. 117, 7 Ascon. Mil. p. 35, 8 Pompon. dig. 49, 15, 5, 3. Peregr. Aeth. 19, 8 (*ante praes. hist.*). Synod. Hil. coll. antiar. p. 145, 6 Act. Archel. 50, 4 Svlp. Sev. chron. 2, 17, 2. 28, 4. e *praes.* (*perf. potius intellegas in formis ambiguis* Cic. Verr. II 2, 38 Tryph. dig. 49, 15, 12, 6. *al.*): *respiciuntur praeterita* (*fere praes. hist.*): Cic. Verr. II 2, 92 (*in apodosi est perf. ut* Lvcif. non parc. 5 p. 218, 18 [*loco vix sano*]). Caecin. 19 (*seq. praes. apodoseos ut* Caes. Arel. serm. 89, 2). *respiciuntur praesentia* (*in apodosi est praes. praeter* Cic. ad Q. fr.): Cic. Verr. II 5, 103 (*inducitur actio*). Phil. 12, 3 (*inducitur status ut*: fin. 5, 2 Att. 2, 11, 1. 13, 11, 1. ad Q. fr. 3, 1, 1 *v. sub IIB1*). *respiciuntur quae fieri possunt iterum atque saepius* (*seq. praes. apodoseos*): Antidot. Brux. 193. f *fut. exact.*: Itala lev. 13, 55 (Lugd.; *cf.* 13, 56 [*ibid.; incertum unde pendeat*]). Matth. 26, 32 (cod. a) *et* Marc. 14, 28 (cod. d *al.* = Vvlg.). *exempla minus certa, quorum quaedam ad 2c trahi posse non negaverim*: Ivlian. dig. 12, 6, 32 pr. Scaev. dig. 3, 5, 34 pr. Tert. resurr. 28 p. 66, 2. Itala Luc. 14, 29 (cod. b *al.*, *cf.* Vvlg.). Iren. 4, 35, 4 (4, 57, 4 H.). Cod. Iust. 7, 16, 31 (*a. 294*). Firm. math. 5, 3, 2 Peregr. Aeth. 33, 1 Marcell. med. 26, 95. *al.*

2 *coniunctivum*: a *imperf.* (*loci pertinent ad IIB, ubi v.*): Cic. Cluent. 181 (-m *codd.*, postea cum *edd.; item trad. edd. invitis* Manil. 9 [*iuxta coni. plusquamperf.*] *et* fam. 2, 19, 1 [postea cum *codd. det.*]. *cf. etiam* leg. 2, 64 *sub b et* Verr. II 4, 141 *sub C2c*). Ambr. (?) sacr. 2, 7, 21 (*indic. praes. var. l.*). b *plusquamperf.* (*nullo loco ad IIA3 pertinente*): Cic. leg. 2, 64 (postea quom *Manutius*; -m *defendit Du Mesnil ad l.; adde* Manil. 9 *sub a*). Alf. dig. 39, 2, 43, 1 Vitr. 2, 9, 16. Iavol. dig. 35, 1, 40, 1 (*e Labeone*). Tert. fug. 2, 3 Lvcif. Athan. 1, 18 p. 98, 25. non parc. 7 p. 222, 5 -m ... reaedificavit ... et ... misisset (*item iuxta indic. perf.*: Vvlg. Bar. 1, 9 [*Itala Legion., Rem.* postquam *cum indic. perf.*], *v. LXX*). reg. apost. 8 p. 54, 18 Pallad. hist. mon. I 6 p. 269[C]. c *perf.* (*omnibus locis ad IIA3 pertinentibus*): Call. dig. 3, 5, 28. *exempla minus certa* (*cf. supra 1f*): Gaivs inst. 1, 186 Vlp. dig. 10, 2, 49. reg. 19, 12 (*iuxta indic. perf.*). Iren. 2, 28, 1 (2, 41, 1 H.). 5, 7, 1 Firm. math. 4, 1, 1 Peregr. Aeth. 34 Marcell. med. 22, 37. *al.*

B *coniunctivo* (*haud raro dubium, an sit fut. exact.*) *vel imperativo apodoseos regitque*: 1 *indicativum*: a *fut.* (*de fut. exacto v. sub 2b*): Lex agr. (CIL I² 585) 20 Vlp. dig. 28, 5, 9, 14 Pallad. 11, 19. b *perf.*: Cic. Verr. II 4, 29 Vatin. 27. 34 Deiot. 36 Tusc. 3, 1 fam. 6, 22, 1 Qvint. decl. 250 p. 25, 20 Papin. dig. 17, 2, 81. *al.* c *plusquamperf.*: Cic. Manil. 25 Ivlian. dig. 36, 1, 26, 3. Itala psalm. 126, 2 (Veron.; postquam *aliae vers.*). Peregr. Aeth. 3, 7 Avg. civ. 5, 18 p. 226, 22 D. d *praes.* (*perf. potius intellegas* Marcell. dig. 49, 15, 1 Capitol. Ver. 4, 5): Pass. Domnin. (BHL 2264) 3extr.

2 *coniunctivum* (*praecipue in sermone iuris*): a *plusquam-*

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*perf.*: ALF. dig. 24, 1, 38, 1. 40, 1, 6 NERAT. dig. 44, 2, 27 CELS. dig. 8, 1, 9 CYPR. epist. 48, 1 testim. 1 capp. p. 37, 9. *al.* **b** *perf.*: PAVL. dig. 45, 1, 91, 1 LVCIF. reg. apost. 2 p. 41, 10. 3 p. 42, 8. *dub. an fut. exact.* (*maxime* ITALA deut.): COLVM. 3, 13, 5. 12, 26, 2 QVINT. decl. 277 p. 131, 27 AFRIC. dig. 46, 6, 10 GAIVS inst. 3, 85. 86. ITALA deut. 12, 30 (Tert. scorp. 2 p. 148, 1/7). Lūc. 14, 29 (cod. f = VVLG.). VLP. reg. 10, 1. 19, 14 MARCELL. med. 22, 37. *al.* **c** *praes.*: CELS. 2, 17, 7 (*v. IA3*).

**C** *infinitivo (sc. orationis obliquae; supra inseruimus ubi inf. pendet e verbo auxiliari) regitque*: **1** *indicativum*: **a** *perf.* (*saepe* [*semper apud* CIC.] *infinitivo perfecti pendente ex praesentis forma*): CIC. S. Rosc. 136 Verr. II 4, 133 fam. 2, 10, 1 POLLIO Cic. fam. 10, 31, 1 IREN. 1, 1, 2 (1, 1, 1 H.). VLP. dig. 21, 1, 31, 17. 48, 19, 6 pr. CYPR. epist. 59, 15 p. 684, 12 CAPITOL. Ver. 5, 6 ZENO 2, 22 (1, 61, 5 L.). *al.* **b** *plusquamperf.*: EDICT. imp. Marc. et Comm. dig. 29, 5, 2. **c** *praes.* (*perf. potius intellegas* HEGES. 4, 23, 2): LVCIF. moriend. 8 p. 302, 7. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 19,1 (*iuxta perf.*).

**2** *coniunctivum*: **a** *perf.* (*vix cogites de fut. exacto; semper fere pendet inf. perf.* [*praes.* GAIVS, IREN. *al.*] *e forma praes. vel fut.*): CIC. Verr. II 1, 12 Cluent. 175 Att. 13, 28, 3 fam. 9, 1, 2 CAES. Gall. 6, 10, 4 QVINT. decl. 352 p. 383, 21. *al.* GAIVS inst. 2, 195. IREN. 1, 21, 5 (1, 14, 4 H.). *al.* **b** *plusquamperf.* (*inf. pendet e praeterito praeter* LVCIF.): CIC. Verr. II 2, 64 Flacc. 2 Tusc. 3, 66 off. 3, 8 CAES. Gall. 1, 31, 5. 4, 19, 2 VARRO rust. 3, 17, 9 SCAEV. dig. 4, 3, 32 PEREGR. Aeth. 17, 1 LVCIF. non conv. 4 p. 9, 21. **c** *imperf.*: CIC. Verr. II 4, 141 (-m *trad.*, postea cum *edd. rec.*, *v. p. 195, 80*). Att. 1, 13, 4 fam. 4, 3, 4. *Krömer.*

**posteāquod** *v. p. 189, 7.* **posteicus** *v.* posticus.

**postēla,** -ae *f.* [*v.* postilena. *Sch.*] *i. q.* *postilena*: ISID. orig. 20, 16, 4 (*in capite* de instrumentis equorum) antela quasi antesella, sicut et -a quasi postsella (ante sellam, . . . post sellam *var. l.*). GLOSS. V 589, 22 antela antilena sicut -a postilena.

? **postēna** *v. p. 229, 9.* *Korteweg.*

**posteo,** -īre. *a* post *et* ire. *i. q.* *sequi, inferiorem esse*: SIDON. epist. 1, 11, 10 *Gratianensis* Severinum sicut honore -bat, ita favore praecesserat.

**postera** *v. p. 204, 67. 206, 27.* **posterāsco** *v.* 2. postero.

**posterga** *v. p. 156, 81. 176, 71.*

**postergāneus,** -a, -um. *a* post *et* tergum (*v. p. 176, 71*). *i. q.* *in tergo vel post tergum situs, posterior* (*neutr. pro subst.* ITALA): ITALA exod. 33, 23 (Mar. Victorin. adv. Arium 4, 30) *loq. dominus*: -a mea videbis (*gr.* τὰ ὀπίσω μου, *Lugd. al. et Vulg.* posteriora; *opp.* faciem. *explicat* MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 8 id est dorsum ceteraque praeter faciem). ARNOB. nat. 4, 5 p. 208, 1 M. si orientem solem respexero, . . . septentrio fit laevus; in quem si ora traduxero, erit mihi sinister occasus, qui ab sole -us habebatur. CAEL. AVR. acut. 3, 6, 65 raptus . . . -us, quem opisthotonon Graeci vocant.

**postergum** *v. p. 156, 81. 176, 71.* **posterī** *v.* posterus.

[**posteriae** *sec. inferiae formatum vix recte intellegitur* CE 1255, 8, *v. p. 201, 72*]

? **posterīnus** *v. p. 212, 82.*

**posterio,** -ōnis *m.* [*a* posterus, *cf. masc. pro subst.* posterior *eiusdem notionis. linguis q. d. romanicis probari videtur genuinam esse formationem in* -io, *quam conferas fortasse cum* unio, binio, quaternio *sim. nec non cum* pernio, gurgulio. *Sch.*] [*it. vet.* postióne; *francog. vet. et med.* poistron, poitron; *francog. med. et var. dial. etiam i. q. prunum; suffixo aucto etiam prov. vet. et cat. (valenc.). cf. M.-L. 6688. Battisti-Alessio IV 3039. Wartburg IX 245sq. St.*] *i. q.* *podex*: GLOSS. III 596, 7 anum: -em (posteriora *var. l.*, -rem *Goetz in indice*). 601, 13 fincteri: -em (-rem *Goetz ibid. s. v.* sphincter). 604, 34 posttergum: -em (*om. Goetz ibid.*).

**posteriola** *v.* posterula. **posterior** *v.* posterus.

[**posteriōritās** *v. p. 200, 81. 253, 6.*] *v. Kamptz.*

ˣ**posteritās,** -ātis *f.* *a* posterus. *de origine*: ISID. orig. 9, 5, 26 -s quasi postera aetas. *scribitur* postter- SERV. Aen. 1, 293 (*cod. P, saec. IX*). *de notione v. infra.* *legitur in prosa oratione inde a* CIC. (*saepe*), CAES. (*semel*), LIV. (*bis*), *deest e. g.* PLIN. nat., *in poesi raro inde a* PROP., MANIL., SEN. *trag.*, OCTAVIA, LVCAN., MART., IVV., *sed novies apud* OV.; *plur. non exstat nisi p. 199, 24. 37. 200, 17.* [*confunditur in codd. maxime cum* posterus, posterior CIC. de orat. 3, 226 TERT. castit. 12 l. 16, *cum* potestas CIC. Att. 12, 19, 1 VITR. 3 praef. 2 SOL. 5, 15; *restituitur pro* peditatus GLOSS.; *trad. loco corrupto* RVT. LVP. 1, 15; *falso trad.* PS. QVINT. decl. 13, 16 *pro* potens (*v. Wiles, Class. Rev. 36, 1922, 69*), GLOSS.ᴸ III Abol. PO 31 -s: a postera die (*v. edit. ad l.*).]

**I** *significatur tempus posterius* (GLOSS. II 367, 19 μέλλων χρόνος: -s, futurum [*sim.* 382, 62]. *cf. etiam* ISID. *supra*): **A** *generatim*: **1** *quod est post quodlibet factum* (*saepe de tempore futuro*): CIC. Verr. II 3, 43 an tibi unius anni . . . ratio fuit habenda . . ., ratio rei publicae in -em (posterum *dett.*) fuit neglegenda? (3, 127 cum . . . salus urbis . . . in -em istius avaritia interierit. Catil. 1, 22 quanta tempestas invidiae nobis . . . in -em impendeat [*opp.* in praesens tempus. *cf.* 1, 29]. FRONTO p. 189, 8 v. d. H. nec melius aut mihi ⟨in⟩ -em aut meae filiae in omnem vitam consulere potui *quam eius nuptiis*. IVST. 2, 3, 16 ut in -em Scytharum genus . . . intercidat). 3, 119 *Verrem* omnem spem -is avaritia sua sustulisse (VVLG. Tob. 10, 4 *filium*, solacium vitae nostrae, s. -is nostrae). 3, 128 ab isto prae lucro . . . praesenti nec vectigalium nec -is habitam esse rationem (*fere syn.* in reliquum . . . tempus. *cf.* CAES. civ. 1, 13, 1 habeat r. -is et periculi sui [*coni. olim alii alia*]). Catil. 1, 28 an invidiam -is times? (*cf.* Catil. *supra*). fam. 2, 18, 3 vitabis inimicitias et -is otio consules. COLVM. 3, 3, 6 *vites* ita multis palmitibus onerant, ut -i non consulant (*antea*: futuro tempori). TAC. ann. 3, 19, 2 gliscit utrumque, *quod vel incertum vel falsum traditur*, -e (*antea*: secutis temporibus). PANEG. 12, 26, 5 illa . . . erit vere beata -s, ut . . . tu sis . . . imperator. CLAVD. 22, 321 quem *annum tui consulatus* . . . secura sequatur -s. **2** *quod est post mortem alicuius*: CIC. Arch. 29 non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni -e adaequandam (*cf.* LIV. *infra et* QVINT. decl. 253 p. 37, 14 non . . . spatio aetatis terminari . . . fortium virorum vitam, sed . . . -is immortalitate [*an ad B1?*]). Marcell. 28 quae *vita* vigebit memoria saeculorum omnium, quam -s alet, quam . . . aeternitas . . . tuebitur. Tusc. 1, 91 *sapiens* in omne tempus rei publicae . . . consulat, cum (ut *trad.*) -em ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere. Att. 12, 19, 1 in omni mutatione dominorum *praedii*, quae innumerabiles fieri possunt in infinita -e. PROP. 3, 1, 34 Homerus -e suum crescere sensit opus. LIV. 28, 43, 5 tamquam non longius, quam quantum vitae humanae spatium est, cupiditas gloriae extendatur maximaque pars eius in memoriam ac -em promineat (BOETH. mus. 4, 3).

**B** *speciatim de -e, quae cui contingit tamquam vita continuata vel renovata* (*sc. post mortem praeter l. 36. 39*): **1** *in memoria hominum*: CIC. Rab. perd. 29 *nemo* in rei publicae periculis cum . . . virtute versatur, quin spe -is fructuque ducatur. Sest. 143 praesentis fructus neglegamus, -is gloriae serviamus (*cf.* Tusc. 1, 35 cum optumus quisque maxume -i serviat). Cato 82 animus . . . -em ita semper prospiciebat, quasi cum excessisset e vita, tum denique victurus esset. TAC. hist. 2, 53, 2 *Othonem* viventem . . . sola -is cura et abruptis vitae blandimentis (*aliter p. 199, 1*). ann. 16, 16, 2 detur hoc illustrium virorum -i, ut . . . habeant . . . propriam memoriam. PLIN. epist. 2, 1, 2 *Verginius Rufus* triginta annis gloriae suae supervixit: legit scripta de se carmina . . . et -i suae interfuit. 5, 8, 7 si rationem -is habeas, quidquid non est peractum, pro non incohato est. 9, 3, 1 beatissimum existimo, qui . . . famae praesumptione perfruitur certusque -is cum futura gloria vivit. **2** *in ipsa vita*: *fere morti subtracta* (*cum acumine dictum*): MART. 7, 47, 10 (*3sq.* reddideris . . . nobis gustata Lethes paene remissus aqua) frueris -e tua; vive velut rapto *eqs.* *regeneratione continuata*: TERT. resurr. 13 p. 42, 7 alitem *phoenicem* . . . de -e monstruosum, qui semetipsum libenter funerans renovat (*prolem intellegunt alii, ut ad IIA1b pertineat*). **3** *in Elysio, caelo*: APVL. Plat. 2, 23 p. 255 cum securus de -is suae vita ad immortalitatem animam permittit ire *moriens*, eam . . . praecipit fortunatorum habituram loca (*vix de progenie; cf. 2, 20 p. 249* quod de animae immortalitate confidat). HIL. in psalm. 118 nun 1 quae *sit* promerendae -is via. INSCR. christ. Rossi II p. 112, 76 vers. 9 felix -s servat, quod vita paravit *hominis pii. ibid.* vers. 12 *sepulcro* non tegitur quicquid -e viget.

**II** *metonymice significatur id ipsum quod est, fit, vivit posteriore tempore* (*posteriore loco fortasse sub B2*): **A** *de animantibus* (GLOSS. ὑστερογονία. ὀψιγονία. ἀπογονή. propagatio filiorum qui post nos erunt, nepotum. generatio subsequens. *al.*): **1** *respiciuntur qui post aliquem vivunt et quodammodo ad eum pertinent*: **a** *in universum de posteris* (*sc. collective praeter p. 199, 24; exempla quaedam ut l. 59sqq. 67 etiam ad IA trahi posse vix mireris*): **α** *iungitur cum voce* memoria (*aliter e. g. p. 199, 7*): CIC. Verr. II 5, 36 *mihi aedili datum est* ius imaginis ad memoriam -emque prodendae (prodendam *codd. Cic. et Non. ut ad IB1 trahi possit; cf.* Rab. Post. 16 *infra. item per copulam*: Phil. 14, 3 ne m. -ique prodatur. LIV. 39, 5, 5 ut m. ac -i mandetur [*M*; ac -i *om. codd. cet.*]. *ceterum v. supra l. 24*) Sest. 27 o diem illum . . . mihi ad domesticum maerorem gravem, ad -is memoriam gloriosum (*per gen. ut*: Rab. Post. 16 imago . . . ad -is m. prodita [*cf.* Verr. *supra*]. Mil. 97 quae *gloria* brevitatem vitae -is memoria consolaretur. Cato 82. epist. frg. III 7 W. ad m. magis spectare . . . -is quam ad praesentis temporis gratiam. *al.* VAL. MAX. 4, 7 praef. CVRT. 4, 4, 19 QVINT. inst. 1, 10, 9. 6, 1, 22. *et saepius*). **β** *exempla cetera* (*sc. selecta inde a* VITR.): CIC. Sull. 45 cum litterae -is causa repertae sint, quae subsidio oblivioni esse possent. dom. 143 ut esset omnibus gentibus -ique perspicuum. Sest. 102 haec . . . -i propagantur (*cf.* de orat. 3, 226 -i[s] ostenditur. VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 his . . . factis abunde se -i commendasset [CVRT. 9, 3, 5. AMM. 20, 8, 17 ultimo tempori -ique. 21, 5, 4. 24, 4, 5]. CVRT. 6, 3, 17 -i famaeque tradetis [COLVM. 1, 1, 14 TAC. Agr. 46, 4. *al.*]. *et sim. al.*). Planc. 90 *si mortuus essem*, auxilia -is essent imminuta, *quod meo exemplo careret* (*sim. respiciuntur commoda -is*: VITR. 9 praef. 15 *athletae non possunt* -i . . . prodesse. PLIN. epist. 5, 21, 5 *iuvenis mortui studia* omnia cum ipso sine fructu -is abierunt. SVLP. SEV. Mart. 1, 3 quid -s emolumenti tulit?). Phil. 2, 33 immemor (2, 54 huius rei ne -em quidem omnium saeculorum . . . i. fore. *cf.* memor: OV. fast. 6, 78 Pont. 3, 2, 30). 9, 10 -is . . . oblivio (rep. 6, 25. *cf.* Phil. 12, 12 obliviscetur . . . -s [INSCR. Bulg. Beševliev 25, 11, *saec. IV*]). Att. 12, 36, 1 ut -s habeat religionem *fani*. ad Brut. 18, 3 W. non existimatio civium, non -is verecundia (*cf.* TAC. hist. 1, 1, 1 neutris [*Scheible*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*scriptoribus* cura -is *est* [*aliter p. 198, 32*]). *al.* Ov. epist. 15(16), 376 nomen ab aeterna -e feres (*cf.* Pont. 1, 4, 24 quam laudem a sera -e ferat). trist. 4, 9, 26 perpetuae crimen -is eris (*cf.* VAL. MAX. 4, 7, 3 Reginus ... -is convicio lacerandus). 4, 10, 2 qui fuerim ..., a c c i p e -s (CE 249, 19, *a. 136*). Pont. 2, 6, 34 *carmine meo* in ore frequens -is eris. *al.* MANIL. 2, 9 ex ore *Homeri* profusos omnis -s latices in carmina duxit. VITR. 3. praef. 2 *artifices quidam* aeterna memoria ad -em sunt permanentes. VELL. 2, 66, 5 omnis ... -s ... scripta m i r a b i t u r *Ciceronis* (CVRT. 9, 10, 28 et praesens aetas et -s ... mirata est. CLAVD. 5, 285 PRVD. c. Symm. 2, 719). VAL. MAX. 5, 3, 1 -is ... pietas. OCTAVIA 359 (*abundantia quadam dictum*) cuius facinus vix -s, tarde semper saecula c r e d e n t (PANEG. 2, 12, 3 SYMM. or. 4, 13 CLAVD. 26, 423. *al.*). LVCAN. 8, 608 qua -s in saecula mittet Septimium fama? QVINT. decl. 329 p. 293, 26 a d e x e m p l u m -is ostendatur ... sepulcrum (CAPREOL. epist. 1, 2 p. 847[A] [*sed rec. altera Conc.*[S] *I 2 p. 64, 39* propter posteriorum e.]. *cf.* RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 545[C] ad monimentum -is. FACVND. defens. 7, 6, 8 publice et in monumentum -i [-is *var. l.*]). *et saepe.* n o s t r a -s, *sc. -s quae nostro tempore vivit, fere i. q. nos posteri* (*alio sensu l. 38 et p. 198, 3. vergit ad 2*): AVG. in psalm. 103 serm. 1, 8 l. 45 *prophetarum* mortuorum dicta ... manent usque ad -em n. COMM. apol. 194 *deus Iudaeis dedit* legem in monte Sina, ut n. -s dominum cognosceret unum. CONC. Carth. a. 525 (Corp. Christ. 149) p. 278 l. 219. *plur. de singulis hominum generibus sibi succedentibus*: MAX. TAVR. hom. 77 p. 415[B] merito cunctis -bus honorandus ille, qui *eqs.*

**b** *de progenie*: *α proprie*: (I) *hominum*: Ⓐ *generaliter comprehenduntur fere cuncti posteri eadem origine coniuncti* (*ad sing. -s accedit plur. praedicati* TERT. pall.): VAL. MAX. 2, 9, 1 (*censores ad senes caelibes*) exsolvite stipem utilem -i numerosae (*intellexerim prolem, quae numerosa subesset, si uxorem duxissent; an de prole omnium civium? cum eodem adi. coniungitur* RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 p. 64, 8). CVRT. 10, 9, 6 excipiet huius saeculi tempora eiusdem domus utinam perpetua, certe diuturna -s. DECRET. decur. Brundis. (Année Epigr. 1910 n. 203) 13 in memoriam ... puellae locum -is dari (*a. 144*). VLP. dig. 11, 7, 6 pr. alios praeter s u a m -em inferre *sepulcro* (AMBR. exc. Sat. 2, 111 in s. -is serie [*respic. num. 10, 8, ibid. 107* in progenies vestras]. COD. Iust. 3, 28, 36, 2b. *al.*; *plur.*: TERT. adv. Marc. 2, 15 p. 355, 12 -bus s. prospicientes. ITALA I Macc. 2, 51 [rec. M, *om. gr. et Vulg.*] relinquentes exemplum -bus suis. *cf.* PAVL. PELL. 155 vota ... in nostram tendentia -em. *sim. al.*). TERT. anim. 27, 9 in ipsa praefatione operis unius, 'faciamus hominem' (*gen. 1, 26*), u n i v e r s a -s ... praedicata est (HIL. myst. 1, 7, 4 u. eorum *Iudaeorum* caro et -s. *cf.* TERT. ieiun. 13 p. 292, 12 omnis [LEO M. serm. 30, 6. POMER. 3, 2, 2 o. -em suam, quae in illo *Adam* radicaliter fuit. *al.*]. SERV. Aen. 11, 394 occiso ... Pallante interiit eius cuncta -s. PETR. CHRYS. serm. 27, 4 totam). carn. 21 l. 42 fructum ex lumbis David, id est ex -e c a r n i s eius (PRVD. apoth. 368 tu, *Iudaee*, -s c. *Abrahae* [*opp. 364* Abrahae genus ... verum *fidelium*]). castit. 12 l. 16 -em recogitant Christiani *uxores ducentes* (posteriori tempori cogitant *var. l.*; *item initur matrimonium -is causa*: monog. 16,5. uxor. 1, 5 l. 2 de sollicitudine -is. l. 20 -is gratia. VVLG. Tob. 8, 9 -is dilectione. ANTH. 941, 76. *al.*). idol. 12 p. 43, 10 filiis et -i providendum *est.* pall. 2, 6 Herculea -s ... Peloponnesum occupando producunt ('*i. progrediuntur*' *Bulhart. item accedit adi. pro gen.*: VITAE patr. Iurens. 4 M. Romanus ... non adeo exiguae familiae, quantum testatur parentalis dirivata -s). ITALA Tob. 3, 9 (Complut.) nec sit filiorum -s ex te (*Vat., Vulg.* filium aut filiam *sec. gr.*; *ad genet. cf. l. 75 nec non* CLAVD. DON. Aen. 4, 40 p. 361, 33 si liberorum -s non superaret). SOL. 1, 105 heres in -is eius *Sergii* s u c c e s s i o n e Catilina ([*cf. l. 60*]. HEGES. 1, 42, 3 RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 38, 19 in exod. 1, 2 p. 147, 30. *al.*). PANEG. 7, 2, 3 cum immortalis sit omnium -e res publica (*item cum gen. parentis*: AMM. 25, 3, 13 Sergium ..., cuius -is ultimus Catilina [*ex* SOL. *supra*]. CLAVD. DON. Aen. 7, 220 p. 34, 29 Dardani. RVFIN. hist. 3 capp. 12 David [*gr.* τοὺς ἐκ Δαυίδ]. 3, 19 Iudae [*gr.* τῶν ἀπογόνων Ἰούδα]. PS. ORIG. in Iob 1 p. 375[D] genus Esau, -s atque tribus Edom [*syn.* cognatione atque prosapia]. CASSIAN. conl. 5, 24, 1 filii Sem ..., -s Cham. *et saepe; adde e. g. l. 71. 57*). CE 1560 B, 2 (*saec. IV ex.?*) *filio defuncto* occidit ore genus, nomine -s. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 213, 27 omnem -is eius *Evae* s u b o l e m (patr. 2, 3 l. 5 S.; *cf.* CASSIAN. inst. 7, 3, 2 ob reparationem subolis et -is propaginem suscitandam. PS. PROSP. carm. de prov. 757 neque in subolem generanda veniret -s). *et saepe.*

Ⓑ *significantur singuli e serie posterorum*: TERT. adv. Val. 29 p. 204, 21 ex -e ipsius Adae ... tripertita, Cain et Abel ⟨et⟩ Seth. CYPR. epist. 39, 3 utrumne illos *parentes et propinquos* de -e tam clara *beatiores dicam*, an hunc de origine gloriosa. SYMM. epist. 2, 91, 1 si -em eius adiuverit (*i. filium*). AMBR. paenit. 1, 1, 4 cuius *David* -s aula caelestis est, uterus virginalis *Mariae.* AVG. civ. 16, 36 p. 182, 14 D. -e duorum geminorum ... contentus fuit *Isaac* (*cf. l. 54. nec non* COD. Theod. 12, 1, 74 pr. *senator* unius filii -e subnixus [*opp.* numerosa suboles]). quaest. hept. 2, 80 p. 147, 8 qui ... alienae -i nocere volendo *percusserit mulierem gravidam.* QVODV. grat. 1, 16, 8 *Maria* suscepisse se gaudet perpetuam -em, *sc. Christum.* RVT. NAM. 1, 602 magni ... redditus indole nati felix *est* tam simili -e pater. CASSIOD. or. frg. p. 480, 14 tantorum regum -s (*sc. Theoderici neptis*). var. 2, 15, 3 *pater* probavit de se tanta, ut eligeretur eius inexplorata -s *ad munus administrandum.* COD. Iust. 6, 42, 30 filium heredem instituens ... vel ... nepotem ... vel aliam deinceps -em.

(II) *animalium* (*cf.* TERT. *sub IB2*): IVV. 8, 62 Coryphaei -s et Hirpini (*equorum*). RVFIN. Orig. in gen. 2, 1 p. 25, 7 *ut* conservare vitam -is reparandae gratia valerent *animalia in arca Noe.*

(III) *deorum* (*simul vi generali de cuiuslibet generis animantibus; cf. p. 199, 79*): TERT. nat. 2, 12, 4 *si Saturnus homo fuit etiam ceteros deos homines fuisse necesse est*; origo ... totius -is *est* (*cf. in eadem re* 2, 12, 38) qualitas posterita⟨tis a prin⟩cipibus generis ostenditur. apol. 10, 6 quod de origine constiterit, id et de -e conveniet).

*β in imagine et translate*: *de virtutibus sim.*: AMBR. Aug. c. Iulian. 2, 6, 15 si perpetuorum meritorum uberi -e laetetur *homo iustus.* RVFIN. hist. 2, 17, 19 *a virginibus sapientiae studentibus* divini verbi concubitus ... expetitur, ex quo -s relinquatur nequaquam corruptelae mortalitatis obnoxia (*gr.* ἐκγόνων. *cf.* GREG. M. moral. 1, 38 cum ... per adventum spiritus sancti sapientia *cum ceteris virtutibus* ... unicuique nostrum gignitur, quasi mansura -s in mente propagatur). *de animantibus*: RVFIN. Orig. in exod. 1, 2 p. 148, 1 (*ad Eph. 3, 15* ex quo *deo patre* omnis paternitas in caelis ... nominatur) pro quibus -bus caelestis paternitas nominetur *ignoramus.* 1, 3 p. 149, 3 animarum cognatio, quae ... sanctis sub enumeratione mysticae -is adscribitur (*p. 148, 16 sq. affertur I Cor. 4, 15* per euangelium ego vos genui). LEO M. serm. 33, 2 ad creandam ... promissam -em *fidelium* (*antea*: successio non carnis semine sed fidei fecunditate generanda).

**c** *comprehenduntur quicumque cui defuncto superstites sunt*: TERT. uxor. 1, 1 l. 10 quid tibi *uxori* sectandum sit post discessum ... meum, ... providere *volo*; ... cur non magis de divinis ... -i nostrae prospicere debeamus, *si de terrenis testamenta faciamus?*

**d** *significantur successores*: CAPITOL. Ver. 2, 2 cum sibi ille *Hadrianus* Pium filium, Marcum nepotem esse voluisset -i satis providens (*cf. Aur. 5, 1* cum ... successorem imperii quaereret. *an ad 1A2?*). AVELL. p. 132, 13 illa est ... perennitas regni, quae per seriem propagandae -is in successore reppererit, quod a praecessore descendit.

**2** *significantur qui aetate posteriore vel recentiore vivunt* (*non respicitur, quatenus pertineant ad parentes vel maiores; cf. etiam p. 199, 18*): TERT. nat. 2, 17, 1 quos deos a n t i q u i t a s voluit, -s ⟨credidit⟩ (spect. 6 p. 8, 3. ARNOB. nat. 2, 74 ut sola illos *deos* -s sciret, superiorum vero ignoraret a. DIOM. gramm. I 334, 29 antiquitatis ... memores dualem numerum -is usu receptum quasi novellum usurpare noluerunt. COD. Iust. 4, 37, 6). castit. 5 l. 3 quod deus in primordio constituerit in formam (*i. legem*) -i recensendum (-dam *trad.*). uxor. 1, 3 l. 2 de libertate vetustatis et -is castigatione. AMM. 22, 16, 1 tres provincias Aegyptus fertur habuisse temporibus priscis ..., quibus duas adiecit -s. 23, 6, 13 Scenitas Arabas, quos Saracenos -s a p p e l l a v i t (27, 8, 7 *Lundinium* Augustam -s appellavit. *cf.* 27, 4, 12 Perintho, quam *urbem* Heracleam -s dixit). SERV. Aen. 1, 293 'conpages' a n t i q u i tantum dicebant, -s admisit ut etiam 'conpago' dicatur (NOVELL. Theod. 16, 1 iuris antiqui cautelam ... mutat -is ... praesumptio). INST. Iust. 3, 12 pr. erant ... olim et aliae ... successiones; ... sed cum extraordinariis iudiciis -s usa est *eqs.*

**B** *de rebus* (*quae potius per imaginem progeniei explicaveris v. sub A1bβ*): **1** *significatur quod post alia institutum est*: TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 28 nulla -s non a primordiis accipit (*respiciuntur leges Graecorum a praeceptis Moysis pendentes; an ad A1a?*).

**2** *significatur quod in fine positum est, sc. technice apud gramm. de extremitate, terminatione* (*non nisi coniunctum cum voce q. e.* syllaba): MARTYR. (*et eadem fere* CASSIOD. *ibid., nisi alia adnotantur*) gramm. VII 180, 1 quorum *verborum* ... alia ex -is syllaba nominum, alia ex verbis ... derivata sunt ([*Keili om. Cassiod.*; ex -e syllaba(e) *trad., cf. l. 63*]. *gen. possess.* -is *pendet a* syllaba *ut*: 182, 11 [*cf. 182, 3* posterior ... s.]. 184, 1 *voces* a -is s. venientes [*Keil*; a posteriore s. *N*, a -e syllabae *P et* CASSIOD.]). 181, 1 'severus' a 'saevo' veniens -is 'vus' syllabae consequitur r e g u l a m (*item dubites, utrum -is pro gen. possess., an* syllabae *pro gen. explicat. accipias:* 188, 14 [*om. Cassiod.*]. 196, 15). 192, 11 neutra, quae a -e 'bus' syllabae non veniunt (*gen. explicat.; v. etiam l. 58. 61*).

**III** *significatur status posterior*: **A** *apud Christianos*: **1** *respiciuntur haeretici, sc. quatenus posteriores sunt quam antiqua veritas*: TERT. adv. Hermog. 1, 1 solemus haereticis ... de -e praescribere; in quantum enim veritatis regula prior ..., in tantum posteriores quaeque doctrinae haereses praeiudicabuntur. adv. Marc. 3, 1 p. 377, 17. 4, 5 p. 432, 9 temporum ordinem -i falsariorum praescribentem. 5, 19 p. 643, 1 *ego* priorem vindicans regulam nostram omni haeretica -e (*cf.* adv. Prax. 2 p. 229, 16 tam ... -s omnium haereticorum, quam ... novellitas Praxeae). praescr. 31 l. 2 ad principalitatem veritatis et -em mendacitatis disputandam. 34 l. 28 praecedente illo fine ... -is, quo ... de aetate sola praeiudicarentur *haereses.* **2** *vario usu*: PS. AVG. or. trin. (Corp. Christ. 50A, 551) l. 7 nullum tribus *trinitatis personis* anticipationis vel -is intervenire momentum (*cf.* PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 9 aut una est eorum, *sc. patris et filii*, sempiternitas aut una -s). CASSIAN. c. Nest. 6, 23, 4 (*ad Ioh. 1, 30* post me venit vir, qui ante me factus est) quod in ... Christo et -s (posterioritas *ed. Migne 50, 196*[A]) hominis et verbi antiquitas demonstratur. VITA Amator. (BHL 356) 21 o indeficiens sancti spiritus donum, quod ... apostolis ... collatum numquam disparilitate credentium aut -e

[Scheible]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corda dissociat (*intellexerim: non dissociat fideles, nec eo quod dissimiles sunt nec eo quod ab apostolorum temporibus longe remoti sunt*). B *in sermone gramm. respicitur* ὕστερον πρότερον: SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 207 ('silvam devexit ... et nemora evertit') -s adnotanda est; prius quippe nemora evertuntur quam devehantur. 2, 260 -s inest sensui; prius enim debuit dicere *eqs.* (*cf. e. g. Serv. Aen. 3, 662* hyperbaton in sensu). *Scheible.*

**posterius** *v.* posterus. **1. posterō** *v. p. 204, 11. 53.*

**2. postero,** -āvī, -āre. *a* posterus. [*e coni. vix recta*: GLOSS. II 367, 18 μέλλω: -o (*Stephanus*, -era *trad.; potius vox gr. corrigenda videtur, cf. e. g. ibid. 15* μέλλουσα: postera).] *i. q. posteriorem reddere, depravare*: PALLAD. 12, 4, 1 *oliva* cum tota nigrescet, quod speciei merito -vit fundendi ubertate conpensat (*i. q. 'inferiorem esse' intellexit Svennung, Unters. Pallad., 589 et 597, tempus perf. neglegens nec acc.* quod *explicans; de voce* posterascere, *sc. i. q. posteriorem fieri, cogitat Flury in plagulis*).

**posterolus** *v.* posterula. **posteru** *v. p. 204, 54.*

**posterula,** -ae *f.* (*masc.* -os *iuxta* cuniculos CAES. AREL.). *a* posterus *deminutive.* [*dalm. vet.* posterula '*pars oppidi iuxta portulam sita*'; *it. vet.* postierla *et var. dial.; francog. vet.* posterle, *francog.* poterne; *prov. vet.* posterla, *var. dial. prov., vasc.; cf. M.-L. 6689. Battisti-Alessio IV 3037 sq. Wartburg IX 247. St.*] [*falsa var. l. vel falso editum olim pro* postera RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 3, 2 CASSIAN. inst. 5, 11, 2.] *i. q. postica, sc. ianua (porta) minor fere in posteriore parte sita* (GLOSS. -a: παραπύλιον [*scrib.* -ero- *cod. H saec. IX*]. ianua): VITA Athan. (Canon. Turner I 2, 4 ) 17 *milites* fractis -is ingressi atrium *ecclesiae.* REG. urb. p. 106, 10 N. (*additum in codd. e v saec. XV*) murus ... urbis habet ... portas xv, -as (pust- *v*) xv. CAES. AREL. serm. 1, 4 p. 5, 31 (*in imagine*) non solum ampla portarum spatia custodire, id est crimina capitalia ... prohibere, sed etiam -olos vel cuniculos parvulos (*cod. B, v. ed. Delage 1971, 228*; posteriolas vel cuniculas parvulas *Morin sec. exemplar Ruinartii*). PASS. Agath. (Holder, Reichenauer Handschr., II 482) 8 *iudex* per -am secretarii fugiens populum ... in ianuis dereliquit. *dubitanter addiderimus locum fortasse explicandum per imaginem posticae, qua quis periculum evadere possit*: AMM. 30, 1, 13 viator quidam ... cum bivium armato milite vidisset oppletum, per -am, tramitem medium squalentem ... sentibus, vitabundus excedens (*ipsam viam minorem vel occultam significari putat e. g. Seyfarth, 1978, in versione*; -ae *Mommsen,* pos tergum clam per tramitem *Heraeus*). *v. Kamptz.*

**posterum** *v.* posterus.

***posterus** (-ius *infra l. 71*), -a, -um. *a* post (*item* PRISC. gramm. III 38, 27. 475, 5). *scribitur* (*sc. in formulis sepulcralibus*): postte-: CIL VI 19915 (*al. ibid., v. indicem p. 4712*). XIV 1156. 1646 INSCR. Année Epigr. 1968 n. 49 (*Romae*). postaer-: CIL VI 19872 (*al. ibid., v. indicem p. 4674*). X 3453. postir-: CIL VI 14709. 37748 INSCR. Année Epigr. 1973 n. 20 (*Romae, saec. II?*). postr-: CIL VI 5303. 17603 XIV 1443. 4853. *cf. l. 53.* posr-: CIL VI 21177 X 7955 XIV 346. 595. poter-: CIL VI 2357 (*et saepius ibid., v. indicem p. 4725*). XIV 5051. *syllaba* post *puncto separatur a sequentibus* CIL VI 7974. 35495. 35572 (t *geminata ut* INSCR. Notiz. Scavi 1923 p. 390). XIV 4853. *abbreviatur* (*in iisdem formulis*): poster: CIL VI 8582. 9077. *et saepe ibid.* INSCR. Notiz. Scavi 1915 p. 51 n. 61. *al.* postr: CIL VI 7974. 16982. 19982. 35495. poste: CIL VI 2210 (*et al. ibid., v. indicem p. 4674*). post: CIL V 538. 8305. *al.* VI 8649. 12389. *et saepe ibid.* XIV 527. pos: CIL I² 1330. VI 12812. 13497. 13966. 26391. *et saepius ibid.* ptr (*fere punctis interpositis*): CIL VI 2887. 9477 (*et al. ibid., v. indicem p. 4834*). p·t·s: CIL VI 18510. p·t: CIL VI 2942. 19970. p: CIL VI 8707. 9829. 15258. 19295 (*et saepe ibid., v. indicem, maxime p. 4379 sq.*). INSCR. Ital. X 1 n. 82. Notiz. Scavi 1919 p. 220 n. 261. *al.* *de formis (compar. et superl. v. infra)*: *? sing. locat.* -i *v. p. 204, 80.* *plur. nom.* -ei: LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) I 6. CIL I² 834. *gen.* -um (*passim* -orum): TAC. ann. 3, 72, 1 (*at* -orum 2, 32, 1. 4, 38, 2 [posteriorum *trad., sed compar. pro subst. apud* TAC. *non legitur*]). PERVIG. Ven. 73 (*metro firmatum*). CIL X 4775. *adde var. ll.* PLIN. epist. 9, 14, 1 HIL. in psalm. 65, 24 p. 264, 27. *dat.* (*abl.*) -eis: S. C. de Asclep. (CIL I² 588) 2. 9. CIL I² 1319. 1365. *al.* VI 21771. 26009. 28661 a. 36156. *non huc pertinet* IVS hosp. Gurz. I (CIL VIII 68) 4 eumque et -eis eius (*pro* -os; *v. titulum geminum ibid.* 69, 5). -es *pro* -is (*cf. e. g. Väänänen, Latin. Vulg. Inscr. Pomp.³, 23*): INSCR. Emerita 7, 1939, 156 (*a. 98; cf. ibid.* recipit *pro* -cep-). -iIs: CIL X 2039. -iis: CIL XIV 480 (= CE 1255), 8 -iisque meis (*pars pentametri altera. 'vox nova pro inferiis' Bücheler ad loc., vix recte; potius inserta est* i, *ut vox dactylis apta esset*; *cf.* -is *pro dactylo* CE 471, 5 *et circumscriptiones CE 371, 6* deinde futuris. *533, 2* et postque futuris). VVLG. lev. 17, 7 *cod. O* (*fortasse sec.* filiis). *legitur posit.* -us *inde a* PLAVTO, *inscr. antiquissimis.* [*deriv. it. mer., cf. M.-L. 6690; v. etiam infra sub* postremus. *St.*] [*variat. in codd.* -orum *cum* posteriorum: *v. p. 206, 54.*]

*i. qui (quod) post aliquem (aliquid) est* (*sed vi partitiva p. 206, 13*): **I** *cum respectu temporis*: **A** *de hominibus post alios viventibus* (*de cane in apologo* PHAEDR. 4, 19, 35, *de parte corporis* ENNOD. *sub 2*): **1** *masc. pro subst.*: **a** *plur.* (*inter masc. semper pluralia affert* CHAR. gramm. p. 34, 27 B. -i μεταγενέστεροι): **α** *significantur prognati.* *ad notionem cf.* GLOSS. ἔγγονοι, μεταγενέστεροι (*v.* CHAR. *supra*). ἀπόγονοι. postea nati. *opponuntur* maiores (PLAVT. Trin. 644 CIC. leg. agr. 2, 84 Cato 25 SALL. Iug. 85, 23 SEN. benef. 1, 10, 1 CVRT. 4, 14, 25. *al.*), patres (CIC. rep. 6, 23) *et sim. al.; comprehendi hac voce tam liberos quam nepotes remotioremque prolem vix est quod moneamus* (*cf. e. g.* NOVELL. Theod. 22, 2, 12), *tamen distinguuntur* liberi *l. 13 sqq.* (*abusive soli liberi intelleguntur l. 48*); *tempore remotiores esse videntur quam* nepotes *sim. l. 16. 43* (*cf. p. 207, 38*); *determinatur sexus l. 40.* *accedit passim gen. patris vel maiorum,* libertatis *fere personatae* PLIN. paneg. 69, 5.

**b** *de variis rebus*: Lvcil. 161 adfixum in -e parte ([*instrumentum quoddam? os colli intellegit Marx*]. Cic. Tusc. 5, 66 apparebat epigramma exesis -bus partibus versiculorum. Vitr. 9, 8, 8 *horologii.* Pavl. Fest. p. 220 aedium. Colvm. 6, 19, 1 *machinae. al.*). Lvcr. 5, 627 relinqui . . . solem cum -bus signis. Alf. dig. 9, 2, 52, 2 -s plostrum a priore percussum. Manil. 1, 628 -a pedum Cynosurae . . . astra. Vitr. 10, 2, 2 in quadris . . . tignorum -bus. 10, 10, 5 columna. Pers. 5, 72 vertentem sese frustra sectabere canthum, cum rota -r curras et in axe secundo. Qvint. inst. 11, 3, 138 tunicae prioribus oris . . ., -bus *eqs.* Porph. Hor. sat. 2, 3, 299 Aesopus tradit homines duas manticas habere, unam ante se, aliam retro; in priore⟨m⟩ aliena vitia mittimus . . ., in -em nostra (*Phaedr. 4, 10, 2* post tergum). *al.*

**2** *pro subst.*: **a** *neutr. plur.*: **α** *de animantium (vel siderum) corporum partibus aversis* (*fere pleonastice accedit gen. explicat.* Itala psalm. 67, 14; *cf.* Isid. orig. 11, 1, 105 -a . . . vocata, quod retro sunt et a vultu aversa): Ov. fast. 4, 718 *Tauri sideris* pars prior apparet, -a latent. Qvint. inst. 11, 3, 122 pectus ac venter ne proiciantur, observandum; pandant enim -a, et est odiosa omnis supinitas. Itala exod. 33, 23 (Lugd. *al., sim.* Vvlg.) videbis -a mea, facies autem mea non videbitur tibi (*gr. τὰ ὀπίσω μου, Mar. Victorin. adv. Arium 4, 30* posterganea, *Cassiod. Didym. in I Ioh. p. 70, 17* postrema dei. *temporaliter intellegitur ab ecclesiasticis, e. g.* Tert. adv. Marc. 4, 22 p. 496, 3 non lumbos nec suras, sed . . . gloriam in -bus temporibus revelandam. Avg. trin. 2, 17, 28 *v. sub v.* postremitas). II par. 4, 4 (Complut., *cf.* Vvlg.) -a eorum *boum arte factorum* (*gr. τὰ ὀπίσθια. de eadem re* Vvlg. III reg. 7, 25). psalm. 67, 14 (Veron. *al., sim.* Vvlg.) -a dorsi eius *columbae deargentatae* (*gr. τὰ μετάφρενα, Aug. ad l.* inter scapulas. *ad tempus referunt explicatores, e. g.* Hil. *ad l.* quae bonae conscientiae atque honoris -a sint tempore. Ambr. Abr. 2, 5, 24 *Abraham* vidit Christi -a). 77, 66 (Veron. *al.* = Vvlg.) percussit inimicos suos in -a (*gr. εἰς τὰ ὀπίσω, Sangerm.* retro; *explicat Aug. ad l.* in sedibus suis). Ezech. 8, 16, (cod. 175 *al.*) viri -a sua dantes ad templum (*opp.* facies; *gr. τὰ ὀπίσθια, Vulg.* dorsa). Lampr. Heliog. 5, 4 ut . . . ingenicularet -bus eminentibus in subactorem reiectis et oppositis (*cf.* Physiogn. 85 -a sectari *cinaedos*). Chiron 488 opistotoni, qui a -bus prenduntur; si . . . equus . . . partes -es opistotono vexabitur, . . . signa sunt . . . haec: . . . non sequentur -a cis priora, . . . tensa habet -a (*sed masc. infra sub b*). Ambr. epist. 31, 15 F. esse *viscera* septem . . . exteriora: caput, ⌊-a⌋, ventrem, binas manus et binos pedes (*at Philo opif. mundi 118 στέρνα*). Macr. Sat. 7 10, 4 -a capitis (*postea*: occipitium; *ibid. 3 opp.*: partes . . . priores c.). *al.*

**β** *de rebus variis*: (I) *de partibus -bus*: Frontin. strat. 3, 9, 3 cum ad -a . . . castelli pervenissent (*Sall. Iug. 93, 2* ab latere castelli, quod aversum proeliantibus erat). Itala Ioel 2, 20 (Tycon. reg. 7 *al.*) exterminabo . . . -a eius *agminis locustarum* in mare (*gr. τὰ ὀπίσω αὐτοῦ, Vulg.* extremum eius. *ad diabolum refert* Tycon.; *cf.* Heges. 2, 15, 6 p. 175, 10 invadunt -a agminis [*gr. 2, 541 κατὰ τῶν ὑστάτων, Ps. Rufin.* novissimos]). Vvlg. exod. 26, 12 *sago* operies -a tabernaculi (*Lugd.* post tabernaculum). (II) *de loco qui a tergo situs est*: Itala deut. 24, 20 (Lugd.) si . . . olivas legis, non revertes, calamizare -a tua (*gr. τὰ ὀπίσω σου* [*ut 24, 21, ubi Lugd.* quae post te sunt], *Vulg.* quicquid remanserit. *an vi temporali intellegas ipsos fructus qui post olivitatem in arboribus supersunt?*). Cypr. epist. 11, 7 (*ad Luc. 9, 62 ibid.* retro attendens) attendamus non -a, quo diabolus revocat, sed priora, quo Christus vocat. Priscill. tract. 4, 80 (*ad Ios. 3, 15 sqq.*) *Iordanes fluvius* in priora decurrens vel in -a sua reluens.

**b** *masc.*: **α** *de pedibus -bus* (*nisi formas ambiguas pro neutro accipere malis coll. l. 60*): Pelagon. 14 claudicare modo de prioribus, modo de -bus (pedibus *inserit* Veg. mulom. 1, 13, 1; *cf. Hippiatr. gr. I*

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*p. 39, 22 ubi* τοῖς ἔμπροσθεν ποσὶν *tantum*). CHIRON 713 -bus summis ambulabit et capita ungularum trita habebit. 716 -es eum non consecuntur. *β de podice*: LEX Burg. lib. const. 97 ut ... coram omni populo -em (-a *edd. vet.*) ipsius canis, *quem surripuerat*, osculetur. *vix huc pertinet* LVCIL. 509 (*v. p. 210, 1*), *ceterum cf. vocem q. e.* posterio.

B *locutiones adverbiales, quibus generaliter directio vel situs a tergo, in tergum significatur* (*exempla potiora*): 1 *iuncturae cum voce q. e.* pars (frons *l. 16*): a in partem -em (*vel* in -em p.): PAVL. FEST. p. 22 abs praepositio a Graeco deducitur; significat ... retractationem in p. -em (*Hesych. A 8937* ἄψ· ... εἰς τὰ ὀπίσω *confert Dacier ad l.*). CELS. 8, 1, 27 *os* in -em p. proiectum. 8, 8, 1A *iugulum* in -em p. inclinatur. 8, 14, 1 *vertebrae* excidunt et in -em p. et in priorem (*item opp. ibid.* 3 [*si recte suppletur*]. 8, 15, 1 porrigitur. *al.; v. etiam l. 16*). *al.* SCRIB. LARG. 255 ὀπισθότονον, id est cum cervix reflexa est in -em p. CIL V 884 locus sepulturae ... in fr(onte) p(assus) xxv, in p. posterior(em) (*cetera perierunt; cf.* VI 7879 in front(e) prior(e) p(assus) xxiv, in posterior(e) p xxxvi, in agrum p xxxiv). b a -e parte (*vel* a p. -e): CELS. 7, 7, 14C a -e p. caput ... minister contineat (*sim.* 8, 12, 2). 8, 1, 24 duos processus a priore et a -e p. habent *femina* (*opp. ut* 8, 22, 1 COLVM. 9, 15, 11 CHIRON 318). 8, 6, 2 a p. -e lana ... subicienda est. 8, 14, 2. COLVM. 6, 2, 5 ad alligatos boves neque a -e p. neque a latere, sed adversus ... venito. 6, 19, 2. 9, 15, 5. c *iuncturae variae*: CELS. 6, 18, 8B -e parte (*opp.* ad ventrem. *abl. sine praepos. ut*: 8, 1, 16 *scutula* -e parte velut innatant. 8, 15, 2 *chirurgum* -e parte residentem). COLVM. 4, 9, 2 nec ad eam p., qua est gemma, verum ad -em declinatur *plaga*. PHYSIOGN. 14 p. 25, 1 ultima linea capillorum ex p. -i cum per mediam cervicem demittitur *eqs.* (p. 25, 4. 16 p. 27, 1 caput ex priori p. eminens ...; caput ex -i p. concavum *eqs.*).

2 *neutr. pro subst.*: a in -a: PLIN. nat. 11, 249 aves ut quadripedes alas in priora curvant, suffraginem in -a (*antea*: post curvantur. *cf. Aristot. hist. anim. 498a29* εἰς τὸ ὄπισθεν). QVINT. inst. 11, 3, 105 in -a gestus non derigitur. ITALA Is. 44, 25 (Tert. adv. Marc. 4, 25) *deus* avertens in -a sapientes et cogitationes eorum infatuans (*gr.* εἰς τὰ ὀπίσω, *Tert. adv. Prax. 19 et Vulg.* retrorsum). HEGES. 4, 1, 1 p. 238, 19 *Gamala urbs* a fronte absciditur profundo hiatu, in -a aliquantum diffunditur (*gr. 4, 6* τὸ κατ' οὐρὰν, *Ps. Rufin.* post vero qua [*Niese in app. ed. gr. sec. codd.*, quam *Froben*] de monte pendet). b a -bus (*cf. p. 210, 60*): AVG. in psalm. 67, 18 '*scapulae*' pars est circa regionem cordis, a -bus tamen, id est a dorso (*ibid. iterum*).

*appendix syntactica*: 1 *indicatur, quid superius, prius sit, per*: *abl.*: LVCIL. 496 CIC. Rab. perd. 3 Phil. 13, 6 Att. 10, 4, 4 OV. trist. 1, 2, 50. QVINT. inst. 9, 3, 64 *v. supra p. 208, 52*. TERT. nat. 1, 9, 8 (*item* apol. 40, 6). anim. 58, 7. *al.* FILASTR. 110, 1 AMM. 23, 5, 9 TRACT. c. Arian. p. 15, 12. *al.* *dat.* (*formas ambiguas supra inseruimus*): HIL. syn. 27 (*al. v. p. 206, 78sqq.*). TRACT. c. Arian. p. 15, 12 (*iuxta abl.*). DIDASC. apost. 30, 4 (*v. p. 210, 24; vix abl. compar.*). FAVST. REI. epist. 3 p. 169, 19 (*v. prolegom. edit. p. LXXVII*). PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 1 rec. II *v. infra*. quam: TAC. ann. 15, 20, 3 HEGES. 1, 17, 1 p. 27, 18 AVG. civ. 18, 47 p. 331, 1 D. ab: RVFIN. Adamant. 2, 19 p. 45, 8 Bu. -em eum *Christum* esse ... ab Adam (*gr.* μεταγενέστερον ... τοῦ Ἀδάμ). Orig. in cant. 2 p. 123, 4 (*v. p. 210, 22*. ENNOD. epist. 3, 15, 2 p. 83, 2. PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 1 rec. I dum nativitas -r sit a sempiternitate (rec. II sempiternitati. *cf.* 5, 2 recc. I *et* II a genitore). *gen.*: ARNOB. in psalm. 134 p. 537C non est deus temporum -r. MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 56, 25 *Christum* Mariae secundum et -em esse (*gr. I 1, 6 p. 5, 24* Μαρίας ... δεύτερον). CASSIOD. hist. 1, 14, 23 *deum* -em dicere illius *filii* geniturae (*gr. Theodor. 1, 4, 23* μεταγενέστερον ... τῆς ... γενέσεως). *v. etiam p. 207, 44*.

2 *indicatur, qua in re quid -s sit, per*: a *abl. respectus*: CIC. Brut. 43 aetate (FIRMIL. Cypr. epist. 75, 3 p. 811, 22 AVG. civ. 16, 11 p. 145, 5 D.). SALL. Iug. 85, 12 tempore (TAC. ann. 15, 20, 3 [*nisi cum* prior *tantum coniungas*]. PS. AMBR. trin. 11 p. 522B sive t. sive potestate. AVG. spir. et litt. 24, 41 p. 195, 6. *al.*). HOR. sat. 1, 4, 59 ordine. VAL. MAX. 4, 3, 12 spatio annorum. TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 3 affectu. *al.* b *praepos.* in *c. abl.*: MARCIAN. dig. 20, 4, 12, 2 in hypotheca. FIRM. math. 5, 1, 19 in nulla re. HIL. syn. 27 in tempore.

3 *indicatur, quanto quid -s sit*: CIC. Brut. 43 paulo. TERT. adv. Marc. 4, 2 p. 426, 29 tanto. AVG. civ. 18, 47 p. 331, 1 D. tertia generatione.

*adv.* ***posterius.** *legitur in poesi apud* PLAVT. *aliosque scaen., ceterum apud* LVCIL., LVCR., CVLICEM, MANIL., IVVENC. *al.*, *in prosa inde ab* ENN., RHET. Her. (*sed post* LIV. *non ante* FRONTONEM).

I *mera vi adv. i. q.* ὕστερον (*inter adverbia* CHAR. gramm. p. 277, 18 B. [*ex Romano*], *qui affert* TER. Ad. 140 *et* 162. NON. p. 375, 11 -s dicitur tardius vel secundo; -s minus [*affert* PLAVT. Asin. 63]. SYNON. Cic. p. 438, 28 postea. -s. postremum. novissimum *eqs.*):

A *cum respectu temporis. accedunt sententiae secundariae per coni.* quam PLAVT. Asin. 63 AVG. coll. c. Don. 24, 42 p. 91, 7 (*cf.* quam *cum subst. comparato* VARRO ling. 8, 13 AVG. civ. 6, 4 p. 252, 1 D.), ubi PLAVT. Epid. 656, postquam POMPON. Atell. 88, cum RHET. Her. 2, 28, 45 CVLEX 8 MANIL. 3, 156, si ATT. Cic. Att. 9, 10, 5; *cf. abl. absol.* RHET. Her. 2, 28, 45 CIC. Cluent. 106. *acced. abl. mensurae* paulo CIC. Cluent. 106 BOETH. mus. 2, 9 p. 239, 2, non multo AMM. 26, 5, 8, quanto AVG. c. Gaud. 1, 22 p. 220, 6; *cf. adv.* longe PACIAN. epist. 3, 5 p. 55 AVG. civ. 18, 44 p. 324, 1 D. *opp.* ante PLAVT. Merc. 232 FRONTO p. 183, 10 v. d. H. HYG. astr. 4, 5 p. 104, 7 *al.*, nunc TER. Andr. 509 CIC. Quinct. 19 Caecin. 32 LVCR. 2, 182 MANIL. 2, 750. 3, 156, hodie TITIN. com. 154, primo LVCIL. 420 LVCR. 6, 827, primum CVLEX 131, prius VARRO ling. 8, 13 APVL. met. 9, 34, 4 AMM. 29, 1, 5 AVG. civ. 6, 5 p. 254, 12 D. *al.*, statim RVT. LVP. 1, 1, *et sim. al.* *iunctura pleonastica* deinde -s ENN. frg. var. 73.



1 *comparatione artiore* (*sc. ut significetur alterum e duobus comparatis secundo loco fieri vel esse; exempla potiora; an huc etiam infra l. 62?*): PLAVT. Asin. 63 fateor eam *uxorem* esse ... incommodam. :: -s istuc dicis, quam credo tibi (*inepte* NON. p. 375, 11 *ad l.* minus). Epid. 261 quid istuc dubitas dicere? :: vos priores esse oportet, nos -s dicere (CIC. Verr. II 1, 26 si eum, qui -s [*i. secundo loco*] dixit, opus est redargui). Merc. 232 -s quam *capram* mercatus fueram (*distinguitur*: quam ... ante habui capram). CIC. inv. 2, 145 *considerandum est*, utra lex -s lata sit, nam postrema quaeque gravissima est. TERT. adv. Marc. 3, 2 p. 378, 14 regula rerum, qu⟨a⟩e principales gradus non sinit -s agnosci: patrem post filium *eqs.* AVG. civ. 6, 4 p. 252, 1 D. *Varro* scribens de his *rebus divinis* -s quam de illis *humanis* (*in eadem re*: 6, 5 p. 254, 12 D.). coll. c. Don. 24, 42 p. 91, 7 -s ... absolutum esse Caecilianum, quam Felicis causam ... discussam. c. Gaud. 1, 22 p. 220, 6 *Christus in caelum ascensurus* nihil ulterius ⟨his⟩ verbis addidit: hoc tanto tenacius quanto -s audientium mentibus fixit. *praeter tempus respicitur etiam cuius momenti quid sit* (*sc. de re secundaria, cf.* posterior *IIB1*): VARRO ling. 8, 13 prius ... nomen est quam verbum ... et reliqua -s quam nomen et verbum.

2 *comparatione laxiore*: a *significatur tempus quolibet intervallo sequens*: PLAVT. Amph. 788 vide sis, signi quid siet *in cistula*, ne -s in me culpam conferas. Epid. 656 haec -s faxo scibis, ubi erit otium. Persa 139 -s istuc ... potest (*sc. agi sim.*). 800. Rud. 1150 (posteris *trad.*). ENN. frg. var. 73 tum ... eum *filium* necaverunt; deinde -s nati sunt gemini. TER. Andr. 509 id ego iam nunc ... renuntio futurum ..., ne tu ... -s dicas *eqs.* (SCHOL.: postmodo). Ad. 140. 162. TITIN. com. 154 hodie hostes fugavit, spolia ... -s leget. LVCIL. 420 et formosus homo fuit et famosus, utrumque primo adulescens; -s da⟨re⟩ rectius sese. RHET. Her. 2, 28, 45 Sulpicius, qui intercesserat ..., idem -s immutata voluntate, cum eandem legem ferret, ... dicebat *eqs.* CIC. Quinct. 19. Tull. 51 (56) a quo metuisse se dicat ne ipse -s occideretur. Verr. II 4, 66. Cluent. 106 condemnare ... paulo -s patefacta re. Brut. 288 Thucydides si -s fuisset, multo maturior fuisset. ATT. Cic. Att. 9, 10, 5 *rei publicae* -s poteris prodesse, si manseris. LVCR. 5, 1113. 1258. 1286 arma antiqua manus ... fuerunt ...; -s ferri vis est ... reperta. 6, 1201. VARRO ling. 5, 30 Tiberim priscum nomen latinum Albulam vocitatum *esse*; -s ... mutatum *esse*. NEP. Paus. 5, 5 RVT. LVP. 1, 1. CVLEX 8 (*1* lusimus) -s graviore sono tibi Musa loquetur nostra, ... cum *eqs.* 114 LIV. 26, 34, 4 MANIL. 2, 900. FRONTO p. 183, 10 v. d. H. (*opp.* ante exilium). *al.* *in figura, qua scriptores (oratores) res postea tractandas differunt*: RHET. Her. 1, 4, 6 insinuatione utendum est, de qua -s dicemus (CIC. inv. 1, 35. 1, 97. RVT. LVP. 2, 1 [*Demosth. de cor. 42* αὐτίκα]. HYG. astr. 2, 1 p. 31, 3. 2, 2 p. 32, 15. *al.*). 2, 10, 15 de qua parte ... -s disseremus. 4, 12, 18 qua de re -s loquemur (BOETH. mus. 1, 11 p. 198, 23. *cf.* CVLEX 8 *supra*). CIC. Caecin. 32 -s de verbo videbimus; nunc rem ipsam ponamus (Cael. 35 sed videro hoc -s. PACIAN. epist. 3, 8 p. 61. *cf.* CIC. Quinct. 19 *supra*). Att. 4, 4a, 2 sed haec -s (*deficiente verbo dicendi ut*: 6, 1, 19 fam. 12, 23, 1. 15, 16, 3 PACIAN. epist. 2, 3 p. 30. 3, 3 p. 48 MART. CAP. 5, 454. *al.*). LVCR. 2, 182. *al.* b *significatur tempus continuo sequens* (*fere i. q. tum, deinde sim.*): POMPON. Atell. 88 frater maior, postquam vidit ..., nupsit -s dotatae *eqs.* CIC. inv. 1, 33 *ut* omnibus explicatis peroratum sit ..., ut ne quid -s praeter conclusionem inferatur. LVCR. 5, 995 quos effugium servarat ..., -s ... accibant vocibus Orcum. 6, 827 primo ...; -s. APVL. met. 9, 34, 4 quid prius quidve -s, quid magis quid minus ... procuraretur (*cf., nisi utrumque locum ad 1 trahere malis*: AMM. 29, 1, 25 ambigentes iudices, quid prius quaeri debeat, quidve -s). *vi temporali attenuata in enumeratione*: RHET. Her. 4, 37, 50 haec exornatio *vel licentia* ... duplici ratione tractabitur: acrimonia ... et adsimulatione, de qua -s diximus. CVLEX 131 (*enumerantur arbores: 123* primum ... surgebant ... platani, *127* at *populi*) -s *amygdalus arbor*.

B *cum respectu loci i. q. retro, in posteriorem partem, a tergo*: LACT. opif. 5, 2 *ex corpore animalium* quattuor fecit exstantia, bina -s (*sc. pedes*) ..., bina ... collo proxima. AVG. in psalm. 129, 4 l. 20 *cervus agmen natantium cervorum ducens* cum ... defecerit, tollit se ab anteriore parte et redit -s (*cf. e. g. Plin. nat. 8, 114* vicibus ... ad terga redeuntes). SEDVL. carm. pasch. 3, 123 *mulier* nititur aversi vel filum tangere Christi -sque latens ... salutem extrema de veste rapit (*cf.* op. pasch. 3, 10 latens ... -s ... rapuit sospitatem. *Vulg. Matth. 9, 20* accessit retro).

II *casu acc. auctum usurpatur pro praepos., fere i. q. post* (*sc. cum respectu loci; cf.* propius, superius, ulterius *eodem usu*): CHIRON 146 ⌊vena -s⌋ cubitum sinistri lateris (⌊ ⌋ genua posterini *cod., cf.* 445, *ubi trad.* vena posterinis c.; *utrumque corr. Ahlquist, Stud. Chiron., 1909, 112sq., cui assentit Löfstedt, Glotta 3, 1912, 24sq.*; posterinus *adi. cum acc. coniungendum tueri temptat Bücheler in indice editionis s. v.*).

*superl.* ***postrēmus,** -a, -um. [*cf. superl.* extremus, supremus,

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*quos Brugmann sec.* demus *formatos putat. an iunctura* post demum (*posti demom) *per contamin. cum* posterus *abiit in* post(e)remum *et ad hoc exemplar ceteri superl. formati? Sch.*] *a* post, *non a* posterus *derivatur* PRISC. gramm. II 99, 5. *scribitur* posttrem- CE 562, 7 *et hic illic in codd., e. g. cod. P* PATRIC. conf. 25; *an et* SEN. dial. 2, 13, 4 (*cod. A* posttrimos, *ex quo Brakman, Misc. tertia 1917, 1 coni.* -os, *alii alia*)? *compar.* postremius: APVL. Socr. 3 p. 126 *et superl.* postremissimus: GRACCH. or. frg. (27 M.) Gell. 15, 12, 3. APVL. apol. 98, 6 TERT. cult. fem. 2, 1 l. 3 (*ubique notione sub IIIA illustrata*). *de differentia*: AGROEC. gramm. VII 114, 19 -us de multis et posterior de duobus dicitur (*item* ISID. diff. 1, 474; *sed v. l. 20*). *legitur inde a ?* LEGE XII tab. (*v. p. 214, 10*) *et formulis antiquis l. 31 necnon p. 214, 36,* MARCIO, PLAVTO, CATONE, TER. [*voces suffixo mutato formatae vel derivatae: hisp.* postrero, postremero; *port.* postrimeiro. *cf. M.-L. 6694. Corominas III 859. Machado³ III 1861. St.*] [*variat in codd. cum* extremus (*v. vol. V 2, 1996, 82sq.*), *cum* supremus CIC. Verr. II 5, 118. *al.*]

*i. q.* τελευταῖος, ἔσχατος, ὕστατος (*item* GLOSS.; *cf.* SYNON. Cic. p. 435, 15 novissimus. ultimus. extremus. -us. supremus). *adhibetur vi partitiva l. 78 et p. 214, 25. 215, 24. fere pro* posterior *significat alterum ex duobus p. 215, 40, cf. 210, 47. ad* -us *vel* -us est *accedunt gen. part. p. 215, 70sqq. et* CIC. Mur. 13 Phil. 2, 113. 13, 49 FLOR. epit. 1, 7, 1 *et saepius* (*cf.* ex PLIN. epist. 3, 7, 9 APVL. Socr. 13 p. 148), *abl. instr. vel respectus* CIC. Catil. 2, 22 TAC. ann. 14, 64, 3, in *c. abl.* CIC. Verr. II 5, 90 SALL. Iug. 55, 8 AMM. 20, 8, 6, *inf.* SIL. 1, 160. 14, 170.

I *praevalente respectu temporis*: A *significantur quae ultima sunt in quolibet ordine*: 1 *in universum*: a *notione communi respicitur series finita*: α *praedicative*: ① *respondet* primus (*sc. in serie duorum vel plurium membrorum*): GAIVS inst. 3, 174 (*formula prisca solutionis per aes et libram*) hanc tibi libram primam -amque expendo (-de *trad.; cf. p. 214, 36*). MARCIVS carm. frg. 1 -us dicas, p. taceas. CATO agr. 5, 5 p. cubitu surgat, -us cubitum eat *vilicus.* CIC. leg. agr. 2, 28. de orat. 2, 315 quod primum est dicendum, -um soleo cogitare: quo utar exordio (*an adv.?*). ac. 2, 94. LVCR. 3, 250 *tenuissima animae natura* prima cietur . . ., inde calor motus . . . accipit, inde . . ., tum . . .; -is datur ossibus atque medullis . . . ardor. VERG. georg. 2, 410 p. humum fodito, primus . . . cremato . . . et . . . primus . . . referto, -us metito. Aen. 11, 664 quem telo primum, quem -um . . . deicis? (*Homer. Il 692* ὕστατον). HOR. epist. 1, 6, 48 hoc p. repetas opus, hoc -us omittas. LIV. 26, 29, 10. 28, 12, 12. 32, 19, 12 primum . . ., deinde . . ., post . . ., -i Athenienses . . . auditi sunt. *al. ex posterioribus neglegere noluimus*: SIL. 1, 160 *Tagus dux est* p. inire manus,-us ponere Martem. 14, 170 multo optimus ille *est* militiae, cui -um est primumque tueri inter bella fidem (*iunctura artiore significatur id, quod ante omnia gravissimum est, ut*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 415 tu prima voluptas, tu -a mihi. *notione communi l. 32*). AMM. 20, 8, 6 in laboribus me semper visum omnium primum, in laborum refectione -um. ② *varia exempla* (*sc. selecta inde a* LIV.): PLAVT. Men. 1018 abite . . .; em tibi etiam: quia -us cedis, hoc praemi feres (*sc. pugnum sim.*). Stich. 314 defessus sum pultando *fores*; hoc -um est. CIC. Arat. 281 (*nisi ad IIA trahas*) hunc *circulum sol* . . . -um tangit . . ., exinde in superas . . . se recipit sedes (*gr. 507* πύματον). Verr. II 4, 119 quae *urbs*, quia -a coaedificata est, Neapolis nominatur. Mur. 13 multarum deliciarum comes est extrema saltatio; tu, *accusator*, mihi arripis hoc, quod necesse est omnium vitiorum esse -um? LIV. 28, 2, 11 qui -i . . . advenerant. VAL. FL. 7, 532 (*loq. Medea ad Iasonem*) hunc *anguem* tibi -um nostri parat ira parentis. SIL. 7, 466 (*in Paridis iudicio*) -a . . . affulsit . . . Venus. TAC. ann. 14, 15, 4 *ludis Iuvenalibus* -us (-um *M¹*) ipse *Nero* scaenam incedit. PLIN. epist. 3, 7, 9 ut . . . novissimus . . . factus est consul, ita -us ex omnibus . . . decessit. FLOR. epit. 4, 2, 77 omnium -a certaminum *erat* Munda. PANEG. 2, 38, 1 spem, quae -a homines deserit. IVST. 31, 5, 1 *Hannibalem* omnibus . . . perrogatis -um interrogasse. *al.*

β *attributive*: PLAVT. Epid. 708 (*704* fateor . . . eo argento, *quod mihi primum dedisti,* . . . me emisse amicam) quid -o argento factum est, quod dedi? Poen. 1370 (*in exitu fabulae priore vix genuino*) nunc, quod -um est condimentum fabulae, . . . plausum postulat comoedia. TRAG. inc. 82 Polydorum Hecuba partu -o parit (APVL. met. 5, 9, 4). LVCR. 6, 368 prima caloris . . . pars est -a rigoris; tempus id est vernum. SALL. hist. frg. 1, 11 inter secundum atque -um (ultimum *var. l.*) bellum Carthaginiense. LIV. 3, 65, 8 -is mensibus (*ibid.*: posteriore anni parte). SEN. Tro. 139 (*ad Priamum mortuum*) post elatos Hecubae partus . . . -a, pater, funera cludis. PLIN. nat. 11, 169 -i *dentes asinorum* (*sc. postquam priores exciderunt*). SIL. 15, 322. 16, 558 spectacula circi -a. STAT. Theb. 6, 436 *in serie aurigarum* -um discrimen erant Chromis . . . et . . . Hippodamus. TAC. ann. 12, 13, 2 -o inter Darium atque Alexandrum proelio. *al. partitive* (*hucine p. 218, 6?*): PLAVT. Cist. 787 date plausum -a in comoedia. LIV. 10, 28, 4 Gallorum . . . corpora intolerantissima laboris . . . fluere, primaque eorum proelia plus quam virorum, -a minus quam feminarum esse (30, 18, 15 legionis, quae -o proelio adfuerat).

γ *pro subst. sunt*: ① *masc. plur.*: CIC. Att. 1, 19, 9 qui in -is (*sc. senatoribus*) sententiam dixit (*cf. p. 218, 82*). LIV. 39, 25, 14 haec *dixerunt* acerbe -i, cum priores leniter permulsissent iram. ② *neutr.*: *sing.*: SALL. or. Phil. 5 eos, qui ad -um usque legatos, pacem, concordiam . . . decreverunt. *plur.*: DICT. 4, 1 sepelivere eum . . .; dein . . . -a funeri (-is *var. l.*) peragunt. CASSIOD. in psalm. praef. l. 80 *psalmi* diei -a concludunt.

b *respicitur series quae continuari potest, sed adhuc continuata non est, ut* -us *vergat in vim q. e. recentissimus*: CIC. inv. 2, 145 *videamus*, utra lex posterius lata sit; nam -a quaeque gravissima est (LIV. 9, 34, 7 hanc *l.* -am [-um *var. l.*] iusserat populus. *sim.* LIV. 7, 17, 12 in XII tabulis legem esse, ut, quodcumque -um populus iussisset, id ius . . . esset [*item fere* 9, 33, 9]. *cf. p. 218, 16*). SALL. hist. frg. 3, 96 neque ex -a fuga . . . ullis ad signa deeuntibus (red- *Maurenbrecher; an intellegas fugam turpissimam, ut ad IIIC spectet locus?*). LIV. 27, 45, 6 semper quod -um adiectum sit, id rem totam videri traxisse. MIN. FEL. 25, 4 *scelera quaedam committere* cum Romulo regibus ceteris et ⌞-is⌟ ducibus disciplina communis est (⌞ ⌟ '*nostrorum quoque temporum*' *explicat Martin; alii alia coni.*: posteris, post reges, post rei publicae). FILASTR. 82, 1 Novatiani surrexerunt post persecutionem -am.

2 *pertinet ad ordinem dictorum vel scriptorum* (*non desunt exempla vi locali intellegenda ut e. g.* LVCIL. *et* LIV. *sub a,* PROSP. *sub b, sed divisione ancipiti separare affinia noluimus*): a *adi.*: PLAVT. Epid. 123 prius . . ., quam argenti fuero elocutus ei -am syllabam (CIC. orat. 58. 217. 218 DIOM. gramm. I 368, 21. *al.*). Trin. 886 nomen tuom . . . memora mihi. :: . . . si ante lucem ire occipias a meo primo nomine, concubium sit noctis prius, quam ad -um veneris (*vi partitiva ut*: TER. Phorm. 649 haec denique eius fuit -a oratio: *eqs.* IVST. 43, 5, 11 in -o libro). LVCIL. 364 (*in vocabulo* puerei) e -um facito atque i (*cf.* VARRO ling. 9, 106 ut i sit -um. PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 173, 13 B. -a vocali). NOVIVS Atell. 3 leno, te duo verbis. :: etiam? :: primo et -o: fidem (idem *trad., corr. Bücheler, Kl. Schr. II 72*). RHET. Her. 3, 10, 18 firmissimas argumentationes in primis et -is causae partibus conlocare (CIC. part. 27 *orationis*). 4, 13, 19 conversio est, per quam non . . . primum repetimus verbum, sed ad -um . . . revertimur (4, 14, 20. 4, 27, 38 aut primum aut -um conlocamus; primum hoc pacto: . . ., -um sic: *eqs.* orat. 190. *cf.* LIV. 1, 24, 7 [*in formula fetiali*] ut illa, *sc. verba legis sim.*, palam prima -a ex illis tabulis . . . recitata sunt *eqs.*). 4, 41, 53 *argumenta* a primo ad -um. CIC. inv. 1, 33 id quod -um posuit in partitione, -um dicit. 1, 97 Hermagoras digressionem deinde, tum -am conclusionem posuit. de orat. 3, 191 si primi et -i pedes sunt . . . servati, medii possunt latere (orat. 217. *cf. ibid.* nisi . . . -us est dactylus). orat. 50 de firmissimis alia prima ponet, alia -a. 161 -ae duae litterae (AMM. 29, 1, 32 cum adiectione litterae -ae [-a *trad.*, posterae *Heraeus*]). part. 27 -um *locum.* Att. 6, 2, 1 respondebo primum -ae tuae paginae (6, 2, 3). QVINT. inst. 4, 1, 76 id debebit in principio -um esse, cui commodissime iungi initium sequentium poterit. GELL. 2, 29, 20 quorum *versuum* duo -i isti sunt *eqs. al.* b *neutr. pro subst.*: *plur.*: CIC. de orat. 3, 192 in oratione . . . pauci prima cernunt, -a plerique. Tim. 14. GELL. 16, 19, 15 ad -a cantus (*Herodot. 1, 24* τελευτῶντος . . . τοῦ νόμου). PROSP. in psalm. 107 psalmus autem centesimus septimus praetermissus est, quia in -is quinquagesimi sexti et in quinquagesimi noni videtur expositus (*cf.* AVG. in psalm. 107 ex quorum -is partibus iste constat). *sing.*: SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 5 noluit id *exemplum* in primo constituere nec in -o, sed in medio. PATRIC. conf. 24 ad -um orationis sic effitiatus est: *eqs.* (*item* 25. EVGRAPH. Ter. Hec. 181 ita usque ad -um ⌞conclusa narratio⌟ [conclusio *var. l.*] est et probatum, quod *eqs.*).

B *significantur quae pertinent ad finem vitae* (*ad interitum civitatis l. 67, mundi l. 78*): 1 *adi.*: TRAG. inc. 48 vive, Vlixes, dum licet; oculis -um lumen . . . rape. CIC. inv. 1, 108 non -am vocem eius audivi, non extremum spiritum eius excepi (SEN. contr. exc. 5, 7, 2). Verr. II 5, 118 filiorum . . . -um spiritum ore excipere (PANEG. 2, 36, 2 AMM. 25, 8, 1). 5, 119 id . . . -um . . . orabant, ut *eqs.* de orat. 3, 14 sermonem L. Crassi . . . paene -um. Brut. 162 -a censoris *L. Crassi* oratio. CATVLL. 64, 191 -ā . . . horā. 101, 3 ut te -o donarem munere mortis. LIV. 38, 53, 9 *Scipionis Africani* ⟨nobilior⟩ prima pars vitae quam -a fuit. SIL. 1, 423 -a capessit proelia . . . aper. 2, 283 -a salus rerum patriaeque (*item respicitur interitus civitatis*: 4, 129 -a subactae fata . . . Libyae). 5, 131 -a aptabat . . . arma *Flaminius.* TAC. Agr. 44, 5 -um illud tempus *Domitiani*, quo . . . rem publicam exhausit (COMM. instr. 2, 12, 5 tempora -a si vis pertingere laeta [*in imag. respicitur vita aeterna*]). PLIN. epist. 8, 23, 6 *post mortem Iunii Aviti* redeunt *animo* illa prima, illa -a suffragia mea. MARCIAN. dig. 34, 4, 13 (*rescr. imp. Sept. et Carac.*) -a scriptura (*opp.* priore scriptura. *respicitur testamentum ut*: AMM. 21, 15, 5 Constantium voluntatem ordinasse -am [COD. Theod. 4, 4, 6, 1. 5, 2, 1 NOVELL. Theod. 22, 2, 2. 12. *al.*]. COD. Theod. 4, 7, 1, 1 -o iudicio [*v. vol. VII 2, 610, 71; addas* ORIENT. comm. 1, 524]). ITALA Ioh. 6, 39 (Mar. Victorin. adv. Arium 3, 10) -a die (*gr.* ἐσχάτῃ, *Vulg.* novissimo. *respicitur finis mundi ut* PROSP. carm. de ingrat. 729. *de die mortis*: CE 512, 10). *al. addam verba iuvenis domum paternam in perpetuum relinquentis*: PLAVT. Merc. 831 hunc hodie -um extollo mea domo . . . pedem; usus . . . aedium interemptust; . . . occidi. 2 *ponitur pro subst.*: a *neutr.*: *plur.* (*hucine* AVSON. *e IIIC?*): SALL. Catil. 51, 15 (*ex oratione Caesaris*) plerique mortales -a meminere et in hominibus impiis sceleris eorum obliti de poena

[*Buchwald*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

disserunt (*an ad A? sed cf.* TAC. ann. 6, 32, 4 cesserunt . . . prima -is, et bona iuventae senectus *Vitellii* flagitiosa obliteravit). DICT. 1, 1 Atreus . . . -a sua ordinans . . . nepotibus . . . reliquerat *divitias suas*. SALV. eccl. 4, 37 qui mandata eius *Christi* nec in -is facis (*cf. 1, 38* in extremis). CE 240, 3 hoc sepulcr⟨um con⟩frequentent *liberti mei* . . .; at -a pateat ipsis quique ex is prov⟨e⟩nerint (*intelleximus* at *pro* ad; *aliter Bücheler ad l.*: '-a *pars, cf.* postica'). *sing.*: GELL. 1, 3, 1 in vitae suae -o, cum *eqs.* ITALA Ier. 17, 11 (Filastr. praef. 3) in medio dierum . . ., in -o (*gr.* ἐπ' ἐσχάτων αὐτοῦ, *Vulg.* in novissimo suo). **b** *fem. sing.* (*sc. voluntas sim., cf. p. 214, 73*): NOVELL. Theod. 22, 1, 9 haec (*sc. honorem curiae et bona hereditaria*) sive cum -a definiat sive cum donationem . . . pater conferat.

**C** *vi temporis attenuata in enumerationibus de iis quae ultimo loco ponuntur*: RHET. Her. 2, 19, 30 de duabus partibus -is (*sc. ex quinque partibus*) haec . . . ratio est habenda. 4, 34, 46 *permutatio* dividitur in tres partes: . . .; in hoc -o . . . et in illo primo *eqs.* (CIC. de orat. 3, 105 in hoc, quod -um dixi). CIC. Catil. 2, 22 (*v. sub IIIA1*). PLIN. nat. 6, 219 *tria sunt terrae segmenta*; alterum . . ., -um. APVL. Plat. 1, 13 cupidinem . . ., -am mentis portionem (*e tribus*). Socr. 13 p. 148 ex his quinque, quae commemoravi, . . . -um. AMM. 20, 11, 27 *arcus caelestis* species . . . prima, . . . quarta . . ., -a. 30, 4, 14 quartum atque -um est genus impudens (*cf.* AVG. civ. 6, 3 p. 248, 31 D. sex quartos eosdemque -os *libros*).

**II** *praevalente respectu loci* (*v. etiam sub IA2; vi partitiva* LVCR., VERG., STAT., AVIEN. *et al. sub A*): **A** *adi.*: CIC. Verr. II 5, 90 ut quisque in fuga -us, ita in periculo princeps erat; -am enim quamque navem piratae primam adoriebantur. div. 2, 144 avis insectans alias aves . . . semper ipsa -a est. Tim. 14 ut ei (*sc. medio trium numerorum vel figurarum*) primum pro portione ita id -o comparetur *eqs.* (*ibid. iterum; syn.* extremum, *gr. 32ᵃ* τὸ ἔσχατον). LVCR. 5, 905 prima leo, -a draco, media ipsa, Chimaera (*Homer. Z 181* ὄπιθεν. *cf.* VERG. Aen. 3, 427 *Scylla est* prima hominis facies . . ., -a . . . pistrix). SALL. Iug. 101, 5 -am Romanorum aciem (*al. v. vol. I 403, 29 sqq. 404, 4 sq.*). LIV. 31, 40, 8 -um agmen (*al. v. vol. I 1344, 14 sqq.*). PLIN. nat. 11, 108 *formicae onera* maiora aversae -is pedibus moliuntur (ANTH. 761, 76 *v. l. 42*). SIL. 16, 378 sq. (*de auriga ut* 16, 401. *cf.* 16, 503 *de cursore*). STAT. Theb. 2, 47 Neptunus . . . in portum deducit equos, prior haurit harenas ungula, -i solvuntur in aequora pisces (*cf. Ach. 1, 60* pone natant). APVL. met. 3, 25, 1 -a deiecta labia (10, 16, 9). 7, 16, 4 *equus* -is velitatur calcibus (*opp.* primoribus ungulis. *item respiciuntur pedes posteriores quadrupedum*: 7, 24, 5 poplites [8, 5, 7]. ANTH. 761, 76 Centauri *sideris* . . . pedes -os [*sec. Hyg. astr. 4, 6* posteriores]. *cf. p. 210, 5*). AVIEN. Arat. 149 *Anguis* -am lapsus in Arcton. AMM. 20, 8, 8 ad partes orbis eoi -as (*cf.* PRISC. periheg. 375 alta Tegestraeon -ae moenia terrae [*sed Dionys. perieg. 382* μυχάτοις ἐπὶ πείρασι πόντου]. 618 finibus Indorum -is [*gr. 625* ὑστατίοισιν]). CE 562, 7 (*versibus impolitis*) *puella* rufa coma tonso capite -o remissa (-a remisso *lapis, sc. errore lapicidae, ut vidit Niedermann, Essais 1918, 52*). *al.*

**B** *pro subst.*: **1** *neutr.* (*plur. praeter* SALL. *et l. 55*): CIC. Tim. 14 -a . . . media fiunt *comparatione* (*v. l. 29*). SALL. Iug. 46, 7 ipse . . . apud primos erat, in -o C. Marius . . . curabat. VERG. Aen. 9, 27 Messapus primas acies, -a coercent Tyrrhidae iuvenes, medio dux agmine Turnus (SERV. auct.: nonnulli '-a' pro '-as partes' accipiunt). ITALA exod. 33, 23 (*v. p. 210, 46*). psalm. 138, 9 (Sangerm. *al.*) si . . . habitavero in -is maris (*gr.* εἰς τὰ ἔσχατα, *cod.* 109 in -um, PSALT. Rom. in -o, *Veron.* in novissima, *cod. 325 et Vulg.* in extremis). FILASTR. 18, 2 (*additamentum ad act. 7, 43*) in -a terrarum omnium (*an subaudias* loca?). AVIEN. Arat. 234 *Ophiuchi* -a . . . parco igne micant. 966 -a Leonis. 980 -a . . . caudae caeruleae ⟨Pistris⟩ (*gr. 502* Κήτεος οὐρὴν *tantum*). CLAVD. DON. Aen. 8, 240 p. 149, 17 -a speluncae. **2** *masc. plur.*: SALL. Iug. 45, 2 *Metellus* in agmine in primis modo, modo in -is (in *om. Fronto p. 103, 23 v. d. H. fortasse recte*), saepe in medio adesse. 50, 4 Numidae . . . -os caedere. 55, 8 -os in agmine temptare. LIV. 21, 25, 12. 31, 27, 6 a novissimo agmine adortus -os turbavit. 35, 30, 5 ad -os proelium ortum est. 40, 32, 1 -i Celtiberorum *pugnantium. al.* TAC. ann. 2, 17, 3 eques -os ac latera impulit. *al.*

**III** *praevalente respectu gradus, aestimationis*: **A** *de animantibus qui sunt*: **1** *pessimi moribus*: GRACCH. or. frg. (27 M.) Gell. 15, 12, 3 si ulla meretrix domum meam introivit . . ., omnium nationum (natorum *Lipsius, alii alia*) -issimum nequissimumque existimatote (*item cum gen.*: SALL. epist. Mithr. 12 -us servorum Archelaus. or. Phil. 3 M. Aemilius, omnium flagitiosorum -us, qui peior an ignavior sit deliberari non potest. *v. etiam* MIN. FEL. *et* TERT. *sub 2*). CIC. S. Rosc. 137 ut homines -i pecuniis alienis locupletarentur (BRVT. [?] Cic. ad Brut. 24, 3 W.). Catil. 2, 22 (*ante enumerantur quinque genera sociorum Catilinae*) -um autem genus est non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium Catilinae est. APVL. apol. 98, 6 cum adulescentulis -issimis. Socr. 3 p. 126 praecipuum animal homines sumus, quamquam plerique se . . . ita . . . depravaverint . . ., ut possit videri nullum animal . . . homine -ius. AVR. VICT. Caes. 4, 5 -um genus mulierum atque servile. **2** *infimi dignitate, auctoritate, iure sim.*: *masc. pro subst., forma* in -is (*ut l. 61. p. 213, 84; cf. p. 216, 19*): FRONTO p. 114, 6 v. d. H. tu me neglegito . . ., ⟨in⟩ -is, si videbitur, habeto. *adi.*: VLP. dig. 38, 16, 2, 4 *in hereditate est* interdum idem primus -usque, qui solus occurrit. MIN. FEL. 14, 1 Octavius . . . ut pistorum praecipuus, ita -us philosophorum. TERT. cult. fem. 2, 1 l. 3 sorores meae, quo iure deputor vobiscum, -issimus omnium equidem (*cf. Itala Eph. 3, 8 cod. d al.* = *Vulg.* minimo, *Tert. adv. Marc. 5, 18 p. 638, 7* novissimo, *gr.* τῷ ἐλαχιστοτέρῳ).

**B** *de rebus neutris vel bonis; ratione seriei a maximis ad minora descendentis significantur quae minima, vilissima sunt*: **1** *adi.*: LVCIL. 1338 commoda . . . patriai prima putare, deinde parentum, tertia iam -aque nostra. CIC. or. frg. A IX 5 me praetorem primum esse factum, te . . . ex -o in tertium locum esse subiectum. VERG. georg. 3, 404 nec tibi cura canum fuerit -a ([SERV. vilis]. *in figura q. d. litotes ut* VEG. mulom. praef. 1. *v. etiam sub 2*). PLIN. nat. 37, 28 -a auctoritas in pondere est *crystallis*. 37, 77 (*76 berulli* probatissimi . . . sunt qui *eqs.*) quarto loco numerantur . . ., quinto . . ., postea . . ., ac deinde . . ., -i crystallo similes. SIL. 16, 452 *in certaminibus* cassis tertius inde honor est, -o munere Atlanta . . . donat ductor. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 49 qu(a)e in . . . rationibus repperientur pretia summa ac media ac -a. BOETH. cons. 2, 5, 10 W. *gemmae* -ae (-o *T¹*) aliquid pulchritudinis trahunt. **2** *neutr. pro subst.*: *forma* in -is (*ut. l. 47. p. 214, 50. 215, 4. 55; cf. p. 215, 82*): RHET. Her. 4, 38, 50 (*exemplum deminutionis*) 'me . . . curasse, ut disciplinam militarem non in -is tenerem'; hic siquis dixisset 'ut optime tenerem' . . ., adrogans, visus esset (*litotes ut* CIC. fam. 1, 9, 17. *cf. l. 11*). *ceterum*: SEN. benef. 4, 2, 3 primis -a praeferre (*sc. voluptatem virtuti*).

**C** *de rebus malis vel infestantibus, sceleribus, vitiis sim.; ratione seriei a parvis ad maiora progredientis significantur quae augeri non possunt, sc. summa, pessima sim.* (*cf.* SYNON. Cic. p. 415, 7 adversis rebus . . . exhaustis. ultimis. novissimis. -is. extremis. infimis. *hucine p. 214, 12?*): CIC. Phil. 2, 113 servitus *est* -um malorum omnium . . . morte etiam repellendum. 13, 49 optatissimum est vincere, secundum est . . .; quod reliquum est, non est tertium, sed -um omnium, maximam turpitudinem suscipere vitae cupiditate. TAC. ann. 14, 64, 3 neque . . . silebimus, si quod senatus consultum adulatione novum aut patientia -um fuit (*cf. Agr. 2, 3* quid ultimum . . . esset . . . in servitute). APVL. met. 9, 5, 1 uxorcula . . . -a lascivia famigerabilis. 9, 21, 3 lacrimis uberibus ac -is lamentationibus . . . commovet miserationem. 9, 35, 1 magnas et -as . . . clades. Plat. 2, 11 ineptire videaris . . .; adhuc illud absurdius . . .; sed illud -ae dementiae est *eqs.* TERT. anim. 34, 4 -a dedecoratione. PANEG. 2, 31, 3 omnium scelerum -orumque vitiorum collegium. PS. AVR. VICT. epit. 2, 7 *boni homines* incidēre exitia -a. 40, 5 poenas dedit mortis genere -o fractis laqueo cervicibus. DICT. 4, 3 -ae desperationis atque amentiae (AMM. 17, 2, 3). AMM. 14, 2, 13 -a vi subigente. 19, 8, 8 necessitate (26, 6, 4. 31, 8, 4). 21, 13, 13 auxiliaribus . . . feritate speque -a ad perniciosam audaciam promptis. 31, 7, 8 -a discrimina (*item plur.* 31, 15, 2). 31, 13, 7 malis (SVLP. SEV. chron. 1, 54, 1). *al.* *neutr. plur. pro subst.*: ITALA psalm. 39, 16 (cod. 136 Cas.) *inimici* dissipentur in -is confusionis suae (*Veron. al.* = *Vulg.* ferant confestim confusionem suam; *vim temporalem intellegit Stabile, Riv. Fil. Class. 43, 1915, 564 coll. Hier. psalt. sec. Hebr.* pereant post confusionem suam). AVSON. 393, 23 p. 245 P. an . . . persequeris fures, qui te -a timentes in partem praedamque vocent? (*an ad IB2?*).

*conspectus usus pro subst.*: *neutr. v. supra passim* (*forma* in -is *supra l. 19*), *ceterum cf. locutiones adverbiales infra additas; fem. v. supra sub IB2b, masc. sub IIB2 et forma* in -is *p. 215, 82*.

*locutiones adverbiales fere i. q. postremo* (*arcuimus iuncturas praepos.* in -o *p. 214, 53. 215, 8. 9. 51. 55,* in -is *l. 19. p. 215, 55,* usque ad -um *p. 214, 2 et 55*): **1 ad -um** (*aliter supra p. 214, 54; an huc* ad -a *p. 215, 6?*): **a** *praevalente respectu temporis significantur quae ultima post cetera fiunt, sunt*: PLAVT. Aul. 526 ubi . . . res soluta est . . ., ibi ad -um cedit miles, aes petit. Poen. 844 *servi peculio privantur,* sed ad -um (posterum *var. l.*) nihil apparet: male partum male disperit. HIRT. Gall. 8, 43, 4. SALL. hist. frg. 1, 12 plurimae turbae, seditiones et ad -um bella civilia orta sunt. LIV. 30, 15, 4 cum crebro suspiritu . . . aliquantum temporis consumpsisset, ingenti ad -um edito gemitu *venenum poposcit* (*cetera exempla apud eundem*: 31, 15, 4 *v. infra.* 34, 23, 6. 37, 51, 5. 38, 16, 13. 38, 56, 10; *in prioribus libris auctorem dixisse* ad ultimum, *deinde* ad extremum *docuit Stacey, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 78*). 31, 15, 4 commemoratio erat beneficiorum primum . . ., deinde rerum *gestarum* . . ., ad -um adhortatio capessendi belli (*Polyb. 16, 26, 6* τελευταῖα δὲ παράκλησις. *item respondet*: MELA 2, 62 p. . . ., mox . . ., ad -um. DICT. 1, 6. *cf.* FIRM. math. 1, 7, 31 prius . . ., deinde . . ., tertio . . ., ad -um *eqs.* DON. Ter. Hec. 123, 4 primo . . ., post . . ., ad -um *eqs.* [VIR. ill. 71, 1 VEG. mil. 1, 28]). MELA 1, 94 ignes . . . se coniungere videntur, donec . . . una ad -um flamma ardeant. 3, 21 *Garumna* quanto magis procedit, eo latior fit, ad -um magni freti similis. PLIN. nat. 26, 7 (*describitur elephantiasis*) cute . . . aspera, ad -um vero nigrescente. TAC. hist. 2, 27, 2. 4, 16, 3 mox . . ., ad -um. ann. 2, 45, 4. 13, 22, 1. 13, 46, 3. 16, 21, 1. GELL. 2, 29, 14 ad -um . . . inquit *eqs.* 3, 16, 20. *al.* APVL. met. 8, 27, 5. 9, 19, 2. TREB. trig. tyr. 12, 1 diu . . ., deinde . . ., ad -um *eqs.* (IVST. 3, 6, 9). *al.* **b** *respicitur finis argumentandi, sc. ut inducatur argumentum ultimum vel gravissimum*: SEN. dial. 7, 22, 5 apud me divitiae aliquem locum habent, apud te summum; ad (ac *vel* at *var. ll.*) -um divitiae meae sunt, tu divitiarum es. TAC. hist. 1, 39, 2 agitasse Laco . . . de occidendo Tito Vinio dicitur,

*[Buchwald]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sive ut poena eius animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebat, ad -um (posterum *trad.*) vel odio. Fronto p. 204, 20 v. d. H. (*de aureo saeculo*) neglegentia ... deis accepta, sapientibus probata ... et ad -um aurea declaratur. *al.*

**2 in -um** (*aliter p. 215, 55*): Don. Ter. Hec. 300, 2 ('quid restat nisi porro ut fiam miser?') porro: postea vel in -um.

*adv.* ***postrēmum.** Synon. Cic. p. 438, 28 postea. posterius. -um. novissimum *eqs.* Gloss. τὸ τελευταῖον. ἔσχατον. Not. Tir. 51, 93. *legitur inde a* Ter., Catone, Cic. [*confunditur in codd. cum* postremo *e. g.* Pallad. 12, 22, 5 Svlp. Sev. dial. 1, 4, 7, ad -um Evtr. 10, 7, 1.]

1 *mero respectu temporis significantur*: **a** *quae ultima vice repetuntur* (*maxime mortis causa*): Ter. Andr. 322 (*hyperbolice*) *si eam uxorem ducis, quam ego amo,* hodie -um me vides (Don. *ad l.* 4 adverbium est. Arvs. gramm. VII 504, 1 *ad l.*: id est novissime [*inde* Gloss.]). Cic. Cluent. 38 eo die, quo -um Asuvius visus erat. de orat. 3, 6 ut vestigium illud ipsum, in quo ... -um institisset *Crassus,* contueremur (*sim.* Svlp. Sev. chron. 2, 33, 6). 3, 9 qui tum cum illo -um fere conlocuti sunt. Liv. 2, 15, 1 eo anno -um legati a Porsenna ... venerunt. 40, 44, 9 quo die -um cum Celtiberis pugnasset. Tac. ann. 3, 74, 4 concessit quibusdam et Augustus id vocabulum (*sc. imperatoris*), ac tunc Tiberius Blaeso -um. Ivst. 14, 3, 12 ut -um sibi *mortem petituro* adloqui exercitum liceret. Dict. 4, 11 exspirantem ... -um salutant. **b** *quae ultima post alia eveniunt, sunt*: Cato agr. 34, 1 *in locis frigidissimis* primum serito; in caldissimis locis sementim -um fieri oportet (*item opp.*: 50, 2 [*in eadem re 131* postremo]. Liv. 2, 39, 5 p. ..., inde ..., tum deinceps ..., -um. *al.; v. etiam* Qvint. *sub 2*). 67, 2 amurcam conmutet usque adeo, donec in lacum ... -um pervenerit (*sunt qui adi. intellegant*). Hor. sat. 2, 2, 132 *fundi possessorem* aut nequities, aut vafri inscitia iuris, -um expellet certe ... heres. Liv. 26, 18, 4 cum alii alium nominarent, -um eo decursum est, ut *eqs.* (Apvl. met. 2, 30, 3 Ivst. 16, 4, 3). Tac. hist. 4, 46, 3 *milites* modo Mucianum, modo ... principem, -um ... deos obtestari, donec *eqs.* (*sim. in serie plurium membrorum respondent varia adv.*: ann. 2, 62, 3 dein ..., -um. 11, 2, 1 *v. infra.* Apvl. met. 9, 2, 2 dehinc. Pallad. 12, 22, 5 subinde ..., -um [postremo *var. l.*] ..., novissime. *al.*). ann. 1, 74, 2 perniciem aliis ac -um sibi invenere (15, 51, 1 Oros. hist. 1, 21, 11). Flor. epit. 3, 5, 24 *angues* obtrito capite -um cauda minantur. Apvl. met. 9, 41, 6. 10, 7, 9. Svlp. Sev. chron. 1, 50, 1. Mart. 23, 5 (*3* postremo). *al.* *respicitur ordo scriptorum vel dictorum*: Cato orig. 73 haut eos *populos in libro meo* eo -um scribo, quin populi ... boni ... sient. Tac. ann. 11, 2, 1 Suillio corruptionem militum ..., exin adulterium Poppeae, -um mollitiam corporis obiectante. Apvl. apol. 9, 13 quos *versus* ... -um legere.

2 *respicitur potius finis argumentandi, sc. ita ut ultimum gravissimumque inducatur argumentum, fere i. q.* denique (*sed seriem meram respicit* Qvint.): Qvint. inst. 7, 2, 21 prior debet esse defensio: primum quia ..., deinde quod ..., -um quod. Apvl. met. 1, 18, 3 ecce Socrates integer ...; ubi vulnus? ⟨ubi⟩ spongia? ubi -um cicatrix tam alta? 7, 27, 7 moriturum ... defendere ... nequisti? certe dorso receptum auferres ..., -um ... non solus aufugeres. 10, 11, 2 *medicus* verens, ne ... ab alio ... exitiabilem mercatus hic potionem vel -um gladio ... nefas ... perficeret. Carm. c. pag. 17 haec si monstra (*sc. facta impudica Iovis*) placent ..., *si* pellitur *Saturnus a Iove* ..., -um regitur fato si Iuppiter ipse, quid prodest ... fundere voces *ad Iovem*? Svlp. Sev. dial. 1, 4, 7 contentus sit hoc *pane* Cyrenensis ille ... vel -um (-o *var. l.*) isti, quibus *eqs.*

*adv.* ***postremo.** *legitur in versibus apud* Plavt. (*27ies*), Enn. (*l. 69, si recte restit.*), Caecil. (*semel*), Ter. (*19ies*), Acc. (*bis*), Varronem (*bis*), Lvcr. (*17ies*), *in* Carm. pop. Suet. Iul. 80, 3, *postea non nisi apud* Sil. (*bis*); *in oratione prosa inde a* Catone *per totam latinitatem, deest e. g.* Vitr., Sen. *philos. et* Cvrt. [*confunditur cum* postremum, *v. ibid.; falso trad. in cod. P* Ivv. 11, 91.]

*i. q. ad extremum, denique,* ὕστατον *sim.* (*cf.* Synon. Cic. p. 429, 4 iterum. rursus ... post. postea. -o. Gloss. summo, novissimo, ultimo): 1 *mero respectu temporis* (*exempla selecta inde a* Rhet. Her.; *syn.* ad ultimum Liv. 1, 53, 10, tandem Liv. 36, 38, 4): **a** *notione sollemni*: Plavt. Bacch. 533 -o impetravi ut ne quid ei suscenseat (Mil. 1204 -o i. ut volui). Cas. 609 di te perdant -o quidem. Poen. 1369 malum -o omne ad lenonem reccidit. Enn. ann. 413 -o longinqua dies (*i.* diei) confecerit aetas (-o *Bergk et edd. Ennii*; -ae *edd. Gell. 9, 14, 5 sec. corr. cod. O* [*sed v. vol. V 1, 1024, 11*]. -a *codd. cett.*). Ter. Haut. 113 (*102 filium* cotidie accusabam) -o adeo res rediit: *eqs.* 865 dic convenisse ...! :: dicam quid deinde? :: me facturum esse omnia ...; -o etiam ... desponsam ... esse dicito. Eun. 521. Ad. 150 quam hic non amavit meretricem? ... -o nuper ... dixit velle uxorem ducere. Cato agr. 131 ea loca primum arato, quae rudecta ... erunt; postea uti quaeque ... aquosissima erunt, ita -o arato (*50, 2* -um). Rhet. Her. 4, 8, 12. 4, 54, 68 (*exemplum brevitatis*) deinde ..., tum ..., deinde ..., post imperator et -o factus est consul. Cic. Quinct. 36 ostendam primum ..., deinde ..., -o (*item in partitione*: Nep. Epam. 1, 4 dicemus primum de genere eius, deinde ..., tum ..., -o de rebus gestis. *al.*). Verr. II 2, 10. Cluent. 21 postea Magia ... mortua est; -o unus, qui reliquus erat ..., est mortuus. Caes. Gall. 7, 87, 1 mittit primo ..., post ..., -o ipse ... adducit. Sall. Catil. 15, 2 iam primum ... multa nefanda stupra fecerat ...; -o captus amore *eqs.* Iug. 35, 10 fertur saepe ... respiciens -o dixisse: *eqs.* Liv. 1, 53, 10 vetant mirari, si *rex,* qualis in cives ..., talis ad ultimum in liberos esset; in se ipsum -o saeviturum, si alia desint. 2, 35, 8 multis saepe bellis, pestilentia -o amissa iuventute. 3, 32, 7 controversia aliquamdiu fuit, -o concessum patribus *eqs.* 22, 1, 19 *aliis sacris peractis* -o Decembri iam mense ... immolatum est (*sunt qui adi. vi partitiva adhibitum intellegant*). 36, 38, 4 dubium certamen sustinuere *Ligures*; -o, cum ..., tandem Ligures ... terga dederunt. Tac. Agr. 3, 1 invisa primo desidia -o amatur. *et saepe.*

**b** *notiones peculiares*: ? α *i. q. ultima vice* (*si recte agnovimus notionem deficiente contextu; cf.* postremum *1a*): Acc. trag. 70 -o amplexa fructum, quem di dant, cape. 507 hanc -o (-am *Bergk*) solis usuram cape. β *i. q. recentissime* (*ad notionem cf. p. 214, 7; ceterum huc trahere possis etiam l. 4, an et p. 217, 75?*): Liv. 9, 34, 6 nemo id ius esse, quod -o populus iussisset, sciit? 30, 22, 4 ut in ea pace, quae -o cum C. Lutatio facta esset, manere liceret (*in eadem re* 30, 44, 1).

**2** *pro subst.*: **a** *de ianua vel porta, sc. posteriore, minore*: **α** *neutr.* -um (*opp.* ostium ITALA Dan., ingressus VITAE patr.; *de notione*: CHAR. gramm. p. 462, 45 B. -um παράθυρος [*item* EXC. Bob. gramm. I 554, 22. GLOSS.]. GLOSS. -um: παραθύρα, παραθύριον. παραπύλιον. est latens ostium eo quod remotum est a publico. *in locutione praepos.* VITAE patr. *fortasse potius directio respicitur*): Ⓘ *de quolibet ostio*: ITALA gen. 19, 6 (Lugd.) exivit ... ad eos Lot ad -um et osteum clusit post se (*gr.* πρὸς τὸ πρόθυρον, *cod. 91 al.* posticum *vel* protyrum, *om. Vulg.*). Dan. 13, 18 (cod. 176) clauserunt ostea paradisi et exierunt secundum -um (*gr.* κατὰ τὰς πλαγίας θύρας, VVLG. egressae sunt per -um [posticum *var. l.*]. *de eodem ostio v. p. 227, 67*). CIL X 6565 (*a. 364–375*) at statum pristinum red⟨u⟩c(sit) amphiteatrum cum portis, -is et omnem fabric⟨am⟩ arene (*respici videntur portae cavearum ad feras inmittendas destinatae; v. p. 228, 27 sqq.*). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* (*cod. Dessauiensis*) epist. 1, 5, 31 per -um ingredere (VITAE patr. 3, 88 similis es aedificio quod, quamvis habeat ingressum ornatum, per -a tamen a latronibus expugnatur [*loco gemino 5, 8, 2* a facie ... de retro]. *adde* VVLG. *supra*). NOT. Tir. 100, 60. Ⓘⓘ *de ostio monasterii* (*vix meton. de ipso munere posticiariae* CAES. AREL. reg. virg. 30): CAES. AREL. reg. virg. 30 ad cellarium et ad -um vel lanipendium tales ... eligantur, ... quae *eqs.* 32 quae cellario sive canavae sive vestibus vel codicibus aut -o vel lanipendio praeponuntur (*inde* AVRELIAN. reg. mon. 21 quibus claves de ... -o ... tradendae sunt). 43 omnibus, quae ad -um observaverint, contestor ..., ut nihil de monasterio permittant dari ... extra conscientiam ... abbatissae. IVDICIVM Pictav. Greg. Tur. Franc. 10, 16 p. 507, 24 vectibus ac securibus confractis -is (posticis *cod. unus*). VEN. FORT. vita Radeg. 24, 58 nulla monacharum nisi (ipsa *add. cod. unus*) de -o (de postio *vel* depositio fieret *var. ll.*), quantum ligni opus erat, sola ferebat in sarcina.

**β** *fem.* -a (GLOSS. V 380, 23 -a: modica ianua [posticla *coni. Loewe, Prodromus, 1876, 136, sed eadem exhibet* GLOSS.[L] Corp. P 500]. *an huc* ITIN. Theod. *sub 1?*): DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII[a]45 intra basilica, pro -a vela linea rosulata VI (porticia *trad.*; *em. Du Cange s. v.*; *ad rem cf. e. g. Hier. epist. 60, 12, 2* vela ... in ostiis *ecclesiae*).

**γ** *masc.* -us: CE 297, 3 (*a. 539*) -us sub termas balteo concluditur ferro (*iterum ibid.* 6).

*?* **b** *de parte praetorii postica* (*neutr. pro subst.*): HYG. mun. castr. 18 quaestorium minor⟨e⟩ esse debet latitudine quam praetorium, ut strigae statorum -um praetorii proximae sint (-um *trad.*; posticum *edd. vix necessario ut etiam ibid.* 19 ut -um ⟨t⟩ueantur. *discrepant explicationes editorum ad l.: aream ad praetorium pertinentem intellegit Domaszewski, partem praetorii aversam Lenoir; an locos ad a trahas?*).

*deriv.*: posticiaria.

**posticula,** -ae *f.* *a* 1. posticus (postica) *demin.* *i. q. ianua postica parva*: APVL. met. 2, 23, 5 ipsis foribus obsaeptis per quandam brevem -am intro vocat me. *vix huc l. 62.*

**postīculum,** -ī *n.* *a* 1. posticus (posticum) *demin.* *i. q. aedificium posticum parvum*: PLAVT. Trin. 194 ubi nunc adulescens habet? :: -um hoc recepit, quom aedis vendidit (*sim.* 1085).

**postīcum** *v.* 1. posticus.

**1. postīcus,** -a, -um. *a* post; *ad formationem cf.* anticus. *de scriptura: derivatur a* post PRISC. gramm. III 38, 27. 475, 6 sq.

*[Korteweg]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Vel. gramm. VII 60, 4 in 'antiquo' etiam videmus locum ⟨hanc⟩ litteram (*sc.* u) habere et in '-o' non habere (*sed scribitur* -qua *iuxta* antiqua Inscr. Année Epigr. 1921 n. 40). *paenultimam longam esse confirmat usus auctorum* (*sed ideo reprehendi Persium a quibusdam testatur* Schol. Pers. 1, 62) *et docet* Gloss. V 622, 42. *de notione v. infra, maxime l. 26 et sub IIA. legitur inde a* Plavto, Titinio, Lvcilio, Varrone, Cic. (*ceterum in poesi non nisi singulis locis apud* Hor. epist., Pers., Avson.); *vocem gr.* πειστικόν (*i.* πιστι-, *Inscr. Syr. Jalabert-Monterde III 778, 2*) *vix recte cum* -um *coniunxit Grégoire, Byzantion 13, 1938, 180sq.* [posticum *i. q. ianua posterior: hisp.* postigo. *cf. M.-L. 6692. Corominas III 913sq. St.*] [*confunditur subst.* -um *in codd. cum* porticus Itin. Anton. Plac. rec. A 7 (*restituitur* Liv. 45, 6, 4), posticius *v. p. 226, 21.*]

*i. q. post aliquid vel posteriore parte situs* (*respiciuntur corporea praeter l. 37; agnoscasne vim partitivam l. 21, coll. p. 226, 27? opp.* anticus Varro ling. 7, 7 frg. Non. p. 55, 20 *et passim sub II* [*cf. etiam infra l. 64*]; *opposita alia habes infra l. 62. 83 et p. 228, 2*): I *usu communi*: A *adi.*: 1 *varia*: Plavt. Stich. 450 est etiam hic ostium aliud -um nostrarum harunc aedium (*pro subst. accipit Petersmann, 1973 ad l.; cf.* Pavl. Fest. *infra*). Varro Men. 522 perrexit in interioris partis domuis (*gen.*) -ae, ut ait Plautus, penitissimae (*ad Persam 522 rettulit Leo in ed. II 553*). ling. 5, 42 (*inter vestigia Saturniae, oppidi antiqui*) quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus privatis parietes -i 'muri' sunt scripti (*sc. quod olim oppidum cingebant; explicaverunt alii aliter.*) Liv. 40, 2, 2 in -is parietibus Cereris templi [-is *vel* posteris partibus *recc. aliquot*]). Pavl. Fest. p. 220 -um (*an potius pro subst.? cf.* Plavt. *supra*) ostium dicitur in posteriore parte aedium; ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad posteriorem partem aedium sic appellarunt; denique et quae ante nos sunt antica et duae post nos sunt -a dicuntur, et dexteram anticam, sinistram -am dicimus (*quae sequuntur v. sub IIA*). Sol. 26, 7 -is pedibus insistunt *ursi*. Avson. 70, 7 p. 341P. perversae Veneris -o vulnere fossor. CIL VI 32089 (*inter a. 425 et 450*) ha⟨re⟩nam amphiteatri *Flavii* a novo una cum po⟨dio et portis post⟩icis ... ⟨restituit⟩ (*si recte suppletur; an coll. B 2 b et p. 226, 45 potius de subst. cogites, ut suppleas e. g.* po⟨rtis et post⟩icis?). *transfertur ad actionem clandestinam, sc. quae fit a tergo alicuius*: Pers. 1, 62 -ae occurrite sannae (Schol. quae fit a posteriori parte). 2 pars -a (*v. etiam p. 228, 45*): Plavt. Stich. 450ª aedium ([*versus interpol.?*]. Liv. 23, 8, 8). Lvcil. 119 non peperit, verum -a parte profudit (*respicitur podex ut*: Arnob. nat. 4, 26 p. 233, 20 M. in partibus Fabius aduritur mollibus obsignaturque -is [*cf. Fest p. 245* eius natis fulmine icta erat]. 5, 23 p. 277, 21 Iovem ... ex p. -a ... molli fimo perlitum. 5, 28 p. 286, 6 -a ex p. nudatus. *cf. l. 32. p. 228, 10*). Varro frg. Non. p. 55, 20 qua fini sit antica et -a (*pertinetne ad II?*); in -a p. erat culina. Cic. Att. 6, 1, 17 statua, quae ab Opis parte -a (*Urlichs*; posita *codd. et vol. I 21, 5*) in excelso est. Svet. Otho 6, 2 Palati.

B *pro subst.* *de generibus*: Non. p. 217, 12sqq. -am feminino genere consuetudine appellamus (*sed afferuntur loci ad A pertinentes* Lvcil. 119 Varro Men. 522); Titinius neutro ... dici probat (*afferuntur* Titin. com. 142. 30 Lvcil. 312 Varro Men. 430, *quae v. infra*). Serv. Aen. 2, 453 -um, quod generis est neutri, ut Horatius (*citat* epist. 1, 5, 31, *v. infra*); nam si generis feminini legeris '-a', augurale est. ut 'antica', '-a' (*cf. sub II*). Gloss. -um neutri et feminini generis. -a est ostium iuxta portam longa ti: idem est et -um neutro genere, quod seudotinum (*i. pseudothyrum*) dicitur graece *eqs.*

1 *neutr.* (*excipitur per pron. masc.* Isid. *sub a; an huc formae ambiguae p. 228, 29. 32?*); *significantur res sitae parte posteriore* (*occultiore p. 228, 12* [*inde de re parva p. 228, 13*]; *in locutionibus praepos. quibusdam respicitur fortasse ipse situs vel directio, v. l. 82sqq. p. 228, 5. 15; de* Hyg. mun. castr. 18 *et* 19 *v. p. 226, 69*): a *de ostio aedium* (*oppidorum v. sub c; hucine* Pavl. Fest. *sub A1? opp.* ostium Itala, Itin., ianua Isid., porta Schol. Hor.; antiquum *de ostio non usurpari videtur praeter loc. dub. Paul. Fest. p. 26* antiquum veteres etiam pro ianua [omnia *codd.*] posuere): Plavt. Most. 931 me illac per -um ad congerrones conferam (Liv. 45, 6, 4 ⟨per⟩ -um [port- *trad.*] aedium in ... hortum ... pervenit. Itala Dan. 13, 26 [cod. 176] prosilierunt p. -um [*opp.* ostia; *gr.* διὰ τῆς πλαγίας θύρας, Vvlg. p. -am, *var. l.* posticia(m), postic(i)um; *cf. p. 226, 42*]. Serv. Aen. 2, 453. Itin. Anton. Plac. rec. A 7 clauduntur omnia ostia *thermarum* et p. -um [port- *var. l.*] mittuntur intus *leprosi mundandi* [*rec. B* ostia ... ostium]). Titin. com. 30 si quisquam ... -um nostrum pepulerit. Hor. epist. 1, 5, 31 atria servantem -o falle clientem (Schol. *opp.* porta). Liv. 39, 51, 7 -o, quod devium maxime atque occultissimi exitus erat, fugere conatus *Hannibal*. Val. Max. 5, 7, 3 cum domo -o (-a *L²*) clam esset egressus. 6 8, 6 illum -o clam emisit. Svet. Claud. 18, 2 aegre nec nisi -o evadere. Itala gen. 19, 6 (cod. 91*al.*) *v. p. 226, 39.* Isid. reg. monach. 1, 2 monasterii ... munitio tantum ianuam extrinsecus habeat, unumque -um, per quem eatur ad hortum. b *de qualibet parte aedificii* (*vel de ipso aedificio*): Titin. com. 142 duo -a, quae loco mercede. Lvcil. 312 pistrinum adpositum, -um, sella, culina. Vitr. 3, 2, 4 *amphiprostylos aedes* habet in -o (-cio, -tio *trad.*) ... columnas et fastigium. 3, 2, 5 *peripteros* habebit in fronte et -o senas columnas (3, 2, 6 *bis* [*distinguitur etiam* in lateribus]. 3, 3, 6. 7). 3, 2, 5 *aedes* Honoris et Virtutis ⸤sine -o⸥ a Mucio facta (⸤ ⸥ *non necessario transposuit Krohn*). 3, 2, 7 dipteros ... *est* octastylos et pronao et -o (3, 2, 8 hypaethros ... decastylos est in p. et -o [*ibid. iterum.* 3, 5, 4. 4, 3, 4]). *interpr. dubia*: Ps. Thom. euang. 7, 1 unus ... de ... pueris *in tecto ludentibus* irruit per- um (*gr. rec. A 9, 1* πεσὼν ἀπὸ τοῦ δώματος κάτω, *B 8, 1* κατωθισθὲν ἓν παιδίον ὑπὸ ἄλλου κρημνιζόμενον ἐπὶ τῆς γῆς. *puerne per partem domus aversam* [*coll. 2, 1* ceciderunt per murum in sinum] *an supinus cadit?*). c *de variis rebus*: Varro Men. 430 (*ex Prometheo libero*) retrimenta cibi qua exirent, per -um vallem feci (*coni.* callem *vel* canalem f.; *de podice sim. ut*: Arnob. nat. 2, 16 p. 85, 3 M. superfluas foeditates inferioribus egerunt abiiciuntque -is. *cf. p. 227, 40*). Serv. Aen. 2, 752 ('obscura limina') aut per noctem obscura aut certe -um 'limina' significat (*respicitur porta Troiae; cf. 2c; huc traham* Gloss. I p. 42 -um porta minor in maiore; *vide etiam p. 227, 55*). Mart. Cap. 1, 66 Iuppiter ... apponit ... vertici ... coronam contegitque ex -is caput ... velamine (*an coll. I A 2 subintellegas 'partibus' ut ad 2 spectet?*). 2, 145 *Labor et Amor subvehunt* a fronte lecticam ...; -a Epimelia et Agrypnia ... sustulere.

2 *fem.* (*an huc l. 15? significatur ianua vel porta, sc. posterior vel occultior, minor sim.; cf.* Gloss.ᴸ II Philox. PO 115 -a: παραθύρα κατόπιν τοῦ οἴκου): a *quorumlibet aedificiorum*: Apvl. met. 9, 2, 1 canem per -am impetu miro sese direxisse (Amm. 14, 1, 6 *delatores* latenter intromissi p. -as in regiam. Vvlg. iud. 3, 24 p. -am egressus est [p. -um, et -a *var. ll.*]. Dan. 13, 26 [*v. supra sub 1a*]). Vlp. dig. 7, 1, 13, 7 (*e Nerva filio*) neque ... aditus -asve vertere (ev- *var. l.*) vel refugia aperire *usufructuario aedium permittetur.* Amm. 27, 12, 3 iussit *regem* ad latentem trahi -am (porticam *var. l.*). b *cavearum amphitheatri, quibus ferae includebantur* (*cf. p. 226, 45. 227, 34*): Vopisc. Prob. 19, 6 qui omnes *leones* ⟨e⟩ -is interempti sunt, non magnum praebentes spectaculum (*supplevit explicavitque Salmasius; praepos.* e *intellegenda videtur sec. usum vol. V 2, 1091, 38 illustratum; an agnoscas abl. loci?*). Amm. 28, 1, 10 amphitheatrales ferae diffractis ... solutae -is. Pass. Tarach. 10 -am confregit *leaena* (*gr.* τῶν σανίδων ἀφαμένη). c *oppidorum* (*cf.* Serv. *sub 1c*): Amm. 18, 6, 11 intra semiclausam -am exposito puero. 18, 8, 13 per -am ingressus (21, 12, 13). 19, 6, 7. 19, 8, 5. 20, 11, 22.

? 3 *masc. de hominibus v. p. 227, 28* (*nullo allato exemplo; aliter, sc. de ostio p. 227, 79*).

II *usu technico in sermone augurum, agrimensorum sim.; significatur imprimis pars caeli vel terrae a tergo spectantis sita* (*hucine* Varro *sub I A 2? legitur fere fem., cf.* Serv. *p. 227, 53, pro subst. de linea vel parte l. 63sqq., fortasse etiam l. 56sqq.; forma ambigua* -is Schol. Verg.; *ad rem v. Fabricius, RE XIII 675sqq.*): A *definitiones*: Varro ling. 7, 7 eius templi (*i. caeli*) partes quattuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, -a ad septemtrionem (Pavl. Fest. p. 220 ea caeli p., quae sole illustratur ad meridiem, antica nominatur, quae ad septemtrionem -a [*quae antecedunt v. sub IA*]. Serv. ecl. 9, 15 augures ... designant spatia lituo et eis dant nomina, ut prima p. dicatur antica, posterior -a, item dextra et sinistra. Isid. orig. 15, 4, 7 locus designatus ad orientem ... templum dicebatur; cuius p. quattuor erant: antica ad ortum, -a ad occasum *spectans*). Fest. p. 233 -am lineam in agris dividendis Ser. Sulpicius appellavit ab exori⟨ente ad occasum spectantem⟩ (*suppl. ex Paulo. cf. Gloss. II 20, 39* antica linea διάμετρος). Frontin. grom. p. 11, 8 aruspices altera linea a septentrione ad meridianum diviserunt terram, ⟨et⟩ a media ultra antica, citra -a nominaverunt (*deficientibus codd. antiquis, qui loco gemino* Hyg. lim. grom. p. 132, 4 *exhibent* anticam ... -am [antica ... -a *edd. utroque loco; an potius acc. fem., sc.* partem, *restituas etiam Frontino?*]). Lib. col. I grom. p. 249, 29 L. limites qui per antica et -a (*plur. neutr., an fem. sing.* 'antica' ... '-a' *ut l. 63sqq.?*) dividuntur. B *exempla cetera*: Grom. p. 303, 23 L. quare per aedes publicas in ingressus antiqui fecerunt crucem, 'antica' et '-a'? (p. 304, 7 secundum aruspicium signum fecerunt in aedes deorum suorum, ut scriberent 'antica' et '-a'. *exemplum huius crucis inventum est Lambaesi* Inscr. Année Epigr. 1921 n. 40). Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 693 ⟨si sinistr⟩a tonat, optimum fit auspicium, si modo non -is sed anticis evenit (*iterum ibid. in contextu manco* in -is). Arnob. nat. 4, 5 p. 207, 8 M. mundus ipse per se sibi neque dexteras neque laevas neque superas regiones neque imas neque anticas habet neque -as (*cf. Aristot. de caelo 284b21sqq.*).

*deriv.*: posticius, posticula, posticulum; *cf.* 2. posticus.

*v. Onom.*

**2. postīcus** (-eic-), -ūs *m.* (*f. ?*). *a* post *iuxta* 1. posticus *sec.* porticus, *nisi fallimur.* *i. q. porta postica*: CIL I² 780 (*Curubi, circa a. 47 a. Chr.*) murum, turres, posteicuus, fossam faciundum coer(averunt).

**postid** *v.* post. **postideā** *v.* postea.

? **postidhaec** *adv. sec.* postidea *et* post haec *per contaminationem formatum dubites an recte ex maiore parte codd. receperit Dick* Mart. Cap. 8, 807 apage sis nec -c nugales ausus lege hymeneia ... obnuberis (post id, post hic, post haec *var. ll.*; postidhac *Grotius, coll.* antidhac).

[**postifices:** iudices Gloss. V 608, 42 (*intellegas* pont- *sec. Gloss. V 134, 34 Gloss.ᴸ I Ansil.* PO *220*).]

postumus: **postigena** Gloss. I p. 42 (= II 589, 59). *cf. cum* post *et* indigena *sim., ceterum cum* postgenitus.

[*Korteweg*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**postilēna,** -ae *f.* [*a* post *iuxta* postela (*cf.* antela: antilena), *sed utrumque modo haud perspicuo formatum. Sch.*] *scribitur* -tel(l)ena Gloss. II 385, 15 III 327, 3. *i. q. lorum ephippii posterius* (*quod* ὀπισθελίνη *vocatur Ps. Mauric. strat. 1, 2, 3. al.*; *opp.* antilena; *ad rem cf. e. g. Schuppe, RE XXII 1, 863; generali quadam notione explicatur l. 11*): Plavt. Cas. 125 ita te aggerunda curvom aqua faciam probe, ut -a possit ex te fieri. Gloss.$^{L}$ II Philox. po 108 -a: ἱμὰς ὁ ἐκ τοῦ ἐφιππίου ἢ σάγματος ὑπὸ τὴν οὐρὰν εἱρόμενος (ερομενον *trad.*). Gloss.$^{L}$ Corp. p 504 post⟨il⟩ena: boga ([*anglosax.*]. *sed formam* postena *fortasse defendas coll. Du Cange s. v. et A 610* antena: boga, *ubi* ant⟨il⟩ena *Lindsay*). Gloss. V 589, 22 *v. sub* postela. *explicatur per neutr. plur.*: Gloss.$^{L}$ II Philox. po 109 -a: ὀπίσθια (*an -ία?*), ὀπισθένη (Gloss. II 385, 15. III 327, 3 [*in capite* de scorteis]. *huiusmodi glossam fortasse vertit* Gloss. I p. 42 -a: posteriora, sed specialiter dicitur instructura caballa [*v. vol. VII 1, 2010, 21 sqq.*; *vix cogites de vestigiis adi.* postilenus *fere pro* posterus *usurpati*]).

**pōstilio,** -ōnis *f.* [*a* postulare; i *pro* u *ut* familia *a* famulus, *syll. suffixa ut* opinio *ab* opinari. *Sch.*] *i. q. postulatio piaculi vel ipsum piaculum postulatum* (*technice in religione; ad rem cf. e. g. Wissowa, Religion u. Kultus, ²1912, 545, 7*): Cic. har. resp. 20 (*referuntur verba haruspicum*) quod in agro Latiniensi auditus est strepitus ..., -es (*restit. Orelli ex* -stulati-) esse Iovi, Saturno, Neptuno, Telluri, dis caelestibus (*pergit Cic.* audio quibus dis violatis expiatio debeatur). 31 eodem ostento Telluri -o (-tillo *var. l.*) deberi dicitur. Varro ling. 5, 148 (*e Procilio*) *ab haruspicibus* responsum deum Manium (Manip *cod.*) -em postulare, id est civem fortissimum eo (*i. in hiatum terrae*) demitti. Arnob. nat. 4, 31 in caeremoniis vestris ... -bus locus est et piaculi[s] dicitur contracta esse commissio. Gloss. V 607, 6 -o postulatio. *mire affertur inter vocabula ad architecturam pertinentia* Not. Tir. 100, 61 (*inde* Gloss. I p. 246, *v. Heraeus, Kl. Schr. 108, 2*) -o; *praecedunt* postis. postitium (*i.* -tici-), *sequuntur* statuarium. basis; *vix cogites de nova quadam voce cum* postis *coniungenda, si conferas seriem prolatam ibid. 45–48* cella ... procella.

**postillā** *adv.* a post *et abl. separ.* illa. *scribitur* posi- Ter. Andr. 936 (*A man. pr.*). *legitur in latinitate prisca et apud* Catvllvm, Frontonem (*cf. l. 52*); *adde iuncturam* -a quam *apud Zosimum papam.* [*confunditur in codd. saepius cum* post illam *sim.*; *v. infra.*] *i. q. post illud momentum temporis, postea, post* (Arvs. gramm. VII 503, 24 -a pro postea [*affert* Ter. Phorm. 1018. *cf.* Gloss. -a: postea]): **1** *vi temporali plena* (*fere de eventibus praeteritis; pertinet ad ea, quae iterum et saepius evenire possunt,* Plavt. Capt. 118 *sub a et* Plavt. Men. 342 *sub bβ, ad futura* Ter. Phorm. 347 *sub a* [*cf. infra l. 63 et 81, ubi adhibetur ex sententia eius de quo narratur*]). *accedunt additamenta quibus illustratur quando quid eveniat*: (n)umquam *l. 56 sqq.*, semper Plavt. Cas. 119, extemplo Plavt. Men. 342, saepe Cato orig. 83, nunc primum Ter. Andr. 936 (*cf.* postillac); *quantum distet tempus*: hau longissime Plavt. Stich. 529; *quid antecedat*: postquam Plavt. Pseud. 298 (*cf.* postillac *nec non abl. absol.* Catvll. 84, 9), si Ter. Phorm. 347, quam *p. 230, 17.* *iuxta vim temporalem sublucet respectus causae* Plavt. Pseud. 298 Fronto p. 226, 9 v. d. H. *ceterum cf.* post illud (illa) *p. 174, 26, quo minus probabiliter locos* Frontonis *infra allatos trahere videntur editores* (*sed certe ad praepos. spectat Fronto p. 100, 23 v. d. H.* post illa Sallusti *sc.* verba *sim.*).

**a** *significatur magis spatium temporis, fere i. q. inde ab illo tempore*: Plavt. Capt. 118 *avi vel captivo* semel fugiendi si data est occasio, satis est; numquam -a possis prendere ([post illam *var. l.*; *in sententia generali ut* Men. 342 *sub bβ*]. Curc. 529 puellam ... olim ... emi, sed eum qui mi illam vendidit n. -a vidi. *suppl. dub.* Fronto p. 208, 6 v. d. H.). Men. 1117 (*antecedit* tunc) neque patrem umquam -a vidi ([-ac *var. l.*; -ac u. *Ritschl*; numq. -a *Brix*]. Ter. Phorm. 1018 abhinc annos quindecim mulierculam eam compressit ...; neque -a [post illam *var. l.*] u. attigit. Fronto p. 225, 13 v. d. H. [*refertur consilium piratarum*] cuius *Arionis mortem subituri* vocem ... nemo u. -a auscultaret). Most. 141 ad illud frugi usque ... fui ..., dum ...; postea, quam (quom *fere ed.*) ...; -a optigere eam *verecundiam* neglegens fui; ... nunc *eqs.* Pseud. 298 postquam ... isti a mensa surgunt (*i. postquam danistae conturbaverunt?*) ..., -a omnes cautiores sunt, ne credant alteri. Ter. Eun. 127 te interea loci cognovi; tute scis -a quam intimum habeam te. Phorm. 347 si eam *primam coitionem* sustinueris, ⌊-a iam⌋ (post illam *A*) ut lubet ludas licet (Schol. *ad l.* deinde). 705 quot res -a monstra evenerunt mihi. Cato orig. 83 convaluit saepeque -a (post illam *var. l.*) operam rei publicae ... perhibuit. Catvll. 84, 9 hoc *Arrio* misso in Syriam requierant omnibus aures: ... nec sibi -a metuebant talia verba. Fronto p. 161, 6 v. d. H. -a quae⟨cumque⟩ ad instruendam provinciam adtinerent ... sedulo praeparavi.

**b** *significatur magis momentum temporis, fere i. q. post illud tempus*: α *vario usu*: Plavt. Poen. 467 *haruspex* aibat portendi mihi malum; ... mina mihi argenti dono -a datast (*in eadem re* 750). Stich. 529 quam dudum in portum venis? :: hau (huc *trad.*) longissime -a (*i. postquam tu venisti; an -a cum sequentibus iungas?*). :: iam iste *socer* est tranquillus tibi? Enn. scaen. 45 primus *puer* ... qui foret -a natus. Fronto p. 226, 9 v. d. H. cum neque quicquam -a negare ... ausi sunt. β *in serie eventuum actionumve* (*cf.* Plavt. Most. 141, Ter. Phorm. 1018 *sub 1a*, Plavt. Cas. *sub 2*): Plavt. Men. 342 morem hunc meretrices habent: ad portum mittunt servolos ...; rogitant cuiatis sit *navis peregrina*; ... -a (post ille *trad.*) extemplo se applicant. Enn. ann. 41 me visus homo pulcher per ... salicta ... raptare ...; ita sola -a ... errare videbar ...; exim *eqs.* Ter. Andr. 936 is ... proficiscitur; tum ... est veritus; -a nunc primum audio quid illo sit factum (*versum una syllaba abundantem alii aliter emendaverunt*). Haut. 447 (*443* primum ... *mulierem* proterruisti hinc) -a coepit victum volgo quaerere; nunc *eqs.*

**2** *vi temporali attenuata respicitur quod additur in enumeratione mera, fere i. q. deinde, praeterea sim.* (*cf. 1bβ*): Plavt. Truc. 485 scio ego multos memoravisse[m] milites mendacium: et Homeronidam et -a mille (post illam illi *trad.*) memorari pote[st], qui *mentiti sint.* *huc pertinere videtur locus suspectus*: Plavt. Cas. 119 egone quid faciam tibi? primum omnium ... lucebis ... facem; -a ut semper improbus nihilique sis (eris *Leo*; *versum del. Guyet*); postid locorum ... dabitur *eqs.*

*iunctura* **postillā quam,** *sec.* posteaquam *formata* (*v. Norberg, Eranos 39, 1941, 104*): Avell. p. 116, 25 noverit vestra fraternitas nihil nos, -a q. (*V*; posteaquam *coni. corrector quidam apographi,* postquam illa *Günther*) vobis scripsimus ..., immutasse (*in epistula Zosimi papae ut* Epist. pontif. Arel. 6 p. 12, 21 *Proculum,* -a q. [illam *et* quae *var. ll.*] illi interdiximus, ordinasse *homines indignos* [*sed loco gemino ibid. p. 12, 23 traditur* postquam]).

**postillāc** *adv.* a post *et* illac; *cf.* posthac. *i. q. postilla* (*quocum confunditur* Plavt. Men. 1117 *p. 229, 60*): Plavt. Men. 685 postquam illam *pallam* dudum tibi dedi atque abii ad forum, nunc redeo, nunc te -c (dost illac *codd.*; *corr. B²*) video.

**postillāquam** *v.* postilla. **postinde** *v. p. 163, 46 et vol. VII 1, 1121, 72.* *Korteweg.*

***postis,** -is *m.* [*si recte postulatur forma prisca* *porstis, *conferenda est vox gr.* παραστάς, -άδος *f.* 'postis' *e* παρ(α) *et radice* *stā- *composita. Sch.*] *a* post *derivatur* Prisc. gramm. III 475, 7 quod post fores stant -es (*sim.* Isid. orig. 15, 7, 9). Not. Tir. 100, 59 -is (*var. l.* -es). *genus masc. testantur* Caper gramm. VII 101, 12. Char. gramm. p. 452, 21 B. -is φλιά (*inter verba* quae apud Latinos masculina, apud Graecos feminina sunt). *al.*; *fem. testatur* Gloss. V 134, 42 -es genere feminino: '-esque sub ipso⟨s⟩' (Verg. Aen. 2, 442 *inepte allato; intellexitne* '-es quae'? [*cf. var. l. Gramm. suppl. 170, 21*]), *quod trad.* Anth. 443, 2 (*in epigr. q. d. Senecae*). Comment. Lucan. 10, 117. Pavla Hier. epist. 46, 12, 2 (*var. l. ut* Vvlg. exod. 12, 7. *al.*). Greg. Tvr. Iul. 5 (*cf. Bonnet, Lat. de Grég. 505*). *de formis: nom. sing.* -es: Ven. Fort. vita Germ. 61, 164 (*var. l.* -es *tuetur Krusch in ed. a. 1919 coll. nom. sing.* oves, *de quo v. vol. IX 2, 1192, 43 sqq.*). Gloss. -es: παραστάς. *fortasse huc pertinet etiam* Gloss. II 396, 25 παραστὰς θύρας: ⟨post⟩is -es (*Stephanus; an* hic -es?). Gloss.$^{L}$ II Philox. po 145 -es et postui: παραστάς (-es id est ostii *ed. dubitanter; fuitne* -es et -is?). *abl. sing.* -i: Ov. met. 5, 120 (*var. l.* -i *confirmat* Prisc. gramm. II 348, 9. *cf. etiam* Ps. Palaem. gramm. V 539, 42 pauca ... masculina *ablativum* in i vel in e mittunt, ut ... -is). *acc. plur. et* -es *et* -is *esse testatur* Prob. inst. gramm. IV 96, 12 (*affert* Verg. Aen. 2, 490 -es. 2, 442 -is). -is *trad.*: Plavt. Most. 820 (*deficiente A*; -es 818, *nisi nom.*). Lvcr. 4, 1178 (-es 4, 275). Ov. am. 2, 19, 21 (-es *novies*). *al.*; *de* Verg. *v. Bömer, Emerita 21, 1953, 200.* *legitur plur. inde a* Plavto, Ennio, Catone, *sing. inde a* Cic. Att. 3, 15, 6. *al.* (*v. infra p. 232, 59 sqq.*), Verg. Aen. 5, 360, Hor. epist. 1, 1, 5. [*raet. occ.* piəšt, pœšt; *francog. vet. et med.* post (*deriv. francog.* poteau); *prov. vet.* post *'tabula lignea', var. dial. francoprov., prov., vasc.*; *cat.* post *'tabula lignea'*; *port.* poste. *cf. M.-L. 6693. Wartburg IX 248 sqq. Corominas III 857. Machado² III 1860. St.*] [*confunditur maxime cum* potes, potest *aliisque eiusdem verbi formis et cum* positis *sim., e. g.* Manil. 4, 180 Val. Max. 2, 8, 7 (*restit.* Plin. nat. 2, 196 Priscill. tract. 6, 107; depositum *pro* de -e *coniciam* Itala IV reg. 21, 13 [Lucif. reg. apost. 8 p. 57, 1]).]

**I** *de tignis, pilis sim., quae pertinent ad aditum* (*ad fenestram p. 231, 6?*): **A** *proprie*: **1** *strictius respicitur ianua more solito confecta; significantur illa duo ligna vel saxa erecta, quae una cum liminibus ostium circumdant* (*negat Page, Class. Rev. 3, 1889, 76, sed v. e. g. p. 231, 27*); *inde vocem saepe ad valvas vel totam ianuam transferri vix est quod moneamus* (*v. e. g. p. 231, 37. 67. 232, 43. 233, 23. 53 sqq.*; *vix de aliis ianuae partibus p. 231, 12. 25*). Gloss. παραστάς. φλιά (*v. et l. 35*). θυρώματα. tabulae ostii. Gloss.$^{L}$ I Ansil. po 516 -es: valbas, id est ianuas. *sim. al.*

**a** *in aedificiis profanis* (*fere domibus; in curia p. 231, 44, carcere e. g. p. 231, 26, stabulo e. g. p. 231, 35; intra aedes e. g. p. 231, 46. 232, 34*): α *in univ.*: ① *exempla varia* (*selecta inde a* Verg.): Plavt. Bacch. 1119 iube ... aperiri fores, nisi mavoltis fores et -es comminui securibus. Most. 818–820 age specta -es cuius modi, quanta firmitate facti et quanta crassitudine. :: non videor vidisse -is pulchriores (*respicitur pulchritudo etiam* Verg. georg. 2, 463 varios ... pulchra testudine -es. Hor. carm. 3, 1, 45 Ov. met. 11, 114 sq. Lvcan. 10, 118 hebenus ... vastos non operit -es, sed stat pro robore vili. Stat. silv. 1, 3, 35. Anth. 443, 2 marmoreo ianua -e nitet. Pavla Hier. epist. 46, 12, 2 auratos. *al.*, *cf. e. g. infra p. 231, 38. 61*). Cato agr. 14, 1 *in villa aedificanda* faber haec faciat oportet: ... tigna omnia ..., limina, -es, iugumenta *eqs.* Cic. dom. 60 columnis ac -bus meis ... bellum intulistis

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*postea*: cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum). LVCR. 4, 275 citra -es. VERG. ecl. 7, 50 fuligine nigri (*cf.* SIL. 7, 175 fumosi). Aen. 2, 442 cernimus obsessum ... limen; haerent parietibus scalae -isque sub ipsos nituntur gradibus *Graeci et* ... prensant fastigia dextris (*cf.* SERV. -esque sub ipsos: si circa portam, 'sub -bus'; si circa fenestras, '⌞circa⌟ -es' [*an legendum* sub, *ita ut -es de fenestris dicatur? cf.* DON. gramm. IV 365, 32sq. PRISC. gramm. III 53, 27sqq. *al.*]. *tigna sim. tecti intellegunt alii, ut ad II pertineat, v. Austin ad 2, 443*). 2, 454. 2, 480 *Pyrrhus* correpta ... bipenni limina perrumpit -isque a cardine vellit aeratos (*item e m o v e n t u r  c a r d i n e* -es: 2, 493 labat ... ianua et emoti [-to *fort. legit Non. p. 202, 15*] procumbunt cardine -es [*potius notione laxiore q. e. fores quam de tigno versatili, quod valvarum tabellas sustinet, cf. Howell, Philologus 112, 1968, 132sqq.; imitantur* CYPR. GALL. *sub c et* VEN. FORT. vita Germ. 61, 164 -es cardine vellitur]). 2, 490 matres ... amplexae ... tenent -es atque o s c u l a figunt (VAL. FL. 2, 168 VEN. FORT. carm. app. 1, 23. *cf.* AMM. 25, 9, 5 turba flebilis -es penatium amplexa). PROP. 4, 8, 49 rauci s o n u e r u n t cardine -es (SEN. Herc. O. 254 Oed. 911. VAL. FL. 7, 322 impulso ... cardine. *cf.* CALP. decl. 4 [*de carcere*] ferrati -is stridor). OV. am. 2, 1, 27 inserta ... -i ... sera (*cf. infra l. 84 nec non* OV. met. 5, 120 rapta ... de dextro ... repagula -i. 5, 123. PAVL. FEST. p. 25. SEN. Phaedr. 863 reserate clausos ... -es. LVCAN. 5, 531 -e recluso [*nisi phaselus v. 518 memoratus ianuae vice fungitur, ut sit dictum usu laxiore et pertineat ad 2*]. APVL. met. 1, 14, 1). met. 10, 379 *Myrrha* zona summo de -e revincta ... aptabat ... vincula collo (*limen superum intellexit Bömer ad l., sed cf. 14, 735* foribus ... summis). VELL. 2, 7, 2 inliso capite in -em (*Aldus*, pontem *codd.*) lapideum ianuae carceris effusoque cerebro expiravit (*sc. Herennius ut* VAL. MAX. 9, 12, 6). VAL. MAX. 2, 10, 2 *praedones* -es ianuae *Scipionis* tamquam aliquam religiosissimam aram ... venerati. SEN. Herc. f. 1000 huc eat et illuc valva (*Badenius*, aula *trad.*, clava *Withof*) deiecto obice rumpatque -es. PLIN. nat. 2, 197 *in terrae motu* tutissimi sunt aedificiorum fornices, anguli quoque parietum -esque alterno pulsu renitente (*nisi pertinet ad II et hic locus et* 8, 31 -ium vicem in domiciliis praebere *dentes elephantorum*). STAT. Theb. 1, 388 a u l a e  *r e g i a e* (3, 347). 10, 47 *lupi stabuli* duris adfrangunt -bus ungues (*inde* NEMES. cyn. 171 infringunt [*Heinsius*, impingunt *trad.*]). MART. 1, 70, 14 nulla magis toto ianua -e patet. IVV. 9, 104 divitis ... loquentur ... et -es et marmora. CLAVD. DON. Aen. 2, 490 p. 216, 2 (*ad v. 491sq.* nec claustra nec ipsi custodes sufferre valent) custodes -es etiam possumus accipere, quoniam alio nomine etiam custodes appellantur. PRVD. perist. 5, 318 *ianitor carceris* introspicit, admota quantum -bus acies per artas cardinum intrare iuncturas potest. *al.* ⓘ *respiciuntur i n s c r i p t i o n e s -bus affixae vel inscriptae* (*cf. B 3 et* VVLG. deut. *sub γ*): CIC. Att. 3, 15, 6 quoddam caput legis Clodium in curiae -e fixisse. PETRON. 28, 6 in cuius *ianuae* -e libellus erat cum hac inscriptione fixus *eqs.* 30, 1 in -bus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum unam partem quasi embolum navis aeneum finiebat, in quo erat scriptum *eqs.* (30, 3 sub eodem titulo ... duae tabulae in utroque -e defixae *eqs.*). MART. 1, 117, 11 *bibliopolae* taberna scriptis -bus hinc et inde totis, omnes ut cito perlegas poetas. COD. Theod. 2, 27, 1, 6 volumus creditorem ... aditis iudiciis edictum mereri auctoritatemque -bus debitoris adfigere. 7, 8, 4 deputatas ... domus enotant et -bus hospitaturi nomen adscribunt *mensores.* 9, 42, 11 qui *tituli* eorum -bus adfigentur, [vel his] (*del. Mommsen*) quorum ius ac proprietas auferetur (*v. etiam* PS. EVSEB. GALLIC. *sub B 3*). ⓘⓘ *respiciuntur i n s i g n i a,  o r n a t u s, quae aedibus iam confectis -bus annectuntur sim.* (*cf. l. 82sq.*): R. GEST. div. Aug. 34 laureis -es aedium mearum v⟨estiti⟩ publ⟨ice coronaq⟩ue civica super ianuam meam fixa est (*gr.* τὰ πρόπυλά μου. *item de Augusti laureis*: OV. met. 1, 562. *praeterea de lauro*: QVINT. inst. 8, 6, 32. IVV. 6, 79 *novi mariti* ornentur -es ... lauro. TERT. apol. 35, 4. 11 idol. 15 p. 48, 2. 49, 11 CARM. c. pag. 41). VERG. Aen. 2, 504 barbarico -es auro s p o l i i s que superbi (LIV. 38, 43, 10). OV. trist. 3, 1, 34 a r m i s conspicuos -es (PERS. 6, 45 [*nisi pertinet ad b*]. SIL. 6, 446. STAT. Theb. 3, 581 arma paternis -bus ... vellere [*sim.* Ach. 1, 423]). MANIL. 4, 180 -is ornare superbos pellibus et captas domibus praefigere praedas (*cf.* VAL. Fl. 3, 25 captiva ... -bus ora *leonis* imposuit). VAL. MAX. 2, 8, 7 ob cives servatos corona ..., qua -es Augustae domus ... triumphant (*v.* R. GEST. *supra*). STAT. silv. 1, 2, 231 fronde virent -es (*item de novi mariti domo*: IVV. 6, 52. 79 *supra.* CLAVD. 10, 208). 4, 8, 38 -es ... ornare *infante amici nato.* CLAVD. 8, 417 *temporibus antiquis* lustratae lictore casae, fascesque salignis -bus affixi (*cf. l. 46*). RVT. NAM. 1, 424 -e coronato. ENNOD. carm. 2, 17, 1 navita per -es suspendit munera ponti. VEN. FORT. carm. 8, 7, 5 *vere* viri -es et pulpita floribus ornant (*diem festum ut videtur agentes. cf.* CORIPP. Iust. 4, 152 agricolae ... primordia fertilis anni ferre domum gaudent, -esque et limina comunt, et sua placandis nectunt donaria templis).

*β in r e  a m a t o r i a* (*respicitur domus amicae*): LVCR. 4, 1178 exclusus amator limina ... sertis operit -isque superbos unguit amaracino et foribus miser oscula figit. HOR. epod. 11, 21 ferebar ... ad non amicos heu mihi -is et heu limina dura. TIB. 1, 1, 73 nunc levis est tractanda Venus, dum f r a n g e r e -es non pudet (OV. ars 3, 567). 1, 2, 14 (*ad ianuam*) cum -i florida serta darem (*cf. l. 78 et* OV. met. 14, 709 madidas lacrimarum rore coronas -bus intendit. 733 ad -es ornatos saepe coronis). 1, 2, 31 (33) reseret modo Delia -es (*cf.* OV. am. 1, 6, 24 [*versus iteratur saepius ibid.*] *ianitor*, excute -e seram. ars 2, 636 claude fores, custos ..., et centum duris -bus obde seras). PROP. 1, 16, 15 (*ianua de amatore*) meos numquam patitur requiescere -es arguta referens carmina blanditia (*cf.* OV. ars 2, 527 -bus et durae supplex blandire puellae. rem. 35 et modo blanditias, rigido modo iurgia -i dicat. 507 nec dic blanditias nec fac convicia -i). 1, 16, 43 (*ad ianuam*) a n t e tuos quotiens verti me, perfida, -es (OV. am. 2, 19, 21 me ante tuos proiectum in limine -is). OV. am. 1, 6, 49 verso sonuerunt cardine -es. 73 crudeles rigido cum limine -es duraque conservae ligna, valete, fores. 3, 8, 32 dum merces aberat, ... ipsa *Danae erat* severa, aerati -es.

*γ i n  s u p e r s t i t i o n e et religione (huc referre possis quaedam p. 231, 55sqq. allata. cf. etiam p. 231, 28)*: *e x e m p l a  v a r i a*: OV. fast. 6, 155 *Crane lustrandi causa* arbutea -es ter in ordine tangit fronde. PLIN. nat. 28, 85 convenit ... tactis omnino menstruo -bus inritas fieri magorum artes (*cf.* 28, 104 *hyaenae sanguine* tactis -bus ubicumque magorum infestari artes). ITALA exod. 12, 7 (Cypr. testim. 2, 15 *al., sim.* VVLG.) *sanguinem agni* ponent super duos -es et super limen in domibus, *ne primogeniti necentur* (*gr.* ἐπὶ τῶν δύο σταθμῶν. *de eadem re* 12, 22 [Aug. loc. hept. 2, 65, *sim.* VVLG.]. *al.; inde passim apud ecclesiasticos, e. g.* FIRM. err. 27, 5 PRVD. apoth. 352. *cf. B 2*). VVLG. deut. 11, 20 scribes ea *verba domini* super -es et ianuas domus tuae (*Itala Lugd. al. et Vulg. loco gemino 6, 9* limen; *dubitat an* hyperbolica commendatio *sit Aug. quaest. hept. 5, 17*). *d e  d o m o  n o v i  m a r i t i* (*cf. p. 231, 68*): LVCAN. 2, 355 infula ... in geminos discurrit candida -es (*cf.* PLIN. nat. 29, 30 lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, -es a nubentibus attingi iubentes. DON. Ter. Hec. 135 cum puellae nuberent, maritorum -es ungebant ibique lanam figebant. SERV. Aen. 4, 458 *ut* -es ... ornarent laneis vittis). PLIN. nat. 28, 135 novae nuptae intrantes ... sollemne habent -es eo *adipe suillo* attingere (*item oblinuntur -es*: 28, 142 [*e Sab.*] *lupino adipe*, ne quid mali medicamenti inferretur. ARNOB. nat. 3, 25 adipali unguine. DON. Ter. *supra.* SERV. Aen. 4, 458 oleo [auct. *addit* unguine lupino]. MART. CAP. 2, 149). STAT. silv. 1, 2, 237 iam dudum -e reclinis quaerit Hymen thalamis intactum dicere carmen (*cf.* 2, 7, 87 vestros hymenaeon ante -es ... ipsa *Calliope* personabo).

**b** *i n  t e m p l i s  e t  a e d i f i c i i s  s a c r i s* (*interdum de ianuis intra aedem sitis, ut p. 233, 8, vel de areae ianuis, ut l. 45sq.*): *α  g e n e r a t i m*: ENN. ann. 267 discordia taetra belli ferratos -es portasque refregit (*tropice dictum putat e. g. Fraenkel, Journ. Rom. Stud. 35, 1945, 12sq., ita ut pertineat ad B 1; ad Ianum Quirinum referunt alii coll.* VERG. Aen. 7, 622 cardine verso Belli ferratos rumpit Saturnia -es [*cf. e. g. Timpanaro, Contributi di filologia latina, 1978, 640 sqq.*]. *item de Iano eiusque aede*: OV. fast. 1, 253 [*loq. Ianus*] pacem -esque tuebar *tum, cum in terra regnabam.* STAT. silv. 4, 1, 44). LEX par. fac. Put. (CIL I² 698) 2, 9 *faber* fores clatratas II cum -bus aesculnieis facito statuito ocludito picatoque. PROP. 4, 9, 61 *Hercules* umeris -es concussit opacos. OV. met. 7, 602 ante sacros vidi proiecta cadavera -es. LIV. 31, 30, 7 truncata simulacra deum inter prostratos iacere -es templorum (*nisi pertinet ad II*). VELL. 2, 25, 4 inscriptio templi adfixa -i (*cf. l. 76sq. et* MACR. Sat. 1, 6, 6 cum -i inscriptum sit Delphici templi *illud* γνῶθι σεαυτόν [*somn. 1, 9, 2* fronti templi]. RVT. NAM. 1, 270 -bus adfixum ... poema sacris [*nisi pertinet ad 2 a*]). SIL. 11, 253 nondum tibi *Hannibali* templorum ... intrati -es. STAT. silv. 3, 1, 5 (*ad Herculem*) tenes ... nitidos -es. QVINT. decl. 323 p. 270, 29 *Alexander* ignem sacris -bus ... admovere ausus est. PLIN. paneg. 52, 2 tibi maximus honor excubare pro templis -busque praetexi (*postea*: tuam statuam in vestibulo Iovis ... cernimus). *al.*

*β  s p e c i a t i m*: ⓘ *respicitur d e d i c a t i o  t e m p l i* (*ad rem cf. e. g. Latte, Röm. Religionsgesch. 200sq.*): -em t e n e r e (*sc. fere de pontifice*): CIC. dom. 119 verbone pontificis putetis, si is -em tenuerit et aliquid dixerit, domum uniuscuiusque consecrari posse. 120. 121 -em teneri in dedicatione oportere ... templi; ibi enim -is est, ubi templi aditus e[s]t valvae (*alludit ad notionem sub II allatam, v. ibi, quae apud* CIC. *sequuntur*). *ibid.* pontificem -em tenuisse dixisti. 123. 133. LIV. 2, 8, 7 -em iam tenenti consuli foedum ... nuntium incutiunt (*de Horatio Pulvillo ut ibid.* 8; *sed* pontifex *appellatur idem* VAL. MAX. 5, 10, 1 SEN. dial. 6, 13, 1). SERV. georg. 3, 16 ('templum ... tenebit') verbo usus est pontificali, nam qui templum dicabat, -em tenens dare se dicebat numini, quod ab illo necesse fuerat iam teneri et ab humano iure discedere. *e x e m p l a  c e t e r a*: CIC. dom. 121 -is est (*v. supra*). 134 si dixit aliquid ... -emque tremibunda manu tetigit, certe nihil rite ... perfecit *Clodii pontifex ille imperitus.* ⓘⓘ *respiciuntur s p o l i a,  d o n a  a f f i x a* (*nonnullos tamen locos ad II trahi malis, cum spolia etiam intra templa affixa sint, v. Hor. carm. 3, 26, 4sqq. nec non* ACT. lud. *sub II et* CLAVD. DON. Aen. 7, 180 p. 28, 17 spolia ... infixa -bus vel interius reposita): VERG. Aen. 3, 287 clipeum ... -bus adversis f i g o et rem carmine signo (HOR. epist. 1, 1, 5 Veianius *gladiator* armis Herculis ad -em fixis latet abditus agro. *cf.* APVL. met. 6, 3, 4 *in luco fanoque Iunonis* ramis arborum -busque suffixas *res pretiosas*). 5, 360 clipeum ... Neptuni sacro Danais de -e refixum. 7, 183 sacris in -bus arma, captivi pendent currus *eqs.* (*170* tectum ... centum sublime columnis). 8, 722 *Augustus* sedens ... limine Phoebi dona recognoscit populorum aptatque superbis -bus (*columnas porticus 'ad nationes' appellatae intellexisse videtur Serv. auct. ad l.*). HOR. carm. 4, 15, 8 *militaria* signa ... derepta

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Parthorum superbis -bus. LIV. 38, 43, 5 parietes -esque nudatos (*nisi agitur de ornatu communi*). STAT. Theb. 10, 345 (*ad Apollinem*) ditia dona sacratis -bus ... exige. *al.* ⓘⓘⓘ *respiciuntur caerimoniae variae*: CIRIS 94 *Pieridum* castos altaria (*defendit Lyne, comm. 1978 ad l.*, libamina *Sillig, alii alia*) -is munere saepe meo inficiunt. TIB. 1, 2, 86(88) miserum sancto tundere -e caput (*indicium paenitentiae sim.*). ITALA Ezech. 45, 19 (Wirc., *sim.* VVLG.) *sacerdos sanguinem* dabit in -es domus ... et in -es port(a)e atrii interioris. PAVL. NOL. carm. 18, 249 *rusticus* sternitur ante fores *ecclesiae* et -bus oscula figit (ARATOR act. 2, 413, *ubi agitur de Pauli carcere in ecclesiam converso*). 18, 310 (*ad sanctum Felicem*) mihi certa manet sententia cedere nusquam, donec subvenias, nec ab isto -e refigi; ni properas, isto deponam in limine vitam. COD. Iust. 1, 11, 7 pr. (*a. 451*) absit a saeculo nostro ... redimiri sertis templorum impios -es.

c *in oppidis vel castris*: VERG. Aen. 11, 890 *militum exclusorum* pars ... arietat in portas et duros obice -is. OV. met. 14, 796 flammifera gemini fumant adspergine -es. 15, 621 *in Cipi honorem* cornua ... aeratis (auratis *fere trad.*) ... -bus insculpunt. SIL. 7, 568 primus claustra manu portae dictator et altos disiecit -is. 13, 108 quo frangeret altos portarum -es. 13, 208 perfusos subeuntum sanguine -is. ITALA iud. 16, 3 (Lugd.) Samson ... adpraehendit duas ianuas portae civitatis et duos -es cum vecte (*gr.* τῶν δύο σταθμῶν, VVLG. portae fores cum -bus suis. CYPR. GALL. iud. 650 convellit geminos stridenti a cardine -es).

d *in domiciliis fabulosis humano more confectis*: OV. met. 2, 767 *Pallas Invidiae* -es extrema cuspide pulsat. STAT. Theb. 1, 210 (*de caeli regia*) arcano florentes lumine -es. ITALA prov. 8, 34 (Ps. Ambr. apol. Dav. II 9, 47) beatus ... homo ... custodiens -es mei *Sapientiae* introitus (*gr.* σταθμούς, VVLG. observat ad -es ostii mei; *cf. 9, 1* sapientia aedificavit sibi domum *eqs.*). PRVD. psych. 838 (*de templo, quod aedificatur in pectore*) portarum summis inscripta in -bus auro nomina *apostolorum*. CLAVD. rapt. Pros. 1, 239 ferrati -es (*domus Cereris ut* 3, 147 resupinati neglecto cardine -es). SIDON. carm. 11, 20 (*de Veneris templo a Vulcano confecto*) -es chrysolithi fulvus diffulgurat ardor. VEN. FORT. carm. 8, 4, 18 (*de caelo*) zmaragdineo ianua -e viret.

2 *laxius respicitur quilibet aditus* (*cf. p. 231, 22*): a *speluncarum* (*cf. p. 232, 51. 234, 10*): VERG. Aen. 8, 227 *Cacus* ruptis ... immane catenis deiecit saxum ... fultosque emuniit obice -es (*de eiusdem spelunca*: OV. fast. 1, 557 ora super -es adfixaque bracchia pendent [*respondet Verg. Aen. 8, 196* foribus]). LVCAN. 2, 164 -bus Antaei (*cf. 4, 601 Antaeo* spelunca domus). CLAVD. rapt. Pros. 1, 74 *Boreae* aenos Aeolus obiecit -es (*cf. 7, 96* fundit ab antris Aeolus ... hiemes). 22, 444 (*de spelunca aevi*) sponte reclusus (-os *var. l.*) laxavit -es adamas. b *carcerum circi*: OV. am. 3, 2, 77 patent iterum reserato carcere -es. STAT. Theb. 6, 398 nequeunt obsistere -es claustraque. c *sepulcrorum, aedicularum sim.*: INSCR. Année Epigr. 1975 n. 47 (*saec. II in.*) hydriam cum basi et ostio cum -bu⟨s⟩ ... fecit. CIL XIII 925 V⟨e⟩ra Quadrati fil(ia) o⟨sti⟩a et -es lapideos d(e) s(uo) p(osuit).

B *in comparatione et translate* (*cf. ianuas aedificiorum fabulosorum sub A 1 d*): 1 *vario usu* (*huc fortasse spectat etiam* ENN. *p. 232, 38*): LVCR. 3, 369 si pro foribus sunt lumina nostra, iam magis exemptis oculis debere videtur cernere res animus sublatis -bus ipsis (*pro syn. usurpatis* foribus *et* -bus, *quod neglexit iam* LACT. opif. 8, 12 evulsae cum -bus fores). CLAVD. MAM. anim. 3, 10 p. 171, 14 *scripturae* testimonium (*Luc. 16, 22 sqq.*) ... animadvertis ... tibi ... tramites ad infinita inlocalium regionum spatia ducentes obverso -e claudere. VEN. FORT. carm. 5, 2, 62 -e patente Petri (*quo aditus in paradisum pateat; sim.* app. 1, 294 p. 378 quos recipit sacra porta Petri ...; -is ad Andreae limen Achaia petit; ... Ephesenos valva Iohannis ... rogat. *ad rem v. supra p. 8, 11 sqq.*). 2 *respicitur sanguis -bus illitus sec. exod. 12* (*v. p. 232, 16*): GAVDENT. serm. 3, 11 G. sanguinem ... vel in duobus -bus, seu fide et opere, seu corde et ore, vel in liminibus habentes nostrarum frontium ... protegimur (6, 16 habeamus in utrisque -bus, in c. et in o., ... domini passionem). PRISCILL. tract. 6, 107 sq. nec liminaria vel po⟨s⟩tes lignis et lapidibus instructa ... vult deus cruore contingi ..., (108) sed ... omnia [in] quae videmus audimus o⟨do⟩ramur (oramus *Schepss, sed cf. Ambr. epist. 23, 22* odor Christi) aut loquimur vel in -bus ... corporis data vult in introitum divini sermonis aptari. AMBR. epist. 23, 22 -es nostros ubi est ostium verbi (*cf. Col. 4, 3*) ... fide passionis dominicae colorantes. 3 *respiciuntur tituli in aditu aedium positi* (*cf. p. 231, 43; non huc pertinet p. 232, 21*): AVG. in psalm. 53, 1 in ipso -e praenotatum est, quomodo interius non erretur; titulus eius *psalmi* sic se habet: *eqs.* (*antea*: in domus fronte. *sim.* 58 serm. 1, 1 *in titulo psalmi* cum tamquam super -em quid intus agatur legerimus. *cf. e. g. 55, 1* in superliminari psalmi. *epist. 40, 2* in liminari pagina). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 15, 6 G. in ipso homine *redempto* ... titulos suos Christus affixit; haec est illa crux, quam in -bus regiis (*sc. in -bus ianuae primariae*) id est signatam in fronte gestamus, quam *dominus* ... impressit, ut nos vere dici domus divina possimus. PS. VICT. VIT. pass. 8 (*verba martyrum*) nobis ... nullus de -bus frontium valebit evellere, quod in uno baptismate ... *deus* dignatus est titulare.

II *de qualibet trabe, pila, columna sim.* (*exempla certiora; ceterum v. quae ad p. 231, 4. 32. 232, 72 monuimus*): CIC. dom. 121 ambulationis -es nemo umquam tenuit in dedicando (*cf. p. 232, 62*). VERG. Aen. 9, 537 *flamma* corripuit tabulas et -bus (pontibus *Schrader*) haesit adesis *turris ligneae*. VITR. 6, 8, 2 sq. inter lumina secundum pilas et antas -es si supponentur, erunt non vitiosae *pilae et antae hypogeorum*; ... cum ... subiecti fuerint et subcuneati -es, non patiuntur insidere trabes (*cf. Wistrand, Eranos 40, 1942, 148 sqq.*). 10, 14, 2 erigantur -es compactiles ... intervalla habentes inter se sesquipedis (*de testudine ut* 10, 15, 3 -es erant erecti. *Athen. Mech. 17, 8 et 22, 2* κίονες). PLIN. nat. 2, 196 intremunt vero et in navibus -es aeque (positeque *sim. codd.*) quam in aedificiis crepituque praenuntiant *terrae motum*. STAT. Theb. 10, 114 adsunt ... somnia ... trabibusque aut (ac *var. l.*) -bus *Somni speluncae* haerent aut tellure iacent. silv. 1, 3, 60 te, quae mediis servata penatibus, arbor, tecta per et -es ... emergis in auras. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ᵃ, 69 Pighi (*versus carminis saec.*) *Pax* Mart⟨e q⟩ieto condat secretis victricia -bus ⟨arma⟩ (*suppl. Romanelli*). EVGIPP. Sev. capit. 15 baiulos -es ... ecclesiam sustentantes (*15, 1* stipitibus sustentabatur. 15, 3 -es). GLOSS. -es columnae circa domum ⌊regi[n]ae potestatis⌋ (⌊ ⌋ *om.* GLOSS. I p. 42; *fueratne* regiae postes? [*cf. p. 233, 77*]).

*homoeoprophora:* ENN. ann. 267 -es portasque (SIL. 13, 108 portarum -es). OV. fast. 1, 253 pacem -esque. LIV. 38, 43, 5 parietes -esque. STAT. Theb. 3, 581 paternis -bus. MART. 1, 70, 14 -e patet (VEN. FORT. carm. 5, 2, 62 -e patente Petri). *al.*

*epitheta notabiliora*: ENN. ann. 267 ferratos (VERG. Aen. 7, 622 CALP. decl. 4 CLAVD. rapt. Pros. 1, 239. *cf.* VERG. Aen. 2, 480 aeratos [OV. am. 3, 8, 32 met. 15, 621]. CLAVD. rapt. Pros. 1, 74 aenos). LVCR. 3, 369 ipsis (VERG. Aen. 2, 442 VAL. FL. 2, 168. 7, 109 STAT. silv. 2, 1, 64. *al.*). 4, 1178 superbos (VERG. Aen. 2, 504. 8, 722 HOR. carm. 4, 15, 8 MANIL. 4, 180). VERG. Aen. 5, 360 sacro (7, 183 OV. met. 7, 602 QVINT. decl. 323 p. 270, 29. *al.*; *cf.* CIRIS 94 castos. TIB. 1, 2, 86[88] sancto. STAT. Theb. 10, 345 sacratis. COD. Iust. 1, 11, 7 impios). 11, 890 duros (OV. ars 2, 636 STAT. Theb. 10, 47 NEMES. cyn. 171. *cf.* HOR. epod. 11, 21 non amicos. OV. am. 1, 6, 73 crudeles. rem. 35 rigido [ARATOR act. 1, 1050]). OV. met. 5, 120 dextro (*cf.* 123 laevi). 8, 638 humiles (*cf.* 11, 114 altis [SIL. 7, 568. 13, 108 STAT. Ach. 1, 423]. LVCAN. 10, 118 vastos). 10, 379 summo (STAT. Theb. 4, 17 PRVD. apoth. 352 psych. 838). 14, 796 gemini (LVCAN. 2, 355 CYPR. GALL. iud. 650. *cf.* uterque: PETRON. 30, 3. ITALA exod. 12, 23 [Gaudent. serm. 6, 12 G.]. GAVDENT. serm. 6, 16 G. *al.* duo: ITALA exod. 12, 7 [Cypr. testim. 2, 15]. iud. 16, 3 [Lugd.]. GAVDENT. serm. 3, 11 G. ambo: ITALA exod. 12, 22 [Aug. loc. hept. 2, 65]). STAT. silv. 3, 1, 5 nitidos (CLAVD. 10, 208). *Krömer.*

**postitius** *v.* posticius.

**postlātio,** -ōnis *f.* a postferre, *cf.* praelatio. *i. q. actio postferendi*: VIRG. gramm. epist. 3 p. 154, 33 quid est autem praelatio et quomodo sine -e intellegetur?

? **postlīmen:** ἐπάνοδος GLOSS.ᴸ II Philox. PO 106 (-tili- *trad.*). *a* post *et* limen *pro* postliminium, *si forma iure agnoscenda est* (*ortum esse ex gen.* postlimini [*pro* -nii, *v. l. 54*] *Fest. p. 218 suspicatur Lindsay, Gloss.ᴸ IV p. 324 ad l.*).

***postlīminium,** -ī *n.* [*quamquam notio originaria non manifesta est* (*v. l. 67 sqq.*), *doctrina veterum compos. ex* post *et* limen *formatum intellegentium* (*v. infra*) *probanda videtur; de suffixo v. Leumann, Gramm. 1977, 295. Sch.*] *de origine: derivatum esse ex* post *putat* SVLP. RVF. *infra l. 77, compositum ex* post *et* limen *intellegunt* Q. SCAEV. *infra l. 79.* PRISC. gramm. III 475, 9 INST. Iust. 1, 12, 5. *al., cf. etiam* PAVL. FEST. p. 219. *gen. sing.* -ni CIC. top. 36. FEST. p. 218 (*ubi et abl. plur.* -nis). POMPON. dig. 49, 15, 14 pr. (*iuxta* -nii). *legitur sing., maxime abl.* -o, *inde a* Q. SCAEV. *l. 81,* CIC.; *in poesi non exstat nisi* PRVD. ham. 852 RVT. NAM. 1, 214; *plur. occurrit ter, v. infra l. 84 et p. 235, 82; abiit in sermonem gr.* ποστλιμίνιον THEOPHIL. inst. Iust. 1, 12, 5. *al. et* GLOSS. *p. 235, 16.* [*e coni. dub.* GLOSS.ᴸ Corp. L 174 ⟨post⟩liminium: ⟨post⟩ diutinum servitium (*an ad vol. VII 2, 1417, 59?*).]

I *technice in sermone iuris significatur restitutio in pristinum statum, quae competit hominibus rebusve domum redeuntibus fere post captivitatem* (*post migrationem in aliam civitatem e. g. infra l. 83. p. 235, 19. 22. 59; negatur -um deportatis p. 235, 80, sed datur iniuria relegatis* ISID. *sub A* [*cf. p. 236, 15*]); *de ipso iure restitutionis usurpatur -um maxime p. 235, 7. 58 sqq. 71 sqq.* *notio originaria non prorsus dilucida est; vox maxime per abl. modi cum verbis redeundi vel recipiendi sim. coniuncta primitus significavit fortasse ipsum modum redeundi, qui fit 'post limen' (pertinuitne ad actionem quandam sollemnem, qua quis rediens pedem post limen domus posuit?); aliter explicavit Kornhardt, Studia et Documenta 19, 1953, 7 sqq., locum qui est 'post limen' intellegens (collato acc. directionis* -um [*v. p. 235, 66*] *et voces formationis similis e. g.* interginium). *attributa accedunt perraro, sc. usu technico p. 235, 62, translato p. 236, 15 sqq. 23 sqq. 52 sqq.*

A *definitiones sim.*: CIC. top. 36 in quo *verbo* Servius (*sc.* SVLP. RVF.) ... nihil putat esse notandum nisi post et liminium illud productionem esse verbi vult (*coll. vocibus* legitimus, meditullium). 37 iunctum putat (*sc.* Q. SCAEV.) esse verbum, ut sit in eo et post et limen, ut, quae a nobis alienata, cum ad hostem pervenerint, ex suo tamquam limine exierint, hinc ea cum redierint post ad idem limen, -o redisse videantur. FEST. p. 218 -um receptum (*cf. p. 235, 66*) Gallus ... ait esse eum, qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo iure, quod constitutum est de -is (*ad plur. v. Korn-*

[*Korteweg*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*hardt, l. c. 8 sq.; non est, quod cogites de voce* -us *ad ipsos redeuntes referenda*). POMPON. dig. 49, 15, 5, 1 si eodem bello is *captivus* reversus fuerit, -um habet, id est perinde omnia restituuntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset. 49, 15, 14 pr. cum duae species -i sint, ut aut nos revertamur aut aliquid recipiamus: cum filius revertatur, duplicem in eo causam esse oportet -i, et quod pater eum reciperet et ipse ius suum. PAVL. dig. 49, 15, 19 pr. -um est ius amissae rei recipiendae ab extraneo et in statum pristinum restituendae *eqs.* ISID. orig. 5, 27, 28 exilium dictum quasi extra solum ...; unde -um redeuntibus, hoc est de exilio reducendis, qui sunt eiecti in iniuria, id est extra limen patriae. GLOSS. -um: ἐπάνοδος ἀπὸ τῶν πολεμίων (*sim. al.*). qui post captivitatem reversus iura quae amiserat recipit (*item explicatio respicit eum qui* -o *redit*: -um: qui post captivitatem revertitur ad iura quae amiserat. -o: id est qui recessisset et redisset iterum). -o: post captivitatem. GLOSS.[L] III Abol. PO 26 -o: restitutio in civitatem a⟨d⟩ limen domus [sive] eius qui captivus est. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A] ποστλιμόνιον: τὸ τῆς ὑποστροφῆς δίκαιον.

**B** *cetera exempla*: **1** *abl.* -o *et iunctura* iure -i: CIC. Balb. 28 neque solum dicatione ... sed etiam -o potest civitatis fieri mutatio (*cf.* 29 civi Romano licet esse Gaditanum sive exilio sive -o sive reiectione huius civitatis). 30 cum ignorarent *Romani Athenis habitantes*, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi -o reciperassent (*restituitur ius ut*: VLP. dig. 49, 15, 24 *captivus* servus est hostium et -o statum pristinum recuperat. *sim.* TRYPH. dig. 49, 15, 12, 5 -o ius suum recepit. *cf.* iure -i recipere: GAIVS inst. 1, 187 tutelam. VLP. reg. 10, 4 omnia pristina iura. GAIVS epit. 1, 6, 2 omnem ... potestatem [iure -o *var. l.*]. *aliter l. 44*). de orat. 1, 182 num is *libertinus* ad suos -o redisset et amisisset hanc *Romanam* civitatem (top. 36 -o redeunt haec: homo, navis, mulus clitellarius *eqs.* 37. LABEO dig. 49, 15, 28 [*opp.* in praeda est]. 49, 15, 29. 30 IAVOL. dig. 49, 15, 27 IVLIAN. dig. 49, 15, 22, 1. 3. *et saepe. cf.* iure -i: FEST. p. 218 [*ex Aelio Gallo*]. VLP. dig. 29, 2, 71 pr.). PROC. dig. 49, 15, 7 pr. quid inter nos atque eos *foederatos* -o opus est, cum ... apud nos et libertatem suam et dominium rerum suarum ... retineant? IVLIAN. dig. 30, 98 iure -i fit, ut *eqs.* 30, 101, 1 *legatum captivo scriptum* -o confirmari potuit (PAVL. dig. 46, 4, 11, 3 iure -i c. acceptilationem). 49, 15, 22, 1 omnia pertinere ad heredem *captivi* ..., quae ipse ... habiturus esset, si -o revertisset (49, 15, 23. POMPON. dig. 49, 15, 5, 3 *captivus* -o reversus intellegitur, si *habuerit animum remanendi. al.* VENVL. dig. 45, 3, 25. MARCELL. dig. 49, 15, 2, 2 arma ... -o reverti negatur, quod turpiter amittantur. *et saepe; extra ius*: AMM. 19, 9, 6. *cf.* iure -i: MOD. dig. 49, 15, 4). POMPON. dig. 30, 9 id quod apud hostes est legari posse Octavenus scripsit et ⌊-i iure⌋ consistere (*sic cod. F scriptura ex parte obscurata*; -um *var. l.*). 49, 15, 14, 1 non ut pater filium, ita uxorem maritus iure -i recipit, sed consensu redintegratur matrimonium ([*sim. de eadem re* PAVL. dig. 49, 15, 8]. COD. Theod. 5, 7, 1 pr.; *cf.* -o recipere: MARCELL. dig. 49, 15, 2. 1 equus ... recipitur -o. VLP. dig. 44, 2, 11, 4. *al.; aliter supra l. 22. cf. p. 234, 82*). GAIVS dig. 28, 5, 32, 1 iure -i omnia iura civitatis in personam eius *captivi* in suspenso retinentur, non abrumpuntur. PAPIN. dig. 4, 6, 19 (*de usucapione*) placet interruptam possessionem -o non restitui (PANEG. 8, 21, 1 Laetus -o restitutus et receptus in leges Francus [*ad rem v. Simpson, Latomus 36, 1977, 169 sq.*]. *cf. l. 55 et* PAVL. dig. 7, 4, 26 iure -i restituetur usus fructus). 50, 1, 17, 6 -o regressi patriae muneribus obtemperare coguntur (COD. Iust. 12, 35, 1 [*imp. Carac.?*] tibi -o regresso restitutoque. 8, 50, 3 [*a. 287*]. *cf. etiam p. 236, 49*). *sim. al.* **2** *ceterae formae*: CIC. de orat. 1, 181 quem pater ... aut populus vendidisset aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse -um (*in causa Mancini ut* 2, 137. *item cum dat.*: FEST. p. 218 [*ex Aelio Gallo*] cum populis liberis et cum foederatis ... -um nobis est ita, uti cum hostibus [*aliter* PROC. *infra*]. POMPON. dig. 49, 15, 20 pr. non est ei, *qui sua voluntate apud hostes mansit*, postea -um. GELL. 6, 18, 8 -um iustum. MARCELL. dig. 49, 15, 2 pr. navibus longis. *al.; cf.* ius -i: TRYPH. dig. 49, 15, 12 pr. PAVL. dig. 49, 15, 19, 6). top. 36 quaeritur -um quid sit (*cf. ibid.* ipsius -i vis quaeritur). *ibid.* quae sint -i (*sequitur divisio supra l. 28 allata*). FEST. p. 218 (*ex Aelio Gallo*) equi ... et navis eadem ratio est -um receptionis quae servi (-um receptum is *trad.; obi. int. vel acc. directionis ut ibid. iterum* quae genera rerum ab hostibus ad nos -um redeunt. *v. etiam p. 234, 82*). PROC. dig. 49, 15, 7 pr. inter nos atque eos *foederatos* -um *non* esse (*aliter l. 59*). IVLIAN. dig. 1, 5, 26 si praegnas mulier ab hostibus capta sit, id quod natum erit -um habet (VLP. dig. 4, 6, 15, 1 PAVL. dig. 49, 15, 19, 5 COD. Iust. 8, 50, 1 pr. [*imp. Sev. et Anton.*]. *cf. etiam supra l. 3*). POMPON. dig. 49, 15, 5 pr. -i ius competit aut in bello aut in pace (*cf.* VLP. dig. 40, 7, 6, 2 -um). 49, 15, 5, 2 in pace quoque -um datum est, *sc. inter nos et gentem neque hospitio neque foedere sim. iunctam* (*ibid. iterum.* VLP. dig. 28, 3, 6, 2). 49, 15, 20, 2 redemptio ... non ius -i mutat. GAIVS inst. 1, 129 pendet ius liberorum propter ius -i (*sim. ibid. iterum et* VLP. reg. 10, 4). CALL. dig. 4, 6, 14 *transfugis* negatum est -um (*cf.* COD. Theod. 3, 16, 2 pr. *mulier sine causa a viro suo discedens* deportationis addicenda suppliciis: cui ... -i ius negamus [*Interpr. ad l.* ad propria revertendi. *locum non habeat*]). TRYPH. dig. 49, 15, 12 pr. VLP. dig. 11, 1, 16 pr. iura -orum (*plur. ut* 49, 15, 21, 1 i. captivitatium aut -orum). PAVL. dig. 10, 2, 23 propter spem -i (38, 2, 4, 2). 41, 3, 15 pr. nec -um ei prodest. COD. Iust. 8, 50, 6 (*a. 291*) cum ... -i ius ... exigat, ut *eqs.* (*agit* ius -i *ut*: 8, 50, 14 [*a. 294*] invitat. INST. Iust. 3, 1, 4 facit. *agit ipsum* -um: INST. Iust. 1, 12, 5 -um fingit eum qui captus est semper in civitate fuisse). *al.*

**II** *transfertur ad*: **A** *quamlibet restitutionem vel reditum* (*item facultatem redeundi sim.*): **1** *cautius, sc. per comparationem* (*non nisi abl.* -o *vel gen.* -i): **a** *in sermone iuris*: POMPON. dig. 11, 7, 36 *loca sacra vel religiosa ab hostibus capta* si ab hac calamitate fuerint liberata, quasi quodam -o reversa pristino statui restituuntur. TRYPH. dig. 49, 17, 19, 3 si intestatus decesserit filius, -i cuiusdam similitudine pater antiquo iure habeat peculium *castrense*. MARCIAN. dig. 1, 8, 6 pr. quasi iure -i revertitur locus, *qui ex communi privatus factus erat*, in pristinam causam (*i. rursus communis fit*). **b** *extra ius*: SER. SAMM. Macr. Sat. 3, 16, 7 gratiam eius (*acipenseris piscis*) video ad epulas quasi -o redisse. PANEG. 3, 23, 4 exulantes relegatasque virtutes ad rem publicam quodam -o reduxisti (HIER. in Ion. praef. l. 9 tanto post tempore, quasi q. -o a Iona interpretandi sumens principium. praef. Vulg. Ios. p. 7, 9 omissum iam diu opus quasi q. -o repetere. CASSIOD. var. 2, 2, 2 cum ... velut q. -o in antiquam patriam commeasses. *cf.* POMPON. *et* TRYPH. *sub a*). PS. AVG. c. Felician. 13 p. 1168 *homo* ad eum statum (*sc. innocentiae*) ... auctoris sui gratia reformatus -i quodam modo iure potuit remeare. PS. VAL. CEM. hom. 5 Migne suppl. 3, 185 iure quasi -i remeavi.

**2** *usu pleno*: **a** *accedit gen.*: α *rei redeuntis vel restitutae* (*an apud* TERT. *et* ZENONEM *cogites de gen. obi. qualis est* ingressus vitae *sim.?*): FRONTO p. 208, 14 v. d. H. de casu et -o anuli *Polycratis*. TERT. anim. 35, 6 Helias ... non ex decessione vitae, sed ex translatione (*sc. in caelum*) venturus est, ... mundo reddendus ... non ex -o vitae sed ex supplemento prophetiae (ZENO 1, 1, 5 [2, 3, 14 L.] mortuorum in -um v. animas reductas inspira). pudic. 15 p. 250, 23 *apostolus* fornicatori -um largitus ecclesiasticae pacis (RVT. NAM. 1, 214 *provinciam* -um pacis amare docet *Exuperantius*). β *status mutandi, unde fit reditus vel renovatio* (*genetivum potius, quo pertineat* -um, *indicare putaverim, quam sec. gen. obi.* excessus vitae *sim. positum esse*): APVL. met. 2, 28, 1 reducere ... ab inferis spiritum corpusque ... -o mortis animare ([*'post mortem' explicat De Jonge, 1941, ad l. vix recte*]. 10, 12, 2 *filium* surgentem -o m.). 4, 25, 4 quid repente -o pressae quietis lamentationes ... refricaret.

**b** *sine gen.* (*non nisi abl.* -o): α *sublucet respectus animantis in pristinum statum restituendi*: APVL. met. 3, 25, 3 rosis ... demorsicatis exibis asinum statimque in meum Lucium -o redibis. flor. 19, 8 *hominem mortui similem* vispillonum manibus extortum velut ab inferis -o domum rettulit *et* ... recreavit (*an* ab inferis *pendere putes a* -o *coll.* -o mortis *sub aβ?*). LACT. inst. 7, 22, 13 si quis ab inferis rediens vitam -o recepisset. PRVD. ham. 852 *animam corpore liberatam* -o redeuntem suscipit ... fides *in caelum*. β *mero respectu redeundi vel reducendi vergit fere in vim adv. rursus, denuo sim.* (*fere pleonastice iuxta verba cum re- composita praeter* ENNOD.): APVL. met. 1, 25, 1 -o me in forum ... reducens *amicus*. 5, 7, 5 sedatae lacrimae -o redeunt. 9, 21, 7 Barbarus -o domum regressus. PANEG. 2, 2, 4 redditam -o securitatem. ENNOD. dict. 20, 6 p. 482, 11 -o bellum ... excitasti.

**B** *ipsum tempus peregrinationis vel intermissionis*: HIER. epist. 128, 5, 4 quae ut ... post neces amicorum ... senex longo -o scriberem (vita Malchi 4 l. -o hereditarius possessor [*is qui diu monachus fuit, sed nunc hereditatem adire vult*]. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 43 ut l. -o Cynicorum ... repraesentes decorem).

*deriv.*: liminium.

**[postliminius** *adi. a* postliminium *derivandum trad. falsa var. l. p. 235, 27 nec agnoscendum est p. 234, 84.*]

⟨hy⟩sterologian: **postloquium** GLOSS.[L] IV dub. Plac. s 22. *a* post *et* loqui. *Korteweg.*

**postmerīdiānus** (posm-, pōm-), -a, -um. *a* post *et* meridies, *cf.* antemeridianus. *de formis*: postm- *exstat* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5[a], 81 Pighi *et passim in codd. praeter infra allatos.* posm- *traditur* CIC. orat. 157 'posmeridianas (*Vel. gramm. VII 79, 3,* pom- *codd. Cic.*) quadrigas' quam 'postmeridianas ...' libentius dixerim; *inde restitutum est ab edd. quibusdam etiam aliis* CIC. *locis, e. g.* de orat. 3, 17 (prom- *vel* postm- *codd.*) *et* 3, 121 (prom- *codd. vet.*, postm- *recc.*). pōm- *fortasse intellegendum est in titulo mutilo* CIL VIII 20819, 5 ⟨h⟩or(i)s pomer(idianis) *et exstat in codd.* CIC. orat. 157 (*v. supra*). QVINT. inst. 3, 1, 14 (*H*; postm- *cett.*). AVG. epist. 29, 11 (*in cod. unico X et in exemplari Maurinorum*). CASSIOD. Ios. antiq. 18, 185 (*si Froben in hac re secutus est codd.*); *restituitur ab edd. quibusdam ubi trad.* prom-, *e. g.* AVG. c. acad. 3, 3, 6 p. 50, 10 conf. 3, 7, 13 *al., v. sub* promeridianus *et cf. l. 67.* NOT. Tir. 44, 77 -um. [*e coni. dub.*: MART. CAP. 6, 600 pares horarum metas tam antemeridialium quam etiam postremarum (pomeridianarum *Eyssenhardt dubitanter*).]

*i. q. pertinens ad tempus, quod est post meridiem*: **1** *de rebus quae post meridiem sunt vel fiunt* (*vi part. iungitur cum* dies *p. 237, 7 sq.*): CIC. de orat. 3, 17 inclinato iam in -um tempus die (*eadem verba*: Tusc. 3, 7. tempore -o: BELL. Alex. 52, 2 [meridiana hora *var. l.*]. COD. Theod. 1, 16, 13 [*Interpr.* meridianis horis]). 3, 121 huius ambulationis antemeridianae aut nostrae -ae sessionis. orat. 157 *v. l. 64.* fin. 5, 1 ambulationem -am. Att. 12, 53 hodie tuas litteras exspectabamus matutinas; erunt fortasse ... alterae -ae. LIV. 44, 33, 11 ex matutina

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

statione ad meridiem decedi et in -am succedere alios *milites* iussit (Ps. CENS. frg. 3, 7 *stella* -am s. facit [*opp.* matutinam]). VITR. 1, 6, 6 observanda -a . . . gnomonis . . . umbra et, cum . . . fecerit parem antemeridianae umbrae -am, signanda puncto (1, 6, 12). SEN. dial. 9, 17, 7 in -as horas (SVET. gramm. 24, 4 LAMPR. Alex. 31, 1. CIL VIII 20819, 5 *v. supra p. 236, 68*). epist. 65, 1 diem divisi cum mala valetudine: antemeridianum illa sibi vindicavit, -o mihi cessit (*vix neutr. pro subst.; cf.* AVG. epist. 29, 11 -o . . . d. maior quam ante meridiem adfuit multitudo). QVINT. inst. 3, 1, 14 -is scholis. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ª, 81 Pighi *Severus in circo* post⟨me⟩ri⟨dia⟩nos missus misit. QVEROL. p. 18, 11 R. iudicis convivium primum -um. AVG. epist. 238, 9 nisi -us timor antemeridianum placitum frangeret (*1* post prandium). *neutr. pro subst. de tempore -o* (*vix addas l. 7*): CASSIOD. Ios. antiq. 18, 185 procedente . . . Caio . . . et Agrippa ⌊-o⌋, iam quippe pransi processerant (⌊ ⌋ *deest gr.; an ad 2?*). NOT. Tir. 44, 77 -um. 2 *de animantibus, qui post meridiem aliquid faciunt, munere quodam funguntur* (*v. etiam l. 14*): SEN. apocol. 9, 2 is *Ianus* designatus erat in kal. Iulias -us consul.

**postmeridie(m)** *v. vol. VIII 839, 73. 840, 47sqq. 62sqq. 70sqq. et infra sub* promeridie.

**postmitto,** -mīsī, -missum, -ere. *a* post *et* mittere. *i. q. posthabere, neglegere*: CONC. Turon. a. 567 p. 129, 23 *virgines*, quae se Vestae sacraverant, -so proposito et corrupta virginali gratia . . . vivas . . . fuisse defossas. *v. Kamptz.*

***postmodo** *et* ***postmodum** *adv.* *ex* post (*praepos. an adv.?*) *et adv.* modo. *Fr. Skutsch, Kl. Schr. 168 intellegit praepos.* post, *quae primo accedebat ad adv. indecl.* modo (*cf. p. 182, 72*), *quod deinde sec.* admodum, propemodum *in acc. transformatum est.* *scribitur* posmodum COD. Theod. 9, 40, 22 (*cod. V saec. VI*). *ceterum v. l. 72sqq.* NOT. Tir. 20, 12. *forma* -o *utuntur poetae inde a* TER. Hec. 208 (*A*, -m *cett. et Eugraph.*), CATVLLO, HOR. *omnes excepto* COMM. (-m *ter*), *in sermone pedestri non nisi* POLLIO Cic. fam. 10, 33, 1 (-m *var. l.*). LIV. 2, 24, 5 (-m *pauci ut* 2, 43, 8. 28, 19, 12) *et deinde octies* (*contra formam* -m 1, 9, 15. 2, 1, 9. 2, 9, 7 *omnes*, 2, 2, 10 *plerique codd. praebere videntur itaque variatio vulgo auctori tribuitur*). CELS. 7, 26, 3ᴬ (*V*, -m *FJ*). ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 13. SEN. dial. 7, 17, 3. COLVM. 1, 8, 14 *et* 5, 9, 17 (*sed sexies* -m *tantum traditur*). SERV. ecl. 1, 29 (*sec.* HOR., -m *var. l.*). -m *inde a* LIV. (*si codicibus fides habenda, v. supra*), VAL. MAX., COLVM., QVINT., SVET. *passim, etiam in titulis saec. II infra l. 74 et saec. IV* EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes⁷ p. 272) II 12. *legitur raro apud veteres (ubi frequentatur adv.* post; *de* ENN. *v. p. 239, 19) et apud poetas scriptoresque elegantiores; occurrit enim in versibus apud* TER. (*1/* postea *11/ adv.* post *24*), *deinde apud* CATVLL. (*1/ adv.* post *4*), HOR. (*2/10*), TIB. (*1/10*), ELEG. in Maecen. (*1/-*), PROP. (*2/1*), OV. (*in dist.: 21/3; sed* met.: *1/4*), EPICED. Drusi (*1/-*), GERM. (*1/-*), COMM. (*3/* postea *2*); *in oratione prosa, ubi* postea *frequentatur inde a* CATONE, *praebent* POLLIO (*1*), LIV. (*13/* postea *126/ adv.* post *116*, *plerumque cum abl. mens.*), VAL. MAX. (*4/32/7, cum abl. mens.*), CELS. (*1/66/11*), ORAT. imp. Claud. (*1/1/-*), SEN. *philos.* (*1/46/4, cum abl. mens.*), COLVM. (*8/62/10*), QVINT. decl. (*1/71/1; sed* inst.: *-/27/15*), SVET. (*1/51/36, fere cum abl. mens.*), TERT. (*26/139/21*); *saepius invenitur apud posteriores, ita ut* -m *praeferant* CYPR. (*79/* postea *16/ adv.* post *1*), VITA Cypr. (*8/1/1*), PEREGR. Aeth. (*25/4/1*), VITA Hil. Arel. (*12/1/1*), PATRIC. (*5/-*), VITAE patr. Iurens. (*6/2*); *sed contra nullum nobis praesto est exemplum ex* PANEG., *Script. hist. Aug.* (postea *126/ adv.* post *26*), FIRM., IVST., AMM., AMBR., HIER., VVLG. (postea *73/ adv.* post *2*), BOETH. [*in codd. confunditur maxime cum* postea (OV. epist. 19 [20], 150 CYPR. idol. 2. *al.*), post modicum (HIER. epist. 29, 3, 3 SORAN. p. 64, 7. *al.*); *falsa var. l. pro* commodum CIC. Verr. II 3, 61.]

*i. q. aliquanto post, postea, deinde* (*cf.* GLOSS. *μετέπειτα. μετ' ὀλίγον. gr. resp. ὕστερον saepius, ceterum e. g. μετέπειτα* RVFIN. Adamant. 1, 9 p. 10, 6 Bu., *εἶτα* SORAN. p. 21, 1, *μετὰ βραχύ* SORAN. p. 64, 7). *syn.* postea VAL. MAX. 2, 9, 9 CENS. 22, 17 CYPR. epist. 66, 10 unit. eccl. 21. *al.*, mox COLVM. 1, 8, 14 (*cf. 11, 1, 28*), posterius LACT. ira 20, 6 DON. Ter. Eun. 126, 1. *sim. al.* *particulae* modo *vis temporalis apparet maxime sub IA1 (sed respicitur tempus longius remotum e. g. p. 238, 15. 19. 41 sqq. 55 sqq.); ad vim restrictivam, quam aetate priore vix usquam agnoverim, revocare possis e. g.* COD. Theod. 16, 2, 15, 1 *negotiatorum* pensitationes agnoscant, quippe -m clericorum *immunium* se coetibus adgregarunt. LEO M. epist. 102, 3 (Conc.ˢ II 4 p. 54, 9). *aetate priore Romanos duas voces intellexisse colligas ex structura versus* TER. Hec. 208, *ex scriptura* post· modo ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 13 *nec non eo, quod -o in -m mutatum est (v. l. 27). voces deinde coaluisse apparet ex scriptura continua* LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 18 *et ex iunctura* in -m (*v. IIC2*); *cf. etiam* SERV. ecl. 1, 29 aut 'longopost' una pars est orationis . . . sicut multominus, multomagis, -o. *ceterum nusquam alias voces inter* post *et* modo (modum) *intercedentes invenimus.*

**I** *exempla notionem illustrantia*: **A** *notione originaria, sc. mera vel praevalente vi temporis*: **1** *significatur potius tempus quolibet intervallo antea memorata sequens*: **a** *generatim*: **α** *pertinet ad praesens vel futurum*: TER. Hec. 208 me . . . abs te inmerito esse accusatam -o rescisces. CATVLL. 30, 12 te ut paeniteat -o facti. POLLIO Cic. fam. 10, 33, 1 *v. p. 240, 24.* HOR. carm. 1, 28, 31 nocituram -o . . . natis fraudem. TIB. 2, 5, 102 ingeret . . . maledicta . . ., -o quae . . . irrita facta velit. PROP. 2, 10, 18 si qua . . . tellus se subtrahit . . ., sentiat illa tuas, *Auguste*, -o capta manus. 4, 5, 32. OV. am. 1, 14, 56 reparabile damnum est: -o nativa conspiciere coma. ars 2, 322 tum sere, quod . . . -o . . . metas. *saepius.* EPICED. Drusi 272 -o tu poenas . . . dabis. LIV. 4, 7, 6 fore ut -o gaudeant. *al.* GERM. 444. CELS. 7, 26, 3ᴬ *ne* reliquiae maneant, quae -o curationi difficultatem faciant. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 13 cuius liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu, -o cum annis promoturi *eqs.* COLVM. 1, 5, 9 ab imo praestructa . . . resistent contra ea, quae -m superposita incumbant. *al.* LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 18 ⟨p⟩rius legem perlege et sic intra, ne -m queraris. HYG. fab. 193, 1 TERT. nat. 1, 16, 11. *et saepe.* **β** *pertinet ad praeteritum*: OV. am. 2, 9, 8 *Telephum* confossum . . . -o iuvit *Achilles*. met. 12, 5 *Paris funeri Aesaci* defuit . . ., -o qui . . . bellum attulit in patriam. fast. 2, 53. 4, 399 Pont. 3, 9, 53. ELEG. in Maecen. 1, 24 aurea virgo (*sc. Astraea*), quae . . . -o pulsa fugit. LIV. 1, 9, 15 saepe ex iniuria -m gratiam ortam. 2, 9, 7. 6, 30, 3 cuius et ipsos -o et patres . . . paenituit. VAL. MAX. 2, 9, 9 censoria nota perstrictus censoriam -m potestatem impetravit (*syn.* postea). 2, 10 ext. 2. 6, 9, 1. 8. TER. MAVR. 721 (*contextu dubio*). TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 536, 2 *Iohannes* coniectus in carcerem fuerat . . ., -m et occisus. patient. 5 p. 9, 3. *al.* PAVL. dig. 45, 1, 132 pr. si -m domo cum *filium alienum olim susceptum* propulerit. CENS. 22, 17 CYPR. domin. orat. 30 epist. 28, 2 p. 546, 10. 40 p. 586, 4 *martyr* pro mortuo derelictus, dum -m filia . . . cadaver . . . inquirit, semianimis inventus. unit. eccl. 22 p. 229, 24 et Iudam . . . dominus elegit, et tamen dominum Iudas -m tradidit. *et saepe.* *indicatur intervallum*: OROS. hist. 7, 15, 3 non multo -m (*sic PR, probat Svennung*; post *vel* post dum *var. ll.*) . . . in vehiculo sedens (sedet *var. l.*) . . . interiit.

**b** *speciatim*: **α** *respicitur locus in libro vel oratione sim. posterior* (*cf. etiam l. 76*): SEN. dial. 7, 17, 3 adiuvabo -o convicia . . ., nunc hoc respondeo. COLVM. 5, 9, 17 quemadmodum . . . olea inserenda sit, -o dicemus (QVINT. decl. 340 p. 344, 16 *opp.* interim dicam. DON. Ter. Andr. prol. 25, 2 in alio prologo). TERT. nat. 1, 10, 1 -m (*sc. in apol.*) obtundentur *calumniae*. castit. 4 l. 30 supra nubendi veniam facit et . . . -m continentiam nubendi docet. adv. Marc. 4, 16 p. 471, 5 sed de fenore -m; nunc *eqs.* (*sim. sine verbo*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 3, 1. 8, 9, 4 CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 33, 2). scorp. 13 p. 175, 5 -m . . . inquit (CYPR. epist. 59, 4 p. 671, 11 in actis apostolorum). TER. MAVR. 2220 ut loquemur -m. *al.*

**β** *in religione christiana*: ⓘ *respiciuntur ultimae res, summum iudicium*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 337, 16 *dei bonitas* prius, *sc. ante creationem hominis*, domicilium homini commentata est aliquam [-m] (*del. Kroymann*) molem maximam, -m et maiorem (*sc. caelum*). CYPR. Demetr. 9 cum nihil istic promoveant *verbera dei* . . ., manet -m carcer aeternus (*cf.* QVODV. symb. 2, 8, 7 hic . . ., -m). domin. orat. 13 p. 275, 27 ut, qui in saeculo ante servivimus, -m Christo dominante regnemus. epist. 15, 3 amici domini et cum illo -m iudicaturi (66, 2 LACT. epit. 52, 10). patient. 23 in passione . . ., in ultione -m. ZENO 2, 33 (1, 55 L.). RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 10, 5 gratiam nunc quidem parvam . . ., -m . . . perfectiorem (RVRIC. epist. 2, 17 p. 401, 26 FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 27, 1). AVG. anim. 4, 24, 38 p. 418, 13 interim . . . -m (ORIG. in Matth. ser. 53 p. 120, 19). COMM. instr. 1, 21, 10 per tempora gaudes, in brevi laetaris et -m plangis in imis. *al.* ⓘⓘ *respicitur aetas novi testamenti, quae vetus testamentum sequitur et consummat*: TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 588, 7 quae *sapientia* latuerit . . . sub figuris . . ., revelanda -m in Christo. CYPR. Demetr. 22 p. 367, 16 quod ante occiso agno praecedit in imagine, impletur in Christo secuta -m veritate (epist. 69, 14 p. 763, 18 PELAG. in I Cor. 10, 4). domin. orat. 34 epist. 63, 8 p. 706, 11. 64, 4 p. 720, 6 superveniente -m veritate. laps. 7 p. 242, 5 dicit scriptura divina: . . . (*afferuntur loci vet. test.*); in euangelio . . . -m dominus . . . docens. RVFIN. Adamant. 1, 11 p. 13, 4 Bu. forma fuit hoc, quod prius adumbrabat Moyses, eorum quae -m Christus implevit (AVG. in Rom. 75). *al.* *indicatur intervallum*: PS. BOETH. fid. cath. 118 futuri . . . sacramenti et longe -m proferendi.

**2** *significatur potius tempus continuo antea memorata sequens*: HOR. sat. 2, 6, 27 *ad sponsionem* ire necesse est; -o, quod mi obsit, . . . locuto luctandum in turba (*alii* -o *cum* obsit *iungunt ut spectet ad 1*). OV. epist. 19(20), 211 *narra, ut* restiterim . . . et . . . deciderint . . . pallia . . .; -o . . . venisse volubile malum. Ib. 53 te . . . brevi . . . dissimulare sinam; -o, si perges, in te mihi liber iambus . . . tela dabit. LIV. 26, 29, 2 *ut Siculorum* voces et extemplo oculos . . . converterint et -o sermones praebuerint. SCAEV. dig. 12, 6, 67 pr. *servus nummos* per octo annos . . . dedit; -m se ingenuum comperit *eqs.* TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 592, 18 (*ad I Cor. 4, 9* mundo et angelis et hominibus) si mundum homines . . . significasset, non etiam homines -m nominasset (*respicitur locus in libro sim. sequens ut*: VLP. dig. 2, 13, 6, 6. AVG. civ. 11, 20 p. 488, 5 D. dixit deus . . . et -m infertur [FVLG. RVSP. ad Monim. 3, 4, 5. 7]. *al.*, *cf. 1 b α*). resurr. 7 p. 34, 16. scorp. 5 p. 154, 23 gemens . . . inter manus medici -m easdem mercede cumulabit. ITALA Matth. 4, 2 (Rufin. patr. 2, 19 S.) cum ieiunasset quadraginta diebus . . ., -m esuriit (*cod. a al. et Vulg.* postea). CYPR. domin. orat. 24 dum in sacrificio dei talis est *Abel*, ipse -m sacrificium deo factus est. epist. 52, 2 p. 619, 4 pater . . . fame mortuus et . . . in morte -m nec sepultus. laps. 26 p. 256, 3 SOL.

[*Euler*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

32, 12 Lact. epit. 19, 3. Peregr. Aeth. 22, 1 Antiochia ... cum fuissem regressa, feci -m septimana. 34 -m fit oratio, benedicuntur cathecumini, -m fideles, et fit missa. 43, 2 praedicant presbyteri, -m episcopus. *al.* Chiron 23 quod sale suffricabis, -m aceto (*inde* Veg. mulom. 1, 26, 2). 377 fomentabis ei caput calda ... et -m perungebis oleo (*sim.* Veg. mulom. 2, 112, 2). 472 -m ... oblinies (*Veg. mulom. 2, 74, 3* post). *al.*

**3** *significatur potius spatium temporis in posterum porrectum* (*certiora selecta; indicatur diuturnitas l. 18. 36*): **a** *usu vario*: Liv. 29, 1, 6 malle eos sibi iam tum fateri, quam -o ... segnes ... milites ... esse (Novatian. trin. 31, 4 D. quia ex patre fuit, cum patre -m fuit. Qvodv. catacl. 2, 3 baptizatus es ...; noli -m male securus esse. Vita Hil. Arel. 30 l. 8 similem -m non futurum. *al.*). Svet. Cal. 15, 4 commentarios ..., ne cui -m delatori ... maneret ullus metus, ... concremavit (Zeno 1, 4, 1 [1, 1, 3 L.]. Tract. Pelag. 3 p. 32, 5). Tert. resurr. 1 p. 25, 10 vulgus ... defunctos ... exurit, quos -m ... nutrit. Itala gen. 5, 24 (Cypr. testim. 3, 58. *al.*) *Enoch* non est inventus -m (*gr.* οὐχ ηὑρίσκετο, *Vulg.* non apparuit). Cypr. eleem. 3 non deesse sanatis quaedam -m vulnera. hab. virg. 2 p. 189, 2. laps. 24 *non* diu superesse -m potuit. Lact. inst. 1, 22, 25 (= Enn. frg. var. 129, *sed verba ipsa vix Enniana sunt*) urbi Acestae ... nomen inposuit, ut eam -m ... Acestes diligeret. 6, 24, 7 *capta* animalia cum ... se ... extricaverint, fiunt -m cautiora. epit. 57, 6 aget -m vitam detestabilem. Petron. Bonon. serm. Migne suppl. 3, 142 ut *Moyses*, cui antea ... gregis fuerat mandata custodia, -m ... populi regimen sustineret. *al.* **b** *in praeceptis, sermone legis sim.*: Colvm. 8, 11, 15 *pulli* pasci debent usque ad sextum mensem; -m satis est hordeum de manu praebere (*Pallad. 1, 28, 6* deinde. *cf.* Chiron 375 [*sim.* Veg. mulom. 2, 110, 3] lixivio ... eum potionabis per dies v, -m *alia potione*). Cod. Theod. 6, 30, 6 *ne* -m licitum sibi credat *eqs.* 8, 5, 66 pr. nemo ducum ingressus semel provinciam suam -m ... angariis ... utatur. Iust. 9, 27, 6 pr. (*a. 439*) se ... neque dedisse ... neque daturos umquam -m fore. Interpr. Cod. Theod. 9, 20, 1 si ... civiliter fuerit superatus, criminali -m actione servata ... potest *eqs.* Conc.[S] II 3, 1 p. 112, 17 praeter has *expositiones* -m neque docet aliquos neque *eqs.* (*cf. II 2, 1 p. 8, 23* deinceps, *gr. II 1, 1 p. 131, 4* τοῦ λοιποῦ). Conc. Aurel. a. 533 p. 63, 21 (*opp. l. 17* actenus). Antidot. Brux. 115 -m triduo a balneo se abstineat. *al.*

**B** *evanescente vi temporis*: **1** *vergit in vim localem* (*arcuimus p. 238, 30 sqq., ubi vis temporalis praevalere videtur*): Ter. Mavr. 977 (*in voce q. e.* frons) consonans ... prima et uda, -o uda et consonans o tenent utrimque. Sol. 38, 8 quod antrum latis primum patet faucibus, -m in processu per angustias obscuratur (*cf. Mela 1, 74* mox et quo magis subitur). **2** *indicatur id, quod additur*: *in enumeratione*: Canon. Turner I 2, 1 p. 345, 92 dicimus dei filium et primo natum (-to *cod.*) de deo patre et -m humanam carnem voluisse portare, tertio quo⟨d⟩ passus est (*nisi plura exciderunt*). *in argumentatione, fere i. q. praeterea*: Rvric. epist. 1, 1 p. 352, 15 *spero, ut* non mihi ... dulces cibos, sed austeriores ... suggeratis, quia non expediunt stulto deliciae, -m proditoribus meis (*i. famam vulgantibus*) censorium praebeatis adsensum.

**II** *syntactica et stilistica*: **A** *ordo temporis accuratius illustratur* (*indicatur tempus intercedens p. 238, 28. 65, diuturnitas supra l. 18. 36*): **1** *opponuntur alia adv., adi., iuncturae praepos. sim.*: **a** *in structuris bimembribus* (*vix agnoscenda iteratio* -m ... -m *p. 238, 44*): α *opponuntur varia* (*notabiliora selecta*): Pollio Cic. fam. 10, 33, 1 in praesentia ... -o (Liv. 2, 43, 8. *cf.* Itala Hebr. 12, 11 [Orig. in Matth. 15, 11] ad praesens ... -m [*cod. d al.* = *Vulg.* postea]. Vita Hil. Arel. 30 l. 14 in praesenti ... -m). Ov. ars 2, 322 tum sere, quod ... -o ... metas (Liv. 29, 1, 6. *cf.* Tert. virg. vel. 5, 13 tunc ... -m [Peregr. Aeth. 40, 2 Pelag. in I Cor. 10, 4 p. 180, 21 Avg. c. Petil. 2, 20, 44. *al.*]). fast. 1, 636 quod porro fuerat ..., versurum -o quidquid erat. Ib. 643 haec tibi tantisper subito sint missa libello ...; -o plura leges. Liv. 26, 29, 2 et extemplo ... et -o. Sen. dial. 7, 17, 3 -o ... nunc (Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 471, 5 Cypr. unit. eccl. 20 Rvfin. Greg. Naz. orat. 2, 3, 1. 9, 10, 5. *al.*). Qvint. decl. 340 p. 344, 16 -m dicam ...; interim dicam (Avg. anim. 4, 24, 38 p. 418, 13 Clavd. Mam. anim. 1, 3 p. 33, 2 Orig. in Matth. ser. 53 p. 120, 19). Tert. adv. Marc. 1, 20 p. 315, 26 adhuc ... -m (adv. Val. 24 Cypr. epist. 4, 2 p. 474, 10. *al.*). Cypr. Demetr. 3 arbor, quae fuerat ante ... fertilis, ... fit -m sterilis (*adv. ut*: domin. orat. 34 *al.* Vita Cypr. 13, 1 Lact. inst. 6, 13, 4. *al.*; *praepos.*: Novatian. trin. 17, 3 D. et -m ... et ante mundi institutionem. Cod. Theod. 11, 5, 3. *al.*; *cf.* antea: Sol. 33, 1 Ps. Hil. libell. 3 p. 73, 8 Avg. in Rom. 75. *al.*). *sim. al.*
β *opponitur* primo, primus, prius *sim.*: Ov. ars 1, 486 primo veniet tibi littera tristis ...; insequere et voti -o compos eris (Tert. praescr. 30 l. 10 constat illos ... primo ... credidisse ..., donec ... eiecti, ... novissime ... relegati venena ... disseminaverunt; -m Marcion paenitentiam confessus *eqs.* Cypr. epist. 55, 3 p. 625, 14. Lact. epit. 18, 6 [*cf. inst. 1, 21, 20* primo ... deinde]. Veg. mil. 3, 24. *al.*). fast. 4, 399 panis erat primis ... mortalibus herbae ...; -o glans nota est (Ib. 53 prima ... proelia ...; -o. Ter. Mavr. 977 Cypr. epist. 55, 2 p. 624, 14. 55, 3 p. 625, 2 Fort. 11 p. 338, 16 Lact. ira 20, 6. *et saepius*). Tert. patient. 5 p. 9, 3 a primordio ... -m (Tract. Pelag. 6 p. 125, 33. *cf.* Consvlt. Zacch. 2, 8 p. 63, 21 primordiis ... -m). Cypr. epist. 55, 9 p. 631, 6 -m ... prior (Sol. 40, 7. *al.*; *adv.* prius: Cypr. epist. 56, 1 p. 648, 12 laps. 33. *al.* Firmil. Cypr. epist. 75, 22 Sol. 25, 16 Lact. inst. 6, 4, 15. *et saepius, cf. p. 238, 12*). Sol. 38, 8 primum patet ..., -m ... obscuratur (Lact. epit. 38, 2 [*cf. inst. 4, 8, 1* primum ... postea]. mort. pers. 52, 3 Peregr. Aeth. 44, 2. *et saepius*). Lact. inst. 2, 1, 1 primitus ... -m (Interpr. Cod. Theod. 9, 20, 1. *al.*).

**b** *in struct. trium vel plurium membrorum* (*cf. p. 239, 76*): Mod. dig. 3, 5, 25(26) pr. actores ... creaverunt; -m hi actores ...; post aliquod tempus *eqs.* (*item determinatione caret primum membrum*: Cypr. epist. 20, 3 epistulae ... emissae ...; postea quam vero ...; item cum ...; -m vero cum *eqs.* laps. 7 p. 242, 5 denuo ... iterum ... -m. Marcell. med. 8, 101 deinde ... et -m. *al.*). Sol. 46, 3 primum ... fecit ingressum ...; aliquantisper tamen ...; -m (*cf.* Peregr. Aeth. 25, 3 primum ..., et sic ..., -m ..., et sic ... et -m. Avg. gest. Pelag. 22, 46 prius ...; postea ...; -m. Marcell. med. 36, 15 prius ..., deinde ... ac -m. *sim. al.*). Lact. epit. 4, 3 vel Pythagoras et Anaximenes antea, vel -m Stoici ..., vel nostrorum Seneca. Synod. Hil. coll. antiar. p. 116, 8 eo temporis ..., -m ..., nunc. Chiron 76 altero die ..., deinde ...; deinde -m. *al.*

**2** *accedunt additamenta varia* (*hic illic dubium, utrum* -o *definiatur an fere abundanter accedat ad alias determinationes temporales, v. e. g. l. 43. 47*): **a** -o *intellegitur ex eis, quae paratactice antea afferuntur, sed explicatur insuper*: α *enuntiato temporali*: cum: Pollio Cic. fam. 10, 33, 1 si qui laetantur in praesentia ..., tamen -o necesse est doleant, cum ... respexerint. Colvm. 5, 6, 8 quae res -m ... laborem affert, tunc cum plantas ... transferemus. Decl. in Catil. 42 restinguenda est ... flamma ..., ne, cum omnia comprehenderet ..., frustra -m ... restinguere cupiamus (cum *antecedit ut ibid.* 59). Cypr. epist. 20, 3 p. 528, 14. 56, 1 p. 648, 12 Sol. 1, 39. Peregr. Aeth. 19, 11 *civitatem* custodierunt mensibus aliquot; -m autem, cum viderent *eqs.* 25, 10 Zeno 1, 4, 7 (1, 1, 20 L.). *al.* dum: Cypr. unit. eccl. 12 p. 220, 23 cum ... schismata -m nata sint, dum conventicula sibi ... constituunt (*nisi ad sequentia pertinet* dum). Hil. Arel. vita Honorat. 35 l. 5 corpus magna fidei ambitione vestitum est, maiore -m, dum *eqs.* Greg. M. in Ezech. 1, 2, 3 l. 68. β *quolibet modo (notabiliora)*: *part. coniunct.*: Hor. sat. 2, 6, 27 *v. sub IA2.* Prop. 2, 10, 18 sentiat illa *terra* tuas -o capta manus. Ov. rem. 813 -o reddetis ... vota poetae carmine sanati. Lact. epit. 23, 8 quos ... placati -m relaxent. Comm. instr. 1, 2, 9. *al.* *abl. absol.*: Prop. 4, 5, 32 *amantis* utilis ira: -o mercata pace premendus erit. Liv. 28, 19, 12 utrum in pugna ... an -o ... diruta urbe. Sol. 1, 89 -m divo Claudio principe. 32, 12 Lact. inst. 2, 1, 1 epit. 38, 2 Filastr. 130, 6. *al.* *locut. praepos.*: Cypr. epist. 55, 3 p. 625, 2 video post primam sententiam ... Novatiani litteris -m te esse commotum (Zeno 1, 4, 1 [1, 1, 3 L.] p. nuptias manet -m virgo). Sidon. epist. 3, 13, 10 -m ... inter adversa. *abl. temp. vel adv.*: Peregr. Aeth. 27, 3 -m mane. 42 -m sera. Fvlg. aet. mund. p. 172, 22 postremo ... loco quae praetermisimus -m edicemus. Cod. Iust. 10, 32, 61 pr. -m quoque tempore.

**b** -o *non intellegitur nisi ex enunt. secund. subordinato vel struct. particip.*: cum: Itala Matth. 4, 2 (Rufin. patr. 2, 19 S.) cum ieiunasset quadraginta diebus ..., -m esuriit (*cod. a al. et Vulg.* postea). Peregr. Aeth. 45, 2 cum autem annotaverit ... nomina presbyter, -m alia die *eqs.* Galen. alfab. *v. infra.* Vict. Vit. 3, 4 (*ex edicto Huniricis*) quod cum videremus ..., -m universos constat fuisse commonitos. quam: Peregr. Aeth. 19, 15 sed -m q. hii fontes ... eruperunt, tunc ... palatium fecit. Galen. alfab. ('de opio') sic colligi solet: -m q. ... papaver flores suos amisit et ampullul⟨a⟩e succrescunt ..., abscidunt (*ita cod. Lucc.*, -m cum ... amittit *ed. Iunt.*). si: Tract. Pelag. 3 p. 48 si omnes sua erogare voluerint ..., unde -m pietatis ... opera ... celebranda sunt? *adde p. 239, 32.* *struct. particip.*: Chiron 11 ferrago datus (*nom. absol.*) -m incipiet ... bene valere. *adde p. 239, 30.*

**B** -o *apponitur substantivo fere loco attributi* (*notabiliora; omisimus nonnulla, ubi* -m *inter subst. et attrib. positum tamen ad totum enunt. pertinere videtur, e. g.* Svet. Cal. 15, 4 Cypr. eleem. 3 Cod. Iust. 1, 5, 8, 1 [*a. 455*]): Liv. 2, 9, 7 haec indulgentia patrum asperis -m rebus in obsidione ... concordem civitatem tenuit. 2, 43, 8 publicum in praesentia dedecus, -o periculum ... cogere *milites non* potuit ... stare instructos. Sol. 52, 2 *India* Alexandri ... armis comperta et aliorum -m regum diligentia peragrata (*cf. Plin. nat. 6, 58* qui successere ei. Sedvl. op. pasch. 1, 19 Darii -m regnatoris). Fvlg. Rvsp. praedest. 2, 22 faciens ... ex raptore rerum alienarum suarum -m largitorem.

**C** *iuncturae quaedam*: **1** deinde -m (*abundanter*): Chiron 76. 91 d. -m ... aperies et ... curabis (*cf. Veg. mulom. 2, 25* dehinc ... aperienda, post ... curanda). Patric. conf. 17. **2** in postmodum *fere i. q. postea* (*saepe in chartulis sim. medii aevi, v. Hamp, Arch. Lat. Lex. 5, 1888, 341 sq.; Norberg, Beitr. 80 sq.*): Itin. Anton. Plac. rec. B 18 petra ornata est ... et in (*om. cod. unus*) -m de ipsa petra factum est altare. Conc. Paris. a. 573 p. 147, 15 *ne* quis audeat in -m ... simelia perpetrare. Greg. Tvr. Franc. 8, 30 p. 395, 7 sub conditione audientiae in -m futurae. Greg. M. epist. 4, 9 p. 242, 5 presbiteri baptizandos tangant in pectore, ut episcopi in -m tangere debeant in fronte (in *om. codd. plerique, sed v. Norberg, In reg. Greg. M. stud. crit. II 1939 p. 155*).

*Euler.*

**postmoerium, postmūrium** *v.* pomerium.

**postnātīvus, -a, -um.** *a* post *et* nativus. *i. q. postea natus,*
*[v. Kamptz]*

*posterior*: MAR. VICTORIN. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 29 p. 129, 5 species praenoscuntur ...; accidentia vero -a sunt, id est a foris venientia (*gr. Porph. isag. p. 21, 14 B.* ὑστερογενῆ, *cf. Boeth. p. 50, 14 B.* posterioris generis).

**?postoculum,** -ī *n.* *vox incerta.* *nomen herbae cuiusdam*: GLOSS. III 593, 55 -um: consolda maior (615, 53. 627, 42. *cf.* 573, 74 poculo i. simphitu, *si recte huc traxit André, Lex. des termes de botan. s. v.*). *an latet* ὀστεοκόλλος, *quod apud Macedones esse nomen herbae q. e.* σύμφυτον (*cf. Gloss.* consolda: finticis [symphyton *coni. Stadler; aliter vol. VI 1, 804, 19sq.*]) *traditur Hippiatr. gr. I p. 260, 18?*

**postolo** *v.* postulo.

**? postomis,** -idis *f.* *vocem e gr.* ἐπιστομίς *petitam et more vulgi depravatam esse fort. recte contendit Mariotti, Studi Lucil., 1960, 60 sq.* *i. q. frenum, oreae*: LVCIL. 511 trul⟨l⟩eus -e huic ingens de naribus pendet (*antea excidisse e. g.* dempta *putat Mariotti l. c.*; pro stomide *coni. edd.*). NON. p. 22, 24sqq. -s (prostomis *Lindsay*, stomis *Salmasius*) dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui inponitur, graece, ἀπὸ τοῦ στόματος (*affert Lucilium*).

**postpartor,** -ōris *m.* *a* post *et* parere *in lusu verborum formatum.* *i. qui postea parit, possidet*: PLAVT. Truc. 62 qui *parentes* nostrae aetati ... temperent, ut ne (unne *B*, unde *CD*) antepar[a]ta demus -bus (*sc. meretricibus lenonibusque; ad heredes referunt alii lectionem* unde *tuentes*). *v. Kamptz.*

***postpōno,** -posuī, -positus, -pōnere. *a* post *et* ponere. *scribitur* post pon- CE 1369, 5 (*lapis periit*). *legitur inde a* CAES., CIC. fil., *in versibus apud* HOR., OV., SIL. *al.* [*confunditur in codd. hic illic cum aliis compositis, e. g.* praepono AVIAN. fab. 37, 20; *falsa var. l. pro* posthabenda HEGES. 1, 44, 3 p. 112, 14 (*v. p. 222, 84*).]

*i. q. posteriore loco ponere* (*cf.* GLOSS. II 562, 9 παρεκτεθέντα posthabita, -ta [*scrib.* -ros-; *correxit man. rec.*]. *opp. e. g.* praepono PAVL. FEST. p. 223 SERV. gramm. IV 442, 3 CLAVD. DON. Aen. 5, 540 p. 486, 16 *al.*, antefero TAC. ann. 1, 47, 2 FRONTO p. 137, 10 v. d. H. HIL. psalm. instr. 10 *al.*): **1** *aestimando, iudicando vel respiciendo, curando sim.* (*accedit abl. causae vel respectus l. 77. p. 242, 12. 20, fortasse etiam p. 242, 40, in c. acc. l. 71, in c. abl. p. 242, 29. 38*):

**a** *non indicatur quis (quid) anteponatur, ut plus minusve vergat in vim neglegendi, contemnendi, non curandi sim.* (*sed viget notio q. e. minoris aestimare e. g. l. 54. 63; iuxta leguntur* neglegere *l. 45. 47*, omittere *l. 48. 57. p. 242, 5*, spernere *l. 61. p. 242, 5, plus valet* temnere *infra l. 57; saepe in struct. abl. absol.*): *α -untur res*: CAES. Gall. 5, 7, 6 intermissa profectione atque omnibus rebus -tis *Dumnorigem insequitur Caesar* (*cf.* omnia: 6, 3, 4 ut o. -ere videretur, concilium Lutetiam ... transfert. CIC. fil. Cic. fam. 16, 21, 6 o. -ui, dummodo praeceptis patris parerem. SEN. dial. 7, 14, 3 qui sectatur voluptatem, omnia -it et primam libertatem neglegit. *al. v. et* APVL. *sub bβ*). PLIN. epist. 10, 87, 2 quod ille amicissime et otii et senectutis ratione -ta ... fecit (EDICT. imp. Const. [?] frg. Vat. 35, 5[6] rei inquisitione neglecta, luce veritatis omissa, ... iuris ratione -ta). APVL. met. 9, 12, 2 -to cibo ... officinae disciplinam ... arbitrabar. 9, 26, 1 quae *mulier* suo pudore -to ... larem mariti ... maculasset infamia (*cf.* ARNOB. nat. 5, 11 p. 263, 4 M. omnibus -tis pudoris et verecundiae frenis). ARNOB. nat. 1, 64 p. 60, 17 M. -to deorum metu. HIL. in Matth. 21, 2 saeculi amore -to (*cf.* CE *infra et* CASSIOD. in psalm. 12, 1 mundi ... blandimenta -it). AVSON. Mos. 465 auriferum -et (-at *var. l.*) Gallia Tarnen *fluvium* (*461* non tibi se Liger anteferet). CLAVD. DON. Aen. 11, 295 p. 455, 17 (*Diomedes donis moveri non potest, ut arma contra Troianos sumat*) auri cupiditas temnitur aut sane -itur. AVG. epist. 16, 3 omissis ... Chrysippeis argumentis, -ta paululum dialectica. in psalm. 89, 5 ea, *quae transacta sunt*, sibi apostoli -uit intentio, quae retro sunt obliviscentis (*Phil. 3, 13*). COD. Theod. 11, 30, 36 dilatione -ta ... vicarius ... adhibeat examen. NOVELL. Marc. 1, 6 omni -ta invidia, omni spreta gratia ... iudicare. RVT. NAM. 1, 585 narrabat ... Tuscorum regimen plus placuisse sibi; ... nec ius quaesturae grata fuisse magis; ipsam ... -ere praefecturam ... non dubitabat. VEN. FORT. carm. 6, 10, 30 ordine -to tempora *quieti dedicata* rumpit amor. *al.* *pro obi. accedit inf.*: CE 1369, 5 (*saec. VI?*) -e(n)s ultra mundi protendere ponpas et potius domeno solvere vota malens (*adv.* post *intellegere mavult Bücheler; ad rem cf. l. 52*). *β -untur animantes* (*res pro anim.* DRAC.): TAC. ann. 1, 47, 2 *Tiberius deliberat* quos *milites* ... anteferret ac ne -ti contumelia incenderentur. TRYPH. dig. 20, 4, 20 ut Seius, *alter creditor*, potior sit ... et ... -atur primus creditor in summam, quam ... credidit (*cf. et p. 242, 10*). CLAVD. DON. Aen. 5, 540 p. 486, 16 -tis qui ratione gestorum praeponi debuissent victorem Acesten pronuntiavit. AVG. civ. 15, 22 p. 106, 30 D. temporale ... bonum male amatur -to deo, aeterno ... bono. 21, 26 p. 540, 17 si *quis* ... committat inlicita, non praeposuisse Christum, sed -uisse convincitur, quem posthabuit imperantem. EVSTATH. Basil. hex. 6, 9, 2 animal natura parvum maximorum collatione -tum (*gr. aliter*). DRAC. Romul. 8, 168 *Paris Iovis* -ens Vulcani laudat amorem (*i. Venerem*). CASSIOD. var. 5, 40, 3. GREG. TVR. Franc. 7, 29 p. 347, 15 ⌊-tis (pro- *var. l.*) ... viris⌋, qui ad solatium eius venire debuerant, ipse ad basilicam sanctam accessit (⌊ ⌋ *i. neglectis viris, non post se relictis*). FERREOL. reg. 34 p. 97 l^D ne -ens monachum *monachus venator esse velit.* *γ absolute*: FRONTO p. 137, 10 v. d. H. proprium ... sapientis officium est recte eligere nequeperperam vel -ere vel anteferre.

**b** *indicatur quis (quid) anteponatur*: *α dat.*: ① *-untur res* (*rebus passim, animantibus* HOR., COD. Iust., MOD., IVVENC.): HOR. epist. 1, 18, 34 scorto -et honestum officium. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 hostiae iocineri ... gloriam. 9, 3, 5 *ira victoriam* totam fugae -endam reddidit (*antea*: spernendam ..., omittendam). PLIN. nat. 13, 111 Cyrenaica regio loton suae -it paliuro. SIL. 10, 643 saluti -tus pudor. TAC. ann. 6, 16, 1 privato usui bonum publicum. 12, 53, 2 veterrimam nobilitatem usui publico. COD. Iust. 10, 7, 1 (*a. 224*) rem suam persequentibus poenae *fiscalis* exactio -itur (*cf.* MOD. dig. 49, 14, 17 fiscalium poenarum petitionem creditoribus -i). IVVENC. 2, 502 si quis amore meo genitorem pluris habebit vel matri ... meum -et amorem. AVG. civ. 9, 9 p. 380, 22 D. natura eius *animae* excellentior nec labe vitiorum -itur corpori. 10, 23 p. 437, 3sq. -it quippe Plotinus animae naturam paterno intellectui; iste autem (*sc. Porphyrius*) cum dicit medium, non -it, sed interponit. COD. Theod. 9, 7, 7 (= Iust. 9, 9, 32) cum ... civilis actio criminali iure -atur (*vix intellegas abl. compar., quia iunctura* ius c. *locis aliis defendi non potest; contra legitur saepius* actio cr., *e. g. Cod. Theod. 2, 26, 5. 9, 20, 1. 16, 2, 23*). *al.* ⓘⓘ *-untur animantes*: OV. met. 6, 211 *Niobe* vos (*sc. Dianam et Apollinem*) ... est -ere natis ausa suis. PLIN. nat. 34, 46 *cum* Zenodorus scientia fingendi caelandique nulli veterum -retur. TAC. hist. 1, 15, 2 quas *necessitudines meas* (*i. propinquos*) tibi *Pisoni* -ui. ann. 14, 56, 1 nisi forte aut te *Senecam* Vitellio ter consuli aut me *Neronem* Claudio -is. SVET. gramm. 8, 2 ceteris ... deterioribus. vita Ter. 7 Volcatius ... *Terentium* non solum Naevio ..., sed Licinio quoque et Atilio -it. VLP. dig. 48, 5, 3 *in accusanda adultera pater* -etur marito (*cf. 48, 5, 2, 9* qui post maritum ... accusare possunt). PORPH. Hor. carm. 3, 9, 6 ('neque erat Lydia post Chloen') nec Lydiam ... -bas Chloae. CLAVD. DON. Aen. 7, 650 p. 97, 32 *Vergilius* in conparatione pulchri corporis unum praetulit *Turnum* Lauso, -uit autem omnis Italos. AVG. civ. 8, 14 p. 341, 19 D. daemones ... quemadmodum diis, quibus inferius habitant, -endi, ita hominibus, quibus superius, praeferendi sunt. COD. Theod. 6, 22, 5 omnes, qui extra palatium constituti codicillis ... adsimulaticiis vestiuntur, his, quos administratio vel militia provexit, volumus esse -tos (*item respicitur militia officialium vel militum*: 7, 1, 10 pr. commilitonibus. 7, 3, 2 quotiens codicillis ... *aliquis promotus sit, is* triennio ei -atur, quem sors militiae in eum progressum duxerit. 7, 18, 16 decem sequentibus. *al.*). PASS. Macc. 15, 7 *iuvenes*, in nullo ... -endi feminae (*i. matri*) ... estis, nisi quod *eqs.* *al.*

*? β abl. compar.* (*nisi intellegendus abl. causae; vix huc pertinet l. 16; ceterum cf.* posthabeo *2 b*): APVL. met. 8, 10, 4 uno potiundi studio -ens omnia.

*γ praepos.*: AVG. civ. 9, 17 p. 392, 10 D. qui cuncta corporalia et sensibilia prae incorporalibus et intellegibilibus -enda iudicaverunt. GREG. M. moral. 5, 19 terrenarum actionum strepitus pro divino amore intermittendo -unt pii.

*δ subi.*: VEN. FORT. vita Hil. 6, 19 cuius *sponsi* ... dulcedo favi mella -ret.

2 *respectu locali vel temporali pertinet ad*: **a** *subsidium a tergo collocandum*: PAVL. FEST. p. 223 praesidium est, quod ... auxilii gratia praeponitur; subsidium, quod -tum est ad subveniendum laborantibus (*cf. Varro ling. 5, 89 triarii* in acie ... extremi subsidio deponebantur; quod hi subsidebant, ab eo subsidium dictum). *vix huc pertinet p. 241, 30.* **b** *actiones differendas* (*aegre separatur a colore neglegendi sim., v. sub 1a; sunt qui huc trahant p. 241, 41*): SIL. 2, 236 *defensoribus cedentibus* primam urbem murosque patentis -ta caede et dilata invadere pugna. PLIN. epist. 4 1, 3 *ad te festinantes* deflectemus in Tuscos, non ut agros .. oculis, subiciamus, id enim -i potest, sed ut fungamur necessario officio. APVL. met. 11, 30, 1 nec deinceps -to vel in supinam procrastinationem reiecto negotio ... protinus castimoniae iugum subeo. CLAVD. DON. Aen. 8. 425 p. 178, 7 *Vulcanus* invenit Cyclopes in aliis operibus occupatos; ... inventum est quippe quod propter Aeneae meritum -i debuisset. **c** *singulas voces vel vocales post alias proferendas vel scribendas* (*usu technico gramm.*): PLIN. dub. serm. frg. Prisc. gramm. II 595, 1 'nobiscum' diximus, 'cum' praepositione, quae facit obscenum, assidue -ta ([*ad rem cf. Cic. orat. 154*]. SACERD. gramm. VI 428, 30. CHAR. gramm. p. 304, 24 B. [*ex Palaem.*]. SERV. gramm. IV 442, 3 est una praepositio, quae pro arbitrio nostro ponitur, ut 'tenus' ...; item 'cum' plerumque sic -ta invenitur, ut praeponi omnino non possit. POMP. gramm. V 269, 32sqq. *al.*; *cf. e. g. Don. gramm. IV 389, 22* subponitur). CHAR. gramm. p. 290, 17 B. (*ex Palaem.*; *sim.* DIOM. gramm. I 415, 21) ille enim ordo, ubi -itur *coniunctio 'sed'*, poeticus est per ἀναστροφήν factus (*item -untur coniunctiones*: SERV. georg. 4, 444 hodie 'nam' particula -itur, antea praeponebatur. gramm. IV 418, 26 POMP. gramm. V 269, 15. 18 PRISC. gramm. III 488, 23. *al.*; *cf. e. g. Sacerd. gramm. VI 446, 23* subiungitur). PRISC. gramm. III 111, 23 in diphthongis a et e et o praepositivae sunt, ... i vero et u -untur. **d** *partem operis scripti inducendam post aliam*: HIL. psalm. instr. 10 *necesse erat psalmum secundum historiam* anteriorem -i et posteriorem anteferri. AVG. civ. 6, 4 p. 251, 29 D. *natura deorum omnis* scribendi ordine rebus humanis praeponenda esset; ... recte autem -itur *a Varrone* (*cf. p. 252, 1* scribens de his posterius). CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 140, 13 ex his duobus *sententiis* quod ante dictum est ..., quod -tum est.

*[Euler]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*deriv.*: postpositio, postpositivus.

**postpositio**, -ōnis *f.* *a* postponere. *i. q. status postpositus*: SERV. Aen. 3, 427 ('pube tenus') tenus praepositio ... gaudet -e (*ad rem cf. e. g. p. 242, 69*).

**postpositīvus**, -a, -um. *a* postponere. *i. quod postponitur*: POMP. gramm. V 269, 9 ordo coniunctionum hic est, quod sunt aliquae praepositivae, sunt -ae, sunt mediae; ... illae postponuntur semper: 'que', si dicas 'primusque'; ... similiter 'hoc autem fac' (PRISC. gramm. III 500, 9. 14. 17. *cf. e. g. Don. gramm. IV 365, 8* subiunctivae). PRISC. gramm. III 112, 1 *sunt syllabae* -ae (postpositae, praepositivae *var. ll.*) quoque, quae a gm vel cm vel chm incipiunt, ut 'agmen, Pyracmon, Menaechmus'. 466, 1 cuius ordinis *est coniunctio* '*que*'? -i ([suppos- *var. l.*]. 474, 2. 476, 35. 488, 19. 493, 5. 500, 7).

**postpridiē** *v.* postridie. *Euler.*

**postprincipio** *adv. et inde* **postprincipium**, -i *n.*(*cf. p. 176,28*). [*a* post *et abl.* principio *fere pro adv. usurpato* (*v. Skutsch, Kl. Schr. 169*). *Sch.*] *adv.* -o *i. q. tempore, quod principium sequitur, postea*: PLAVT. Persa 452 ut quisque rem accurat suam, sic ei procedit -o (*codd. et Don. Ter. Hec. 393, 6, v. p. 157, 70;* procedunt -a *Scaliger*). *subst., i. quod principium sequitur, sc. res continuata vel finis* (*e coni. dub. p. 176, 30*): AFRAN. com. 304 haec (huic *codd.*), Tite, tua -a atque exitus vitiosae vitae. VARRO frg. Gell. 16, 9, 5 quodsi non horum omnium similia essent principia ac -a (*eadem oppositione*: 16, 18, 6 utilitas talium disciplinarum in -is exsistit, cum perfectae absolutaeque sunt; in principiis vero ipsis ineptae ... videntur). *v. Kamptz.*

**postputo**, -āvī, -āre. *a* post *et* putare. *i. q. postponere* (*aestimando*): TER. Hec. 483 cum te -asse omnes res prae parente intellego. *perperam huc tractum est olim p. 163, 23.* *Euler.*

***post quam** *iunctura adverbii et coniunctionis comparativae sollemnis, et inde* ***postquam** *coniunctio* (*vix usquam adverbium, v. p. 250, 8 sqq.; huc traximus ea tantum exempla, ubi* post *et* quam *leguntur nulla intercedente voce; cetera v. sub* post; *tamen et hic saepe vix dinoscas, utrum voces prorsus coaluerint necne, v. infra caput primum*). *scribitur* posquam CE 934, 1 (= CIL I² 2540. *cf. Väänänen, Latin vulg. inscr. Pomp.*³ *71*), *in codd. antiq., sc. iuxta* postq-, *e. g. A* TER. Hec. 161. *R* VERG. Aen. 1, 723. *G* VERG. Aen. 3, 463. *V* LIV. 42, 10, 5. *cod. d* ITALA I Cor. 11, 25 *saepiusque in recc. secundum loquendi rationem, quam scribendo sequendam esse praecipit* MAR. VICTORIN. gramm. VI 22, 11. NOT. Tir. 9, 15¹. *doctrinae gramm.* (*cf. etiam* MAR. VICTORIN. *supra et* DON. *p. 246, 73. 248, 17. 250, 43. 52*): CHAR. gramm. p. 291, 25 B. *coniunctiones* finitivae: dum, ... -m ...; (292, 6) subiunctivae: cum, ... -m (*sim.* DOSITH. gramm. VII 418, 16 sqq., *ubi enumeratur etiam inter coniunctiones* optativae speciei, *nisi recte delevit Jeep, Redetheile 1893, 285; v. etiam infra p. 250, 32*). SERV. Aen. 3, 1 haec particula conectendis adiungitur rebus (*affert* VERG. Aen. 3, 662); ... sic enim dictis sequentia copulantur. PRISC. gramm. III 474, 25 sqq. -m quae pars orationis est? adverbium; ... cuius est significationis? temporis; cuius figurae? compositae; ex quibus? ex duobus integris, post et quam; quem habet accentum? si per se proferatur vel praepostere, acutum, in versu autem gravem. *syllaba altera producitur ante hiatum* CYPR. GALL. Ios. 239. CARM. de resurr. 269 -m haec (*var. l.* haec -m). *legitur in poesi inde a* NAEV. *per totam latinitatem* (*carent hoc vocabulo e. g.* AETNA, CIRIS), *in oratione soluta inde ab* ENN. *et* EPIST. praet. ad Tiburt.; *plura v. sub* posteaquam. [*confunditur in codd. maxime cum* post *et* posteaquam, *v. sub illis vocibus; restituitur pro* quam *e. g.* LIV. 22, 14, 1 TAC. ann. 4, 47, 1; *dubites, an* quam *sit pronom. relat.* PS. QVINT. decl. 7, 8 (*ita Håkanson, Textkrit. Stud. 1974, 63 sq.*). TERT. castit. 10 l. 17 (*distinxit Kroymann*).]

CAPVT PRIMVM: *exempla illustrantia, quatenus voces* post *et* quam *coaluerint* (*differentiam inter* postquam *et* post quam *inepte statuunt gramm. p. 250, 34*): I *duas voces potius intellegas*: A *interpositis uno vel pluribus verbis (praecipue ubi indicatur, unde computetur), v. p. 164, 49. 166, 19. 168, 8. 34. etiam vergente antiquitate* post *et* quam *eodem fere loco et separata et iuxtaposita inveniuntur* SVLP. SEV. chron. 2, 9, 4 *et* 2, 10, 2. 3. B *praeposito ablativo mensurae, v. p. 244, 56 sqq.* C *interpositis punctis in titulis* (*cf. IIA*): LEX agr. (CIL I² 585) 19. D *omisso verbo* (*quod tamen, si excipiuntur* VARRO ling. 6, 18 PAVL. FEST. p. 164 ASCON. Corn. p. 47, 4. *al., ne illis quidem locis deest, ubi* post *et* quam *verbis interpos. separantur*): VARRO rust. 1, 39, 2 alia seruntur ... ante aut -m alia (*cf.* CIC. de orat. *sub E*). *cave huc trahas locos, ubi desideratur aut copula, quod fit saepius inde a* PLAVTO, *aut verbum dicendi* (SIL. 11, 410 haec -m Venus).
E *variis rationibus*: CIC. Cael. 59 cumque ... tertio die -m in curia, quam in rostris, quam in re publica floruisset, ... eriperetur ... civitati (*cf. p. 166, 34 sqq.*; -m *iuxta* quam NEP. Arist. 1, 5 IVLIAN. dig. 29, 1, 20 pr.). de orat. 3, 203 correctio vel ante vel -m dixeris (*cf.* VARRO *sub D*).

II *unam vocem, sc. coniunctionem, potius intellegas* (*cf. l. 41. 47*):
A *scriptura continua* (*cf. IC*): EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I² 586) 9 S. C. de Asclep. (Degrassi, Inscr. lib. rei p. 513) 6. CE 934 (= CIL I² 2540), 1 posquam. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 15. 24. CIL VI 25427, 11. *al.* B *coniunctionibus quibusdam fere pro syn. adhibitis* (*cf.* posteaquam *pro syn. p. 193, 18; ex aequo ponuntur participium, praecipue abl. absol., et* -m: OV. met. 5, 362 CVRT. 8, 2, 1 LVCAN. 9, 11 [*v. Housman ad l.; dub. ut* FLOR. epit. 3, 8, 6]. SIL. 13, 147 GAIVS dig. 46, 7, 7): ubi *e. g.* PLAVT. Mil. 121 COM. pall. inc. 4 BELL. Afr. 39, 4 LIV. 35, 30, 1. ut: VERG. Aen. 3, 192 (ut *loco gemino 5, 8*). OV. epist. 13, 21. met. 8, 169 (-m ... utque. *item*: 10, 441. 13, 453 SIL. 1, 239). LIV. 25, 41, 7. *al.* (*cf.* DIOM. gramm. I 408, 11 ut ... significat -m [*sim.* COMMENT. Lucan. 3, 474. 538]). cum *e. g.* PAVL. dig. 13, 6, 17, 3. ITALA Ioh. 13, 12 (cod. b *al.*). HIER. epist. 60, 5, 2 VVLG. Sirach prol. (*sed* cum *opponitur* IAVOL. dig. 50, 16, 217 pr. [*e Labeone*] inter illam condicionem 'cum fari potuerit' et '-m fari potuerit' multum interest; nam posteriorem scripturam uberiorem esse constat, 'cum fari potuerit' artiorem et id tantummodo tempus significari, quo primum fari possit). dum *v. p. 247, 62,* quoniam *l. 24. p. 246, 73. 248, 17,* si *p. 247, 57. 249, 82. 250, 2.* C *evanescente vi particulae* post, *v. caput secundum sub IA2 et passim sub II.* D *verbo enuntiati temporalis ante -m posito* (*dubium, utrum huc spectet* PRISC. *p. 243, 49, an dicatur de omnibus locis, ubi -m non primum enuntiati tenet locum, quod saepius fit inde a* PLAVTO): ELEG. in Maecen. 1, 87 OV. epist. 15(16), 117 Pont. 3, 2, 97 SIL. 7, 159. 13, 495. *al. in versibus.*
E *eo quod nusquam caesuram neque dihaeresin particulas dirimentem invenimus* (*poetas usque ad* IVV. *excussimus*). F *ex abundantia coniunctionum, de qua v. caput secundum sub IIC1.*

CAPVT SECVNDVM: *exempla* **notionem** *illustrantia. significatur i. q.* ἐπεί *sim.* (DOSITH. gramm. VII 418, 16 μετὰ τό: -m. GLOSS. -m: ἐπειδάν. μετὰ τό. posteaquam. *sim. al.*; *cf.* PAVL. FEST. p. 260 'quoniam' significat ... etiam id quod '-m', hac de causa, quod Graecum ὅτε [*corrupt. in codd.*] utriusque significationem optinet. *de syn. v. in capite primo sub IIB, quatenus differat* posteaquam *v. p. 193, 22, de adv. -m v. IIC2*). *notionem causalem infra distinximus; notio concessiva, quae nusquam praevalet, accedit e. g. p. 246, 23. 26. 248, 3, 31 nec non* SVET. Vesp. 6, 2 -m ..., nihilo setius. FRONTO p. 225, 9 v. d. H. -m ..., tamen. VVLG. Ezech. 16, 28 -m ..., nec sic. *cum abundantia quadam excipitur adverbiis* dehinc, *v. vol. V 1, 388, 83 sq.,* exinde *et* exin *vol. V 2, 1508, 67 sq.,* inde *vol. VII 1, 1120, 72 sqq.* (*cf. etiam* VAL. FL. 7, 526), post *p. 164, 43,* postea *p. 190, 6,* postilla(c) *p. 229, 47, ceterum* deinde STAT. Theb. 1, 562 PS. AVR. VICT. orig. 8, 4, posterius POMPON. Atell. 88 *et sim. al.; locutionem abundantem* loci -m *agnoscunt quidam vix recte, v. vol. VII 2, 1584, 66; praeparatur vel cum antea memoratis coniungitur per adv.* dein(de) PLAVT. Mil. 124 CATO or. frg. 1, 8 (29M.). SALL. Iug. 91, 3 LIV. 6, 13, 3. 8, 27, 11 VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 *et saepius,* inde PLAVT. Capt. 507 LVCR. 5, 1011 (*de* LIV. 23, 17, 4 *v. app. crit.*), exin ENN. ann. 460 *et sim. al., quae adverbia saepius per enunt. temporale fere explicantur* (*item explicantur adv.* nunc PLAVT. Amph. 846 Aul. 80 TER. Andr. 513 AFRAN. com. 16 CIC. Att. 9, 6, 4 BALB. Cic. Att. 9, 13ᵃ, 2 VERG. Aen. 7, 709 *et saepe,* temperi PLAVT. Aul. 454 Cas. 412, iam PLAVT. Pseud. 991 Truc. 682. 919 SIL. 2, 188. *al.* [*cf.* LVCR. 3, 843], sero PLAVT. Trin. 417 CVRT. 9, 2, 24 QVINT. inst. 6, 3, 103. *sim. al.*). *indiculus additamentorum, quibus indicatur quanto tempore distent quae narrantur* (*cf. p. 246, 42 sqq. 248, 55*): *adv.* (*fere in apodosi positis, ita ut sequantur* [*antecedunt e. g.* PLAVT. Capt. 507]; *adv. inseritur enunt. temporali* PLAVT. Epid. 563 -m audivi ilico ..., continuo ... dedi. LVCR. 5, 1285 -m .. primum [*cf.* ubi primum *sim. nec non* VERG. Aen. 1, 723 -m prima quies]; *dubites de* PLAVT. Merc. 61): ilico *v. vol. VII 1, 331, 53 sqq. 79 sq.,* extemplo *v. vol. V 2, 1967, 54 sqq.,* continuo PLAVT. Epid. 563 Most. 647 CIC. Cluent. 178. *al.,* propere SALL. Iug. 86, 1 LIV. 39, 31, 4. *al.,* protinus VERG. AEN. 7, 406 OV. met. 5, 556. *al. et sim. al.* *abl. mensurae vel temporis* (*saepissime ante -m posito numero annorum sim.; abl. absol. v. e. g. p. 246, 51*): PLAVT. Bacch. 171 biennio (CIC. div. 2, 46 LIV. 35, 9, 6. *cf.* CIC. Verr. II 1, 149 quadriennio. LIV. 45, 15, 10 quinquennio). FAB. PICT. hist. 6 duo[et]vicesimo anno (*item cum numero ordin.*: CIC. Verr. II 5, 106 Cael. 59. *al.* NEP. Ham. 4, 2. *al.* LIV. 25, 36, 14. *et saepius*). CIC. or. frg. A VII 20 anno (LIV. 7, 28, 6. 37, 59, 6). Brut. 72 annis XXX (*item cum numero cardin.*: rep. 2, 18 Cato 42 LIV. 36, 36, 4 [*var. l. acc.*]. 42, 10, 5 [*trad. acc.*]). off. 3, 113 paulo (*si recte trad.*; paulo *etiam* Plin. nat. 14, 99 *et p. 250, 10. cf.* CIC. Att. 12, 49, 2 non multo. LIV. 3, 13, 2 haud multo. 21, 20, 9 haud ita multo). VARRO rust. 3, 9, 12 quadriduo (LIV. 28, 6, 1. *cf.* 21, 32, 1 triduo. VAL. MAX. 1, 8 ext. 1 biduo [CAPITOL. Aur. 14, 8 *e coni.*]). LIV. 21, 33, 10 momento temporis. *sim. al.* *praepos.*: POMPON. dig. 40, 4, 41, 2 (*e Labeone*) intra annum (*v. vol. VII 2, 42, 38 sqq.*). GELL. 3, 10, 8 post ... *tot* dies (ITALA Ios. 23, 1 [Lugd.]. DARES 43).

I *usu originario; quae coniunctione inducuntur sunt absoluta, priusquam vel cum incipiunt quae apodosi narrantur* (*interdum apodosi non incipere quicquam novi narratur, e. g. p. 245, 72. 246, 47. 247, 30 et* FRONTIN. aq. 97, 2 PLIN. epist. 2, 15, 1, *cf. p. 245, 37. 248, 4*; -m *inducit fere actiones, quarum effectus tamen saepissime permanet, raro status, e. g. p. 245, 79. 246, 39*): A *pertinet ad praeterita*: 1 *mera vel praevalente vi temporali* (*accedit saepe respectus causalis, sed ita ut non praevaleat; cf.* ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 24 deinde -m ..., nempe): a *inducit quae semel facta sunt* (*exempla selecta praeter p. 246, 42 sqq.*): α *generatim*: ① *respiciuntur eventus antecedentes* (*cf.* SERV. *p. 243, 44*): Ⓐ *ita ut explicentur ordines temporum* (*saepe enunt. temporali ad finem adducta esse indicantur antecedentia* [*e. g. p. 245, 13. 25*] *vel repetuntur* [*e. g. p. 245, 4. 28*]): NAEV.

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carm. frg. 3 -m avem aspexit in templo Anchisa, sacra in mensa penatum ordine ponuntur (*cum verbo sentiendi ut*: PLAVT. Amph. 1111 conspicati. Cas. 60 sensit. TER. Hec. 161 cognovit. *et saepissime*). PLAVT. Amph. 802 lavisti. :: quid -m lavi? (806 TER. Haut. 904). 1091sqq. geminos peperit filios . . .; -m parturire hodie uxor occepit tua, ubi uteri exorti dolores . . ., invocat deos . . .; (1102) sine dolore peperit . . .; -m peperit . . .; (1107) -m in cunas conditust. Aul. 454 temperi (*sc. me iubes introire*), -m *domo me expellens* implevisti fusti fissorum caput (*simili ironia respondetur* Cas. 412). Curc. 349 -m hoc mihi narravit (*oratione recta confecta ut*: Persa 528 recitasti. VARRO Men. 9 dixit. CATVLL. 64, 202. BELL. Afr. 46, 1 est locutus. *al.*). 354 vocat me ad cenam . . .; -m cenati atque appoti. 646 me spectatum tulerat per Dionysia; -m illo ventum est (TVRPIL. com. 72 CIC. Cluent. 178. *al.*). Persa 711 vale. :: -m . . . abiit (Pseud. 394 potin ut abeas . . .; -m . . . abiit. *al.*). TER. Eun. 645 insuper . . ., -m ludificatust virginem, vestem . . . miserae discidit, tum ipsam capillo conscidit (*cf. Don. ad l.* mire '-m ludificatus est, conscidit' dixit, cum ille videlicet, dum virgo reluctatur, hoc fecerit. *sed ne locum ad p. 248, 53 transferamus dissuadet* tum). COM. pall. inc. 4 Athenis Megaram vesperi advenit Simo; ubi advenit Megaram, insidias fecit virgini; insidias -m fecit, vim in loco attulit (*an ex palliatae cuiusdam argumento? v. Norden, Agnostos Theos 377 sqq.; locum affert Rhet. Her. 1, 9, 14 iterationem vituperans; simile epiploces q. d. exemplum exhibet* FRONTO p. 185, 10 v. d. H.). CIC. Brut. 10 quos -m salutavi. BELL. Afr. 69, 2sq. quod -m Caesar animum advertit, . . . iubet . . .; quod -m coeptum est fieri (*item inducuntur effecta, quae antea iussa erant*: SALL. Iug. 62, 6. LIV. 3, 62, 5 'clamorem . . . tollite . . .'; -m . . . clamor est sublatus. *sim. saepius*). SALL. Catil. 55, 1 -m, ut dixi, *eqs.* (*post digressionem ut e. g.*: Iug. 96, 1. NEP. Dion 5, 1 sed illuc revertor; -m *eqs.* PETRON. 62, 7 sed quod coeperam dicere, -m). LIV. 24, 36, 8 Himilco secutus nequiquam Marcellum Syracusas, si qua . . . occasio pugnandi esset, -m ea nulla contigerat tutumque ad Syracusas . . . hostem cernebat. 25, 9, 1 ceterum, -m. 34, 8, 4 viginti annis post *lex* abrogata est quam lata; M. Porcius . . ., -m abrogata lex Oppia est, extemplo *eqs.* PETRON. 61, 1 -m ergo (VVLG. gen. 24, 22 [*var. ll.* vero, autem]. *cf.* MART. CAP. 2, 139 -m igitur). *al.* *neglegentia quadam in apodosi inducitur actio vel status quidam pro actione, qua quis actionem vel statum animadvertat, offendat sim.*: CALP. hist. 27 in conclave -m introivit *aedilis*, adulescentes ibi complures nobiles sedebant. NEP. Ages. 3, 1 -m indutiarum *inter Agesilaum et Tissaphernen factarum* praeteriit dies, barbarus . . . omnis suas copias eo (*in Cariam*) contraxerat (*cf. p. 249, 51*). Ⓑ *ita ut quodammodo opponantur quae narrantur*: PLAVT. Amph. 739 somnium narrat . . .; sed, mulier, -m experrecta es, te . . . Iovi . . . comprecatam oportuit (*ita saepe cum particula adversat. ut e. g.*: TER. Andr. 491 sed. Ad. 688 at. BELL. Afr. 48, 3 -m vero. OV. met. 8, 875 tamen. VAL. MAX. 9, 15, 5 verum -m. *v. etiam e. g. infra l. 53*). Cas. 433 ut ille trepidabat . . .; ut sussultabat, -m vicit vilicus. Trin. 417 sero atque stulte, prius quod cautum oportuit, -m comedit rem, post rationem putat (PLIN. epist. 6, 13, 3. *al.; cf. l. 66 nec non* TER. Andr. 51 antea [SALL. Iug. 84, 1. *al.*]. MART. 9, 95, 2 ante . . ., nunc . . ., -m [*cf. p. 249, 66*]). 975 -m ego me aurum ferre dixi, post tu factu's Charmides; prius tu non eras, quam auri feci mentionem (LIV. 21, 61, 1. *al.; cf.* PLIN. paneg. 95, 3 antequam [EPIST. Alex. l. 214 H. *al.*]). TER. Andr. 76 primo . . .; sed -m (Hec. 120. CIC. inv. 1, 3 primo quidem . . . et item postea . . .; -m vero . . ., tum. CAES. Gall. 7, 58, 2. *al.; cf.* TER. Haut. 656 primum [CAES. civ. 3, 60, 5 BELL. Alex. 20, 3. *al.*]. NEP. Hann. 11, 6 initio [ASCON. Mil. p. 45, 9]). 304 ut animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit, ita, -m adempta spes est, lassus . . . stupet (LIV. 8, 26, 4. 21, 7, 6. CVRT. 7, 1, 1 sicut. *al.*). Haut. 989 dum istis *parentibus* fuisti solus, . . . te indulgebant . . .; nunc filia -mst inventa vera *eqs.* (CIC. Font. frg. 3 SALL. Iug. 14, 10 VERG. Aen. 2, 90. *al.* [*aliter l. 70*]. *cf.* BELL. Alex. 21, 1 quoad [LIV. 8, 12, 12. 36, 45, 3 -m . . ., tandem. *al.*]. NEP. Them. 9, 3 quamdiu [Epam. 10, 3 VAL. MAX. 6, 5 ext. 1. *al.*]. LIV. 25, 19, 6 donec [TAC. ann. 4, 47, 1. *al.*]). CAEL. Cic. fam. 8, 2, 1 cum . . . me iam ad dolendum praeparassem, -m factum est, opstipui (CATVLL. 67, 6 olim cum. NEP. Lys. 1, 4 OV. trist. 1, 11, 5. NVX 17 prius . . . tum, cum . . .; at -m. LIV. 38, 10, 6 cum . . . mansissent . . .; -m . . . coepissent, tum [*Polyb. 21, 31, 13* ἕως . . .· ἐπεὶ δὲ . . ., τότε]. 43, 6, 8. *al.*). NEP. Epam. 9, 4 usque eo . . ., quoad renuntiatum est . . .; id -m audivit (*cf.* HOR. epist. 1, 10, 37 donec [LIV. 23, 31, 12 LVCAN. 2, 437]. OV. met. 14, 799 dum [LIV. 28, 31, 6. *al.*]). OV. am. 3, 3, 4 quam longos habuit nondum periura capillos, tam longos, -m numina laesit, habet. LIV. 2, 8, 7 id omnibus modis impedire conati, -m alia frustra temptata erant (10, 6, 4. FLOR. epit. 3, 3, 12 f. temptaverant). 3, 26, 4 nocte adorti castra, -m parum vis aperta profecerat, munitiones postero die circumdant. *al.*

Ⓘ *non respiciuntur eventus antecedentes*: PLAVT. Aul. 280 -m obsonavit erus . . ., edixit mihi ut dispertirem obsonium. Bacch. 171 *patriam* biennio -m . . . abii, conspicio (*indicato temporis spatio ut e. g.*: CIC. Cael. 59. Cato 42 septem annis, -m consul fuisset. LIV. 3, 13, 2. 44, 17, 4). Cas. 11 -m . . . intelleximus studiose expetere vos Plautinas fabulas, antiquam eius edimus comoediam. Merc. 61 sese extemplo ex ephebis -m excesserit, non . . . amori . . . operam dedisse. CARM. pop. gramm. VI 461, 28 -m Crassus carbo factus, Carbo crassus factus est. MIM. inc. frg. 5 homo fatuus -m rem habere coepit, est mortuus. CIC. Phil. 11, 37 comites . . . Antoni, qui -m beneficia Caesaris comederunt, consulem designatum obsident. Att. 5, 21, 13. CE 934 (= CIL I² 2540), 1 vi me, oculei, posquam deducxstis in ignem, ⟨no⟩n ob vim vestreis largificatis geneis (*denuo legit Solin, Epigraphica 30, 1968, 119*). LVCR. 3, 1039 SALL. epist. Mithr. 17. VERG. Aen. 7, 765 Hippolytum, -m . . . occiderit . . ., ad sidera rursus . . . venisse . . ., Paeoniis revocatum herbis. HOR. sat. 2, 3, 171 -m . . . vidi . . ., extimui. carm. 2, 4, 9. OV. met. 14, 466 (*narrationis initio ut e. g.* STAT. Theb. 1, 562 FRONTO p. 74, 8 v. d. H.). LIV. 5, 49, 2 *pactio*, -m ipse dictator creatus esset, iniussu suo . . . facta esset. 37, 20, 4 nullo . . . excurrente, -m (quicquam *vel* ne q. *var. ll.*) semel . . . se moenibus incluserunt. VERVS Fronto p. 111, 15 v. d. H. conquerar . . ., quod ego te . . . adfatus *non* sim, cum et in Palatium veneris et -m ego . . . vixdum discesseram. ITALA Ier. 31, 19 (Ambr. paenit. 2, 5, 36) -m cognovi, ingemui (*gr. 38, 19* ὕστερον τοῦ γνῶναι). *al.*

β *speciatim, sc. apodosis comprehendit omne postea sequens tempus vel longius temporis spatium, ita ut* -m *saepius significet fere i. q. ex quo tempore* (*cf. p. 247, 65 nec non explicationem p. 247, 55*): Ⓘ *vario usu*: PLAVT. Amph. 611 neque -m sum natus habui nisi te servom Sosiam (Men. 959 Stich. 156. *al.*). 846. Cas. 47 -m ea adolevit . . ., eam puellam hic senex amat efflictim. Cist. 683 si nemo hac praeteriit, -m intro abii, cistella hic iaceret (Men. 684 Most. 957. Rud. 528 Neptune, es balineator frigidus: cum vestimentis -m aps te abii, algeo. *al.; cf.* Most. 975 profectus sit. CATVLL. 84, 11 isset. *sim. al.*). Poen. 104. TER. Andr. 35 ego -m te emi, a parvulo ut semper tibi . . . clemens fuerit servitus, scis. 177 -m audierat non datum iri filio uxorem suo, numquam cuiquam nostrum verbum fecit neque id aegre tulit (EPIST. praet. ad Tiburt. [CIL I² 586]9). Eun. 729 (*antea*: dum accubabam) -m surrexi, neque pes neque mens satis suom officium facit. TITIN. com. 39 -m factus ⟨es⟩ maritus, hanc domum abhorres. EPITAPH. Plaut. Gell. 1, 24, 3 -m est mortem aptus Plautus, Comoedia luget *eqs.* (*cf.* EPITAPH. Naev. Gell. 1, 24, 2). CIC. fam. 4, 4, 3 post has miserias, id est -m armis disceptari coeptum sit . . ., nihil esse actum aliud cum dignitate. SALL. Catil. 20, 7 -m res publica in paucorum . . . dicionem concessit, semper illis reges . . . vectigales esse. TIB. 2, 5, 107 LIV. 26, 40, 17. 34, 31, 19 nihil me, -m vobiscum institui amicitiam, . . . commisisse. SEN. epist. 95, 13 -m docti prodierunt, boni desunt. CVRT. 8, 9, 19 utique -m. PLIN. nat. 15, 121. VAL. FL. 2, 99 Veneris stat frigida semper ara . . ., -m . . . Martem tenuere catenae. TAC. ann. 2, 33, 2. AVR. Fronto p. 30, 9 v. d. H. -m ad te proxime scripsi, postea (*corruptum putat Haines*) nihil operae pretium quod ad te scriberetur. *al.*

Ⓘ *indicatur, quantum temporis spatium comprehendat apodosis* (*cf. p. 244, 47 sqq.*): PLAVT. Merc. 12 biennium iam factum est, -m abii domo (Persa 822 iam diu). ENN. ann. 502 septingenti sunt . . . anni, . . . -m inclita condita Roma est. TER. Hec. 394 -m ad te venit, mensis agitur hic iam septimus (*interpol.?*). SEN. contr. 1, 4, 1 quamdiu iacuerunt *adulteri*, -m deprehenderam. ITALA gen. 5, 4 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 10, 16, *sim.* VVLG.) fuerunt autem dies Adam, -m genuit Seth, DCC anni. 5, 7 (Ps. Philo antiq. 1, 5, *sim.* VVLG.) vixit Seth, -m genuit Enos, annos *tot* (5, 26 [Hier. quaest. Hebr. in gen. p. 10, 20 = VVLG.]. *al.*). VVLG. Ios. 23, 1 evoluto . . . multo tempore, -m pacem dominus dederat. *al.* *cf.* semper *l. 25. 35. 39.*

b *utrumque enuntiatum inducit quae saepius facta sunt, ita ut* -m *nonnumquam vergat in notionem q. e. quotiens* (*fort. huc iam* TER. Andr. 76 *p. 245, 53; aliter IIA 2 b*): SALL. Iug. 85, 12 ego scio . . ., qui, -m consules facti sunt, et acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere coeperint. ARNOB. nat. 7, 38 p. 391, 24 M. quotiens, . . . -m divina res facta est . . ., aversi sunt . . . metus. INSCR. Bulg. Beševliev 74, 1 (*saec. IV*) -m . . . ⟨ve⟩nerat ad portum . . ., ⟨a⟩missam classem saepe in statione defl⟨ebat⟩. AMM. 25, 9, 11 icta cum dedecore foedera, -m partes verbis iuravere conceptis, repetitione bellorum ilico dissoluta *esse*. HIER. epist. 60, 10, 7 iam vero, -m domum se contulerat et . . . duritiae se tradiderat monachorum, . . . lacrimas deo . . . offerebat. VVLG. iud. 2, 19 -m . . . mortuus esset (est *var. l.*) iudex, revertebantur *identidem ad idololatriam* (*Itala Lugd.* cum moreretur). PRVD. cath. 7, 74 *Iohannes baptista* -m membra defaecaverat, caelo refulgens influebat spiritus. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 356ᶜ *v. p. 194, 65.* VITA Melaniae (BHL 5885) 36 -m locus . . . a custodibus claudebatur, . . . egrediens . . . ad fores . . . pernoctabat. 46 -m . . . complessent *virgines monasterii* statutum canonem, modicum faciebat eas capere somnum. *al.*

2 *praevalente vi causali* (*afferuntur pauca certiora, v. quae ad 1 monui; ceterum cf. p. 247, 10. 248, 17. 33. 249, 1*): TER. Ad. 1 -m poeta sensit . . ., indicio de se ipse erit (*cf.* DON. *ad l.* 1 -m pro quoniam, cuius reciprocum quoniam pro -m Plautus [*Aul. 9*]). IVLIAN. dig. 15, 1, 37, 2 sin . . . intra annum ageretur, tunc quoque habendam . . . peculii rationem, -m placuit *eqs.* (COD. Iust. 2, 19, 3 [*a. 238*]). VLP. dig. 48, 19, 2, 1 constat, -m deportatio in locum aquae et ignis interdictionis successit, non prius amittere quem civitatem, quam *eqs.* SYMM. epist. 7, 97 cepi ex litteris tuis gaudium, -m familiares meos . . . adiutos . . . docuisti. EPIST. pontif. 1056 Conc.ˢ IV 2 p. 118, 20 (*antea*: si ausu praecipiti . . . consensissent) at -m diu ab eis laboratum est . . ., hinc vestra fraternitas penset *eqs.*

B *pertinet ad futura*: LEX agr. (CIL I² 585) 19 -m vectigalia consistiterint (*v. p. 195, 5*). SEN. nat. 3, 27, 7 (*de diluvio futuro*) -m magis

[Krömer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

magisque ingruunt nimbi et congestae ... tabuerunt nives, devolutus torrens ... rapit silvas. PETRON. 34 vers. 2 sic erimus cuncti, -m nos auferet Orcus. POMPON. dig. 40, 4, 41 pr. anno duodecimo -m ego mortuus ero (*ibid.* 1. *ibid.* 2 [*e Labeone*] intra annum, -m). APVL. met. 5, 20, 3 -m *Amor* ... cubile solitum conscenderit iamque ... soporem flare coeperit, ... opportunitatem ... mutuare. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ᵃ, 41 Pighi postqu⟨am circenses erunt perfecti, venati⟩onem parabimus (*suppl. Romanelli*). VLP. dig. 48, 2, 7, 5 divus Pius Pontio Proculo rescripsit, -m cognoverit de crimine ..., ut reum ... remitteret. TER. MAVR. 2927 (*praevalente vi causali, nisi legendum* post cum; *vix recte* '-m' *i. q.* '*quoad*' *intellegitur vol. V 1, 1077, 9*). ITALA Matth. 26, 32 (cod. b *al.*, *sim.* VVLG.) *et* Marc. 14, 28 (cod. c *al.*) -m resurrexero, praecedam vos in Galilaeam (posteaquam *aliae vers.*, *v. p. 195, 13*). Luc. 18, 33 (cod. f *al.* = VVLG.) -m flagellaverint, occident eum (*gr.* μαστιγώσαντες). act. 19, 21 (cod. e = VVLG.) -m fuero ibi (*sc. Hierosolymis*), oportet me et Romam videre (cum *cod. g*). SYMM. epist. 5, 64 spero ipsum *Scipionem* quoque ... nostri diligentem futurum, -m cognoverit *eqs.* (-rat *var. l.*). VVLG. gen. 22, 5 (*loq. Abraham*) -m adoraverimus, revertemur ad vos (revertamur *var. l.*, *Itala* [*Ambr. Abr. 1, 8, 71. al.*] cum). *al.*

C *pertinet ad ea, quae possunt fieri iterum atque saepius* (*sc. in sententiis generalibus, praeceptis sim.*): 1 *vario usu* (*exempla selecta inde a* LVCANO): PLAVT. Most. 860 *servi*, qui nil metuont, -m sunt malum meriti, stulta sibi expetunt consilia (*opp.* qui quom culpa carent, tamen malum metuont. *fere eadem* Men. 983ᵇ, *ubi spuria censuit Hermann*). CIC. de orat. 3, 203 *inter sententiarum lumina nominanda est* correctio vel ante vel -m dixeris vel cum aliquid a te ipso reicias. VARRO rust. 1, 39, 2 alia seruntur ... et metuntur ante aut -m alia. CATVLL. 11, 24 *amor* cecidit velut prati ultimi flos, praetereunte -m tactus aratro est. LVCR. 3, 843 si iam nostro sentit de corpore -m distractast animi natura. SALL. Iug. 85, 1. VERG. georg. 3, 432 *anguis*, -m exusta palus terraeque ardore dehiscunt, exsilit ... et ... saevit. Aen. 10, 710. SEN. benef. 1, 1, 4 gratiam omnem corrumpimus, non tantum, -m dedimus beneficia, sed dum damus. LVCAN. 4, 291. PLIN. nat. 25, 128 poto veneno ... subvenit ... agaricum, -m vomuerint. IVV. 6, 372. ITALA num. 6, 19 (Lugd., *sim.* VVLG.) inponet super manus eius ..., -m rasus fuerit (*gr.* μετὰ τὸ ξυρήσασθαι). NEMES. cyn. 157 -m Phoebus ... axem contigerit ... Cancrique morantis situs init, tunc ... profuerit. APIC. 4, 4, 2 teres ...; -m triveris, ... temperabis et ... refundis et agites. MVTIAN. Chrysost. hom. 17 p. 349/50 hanc emittit vocem *diaconus*, -m sacrificium perficitur (*gr. p. 132* μετὰ τὸ ... ἀπαρτισθῆναι). ORIG. in Matth. 16, 16 p. 528, 24 *et* 30 -m semel. *al.* 2 *in sermone iuris* (*exempla selecta*): IAVOL. dig. 42, 5, 28 at cum substitutus filio hereditatem adiit, -m pupillus se paternae miscuerit hereditati, tunc *eqs.* POMPON. dig. 36, 3, 10 si ... tu ..., -m adieris hereditatem, satis dederis (GAIVS dig. 46, 7, 7 PAPIN. dig. 4, 4, 31 VLP. dig. 46, 7, 3, 8. *al.*). VENVL. dig. 21, 1, 65, 1 (*e Cassio*) morbum sonticum eum videri, qui inciderit in hominem, -m is natus sit. PAPIN. dig. 48, 19, 33 fratres imperatores rescripserunt servos in temporaria vincula damnatos libertatem ..., -m tempus expleverint, consequi. COD. Iust. 9, 40, 1, 1 (*a. 211*) -m vero ... *reus absens* intra annum redierit, si se crimine purgaverit, res ... recipiat. PAVL. dig. 49, 15, 19, 6 existente condicione, -m redit. COD. Theod. 2, 6, 4 -m ... tutor ... sollemnia susceptae defensionis impleverit, tempus dinumerari conveniet (*Interpr.* ex eo ..., ex quo. *cf.* COD. Iust. 7, 40, 1, 2 ex quo actionem movere potuerint, id est, -m manu paterna ... fuerint liberati). 9, 37, 2 -m aliquid iniuriae ... tolerarit ..., id est, si vel carcerem sustinuerit *eqs.* *al.*

II *usu deflexo* (*de notione q. e. quotiens v. p. 246, 54, de quoad supra l. 11*): A *quae coniunctione inducuntur permanent, cum incipiunt quae apodosi narrantur* (*in apodosi respondet* interea *p. 248, 57, ubi etiam* dum *fere pro syn. est* [*cf. p. 245, 17*]): 1 *inducuntur status* (*de statu absoluto v. ad I; interdum non incipere quicquam novi narratur, v. e. g.* TAC. hist. *p. 248, 3, cf. p. 244, 74*): a *mera vel praevalente vi temporali* (*colorem q. e. ex quo tempore v. e. g. l. 67. 71; exempla selecta*): α *cum* esse (*deest copula e. g. p. 248, 5 sqq.*): PLAVT. Bacch. 531 nunc ego illam me velim convenire, -m inanis sum. Epid. 504 -m liberast, ubi habitet *nescio*. Mil. 124 deinde, -m occasio est. Most. 156 optumi quique expetebant a me doctrinam sibi; nunc, -m nihili sum – id vero meopte ingenio repperi. 647 -m haec aedes ita erant, ut dixi tibi, continuo est alias aedis mercatus. 925 tibi umquam quicquam, -m tuos sum, verborum dedi? AFRAN. com. 16 nunc ..., -m pectus est laetitiae onustum. TER. Ad. 765 -m intus sum omnium rerum satur. RHET. Her. 4, 18, 25 qui cum plures erant, ... non poterant, hi, -m pauciores sunt, metuimus, ne sint superiores? BELL. Afr. 38, 2. SALL. Iug. 71, 5 primo ... conatus, -m id frustra fuit. hist. frg. 1, 12 -m remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit. VERG. Aen. 12, 432 -m habilis lateri clipeus ... est. OV. met. 1, 113 -m ... sub Iove mundus erat. LIV. 5, 12, 6 Anxur nequiquam oppugnatum ... et, -m vis inrita erat, ... obsideri coeptum (10, 14, 16. 25, 25, 2. *cf.* 7, 7, 8 vanior erat). 21, 13, 4 -m nec ab Romanis vobis ulla est spes nec *eqs.* (21, 59, 5 OCTAVIA 331. *al.*). 40, 32, 3 Celtiberi *castra sua amissa videntes* parumper incertis animis fluctuati sunt; ceterum, -m receptus pulsis (*sed nondum erant pulsi*) nullus erat nec usquam nisi in certamine spes, pertinacius de integro capessunt pugnam. 45, 1, 4 mirari magistratus et quaerere auctorem repentinae laetitiae; qui -m nullus erat, evanuit ... gaudium. QVINT. decl. 350 p. 379, 18 dedisti, -m certum erat. TAC. hist. 4, 81, 3 utrumque, qui interfuere, nunc quoque memorant, -m nullum mendacio pretium. ann. 1, 38, 2 -m intutae latebrae. PLIN. epist. 6, 1, 1 -m ego in urbe. PAVL. dig. 23, 2, 10 si triennium effluxerit, -m apertissime fuerit pater ignotus, ubi degit. *al.* β *cum aliis verbis*: PLAVT. Capt. 487 (*narrantur praeterita*) abeo ab illis, -m video me sic ludificarier (*ita saepissime, e. g.*: Trin. 108 -m ... rem confregit filius videtque *pater*. TER. Hec. 158 Phorm. 569 SALL. Iug. 20, 1 VERG. Aen. 3, 518. LIV. 1, 54, 5 -m ... videbat, tum. *ubi aut perf. usurpatur* [*inde ab* AFRAN. com. 207 POMPON. Atell. 88 NOVIO Atell. 89] *aut plusquamperf.* [SIL. 6, 28], *dubium non est, quin de actionibus agatur*). Curc. 325 -m scimus (Truc. 345 OV. Pont. 4, 3, 8. *al.*). Truc. 911 iam⟨ne⟩ abis, -m aurum habes? (BELL. Afr. 5 SALL. Catil. 11, 4 VERG. ecl. 1, 30 OV. met. 12, 516. *al.*). TER. Phorm. 1 -m poeta vetus poetam non potest retrahere a studio ..., parat (DON. *ad l.* 2 sunt qui -m pro quoniam accipi velint. *accedit imperf.*: CIC. Quinct. 70 CAES. Gall. 7, 87, 3 BELL. Afr. 78, 7. 79, 1. *al.*; *ceterum huc traxerim e. g. perf. negatum*: OV. met. 14, 701 luctatus ... diu, -m ratione furorem vincere non potuit [*loco gemino* 7, 10 poterat]. PHAEDR. 4, 5, 18 SVET. Claud. 13, 2 *al.*). CAEL. Cic. fam. 8, 8, 2 -m ... neque ... recipere voluit (BELL. Afr. 5 SALL. Iug. 84, 5. *al.*). CATVLL. 50, 14 iacebant (IVV. 12, 62. *al.*). CAES. civ. 3, 58, 5 deficiebat. BELL. Afr. 78, 3 diutius ... commorabatur et tempus ... consumebatur. SALL. Catil. 6, 3 videbatur (LIV. 1, 58, 2. TAC. hist. 3, 45, 1 auxerat potentiam, -m ... videbatur). Iug. 80, 1 nihil satis firmum ... putat. VERG. Aen. 3, 192 -m altum tenuere rates nec iam amplius ullae apparent terrae (LIV. 24, 46, 6. *al.*). OV. met. 12, 29 -m ... ante aram stetit Iphigenia ..., victa dea est (LIV. 1, 23, 6. *al.*). LIV. 6, 29, 3 -m nullo loco constabat acies. SIL. 7, 20 -m nova nomina lecto dictatore vigent. PLIN. paneg. 7, 3 suscepisti imperium, -m alium suscepti paenitebat. *al.*

b *praevalente vel mera vi causali* (*pauca certiora. huc vergunt etiam nonnulla sub a, ubi tamen aut alterum enuntiati temporalis verbum obstat* [*e. g.* TER. Phorm. 569 BELL. Afr. 5] *aut intellegas breviloquentiam quandam pro* '*-m viderunt eqs.*' [*e. g. l. 2 p. 247, 83*], *cum hoc maxime scriptoris interesse videatur, ut ordines temporum explicentur. cf. IA2*): PLAVT. Stich. 108 quid istuc est, quod huc exquaesitum mulierum mores venis? :: pol ego uxorem quaero, -m vostra mater mortuast. PLIN. paneg. 41, 4 -m non est, cui suadeatur, qui suadeant, non sunt. HIER. epist. 39, 4, 8 -m credimus in Christo et oleo unctionis eius accepto illum portamus in nobis, non debemus exire de templo (*respicitur Itala lev. 21, 12 ibid. antea:* quia sanctum oleum ... super eum est). HESYCH. in lev. 25, 44/46 p. 1132ᶜ non potest digne laudari varietas ... spiritalis sapientiae; quamobrem, -m digne admirari non possumus, quia nec capimus, hoc omittentes *eqs.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3 p. 53, 21 'sicuti est' assimilatos ei *deo* notitiam eius habere posse, -m non potest altera conversatio reperiri huiusmodi contemplatione futura. GREG. M. epist. 9, 92 -m sic de gloriae vestrae sinceritate praesumimus, ut ... credamus ..., hoc solum sufficere poterat indicari *eqs.* (*sim.* 9, 131 -m ... Maurentio hoc ... potest sufficere ..., qualiter ei a vobis sit concurrendum, scribere non debemus).

2 *inducuntur actiones*: a *continuatae* (*exempla certiora, sc. selecta inde a* LIV.): PLAVT. Capt. 24 -m belligerant Aetoli cum Aleis, ... capitur alter filius. Men. 234 hic annus sextust, -m ei rei operam damus. TRAG. inc. 165 -m pater adpropinquat iamque paene ut comprehendatur parat, *Medea* puerum interea obtruncat ..., ut, dum nati dissipatos artus captaret parens, ipsa interea effugeret (LIV. 35, 34, 10 -m portae adpropinquabat, desilire omnes ... iussit et loris ducere equos [*vix ad I*]. 35, 35, 18. 37, 24, 9. VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 adultae aetati. *al.*). CATO or. frg. 9, 2 (65 M.) -m diutius fitur. BELL. Afr. 78, 7 -m equites ... vim hostium ... sustinere non poterant et ... vulnerabantur minutatimque cedebant, Caesar ... alam mittit. SALL. Catil. 56, 4 -m Antonius ... adventabat, Catilina per montis iter facere (Iug. 28, 2. 36, 4). Iug. 56, 6 maiore vi hostes urgent (LIV. 29, 1, 20). VERG. Aen. 1, 154 cunctus pelagi cecidit fragor, ... -m ... *Neptunus* flectit equos curruque volans dat lora. 3, 37 -m maiore hastilia nisu adgredior genibusque adversae obluctor harenae, ... gemitus ... auditur. LIV. 10, 43, 6 -m ... comminus gerebatur res et ... ex aequo pugnabant, ... temptaverunt ... pugnae fortunam. 25, 10, 6 -m lux certior erat et Romani ... in arcem confugerant conticiscebatque paulatim tumultus, tum *eqs.* 35, 5, 12 -m terga dabant et in fugam passim effundebantur, tum *eqs.* (37, 16, 10). CVRT. 3, 12, 1 -m et nox adpetebat et consequi spes non erat (TAC. hist. 2, 19, 1). SIL. 15, 598 sed -m gravior moles terrorque ... poscebat ... virum (TAC. ann. 13, 36, 2). QVINT. inst. 12 prooem. 3 -m ... orator ... suo iam impetu fertur *eqs.* IVV. 12, 64 -m iacuit planum mare, tempora -m prospera ..., -m Parcae meliora ... pensa ... ducunt ... modica nec multum fortior aura ventus adest. TAC. ann. 11, 22, 1 nam -m (⟨correptus est, cum⟩ *add. Fuchs*) tormentis dilaniabatur, ... conscios non edidit. VVLG. lev. 23, 22 -m autem messueritis segetem terrae vestrae, non secabitis eam usque ad solum. ARATOR act. 1, 755 Petrus ... -m cuncta videns lustravit in ordine sanctos, per Lyddae tulit arva gradus (*cf. Vulg. act. 9, 32* dum pertransiret universos). *al.* *praevalente vi*

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*causali*: SIL. 14, 292 quae cernens ductor, -m immedicabile visum (*visa Bothe*) seditio atque ultro bellum surgebat ab hoste, testatus divos ... ad bella vocari invitum. EPIST. pontif. 1056 Conc.S IV 2 p. 114, 35 si ...; at -m nihil nunc aliud nisi de personis agitur, nihil de sanctae Chalcedonensis synodi professione truncatur, quid ...quaeritis?
b *iteratae* (*aliter IA1b*): PLAVT. Truc. 682 iam -m in urbem crebro commeo, dicax sum factus. CATVLL. 64, 397 -m ... perfudere manus fraterno sanguine fratres ... — omnia fanda nefanda ... permixta ... nobis mentem avertere deorum (*anacoluthon. de generis humani corruptione ut*: GERM. 133 SEN. nat. 1, 17, 6 TAC. ann. 3, 26, 2). SALL. Catil. 12, 1 -m divitiae honori esse coepere et eas gloria ... sequebatur, hebescere virtus ... coepit. VERG. ecl. 1, 28 libertas ... sera tamen respexit inertem, candidior -m tondenti barba cadebat. LIV. 1, 56, 2. SEN. clem. 1, 23, 1 pessimo ... loco pietas fuit, -m saepius culleos (*sc. parricidii poenam*) vidimus quam cruces. benef. 3, 16, 2 numquid iam ulla repudio erubescit, -m inlustres quaedam ... feminae ... numero ... maritorum annos suos conputant *eqs.*? PLIN. nat. 14, 73 nunc gratia ante omnia est Clazomenio *vino*, -m parcius mari condiunt. 21, 5 mox ..., -m e lamina ... aerea ... dabantur *coronae*. MART. 5, 23, 3 quae *iura theatri* -m ... censoris cura renasci iussit et Oceanum *dissignatorem* certior audit eques. QVINT. inst. 1, 6, 16 *analogia* inventa est, -m loquebantur *homines*. TAC. ann. 2, 82, 1 -m Germanici valitudo percrebuit cunctaque ... aucta in deterius adferebantur, dolor, ira, et erumpebant questus. *al.* c *negatae* (*exempla certiora, sc. ubi ea, quae negantur, nihilominus postea fieri posse aliquis censeret; aliter e. g. p. 245, 31. 73*): PLAVT. Curc. 683 -m nil fit, clamore hominem posco. QVADRIG. hist. 81 satis sunt diu conati, numquam quiverunt incendere *turrim ligneam* ..., et -m non succendit, reduxit copias *Sulla*. CAES. civ. 3, 60, 5 -m (post *var. l.*) ... facultas perficiendi *non* dabatur (BELL. Afr. 5 LIV. 31, 36, 5). BELL. Afr. 5 -m ... neque responsum ullum ... dabatur neque ei *Caesari* reliquae copiae succurrebant neque equitatu abundabat *eqs.* SALL. Iug. 64, 3 -m haec ... dixit neque animus Mari flectitur. hist. frg. 3, 59 -m orans nihil proficiebat (LIV. 32, 22, 7 parum. PLIN. nat. 6, 22 PS. QVINT. decl. 15, 3). HOR. sat. 1, 7, 9 -m nihil inter utrumque convenit. LIV. 3, 46, 9 nemo adibat (*cf.* 3, 66, 5 occurrebat. 7, 37, 7 obvius ibat. 34, 28, 6 contra exibat. 37, 13, 8 adversus ibat. TAC. ann. 4, 49, 1 degrediebantur). 4, 55, 5 nequiquam ... temptati ..., -m non cessere ..., pervincunt, ut *eqs.* 21, 12, 4 -m nihil lacrimae movebant condicionesque tristes ... ferebantur. 38, 6, 6 ceterum, -m nullum ... signum ... accipiebant et ... cernebant. 42, 58, 1 -m inceptum non succedebat. *al.*

B *quae coniunctione inducuntur comprehendunt idem tempus ac apodosis eamque fere explicant* (*non tam de notione secundaria q. e. 'eo quod', 'cum' sim. cogitaverim* [*dissuadet* SIL.] *quam de neglegentia quadam dicendi, qua in apodosi actio pro statu inducatur; minus certum* IVLIAN., PAPIN. dig. 31, 67, 2, CYPR., EPIST. pontif.): PLAVT. Pseud. 1220 rufus quidam, ... magnis pedibus. :: perdidisti, ˻-m dixisti˼ pedes (u⟨t no⟩minavisti *exhibere videtur A*). OV. met. 15, 103 (*de aetatis aureae corruptione*) *quidam* -m ... corporea ... dapes avidam demersit in alvum, fecit iter sceleri. LIV. 32, 12, 3 dum ... extra munitiones pugnant, ... superior est Romanus miles ...; -m ... recepere se regii in loca ... tuta, verterat periculum in Romanos. SIL. 15, 121 quae -m cecinit ... Virtus, exemplis laetum vultuque audita probantem convertit iuvenem. PS. QVINT. decl. 13, 2 -m ... ager locupletis latius inundavit, ⟨-m⟩ ... indiscreta unitas facta est *possessionis*, [-m] (*transpos. Reitzenstein*) ad apes meas divitis fundus accessit. SVET. Tit. 5, 3 quam suspicionem auxit *Titus*, -m ... apud Memphim ... diadema gestavit (*cf. p. 248, 26*). FLOR. epit. 1, 12, 3 sed ea clades ingentibus expiata *est* victoriis, -m per alios atque alios robustissima capta sunt oppida. IVLIAN. dig. 29, 1, 20 pr. tribunus militum ... desinit militis loco haberi, -m successor eius in castra venit (*antea*: intra dies ..., quam successor eius in castra venerat). PAPIN. dig. 31, 67, 2 -m paritum est voluntati (*i. fideicommissum relictum est uni ex familia*), ceteri condicione deficiunt. 46, 6, 12 (*interpol.?*) nec quispiam putaverit ab iure discessum, -m pro ea parte placuit tutores condemnari, quam administraverunt (*cf. p. 246, 76*). CYPR. domin. orat. 13 ante filii regni Iudaei erant, quando et filii dei esse perseverabant; -m cessavit circa illos nomen paternum, cessavit et regnum. EPIST. pontif. 1056 Conc.S IV 2 p. 115, 25 *Leo papa* si unam *causam* tantummodo ... reprobasset ...; at -m nihil aliud synodi nisi definitionem fidei recepit, quid est aliud nisi quod cetera ... refutavit? BOETH. herm. sec. 1, 3 p. 72, 30 is qui loquitur, -m totum sermonem dixerit, audientis animum constituit. FVLG. RVSP. incarn. 28 *Adam* ipse -m malus esse coepisset, potestatem suam in membris genitalibus perdidisset. ARATOR act. 1, 796 (*de Ioh. 9, 7 sqq.*) *aegrotum Christus* -m sabbata solvens impulit ad fontem, superavit gratia legem.

C *audaciora et recentiora*: 1 *abundanter iuxta coniunctiones alias* (*cf. Hofmann-Szantyr 802; an huc* COMM. *sub 2?*): BELL. Afr. 40, 5 -m Scipione eiusque copiis ... in castra compulsis cum receptui Caesar cani iussisset (*ante participium ut*: 50, 3 Caesar -m [*om. codd. duo*] equitatu ante praemisso inscius insidiarum cum ad eum locum venisset. REGVLA mag. 10, 45 si -m nihil suo iudicio praesumens eligat quae non expediant [*cf.* CONC. *sub 2*]. *sed vix haec participia verbi finiti munere fungentia cum -m iungenda sunt, ut sibi persuaserunt Lease, Am. Journ. Phil. 49, 1928, 350, et Corbett, The Latin of Regula mag., 1958, 191*). CHROMAT. serm. 9, 6 L. sic, -m si crediderimus, accipimus primogenita fratris. THEOD. PRISC. eup. faen. 33 aeris flos tritus in lotio ..., per septem dies ˻quod˼ -m siccaverit, ex eo pulvere melle mixto loco impositus *sanat* (˻ ˼ *om. Rose cum cod. uno, pro coniunctione accipit Löfstedt, Vermischte Studien, 1936, 59 sq.*). EPIPHAN. in euang. 19 p. 22, 26 ubi ... dominus ... -m complevit beatitudines ... loquens discipulis suis, proprie convertit ad eos ... sermonem dicens *eqs.* *? 2 usurpatur pro adv. post* (*v. Hofmann-Szantyr 599*): *usum testari videntur* GLOSS. II 366, 23 *μεθ' ὅ*: -m. 369, 16 *μετὰ μικρόν*: paulo post, paulo -m (370, 13 *μετ' ὀλίγον*. 382, 6 *ὀλίγῳ ὕστερον*). *exemplum certum usque ad saec. VI non invenimus, sed exstat in Aenigmatibus q. d. Tullii, saec. VII/VIII (sc. Anth. 481, 190 [cf. 144. 311; 'hyperurbanisme' Norberg, Poésie lat. rythm., 1954, 14]); dubitari licet de locis his*: COMM. apol. 779 nemo potest ullum excusamen dicere -m cum modo sit nobis facultas data credendi (*coniunctionem postpositam intellegit Salvatore ad l. cum vers. 777 sq. iungens; fort. ad 1*). PAP. hymn. ed. Roca 70 *magi* stellam ab oriente -m viderunt, quae praecedens eos demonstrabat viam, venit ad locum et ibi stetit. DAMAS. epigr. 29, 7 (*alloquitur duo martyres*) percussor retulit ... vos ... fodisse sepulcra ..., occultos ˻-m˼ iacuisse sub antro (˻ ˼ post haec *vel* postque *var. ll.*, post quae *Ferrua, v. etiam Svennung, Unters. Pallad. 440 sq.*). DIOSC. 4, 1 p. 10, 3 stomaticis dentibus conquassata ... medicatur *herba*, -m meru(m) debet sorbi (*gr. 4, 1, 3 δίδοται ... διαμασᾶσθαι ..., εἶτ' ἐπιρροφεῖν οἶνον. sed intellegi potest praepos.* post *cum pron. relat. fem. iuncta*). CONC.S IV 2 p. 182, 26 praecipiens etiam nos ingredi cum ipso *archiepiscopo* et ˻-m˼ ... locutus ei ... ipsum ... dimisit (˻ ˼ *'superfluum traductoris additamentum' Schwartz*). *non huc pertinet* DON. Ter. Eun. 1065, 2, *quem locum vindicavit Baehrens, Glotta 4, 1913, 279* (*peccavit enim librarius in afferendis ipsis Terentii verbis*).

**CAPVT TERTIVM**: *exempla* ***tempora modosque*** *illustrantia* (*inepte modi distinguuntur* CHAR. gramm. p. 295, 24 B. [*ex Palaem.*] -m modo finitiva *recipit*, modo subiunctiva: finitiva, quotiens iunctum accipitur ..., subiunctiva vero, quotiens secernitur [*sc.* post quam; *sim.* DIOM. gramm. I 394, 26 DOSITH. gramm. VII 421, 21]; *cf. etiam p. 243, 40 sqq.*): I -m *pendet ex indicativo vel inf. hist. apodoseos (participio interposito e. g. p. 251, 15; e substantivo pro verbo posito p. 251, 62) regitque*: A *indicativum*: 1 *perf.* (*in passivo copula saepius deest, e. g.* PLAVT. Amph. 1111 SALL. Iug. 109, 2): a *vario usu*: NAEV. carm. frg. 3 PLAVT. Amph. 219 *et passim, sed rarius, ubi status inducuntur; in apodosi usurpari solet aut praes. (saepe hist.) aut perf. aut imperf.; usurpatur fut.* (*cf.* PLAVT. Pseud. 395 acturu's): TER. Ad. 1 -m poeta sensit ..., indicio de se ipse erit (*obscurum* DON. *ad l.* 2 -m sensit pro -m sensisset). PERS. 3, 90 (*var. l. perf.*). PLIN. epist. 2, 1, 11. *al.*; *plusquamperf.*: SALL. Iug. 42, 1 NEP. Ages. 3, 1 VERG. Aen. 6, 168 ELEG. in Maecen. 1, 107 LIV. 23, 40, 1. 32, 12, 3. *al.* b *indicatur quantum temporis distent quae narrantur*: PLAVT. Bacch. 171 *patriam* biennio, -m ... abii, conspicio. FAB. PICT. hist. 6 CIC. rep. 2, 18 Att. 5, 20, 1. 12, 49, 2 discessisti. VARRO rust. 3, 9, 12. LIV. 21, 32, 1 (*apodosis praebet plusquamperf. ut* AMM. 20, 11, 11). 28, 6, 1. 35, 9, 6 vovit (45, 15, 10). 37, 39, 1. 5. 37, 59, 6 PLIN. nat. 11, 166. *al.*

2 *praes.* (*cf.* DON. Ter. Phorm. 1, 2 -m apud veteres non praeterito modo sed etiam praesenti tempori adiungi [*affertur* VERG. ecl. 1, 30]. *neglieximus formas inter praes. et perf. ambiguas*): a *respiciuntur praesentia vel futura vel quae fieri possunt saepius*: PLAVT. Capt. 24 *et passim; iuxta perf. e. g.* VERG. ecl. 1, 30 georg. 3, 432 SEN. nat. 3, 27, 7. b *respiciuntur praeterita* (*sc. fere praes. hist.; iuxta perf. e. g.* PLAVT. Trin. 108 SALL. Iug. 35, 4. VERG. Aen. 3, 1 -m ... cecidit ... Ilium et ... fumat ... Troia [*exemplum est soloecismi qui fit* per tempora *apud Sacerd. gramm. VI 450, 4*; fumat *pro* fumavit *accipiendum esse putat Probus apud Serv. Aen. 3, 3*]): *usu communi pertinet ad actiones continuatas, status sim.*: PLAVT. Capt. 487 abeo ..., -m video (*sec. praes. apodoseos ut e. g.*: Curc. 683 TER. Hec. 187 BELL. Afr. 73, 4 SALL. Iug. 56, 6). Men. 24 -m ... pueri septuennes sunt, pater oneravit navem (*item sec. perf. apodoseos*: Trin. 108 TER. Hec. 126. *al.* SALL. Iug. 84, 5. *al.* VERG. Aen. 1, 154. *al.*). *raro de actionibus singulis iam perfectis* (*dub. e. g.* PLAVT. Pseud. 296 OV. met. 11, 680): SALL. Iug. 38, 4 -m ... instruit ..., circumvenit. 66, 1 -m ... incipit. LVCAN. 3, 659 -m inhibent. PLIN. epist. 7, 22, 1 possum ... indicare ..., -m polliceris. *al.*

3 *imperf.*: a *usu communi, de statu aut de actione imperfecta vel iterata vel negata*: PLAVT. Most. 647 -m ... aedes ita erant. CIC. Quinct. 70 -m ... non poterant vincere. *et passim* (*v. caput sec. sub II*). *distinguuntur actiones absolutae per perf.* (*cf. imperf. iuxta plusquamperf. infra p. 251, 21*): CAES. civ. 3, 60, 5 -m ... visum est neque facultas ... dabatur. SALL. Catil. 12, 1 coepere et ... sequebatur. Iug. 70, 5 ad tempus non venit *et* ... impediebat. OV. epist. 13, 21 (*sed v. var. l.*). met. 11, 717 appulit ... et ... liquebat. LIV. 2, 7, 3 inluxit nec ... erat. *et saepius.* b *ratione minus perspicua*: BELL. Afr. 5 (*iuxta alia imperf. statum significantia*) -m ... nuntiabatur (DICT. 2, 35 -m ... visum est et ... nuntiabantur. *cf., nisi de actione iterata cogites*: LIV. 6, 30, 7 adferebantur et apparuit [TAC. ann. 2, 82, 1]). 79, 1 *non* poterat ... neque ... se posse animadvertebat ⟨et⟩ ... intellexit. LIV. 8, 2, 6 aspernabantur (8, 28, 3 TAC. ann. 13, 16, 2. *sed locos possis ad a*

[*Krömer*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*trahere, si intellegas nolentes, non probantes sim.; cf.* PLIN. nat. 18, 182 respuebat. TAC. ann. 13, 44, 2 spernebatur). 21, 12, 4 *non* movebant *et* ... ferebantur. 31, 45, 4 respondebant (32, 24, 2. 38, 28, 10. *cf.* 43, 18, 7 nihil pacati referebant). TAC. hist. 2, 72, 2 noscebatur (ann. 1, 39, 5). ann. 2, 23, 4 mutabat. *al.* *cf. variationem p. 248, 20.*

**β** *fortitudine, virtute*: (I) *morum*: LVCAN. 8, 762 (*ad Pompeium mortuum*) manes animamque -em officiis averte meis ([*cf. 9, 7* semidei manes]. STAT. silv. 2, 7, 109 [*ad Lucanum mortuum*] rapidum poli per axem . . . levatus, qua surgunt a. -iores, terras despicis). ITALA II Cor. 12, 10 (cod. d *al.* = VVLG.) cum . . . infirmor, tunc -s sum (*cf. 12, 9* [*ibid.*] virtus in infirmitate perficitur). 13, 9 (*ibid.*) nos infirmi sumus, vos autem -es estis (*Ambrosiast.* fortes; *explicatur ibid.*: ut . . . vitia vincant). RVFIN. hist. 2, 14, 1 ut . . . -issimis athletis domini ac . . . Christi apostolis . . . obsisteret *Simon.* PAVL. NOL. carm. 21, 154 *Felix* saepe agonem miles intravit -s victoque semper hoste confessor redit. HIL. Macc. 64 fortior esto aere saxoque -ior ipso . . ., patienter vince dolores *tormentorum.* CE 787, 2 (*epitaphium Liberii papae?*) confessorem . . . -em adque sacerdotem sanctum. *ibid.* 44 inter apostolicam turbam martyrumq(ue) -um. (II) *bellica vel corporea*: ITALA iud. 3, 29 (Lugd.) percusserunt . . . *tot viros,* omnes bellatores et omnem virum -em (*gr. ἄνδρα δυνάμεως, sed cod. 19 δυνάμενον, Vulg.* robustos et fortes *viros.* II par. 13, 17 [Complut.] ceciderunt . . . quingenta milia v. -ium [*Vulg.* v. fortium]). 5, 23 (Lugd.) adiutor noster, dominus in pugnatoribus -bus (Verec. in cant. 9, 22 D. in bellatoribus -s, *Vulg.* fortissimorum). I reg. 2, 4 (Aug. civ. 17, 4 *al.*) *deus* arcum -ium fecit infirmum et infirmes praecincti sunt virtutem (*Vulg.* fortium). psalm. 77, 65 (Veron. *al., item* VVLG.) excitatus est . . . dominus, tamquam -s crapulatus a vino (CASSIOD. *ad l.* tunc, *post crapulam,* sunt homines . . . ad virtutem -es). cant. 3, 7 (cod. 169 *al.*) sexaginta -es in circuitu eius *lecti Salomonis* de -bus Israel (*Vulg.* fortes . . . ex fortissimis). HEGES. 5, 10, 3 resistentibus addidit Caesar adiumentum equitum -iorum (*gr. 5, 287 τοὺς τῶν ἱππέων δυνατωτάτους,* PS. RVFIN. 6, 7 p. 787 equitum -issimis). VVLG. gen. 6, 4 gigantes . . . erant super terram . . .; isti sunt -es a saeculo viri famosi. Ezech. 32, 21 -issimi robustorum. *et saepius. cf. l. 79 sqq. p. 278, 64 sqq. 279, 30 sqq.*

**b** *de rebus* (*de equis sub β*): **α** *incorporeis, quae sunt*: (I) *magni momenti, graves* (*sc. ita ut non respiciatur adversarius argumento -i opprimendus, quae collegimus p. 283, 14 ubi videas quae hic desideres*): SEN. benef. 4, 29, 3 (*2* duae res coire debent, quae beneficium efficiant; primum rei magnitudo) deinde hoc, quod -issimum (potissimum *var. l.*) est, oportet accedat, ut *eqs.* QVINT. inst. 3, 6, 21 in eo credere statum causae, quod esset in ea -issimum et in quo maxime res verteretur. 3, 8, 16 rem . . . aut certum est posse fieri aut incertum: si incertum, haec erit quaestio sola aut -issima *in deliberationibus* (4, 1, 24 ad -issimas q. iudicem praeparandum. 12, 2, 18 cum sit . . . omnis generalis q. speciali -ior, *eqs.*). 6, 5, 5 *consilium* in ipsis actionibus primum ac -issimum optinet locum, *eqs.* PS. APVL. herm. p. 277 cum prius sit dedicare quam negare -iusque [est] universale quam particulare, *eqs. al.* (II) *praestantes, excellentes sim.*: PAVL. dig. 34, 2, 32, 1 margaritae, quae ita ornamentis . . . contextae sunt, ut in his aspectus auri -ior sit, auro facto adnumerantur. IREN. 3, 3, 2 (1 H.) ad hanc *Romanam* . . . ecclesiam propter -iorem (pontiorem *C* [n *expunct.*], potiorem *Massuet*) principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam (*v. Rousseau-Doutreleau ad l. ἱκανωτέραν ἀρχήν intellegentes; ad p. 282, 11 trahit e. g. Guarducci, Riv. Fil. Class. 105, 1977, 308 sqq.*). FAV. EVL. 10, 1 W. (= p. 6, 12 H.) senarius . . . numerus -em ac divinam naturae suae obtinet potestatem, siquidem *τέλειος* primus, id est perfectus, esse reperitur (*cf.* 16, 4 [= p. 11, 19] senarii numeri . . . -is atque perfecti. *aliter p. 283, 12*). RVFIN. hist. 4, 30, 2 est eius *Bardesanis* . . . de fato -issimus dialogus (*gr. ἱκανώτατος*).

**β** *corporeis, sc. pulchris, firmis, magnis sim.*: CAPITOL. Max. Balb. 16, 1 domus Balbini etiam nunc Romae ostenditur . . . magna et -s (*aliter p. 281, 71*). DARES 16 Diomedem . . . ve⟨n⟩antem cum equis -bus et feris (SIDON. epist. 4, 3, 9 e. -is animositas. POMER. 3, 17, 1 utuntur . . . -bus e. ad pompam). RVFIN. Orig. in Ios. 9, 1 p. 346, 10 ut hi . . . lapides, qui validiores sunt et -iores, primi in fundamenta iaciantur. MACR. Sat. 7, 8, 6 -ior mola ampliora grana confringit, integra illa, quae sunt minutiora, transmittit.

*[Kuhlmann]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**II** *indicatur, quid potentiae subiectum sit* (*variis structuris sub C, non nisi per gen. sub A et B*): **A** *significantur qui participes, compotes sunt fiuntve* (*imprimis homines vel dei, res e. g. l. 14. 24sqq.*):
**1** *rerum quarumlibet* (*sc. incorporearum praeter* Val. Fl.; *hucine p. 281, 1?*): Plavt. Poen. 1182 (*metro et textu parum certo colloquuntur meretrices, quae Venerem hostiis placaverunt*) praepotentes pulchrae pacisque -es ... fuimus (*aliter infra l. 57*). Liv. 22, 42, 12 *cum milites parere nollent, nuntiorum* opportunus adventus consules imperii -es fecit (Tac. ann. 11, 31, 1 an ipse *Claudius* i. -s, an Silius privatus esset). Lvcan. 5, 199 tu ... -s veri, Paean, nullumque futuri a superis celate diem (*cf.* Lact. inst. 3, 1, 14 eius *veritatis* -s). Val. Fl. 4, 366 (*362* da ... munera, *sc. bovem*) muneris illa, *Iuno*, -s custodem ... Argum adiungit. Stat. silv. 5, 1, 52 pulchrae ... formae, quae morum caruere bonis falsaeque (*Heinsius*, falsoque *trad.*) -es laudis egent verae. Pavl. Nol. epist. 18, 8 p. 135, 24 quid ... miremur tam -em te esse meritorum, tam divitem gratiarum *eqs.*? Pomer. 2, 13, 2 p. 456D virtutum -es (vitiorum impotentes *vel* impotentis *var. ll.*), saeculi contemptores ac bonorum omnium sectatores. Boeth. cons. 3, 12, 20 W. *deum* beatitudinis -issimum. **2** *rerum exsequendarum, implendarum sim.* (*deficiente gen. huc trahunt viri docti quidam p. 280, 79. 281, 18*): Verg. Aen. 7, 541 promissi dea *Allecto* facta -s, ubi sanguine bellum imbuit *eqs.* Ov. met. 4, 510 victrix iussique -s ... redit (*sc. Tisiphone ut*: Stat. Theb. 11, 57 -s scelerum geminaeque exercita gentis sanguine [*nisi ad B*]). 8, 80 (*loq. Scylla*) *coma patris* beatam ... me votique mei factura -em (8, 409 *iaculo* bene librato v.que -e futuro obstitit ... ramus [*sec. var. l.* voto *ad p. 283, 18 traxit Bömer ad l.*]. fast. 3, 269. 5, 258 *Iuno nato Marte.* Stat. Theb. 9, 551 [*548* ades, o mihi dextera *eqs.*] v. sese facit ipse -em). Val. Fl. 6, 680 incepti ... Iuno -s securaque fraudis, *postquam Medeam ad amorem incitavit.* **3** *Christi*: Pavl. Nol. carm. 24, 615 nostra virtus ... *est* Christus ...; eius -es (-is *trad.*, vi eius -es *Zechmeister*) ... serpentem ... vincimus.

**B** *significantur qui imperium obtinent, dominantur sim.*:
**1** *respicitur potentia deorum* (*indicatur quam quisque provinciam gubernet; cf. e. g. p. 278, 35. 52*): Trag. inc. 39 supreme bel⟨li potens atque armorum⟩ -s (*huc pertinere potest, si recte supplevit Ribbeck*). Verg. georg. 1, 27 *Augustum deum* auctorem frugum tempestatumque -em (Aen. 1, 80 nimborum ... t.que -em *Aeolum* [*huc referuntur* Gloss.L I Ansil. po 575 -em: magnum. 576 -em: id est regem]. 3, 528 *infra.* CIL VIII 2609 Iovi ... t. divinarum -i [*aet. Hadr. ut*: 2610 Ventis bonarum t. -bus]. Prvd. apoth. 662 nimborum dominum t.que -em. *cf.* Sen. Oed. 254 ventorum -s *Neptunus*). Aen. 3, 528 di maris et terrae tempestatumque -es (Hor. carm. 1, 5, 15 -i ... m. deo *Neptuno. cf.* Inscr. Année Epigr. 1955 n. 119 [*olim inter falsas* CIL III 259*] Neptuno ⟨aq⟩uarum ⟨po⟩tenti). Hor. carm. 1, 3, 1 diva -s Cypri *Venus.* 1, 6, 10 imbellis ... lyrae Musa -s vetat *bella canere* (*cf.* Vers. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 105, 21 Phoebe carminum -s. *aliter p. 287, 9*). 3, 25, 14 *Bacche* Naiadum -s Baccharumque valentium ... vertere fraxinos. carm. saec. 1 silvarum ... -s Diana (*cf.* Lvcan. 3, 402 ruricolae Panes nemorumque -es Silvani Nymphaeque [Val. Fl. 3, 48 Pan. Stat. Theb. 4, 746 *vel* 753 diva. 6, 633 diva. 9, 608 virgo. *al.*]). Ov. am. 3, 10, 35 *Ceres* diva -s frugum. met. 9, 315 *Lucina* diva -s uteri. Manil. 2, 60 canam ... naturae ... -em infusumque deum caelo *eqs.* Sen. Oed. 868 tenebrarum -s ..., rector umbrarum *Pluto.* dial. 11 (12), 8, 3 deus ... -s omnium (Ivl. Val. 1, 4 p. 7, 4 Lact. inst. 1, 3, 22 Boeth. cons. 3, 12, 27 W. *al.*). Val. Fl. 3, 48 Pan nemorum bellique -s (Porph. Hor. carm. 2, 19, 27/28 ['idem *Bacchus* pacis eras mediusque belli'] tam b. quam pacis -s. Macr. Sat. 1, 19, 4 Liber pater. *v. compos.* bellipotens *vol. II 1815, 54sqq., unde locos metro non firmatos huc trahere possis. cf.* CIL VIII 2634, 3 Marti militiae -i). Tac. hist. 4, 84, 5 Iovem ut rerum omnium -em (Epist. Paul. et Cor. I rec. B 11 nec [c]om[mu]nium r. esse deum -em. Mart. Cap. 5, 427 *Rhetorica* veluti -s r. o. regina *animos flectit.* Cassiod. in psalm. 39, 5 l. 102. *sine attributo*: Lact. inst. 5, 21, 7 deum r. -em, ... dominum omnium. Clavd. carm. min. 32, 1 Christe, -s r. *cf. l. 66*). *al.*

**2** *respicitur potestas publica, vis militaris sim.*: Lvcr. 2, 50 curae ... inter reges rerumque -is versantur (3, 1027 *item iuxta* reges. Sall. [?] rep. 1, 1, 5 [*1, 1, 4* qui plus potest]. Ov. fast. 1, 88 a populo rerum ... -e, *i. Romano.* Sen. clem. 1, 5, 6 [*syn.* regem]. Svet. Iul. 72 *Caesar. al.; accedit attributum*: Liv. 23, 16, 6 -es r. suarum atque urbis *Nolani. cf. l. 59; de* R. Gest. div. Aug. 34 *v. sub* 1. potior). Liv. 26, 13, 14 contumelias ..., quas parat hostis, dum liber, dum mei -s sum, effugere morte ... possum. 27, 30, 16 Romanos ... in regione ea -es maris (Fest. p. 355 Poeni. Tac. ann. 4, 44, 2 *Cn. Domitius, qui classi praefuit. cf.* Lvcan. 1, 83 populum *Romanum* terrae pelagique -em [5, 50, pelago *var. l.*]. Stat. Theb. 1, 31 *Domitianus* undarum terraeque -s). Vell. 2, 65, 1 decem et septem legionum -es erant *Brutus et Cassius* (*cf.* Val. Max. 6, 9 ext. 6 Dionysius ... maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitatuum -s). Val. Max. 3, 2, 20 castrorum (*v. sub* 1. potitor). Lvcan. 8, 554 *Pompeius* domitor mundi ... regumque -s vindexque senatus. Tac. ann. 6, 33, 3 (*6, 33, 1* Hiberi ... Armeniam inrumpunt et urbe Artaxata potiuntur) Hiberi locorum -es *eqs.* *al.*

**3** *respicitur quaelibet potestas*: **a** -s sui (mei, tui; *v. etiam l. 71*): Hor. carm. 3, 29, 41 ille -s sui laetusque deget, cui licet in diem dixisse 'vixi' (*cf.* *Sen. epist. 12, 9* securus sui possessor. *item de libertate, quam philosophia praestat*: Sen. dial. 6, 20, 2 servare animum salvum ac -em sui). Liv. 1, 35, 4 *Tarquinius Priscus* ex quo sui -s fuerit (*sc. egressus e patris familia; sim.* de puberibus: Sen. benef. 6, 24, 2 adulescentibus ... ac iam -bus sui. Apvl. apol. 101, 2 sui -s ac vir [*98, 5* vesticipem]. *cf. p. 281, 21. 287, 32*). Sen. Phaedr. 699 mei non sum -s (*cf. 702* amens, *711* furentem). dial. 7, 8, 4 *mens* cum secuta sensus suos per illos se ad externa porrexerit et illorum et sui -s sit. Cvrt. 4, 13, 23 (*loq. Alexander*) cum Dareus terram ureret, vicos excinderet ..., -s mei non eram; nunc vero quid metuam, cum acie decernere paret? (*nisi pertinet ad p. 285, 71*). Cassiod. or. frg. p. 483, 1 (*ad reginam Gothorum, deficiente contextu*) dinosceris -s tui. **b** *iuncturae variae*: Ov. trist. 2, 139 nulla ... sano gravior mentisque (menti- *var. l.*) -i poena est, quam tanto displicuisse viro (Sen. Thy. 547 ferus ille et acer nec -s m. truculentus Atreus. Cvrt. 7, 4, 3 Bessus ferox verbis et ... superbus ac vix -s m. [*de eodem* 7, 4, 19]). Pavl. Fest. p. 109 inpos est, qui animi sui -s non est, qui animum suum in potestate non habet. Sen. benef. 6, 32, 2 parum -s irae (Cvrt. 4, 2, 5 *Alexander*). 7, 8, 1 animum sapientis intuemur -em omnium et per universa dimissum. dial. 7, 8, 4 *v. supra sub a.* Cvrt. 7, 7, 21 cuius *superstitionis* -s non erat rex *Alexander.* 9, 5, 13 *vulnere afflictus non* -s corporis. Tac. ann. 14, 60, 2 *Poppaea* diu paelex ... Neronis, mox mariti -s. Itin. Alex. 38 *Scythae* figunt omnes, nisi quis praevenisset pedum aut visu⟨u⟩m (*an* virium*?*) -s. *al.*

**C** *significantur qui aliquid facere (pati l. 34. al. et 3aβ) possunt, i. q. facultate vel potestate praeditus, aptus, habilis sim.* (*mero respectu possibilitatis significatur is, cui quid evenire potest, infra sub 1b et p. 288, 20; haud raro adhibetur fere pro part. praes. verbi q. e.* posse, *maxime sub 1, sed v. etiam sub 5 et 6 nec non p. 288, 29; usurpatur tam de animantibus [saepe de deo, imprimis sub 5 et 6], quam de rebus, e. g. infra l. 65sqq. 76. 78 p. 287, 56*): **1** *cum inf.* (*inf. explicat acc. pron. p. 287, 77, gen. subst. p. 287, 12; accedit* esse *inde ab* Itala *saepe; inf. supplendus est l. 49*): **a** *act. et mediopass.* (*hucine locus corruptus* Sen. Phaedr. 1118*?*): Enn. ann. 333 *milites* bellum tolerare -es (Itala II Macc. 9, 14 [rec. P] nec ipse odorem sum -s t. [*gr.* δυνάμενος ἀνέχεσθαι, *Vulg.* ferre posset, *sim. recc. cet.*]). Manil. 5, 168 *pilarius* -s turba perfundere membra pilarum. Sen. Tro. 1094 qualis ... ferae ... fetus ... nondum -s saevire dente. Lvcan. 9, 895 cruor *Psyllorum* ... nullum ... admittere virus ... -s (potest *var. l.*). 9, 1040 *Caesar* non aliter manifesta -s (potest, putans *var. ll.*) abscondere mentis gaudia quam lacrimis. Sil. 11, 595 Pax custodire salutem et civis aequare -s. Apvl. met. 1, 8, 4 *p. 287, 12.* Vlp. dig. 16, 2, 10, 1 si quis ... compensare -s solverit, condicere poterit quasi indebito soluto. Itala Matth. 3, 9 (cod. c *al.*, *sim.* Luc. 3, 8 *ibid.*) -s est deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahae ([*gr.* δύναται, *Vulg.* potest]. Hebr. 11, 19 [cod. 89 = Vvlg.] a mortuis [*cod. d* possit]. Optat. 2, 25 p. 62, 9). Luc. 1, 20 (cod. d *al.*) eris tacens et non -s loqui (*gr.* δυνάμενος, *aur. al. et Vulg.* non poteris loqui. *cf.* Don. Ter. Ad. 350, 3 dicere). 14, 31 (cod. a *al.*) si -s est ... obviare ei (*Vulg.* possit ... occurrere). Iren. 2, 5 (4 H.), 3 aut -s prohibere concessit *pater* ..., aut non -s; sed si ... non poterat, invalidus ... est *eqs.* *et saepius.* *in versione prava discipulorum quorundam pro gen. absol. gr.*: Gloss. III 35, 18 (*ex sent. Hadriani*) non -i ergo *eo* (μὴ δυνηθέντος οὐν. *desideratur inf.; cf. locum geminum III 389, 40* cum ergo non potuisset eum ostendere filium suum).
**b** *pass.* (*significatur potius is, cui quid evenire potest; cf.* Ps. Orig. *sub 6*): Orig. in Matth. 13, 17 p. 223, 17 (*ad Matth. 18, 12sqq.*) quomodo qui ... humiliavit seipsum, ... minimus est et -s scandalizari (*gr.* ἐπιδεκτικὸς τοῦ σκανδαλισθῆναι. *p. 224, 23* scandali receptores). 14, 5 p. 284, 15 in natura omnium peccatorum ... quandocumque factorum vel fieri -ium.

**2** *cum praepos.*: **a** *ad*: **α** *gerund.* (*aliter ac p. 279, 9*): Liv. 6, 18, 15 *nomine* utemini -iore ad obtinenda ea quae vultis (Qvint. inst. 6, 2, 1 opus ... -issimum). Val. Max. 5, 3 ext. 3 p. 241, 8 *dotes* ad pariendum homin⟨um amor⟩em -issimae. Sen. dial. 3, 3, 2 ad nocendum -es sumus. Qvint. inst. 4, 1, 14 quae tria (*sc. invidia, contemptus, odium*) sunt ad alienandos iudicum animos -issima (*cf.* 4, 1, 26 quae erunt ad conciliandum nobis iudicem -issima. 6, 1, 26 *mala* tanto sunt ... ad adficiendum [eff- *codd.*] *iudicem* -iora, cum *eqs.*). Tac. Agr. 7, 3 nec legatus ... ad cohibendum (*sc. legionem*) -s. Itala Dan. 3, 17 (Wirc., *item* Ps. Orig. tract. 18, 4 B.) *deus* est ... -s ad liberandum nos de fornace (Tert. scorp. 8 -s eruere, Ps. Aug. spec. 44 -s ad liberandos nos, *Vulg.* potest eripere. *cf.* Lvcif. Athan. 1, 5 p. 73, 15 -em ... deum ad eripiendos nos de manibus tuis). Paneg. 3, 5, 1 voces ... ad inflammanda odia probris omnibus -iores. Don. Ter. Hec. 600, 2 -issimum est ad extorquendum aliquod argumentum, cum ... dicimus *eqs.* *al.*
**β** *subst., pron.* (*aliter ac p. 279, 7; accedit dat. commodi* Vvlg.): Ov. epist. 5, 147 herba -s ad opem radixque medendi utilis. Hil. trin. 5, 16 *deus* -s ad omne verbum est, benedictionum aeternarum sponsor est. Vvlg. II Cor. 10, 4 arma militiae nostrae non carnalia *sunt*, sed -ia deo ad destructionem munitionum (Itala [cod. d] ad destruendam munitionem). Prvd. epil. 10 ad levamen pauperum. Avg. civ. 10, 9 p. 416, 24 D. (*ex Porphyrio*) vir ad eadem -s.
**b** *in cum acc.* (*aliter ac p. 279, 4. 14*): Petron. 89 vers. 14 ⌊mens semper⌋ (mendacium *fere trad.*) in damnum -s. Itala II par. 26, 12 (Complut.) omnis numerus patriarcarum -ium in prelium duo milia (*Vulg.*

[*Kuhlmann*]

virorum fortium). Hil. in psalm. 122, 10 deo . . . -e . . . misereri, neque solum in id -e, sed -e etiam . . . omnia retorquere *eqs.* Psalt. Rom. 51, 3 quid gloriaris in malitia qui -s es in iniquitatem (Itala [Sangerm. *al.* = Vvlg.] in iniquitate; *sec. gr.* iniquitatem *a* -s *separat* Veron. *al.*).

**3** *cum gen.*: **a** *subst.*: α *variorum*: Liv. 8, 39, 2 *hostes impediti* neque pugnae neque fugae satis -es caeduntur. 24, 4, 9 tutores summovet Adranodorus, iuvenem iam esse dictitans Hieronymum ac regni -em. Colvm. 1, 1, 12 Scrofam Tremelium, qui . . . eloquentem reddidit *agricolationem*, . . . mox Vergilium, qui carminum (-ne *R*) quoque -em fecit. Lvcan. 6, 485 omne -s animal leti (*sc. inferendi*) genitumque nocere. Val. Fl. 3, 151 *Hercules* dux campi Martisque -s. Apvl. met. 1, 8, 4 saga . . . et divini -s (divina, -s *edd. complures*) caelum deponere, terram suspendere (9, 29, 4 saga illa et d. -s). Ter. Mavr. 105 *'e' vocalis* vim . . . mutam *consonantium* coniuncta -em sonitus facit latentis (*cf. Mar. Victorin. gramm. VI 32, 30sq.* nec . . . sonum edere ⟨nisi⟩ coniunctae vocalibus queunt). Itala Iudith 11, 8 (cod. 130 *al.*) *Holophernes* laudabilis in disciplina et -s militiae belli (*sed gr.* δυνατὸς ἐν ἐπιστήμῃ, *ut e. g.* Complut. -s in disciplina et admirabilis in dispositione belli [*v. etiam p. 279, 35*]. *cf.* Cassiod. var. 1, 4, 11 Attilam armorum -em [*gen. pro abl.? v. p. 278, 26*]). Ser. Samm. 3 (*ad Aesculapium*) tu . . . -s artis, reduces qui tradere vitas nosti *eqs.* (Prvd. cath. 7, 46 *sc. ieiunii*). Heges. 5, 10, 1 cuius *sermonis* -s ac validus ad temptandos audientium animos aestimabatur *Nicanor* (*cf.* Prvd. perist. 10, 21 sum mutus ipse, sed -s facundiae mea lingua Christus luculente disseret). Boeth. herm. sec. 6, 13 p. 452, 13 nec quae sub eadem specie sunt, poterunt omnia contrariorum esse -ia (*cf. p. 138, 74sqq.*). cons. 4, 2, 22 W. naturalis officii -s. 4, 2, 42 cum . . . bonorum . . . -s possit omnia (*sc. deus; opp. homines* -es etiam malorum). *cum respectu liberi arbitrii*: Liv. 8, 13, 14 di . . . ita vos -es huius consilii fecerunt, ut, sit Latium deinde an non sit, in vestra manu posuerint (Val. Max. 5, 3, 3 *ingrati quidam* -es c., cum utrumque ratione perpendere liceret, scelus pietati praetulerunt). β *iunctura sollemnis* viri -s *de puella pubere, sc. quae virum pati, viro iungi potest* (*voces non prorsus coaluisse ostendunt* Fest. *et* Lex; *vocem compositam esse docet* Prisc. gramm. III 465, 31 v. -s, . . . vir spectabilis, quae omnia ideo composita accipimus, quia sub uno accentu pronuntiantur; *talem intellegere possis maxime apud* Rvfin. *et* Gloss. V *infra; iuxta est* pubes Fest., Lex *al.*): Labeo dig. 24, 1, 65 quae nondum v. -s nupserit. 36, 2, 30 *si pupilla* minor quam v. -s nupserit, non ante ei legatum debebitur, quam v. -s esse coeperit, quia non potest videri nupta, quae virum pati non potest (Fest. p. 250 *puer pubes* incipit esse a quattuordecim annis, femina a duodecim v. -s, sive patiens, ut quidam putant). Lex Malac. (cil ii 1964) 2, 41 singuli puberes amissi virive (utrive *aes*) -es amissae. Edict. praet. perpet. Vlp. dig. 42, 4, 5, 2 *si pupilla* v. -s fuerit. Papin. dig. 35, 1, 101 pr. nondum v. -s puella diem suum obiit. Vlp. reg. 5, 2 iustum matrimonium est, si . . . tam masculus pubes quam femina ⟨v.⟩ -s sit (*suppl. Turnebus; omisitne scriba notulam iuris sibi obscuram? sunt qui usum absolutum defendant*). *et al.* (*in* Dig. *et* Inst. Iust.). Gloss. II 305, 21 ἔπακμος κόρη: v. -s, virago, adulta. 307, 26 ἐπίγαμος: nubilis, v. -s. V 582, 56 v. -s: virorum -s. *sim. al. ibid.* *in imag.*: Rvfin. Orig. in num. 24, 3 p. 231, 8 si . . . adultior facta est *anima*, ita ut v. -s sit ad concipiendum semen verbi dei.

**b** *gerund.*: Liv. 33, 12, 2 ut Graecia . . . satis -s tuendae simul pacis libertatisque esset. Sen. nat. 1, 17, 2 materiam excipiendarum imaginum -em (*i. speculum*). 4, 7, 1 esse in . . . sanguine *hostiarum* vim quandam -em avertendae nubis ac repellendae (Tert. adv. Marc. 2, 5 p. 339, 13 deus . . . avertendi mali -s). Plin. nat. 10, 27 *coccyx* volandi -s. Qvint. inst. 12, 11, 10 quanta sit humani ingenii vis, quam -s efficiendi quae velit. Tert. adv. Marc. 2, 13 p. 353, 12 *deus est* omnipotens, quia et iuvandi et laedendi -s. Paneg. 4, 3, 2 quis tam -s fandi *eqs.*? (Avson. 1, 5 p. 320 P. bellandi f.que -s Augustus. Mos. 400 agricolas legumque catos f.que -es). Arnob. nat. 4, 4 pellendorum hostium dea -s Pellonia est. Lact. inst. 2, 8, 21 si . . . generandi et faciendi -s est *natura* (*cf.* Prvd. c. Symm. 2, 205 *deus* gignendi dominus ac restituendi quod periit . . . -s). *al.* *respicitur summa imperatoris potestas* (*ut vergat ad B 1*): Sen. clem. 1, 21, 2 dandi auferendique vitam -s *princeps*. Tac. hist. 3, 70, 4 neque iubendi neque vetandi -s, non iam imperator . . . erat *Vitellius* (*cf. p. 285, 9*).

**4** *cum dat. gerund.*: Plin. nat. 2, 201 cum . . . *subterraneus* spiritus attollendo -s (-e, potest, ponens *var. ll.*) solo non valuit erumpere. Gell. capp. 17, 16 anates Ponticas vim habere venenis digerendis -em (de(te)gendis *codd.*, *cf. 17, 16, 2* quae *medicamenta* digerendis venenis valent).

**5** *cum acc., qui pro inf. aut pro obiecto infinitivi substituendi ponitur* (*explicatur acc. per inf.* Tert. adv. Hermog., *enunt.* Iren.; *de deo praeter* Orig.): Tert. adv. Hermog. 8, 2 *deus non esset* omnipotens, si non et hoc -s: ex nihilo omnia proferre. adv. Marc. 2, 29 p. 376, 4 plenitudinem divinitatis . . . omnia -is (Itala sap. 7, 23 [Cereal. 14 *al.*] *spiritus* o. -s [*gr.* παντοδύναμον, *Ambr. incarn. 10, 116* qui o. potest, *Vulg.* omnem habens virtutem]. Lvcif. non parc. 11 p. 232, 7. 16 p. 242, 1. 23 p. 259, 10. 27. Epist. pontif. 235 Canon. Turner I p. 291, 120 tres personas. *al.*; *v. etiam* Gloss. III 423, 43 παντοδύναμος). Iren. 5, 3, 3 *deus* tantum -s, ut vivificet nostra membra mortalia ([*gr.* τοσοῦτον δύναται]. Orig. in Matth. 12, 18 p. 111, 24 iam non t., quantum poterat prius, -e principe *huius mundi* [*gr.* τοσοῦτον . . . δυναμένου]). Lvcif. Athan. 1, 16 p. 95, 5 deum solum -em totum . . . fuisse (moriend. 4 p. 294, 12 quia omnipotentis sit filius t. -s [*item* 12 p. 311, 16]. non conv. 2 p. 6, 23 non parc. 8 p. 226, 9. *al.*). Avg. in psalm. 38, 18 l. 45 quidquid boni possumus, quidquid -es sumus. Orig. in Matth. 14, 2 p. 278, 20 si . . . alter coniugum voluerit caste agere, alter vero noluerit aut potuerit et propterea melius volens et -s condescenderit nolenti vel non -i (*gr.* δυνάμενος τὸ κρεῖττον).

**6** *enunt. fin.* (*nisi intellegas hic illic enunt. consec. ut ad I spectent loci; de deo praeter* Ps. Orig.): Cypr. epist. 61, 2 deum . . . -em esse, ut *fideles* . . . de poenis praesentibus liberaret (Cassian. c. Nest. 1, 1, 2 -s est dominus . . ., ut . . . hoc . . . veritas peragat *eqs.* [*item subi. enunt. primarii et secundarii differunt*: Salv. epist. 1, 11 -s est . . . dei pietas, ut . . . divitias . . . augeatis]. Patric. conf. 53. *adde l. 20. p. 287, 83*). Avg. in psalm. 36 serm. 2, 11 -s est . . . deus, qui cum faciat *meliorem*. Caes. Arel. serm. 55, 5 -s est deus orantibus nobis, qui et vobis tribuat libenter audire, quod dicimus, et nobis concedat *eqs.* (*in editione altera* 55 A, 4 -s est . . ., qui vobis tribuit . . ., ut nobis concedat). Ps. Orig. hom. Migne suppl. 4, 855 *Herodes* magos se deludentes appraehendere quaerens nec -s ut eos more canum . . . dentibus discerpsisset suis (*ad notionem cf. 1b*).

*appendicula stilistica et grammatica*: **1** -s *iteratur vel coniungitur cum vocibus eiusdem stirpis* (*exempla potiora*): Cic. Quinct. 70 si . . . -s erat Alfenus, -issimus Naevius (*polyptoton ut*: ad Brut. 18, 3 W. -is hominis vel -issimi potius. Pvblil. M 42 fit -s -ior. Sen. epist. 105, 5 *amici* apud aliquem -em -es *al.*). Ov. trist. 3, 4, 7 possunt prodesse -es (Sen. epist. 90, 4 poterat -ior. *al.*; *per hebraismum*: Itala I reg. 26, 25 [Lucif. Athan. 1, 15, *sim.* Vvlg.] benedictus tu, *David*, . . . et faciens ⟨facies⟩ et -s poteris [*gr.* δυνάμενος δυνήσει]. I Macc. 5, 40 [recc. LB = Vvlg., *gr. fere ut supra*] -s poterit adversum nos). sap. 6, 7 (Cypr. testim. 3, 112 *al.* = Vvlg.) -es . . . potenter tormenta patientur (Apon. 9 p. 189 *testudo* p. munita -iorem protegit militem). II Macc. 3, 24 (rec. L) spirituum et omnis potestatis -s, *sc. deus* ([*gr.* πάσης ἐξουσίας δυνάστης, *rec. P* p. praepotens, *Vulg.* spiritus omnipotentis]. *cf.* Firm. math. 3, 6, 32 -es . . . potestates. Fav. Evl. 10, 1 W. [= p. 6, 12 H.] -em ac divinam . . . p. Salv. gub. 7, 83). Vvlg. Iudith 1, 4 -s in potentia exercitus sui. *cf. iuncturam* pollens -sque: Sall. Iug. 1, 3 Arnob. nat. 4, 7 (*cf.* Sen. Phaedr. 186 pollet . . . -s [impotens *coni. Heinsius elegantius quam verius*]. *sim. al.*). **2** *varias vocis structuras disposuimus sub IA et II; hoc loco addantur rationes comparationis minus solitae* (*abl. compar. legitur inde ab* Hor. carm. 4, 1, 17 Ov. am. 3, 8, 29): Itala sap. 10, 12 (cod. 167, *sim.* Vvlg.) omnium -ior est pietas (*gr.* παντὸς [πάντων *var. l.*] δυνατωτέρα. *cum gen. ut*: Vvlg. gen. 26, 16 -ior nostri [nobis *var. l.*] factus es valde). Canon. Turner I p. 331, 101 alius -ior illi *deo* non est (*item cum dat.*: Ps. Greg. Tvr. Thom. 41 Z. numquid -ior erit mihi hic magus?). Vvlg. II par. 11, 23 *Abia* sapientior fuit et -ior super omnes filios eius *Roboam*. **3** *pro subst. masc. usurpatur saepe* (*posit.* -s *inde a* Cic., *compar.* -ior *et superl.* -issimus *inde a* Caes.), *v. supra p. 280, 17 sqq. 281, 56 sqq., ceterum e.g. p. 285, 66; neutr. plur.* -issima *pro subst. de quaestionibus, argumentis sim. exhibet* Qvint. inst. 2, 17, 16. 7, 1, 17.

*adv.* ***potenter.** Prisc. gramm. III 80, 24 a 'potente' -r (*inter 'adv. decomposita', cf. p. 277, 68*). *legitur singulis locis, nisi alia indicantur, posit.* -r *inde ab* Hor., Val. Max., Qvint. (*quater*), Itala (*bis*), *compar.* -ius *inde ab* Hor., Sen. suas., Tert., *superl.* -issime *inde a* Qvint., Lact.

*i. q.* δυνατῶς: **1** *relatione communi illustratur modus effectusve actionis aut status cuiusdam, ut significet i. q. fortiter, vehementer sim. vel efficaciter, cum effectu sim.* (*quas notiones frustra separare temptaveris; adv. de tota sententia iudicium ferens intellegere possis p. 289, 11. 47. al., sed sufficit notio q. e. 'cum effectu'; accedit ad copulam cum praedicativo* Pavl. Nol. *sub 2, ad adv. p. 289, 22*): **a** *generatim*: Hor. carm. 3, 16, 10 aurum . . . perrumpere amat saxa -ius ictu fulmineo. Val. Max. 1, 1 ext. 1 *Proserpina contra Pyrrhi avaritiam* se ipsa -r atque efficaciter defendit. Qvint. inst. 5, 7, 37 (*respiciuntur testes adhibendi*) nec tantum praestari (-are *trad.*) hoc genus -r, sed etiam, ubi non est, desiderari solet. Tert. anim. 53, 5 animam in ipso divortio, *quod fit a corpore*, -ius agitari. Itala II par. 26, 11 (Complut.) exercitus faciens bellum procedens -r (*sed gr.* δύναμις . . . ἐκπορευομένη εἰς παράταξιν). sap. 6, 7 (Cypr. testim. 3, 112 *al.* = Vvlg.) potentes . . . -r tormenta patientur (*gr. 6, 6* δυνατοὶ . . . δυνατῶς ἐτασθήσονται). Pap. Corp. 19, 9 (*saec. III/IV; variatur Verg. Aen. 1, 485* ingentem gemitum dat) magis indoluit gemuitque -ius. Lact. inst. 6, 20, 9 *spectacula publica* ad corrumpendos animos -issime valent ([*epit. 58, 1* potentia sunt]. Greg. M. moral. 26, 48). Ps. Hier. epist. 5, 5 p. 67C *navis* fluctus -r excussit. Avg. civ. 17, 4 p. 208, 24 D. dixerant . . . potentes illi (*sc. apostoli; Matth. 19, 27*): 'ecce nos dimisimus omnia *eqs.*'; hoc votum -issime voverant. Evstath. Basil. hex. 3, 6, 1 vim fervoris cunctis, quae oriuntur . . ., -r inhaerere (*gr.* δύναμιν . . . ἐνδυναστεύουσαν). Apring. in apoc. 2, 9 -r presentia contempnit, ut futura mereatur. Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 75 sine bello eam *provinciam* -rque ceperunt (*gr.* κατὰ κράτος). Ps. Ignat. Heron. 8 confortare . . . -r et viriliter age (*gr.* ἴσχυε . . . ἡρωικῶς καὶ ἀνδρικῶς). *singulariter fere i. q. superbe, insolenter sim.* (*cf. p. 280, 59*): Qvint. inst. 6, 3, 83 illud . . . indignum

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... est homine liberali (tolerabili *trad.*), quod aut turpiter aut -r dicitur; quod fecisse quendam scio, qui humiliori libere adversus se loquenti 'colaphum', inquit, 'tibi ducam *eqs.*'

b *speciatim respicitur potentia*: α *dictorum scriptorumve, quae animum movent sim.*: SEN. suas. 2, 18 (*2, 17 Seneca* dixit: *eqs.*) Senianus multo -ius dixit: *eqs.* (QVINT. decl. 274 p. 123, 13 ut in comparatione legum illud -issime [*defendit Wahlén, Studia critica, 1930, 113 adn. 1*; potissime *Schulting*, potentissimum *Ritter*] dicamus, eam legem magis esse servandam, quae deorum gratia scripta sit, quam quae hominum. *adde l. 26; aliter l. 1. 71*). QVINT. decl. 276 p. 127, 6 haec duo ita demum -r a parte diversa proponerentur, si *eqs.* IREN. 1 praef. 3 -r asseres ... ea quae invalide a nobis relata sunt (*gr.* δυνατῶς). DON. Ter. Phorm. 282, 1 -r officium nominat, quod ille crimen appellat (*281, 5* ingeniose). FILASTR. 155, 11 -r expromere *Christi gratiam* (*postea*: non praevalet enarrare). SERV. Aen. 12, 115 ('lucem ... naribus efflant *equi Solis*') nusquam diem sic -r descripsisse Vergilium. RVFIN. hist. 2, 5, 4 -issime purgavit obiecta (*gr. Ios. arch. 18, 259* οἷός τε ἦν κτλ.). CASSIAN. conl. 11, 11 -r ... atque magnifice de ... dei caritate dissertum est. PROSP. Aug. epist. 225, 3 p. 459, 1 (*ad Aug.*) quicquid ... in libris contra Iulianum ... -issime debellasti. SIDON. epist. 5, 21 Victorius ... cum cetera -r, tum -issime condidit versus. 9, 9, 10 scripseras ... cuncta moraliter lecte, -r eloquentissime. CASSIOD. inst. 1, 5, 3 a ... Hieronymo -r (pat- *var. l.*) expositus est *liber Salomonis*. *al.* *accedit* ad *cum gerund.* (*cf. adi. sub II C 2 a*): QVINT. inst. 12, 10, 72 id, propter quod maxime repertus est usus orationis, ut dicat utiliter et ad efficiendum quod intendit -r. β *dei Christianorum, Christi* (*deae paganae* VAL. MAX. *sub a*): IREN. 3, 16 (17 H.), 4 'puer ... accipiet virtutem Damasci ...' (*Is. 8, 4*) occulte quidem, sed -r (omnia *addunt codd. aliquot*) manifestans, quoniam ... 'expugnabat dominus Amalech' (*exod. 17, 16*). HIL. in psalm. 144, 8 omnia ab eo *deo* -r effecta sunt (SACR. Leon. 885 *tua opera* -r efficiunt, ut *eqs.* 1296 *munera ecclesiae* in nostrae salutis -r efficis transire mysterium). *ibid.* -r egisse *deum*. PAVL. NOL. carm. 20, 213 Christus moderans in utroque -r, ut resipiscenti medicus sit et ultor iniquo. 21, 422 quo consilio rebus *meis* ... tunc Christus ... -r adfuerit. AVG. in psalm. 126, 11 l. 49 (*ad psalm. 126, 4* sicut sagittae in manu potentis) si potens ille *deus*, -r excussit *apostolos*, si -r excussit, usque in fines terrarum pervenerunt quos excussit. FAVST. Aug. c. Faust. 26, 2 p. 730, 1 *miraculum* Iesus -r operatus videtur ..., adeo ut *eqs.* (SACR. Leon. 962 magna nimis et de parvis miranda -r o.). EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 67, 20 *conceptionem* sibi in utero virginis matris -r instituit *Christus eqs.* SACR. Leon. 271 -r ... nobis clementi providentia contulisti, ut *eqs.* (CASSIOD. in psalm. 35, 8 quam sublimiter, quam -r misericordias ... contulisti). *al.* γ *medicamentorum, curationum, venenorum*: MARCELL. med. 1, 38 quo facto dolori capitis -r subvenitur. 1, 53 folia mali Punici ... -r ... dolores persanant. 1, 55 creta ... cocta ... fronti inposita -r medetur. 4, 27 porriginem -issime hac potione purgabis. 8, 80 -r inde (*i. malvarum suco*) inunguntur oculi caligine laborantes. 9, 110 *lac muliebre* epiphoras ... resolvit hoc -ius, si *eqs.*; *et saepe apud eundem*. PS. MVSA herb. Vett. l. 154 *Vettonicam* opponito, -r facit (sanat *var. l.*). PS. APVL. herb. 18 l. 19 *herbae proserpinacae sucus* -r proficit, ut et ulcera ... sanet (*cf. Marcell. med. 9, 21* mira efficacia ... sanat). PLIN. phys. Bamb. 17, 16 caligo -r tollitur. BOETH. cons. 4 carm. 3, 35 venena -ius detrahunt hominem sibi dira, quae ... mentis vulnere saeviunt. *al.*

2 *relatione minus solita illustratur non tam modus actionis quam condicio ipsius agentis, sc. potentis*: HOR. ars 40 sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam viribus ...; cui lecta -r erit res, nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo (*intellexerim scriptorem qui rem elegit cuius potens sit. sim.* PORPH. qui legerit id quod praestare possit; -r figuravit ὡσεὶ δυνατῶς. SCHOL. Hor. gloss. Γ qui possibilia elegit, possibiliter, secundum quod potest). HERM. vulg. (*cf.* Pal.) sim. 9, 1, 3 ut cum omnia -r videris, nihil ut prius expavescas (*gr.* δυνατῶς. *antea*: auctus ... viribus). PAVL. NOL. carm. 27, 342 fuisti ... fortis et infirmus pariter, sed utrumque -r; ... victus Felicis amore vicisti ... labores. AVG. c. Arian. 14, 9 *peccare* quia non potest *filius dei*, non deficienter non potest, sed -r (*respicitur Ioh. 5, 19* non potest filius a se facere quidquam *eqs. item* trin. 15, 14, 23 -r hoc non potest, nec est infirmitas ista, sed firmitas). LEO M. serm. 46, 1 ut et -r propria (*i. divinitatem*) non amitteret et misericorditer nostra susciperet *Christus*. PROSP. vocat. gent. 2, 28 p. 713[C] haec stabilitas illius tantummodo propria fuit, qui solus vere -rque dicebat (*Ioh. 10, 18*): potestatem habeo ponere animam *eqs.* GREG. M. moral. 7, 26 ne, si sibi vires quas habet arroget, -r ad mortem currat (*antea*: reprobi debiliter fortes sunt, electi autem valenter infirmi).

-r *coniungitur cum* posse AVG. *sub 2, cum* potens *p. 288, 31. posit.* -r *iuxta superl.* -issime SIDON. epist. 5, 21 APRING. in apoc. 5, 6.

*deriv.*: potentatus, potentia, potentilla, potento(r).

*compos.*: amni-, arci-, armi-, bellipotens *et multa alia compos. cum subst.*; alti-, cuncti-, multi-, omni-, pleni-, primipotens; bi-, quadri-, tripotens; ante-, com-, praepotens; impotens; potentifico.

*v. Onom.* *Kuhlmann.*

**potentātor,** -ōris *m.* *a* potentari. *i. qui potentatur, dominus sim.*: ITALA I Tim. 6, 15 (Tert. resurr. 23) beatus et solus -r et rex regnantium, *sc. deus* (*gr.* δυνάστης, *var. l. sec. Vulg.* potens).

***potentātus,** -ūs *m.* *a* potens. *de notione et differentia*: SYNON. Cic. p. 439, 18 potentia. -s. dominatio. regnum. imperium. amplitudo. maiestas. ISID. diff. 1, 429 inter potentiam et -um: potentia est sui cuiusque solius, -s vero auctoritas (-tatis *var. l.*) est iudicialis (*item* GLOSS[L]. I Ansil. PO 577 *nisi quod addit*: in ipsa civitate potentia aeterna perpetuitas dominationis; nos existimamus -um esse opes praevalidas, potentia vero *est* una potestas; itaque etiam Brutus ita sensit, querens de -bus Magni Pompei: 'quod etsi erit -s', de -u, non de potentia [*interpunxit explicavitque Theander, Eranos 26, 1928, 248 sqq.*]). DIFF. ed. Beck p. 77, 24 b potentia est, cum unusquisque aliquid optatum sua auctoritate efficit, -s est iniustitia perpetuata dominatio aut opes per validas (*lege* praev- *ut l. 5*). GLOSS. I p. 42, 6 pocentatus: potestas. GLOSS. II 281, 25 δύναμις: tenor, vigor, vis, virilitas, po[n]tentia, valentia, -s, virtus. 281, 29 δυναστεία: potentia, hic -s. 489, 24 (*inter nomina quae latine masculino genere efferuntur, graece* ... feminino) -s δυναστεία. *legitur singulis locis apud* CAES., BRVT. (?), LIV. (*de* CIC. *v. l. 19*) *et inde a* PAPIN., COD. Iust. 9, 43, 1 (*a. 215*), ITALA. [*confunditur in codd. maxime cum* potens *e. g.* VEREC. in cant. 8, 4 l. 41 D. (*v. etiam p. 291, 71*), potestas CASSIAN. conl. 6, 3, 7 (*falsa var. l.* VVLG. Sirach 44, 3), potentari *v. p. 300, 68; dub. trad.* CIC. rep. 2, 14 (*P man. pr.*; dominatus *man. alt.*, *v. vol. V 1, 1884, 76*; potentia ac dominatus *Müller coll. leg. 3, 34*); *perperam additum est in codd. CX* VVLG. cant. 3, 7.]

*i. q. potentia, potestas sim.* (*gr. respondet* δυναστεία *nisi alia adnotavimus; accedit gen. subi. passim, gen. obi. p. 291, 14. 17, cf. locutiones praepos. l. 45. 82 et p. 291, 13 sq.; explicatur per inf. p. 291, 40. saepius usurpatur in malam partem e. g. l. 49* [*iuxta est* tyrannis *ut p. 291, 4*], *l. 53. p. 291, 59*): 1 *usu originario significatur status vel qualitas potentis*: a *hominis* (*equi infra l. 75*): α *respicitur potius dominatio*: Ⓘ *potestate publica vel vi militari nisa* (*cf. etiam p. 291, 23 et 2a*; *fortasse plus valet quam* principatus *apud* CAES. [*cf. etiam* LIV.], *sed usum fere technicum, ut -s significet potestatem quandam maiorem, quae cui collega vel aemulo superato contingat, vix recte agnovit Boas, Rhein. Mus. 83, 1934, 181 sqq.*): CAES. Gall. 1, 31, 4 *factionis* alterius principatum tenere Haeduos, alterius Arvernos; hi cum ... de -u ... contenderent *eqs.* BRVT. (?) Gloss.[L] I Ansil. PO 577 *v. l. 6.* LIV. 26, 38, 7 *Dasius Blattio* aemulo -us inimicus (*6* Salapiae principes erant Dasius et Blattius. *cf. de eadem re Val. Max. 3, 8 ext. 1* in administratione rei publicae dissidentem *Dasium*). ITALA Luc. 22, 25 (cod. e) reges gentium dominantur illorum et qui -um habent ... benefici vocabuntur (*gr.* ἐξουσιάζοντες, *cod. a al. et Vulg.* potestatem, *quod fere respondet locis geminis Matth. 20, 25 Marc. 10, 42*). IREN. 3, 17, 3 (3, 18, 2 H.) ut *Gedeon* salvaret populum Israel de -u alienigenarum. PROB. Verg. ecl. 6, 82 *poeta Eurotam* beatum dixit ob -um Laconum. SCHOL. Cic. Bob. p. 145, 31 in quo *tribunatu* omnia pro C. Caesaris -u Vatinium gessisse manifestum est. FVLG. aet. mund. p. 157, 19 das triumfum in gentibus, das -um in civibus. p. 169, 5 dum Carthago *post pugnam Cannensem* Romanis -bus utitur (*an metonymice de opibus?*). CONC.[S] II 2, 2 p. 9, 19 -um vestrum, *sc. imperatorum*, deus servet (*gr. II 1, 2 p. 155, 25* τὸ κράτος, *II 3, 2 p. 176, 5* potestatem, *p. 177, 13* potentiam). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 158 -um sibimet arrogant et tyrannidem praesules rerum (*gr.* δυνάμεις). *al.* Ⓘⓘ *quaelibet*: ITALA Zach. 7, 10 (Iren. 4, 36, 2 = 4, 58, 2 H.) in viduam ... ne exercueritis -um (potentiam *var. l.*; *gr.* μὴ καταδυναστεύετε, *alias rec. v. vol. IX 2, 789, 50 sqq.*). CYPR. epist. 41, 1 *ut Felicissimus* comminatus sit ... -u inprobo et terrore violento, quod *eqs.* AMBROSIAST. in I Tim. 5, 16 inveniuntur inter eas *viduas sustentandas etiam mulieres indignae* ..., quod aliquando per neglegentiam *superiorum* fit, aliquando -u insinuantis (*an ad γ?*). VVLG. Sirach 10, 11 omnis -us brevis via (vita *var. l.*; *gr. non exstat*). ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 5 p. 497 gloriae magnitudo, ... sublimitas -us (*gr.* τὸ ἐν δυναστείᾳ εἶναι). AVG. conf. 2, 6, 14 an libuit facere contra legem ... fallacia, quia -u non poteram? (*postea*: omnipotentiae similitudine). in psalm. 124, 8 l. 22 *in regno dei* destruetur omnis -s et omnis potestas. ROMVL. fab. 53, 16 (rec. vet., *sim. cett.*) ne quis in -u suo inferiorem se despiciat. CASSIAN. conl. 9, 24 in qua *oratione dominica* nulla divitiarum petitio, nulla memoria dignitatum, nulla -us ac fortitudinis postulatio (RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 160, 8 neque dignitatem neque divitias neque -um *deus* iudicat computanda. *plur. ad 2a relegare maluimus*). COD. Iust. 1, 3, 53, 2 (= 9, 13, 1, 1c) sin ... aut -u raptor *virginis* se defendere aut fuga evadere potuerit.

β *respicitur potius vigor, fortitudo, robur, vis sim.*: Ⓘ *corp.* (*cf. p. 291, 36*): ITALA psalm. 89, 10 (Sangerm. *al.* = VVLG.) dies annorum nostrorum ... septuaginta anni[s], si autem in -bus octoginta anni (*Veron.* in viribus; *aliter Hier. psalt. sec. Hebr.* si autem multum, octoginta anni. *allegorice explicant* AVG. *et* CASSIOD., *alludit* VEN. FORT. vita Albin. 20, 59 octogesimo anno illud propheticum 'in -bus' ... explens *Albinus*). 146, 10 (Veron.) non in -u equi voulntatem habebit *deus* (*Sangerm. al.* viribus, *Vulg.* fortitudine; *cf.* AVG. *ad l.* -s equi est superbia). Ⓘⓘ *incorp.*: ITALA psalm. 19, 7 (Veron. *al.* = VVLG.) in -bus salus dexterae eius (*Hier. psalt. sec. Hebr.* in fortitudine. *explicat* AVG. *ad l.* -us nostri sunt salus favoris eius, cum ... dat auxilium, ut quando infirmamur, tunc potentes simus [*sim.* CASSIOD. *ad l.*]).

γ *respicitur potius vis qua quis aliquid facere potest, facultas* (*cf. etiam supra l. 56*): CYPR. idol. 6 *a daemonibus* est ad perniciosa vel ludicra -s. ARNOB. nat. 1, 51 si facias ipse quod possis et quod tuis sit viribus -uique conveniens.

[*Wiesinger*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**b** *dei* (*daemonum* PRIMAS.; *ad dominationem respicit maxime* RVFIN.; *cf.* ITALAM *sub* cβ): ITALA Iudith 9, 8 (Complut.) allide ..., domine, virtutem *Assyriorum* -u tuo (*gr.* ἐν δυνάμει, *Corb. et Vulg. 9, 11* in virtute tua). 16, 13 (cod. 130) *dominus* laudabilis in virtute et in -u (*gr. male respondet*). psalm. 64, 7 (Veron.) *deus* circumcinctus in -u (*Vulg. al.* potentia, *Hier. psalt. sec. Hebr.* fortitudine). II Macc. 3, 28 (rec. P) manifeste cognoscentes dei -um (virtute(m) *recc. cet.*). Luc. 21, 27 (cod. e, *sim.* Tert. resurr. 22) videbunt filium hominis venientem in nubibus et -u magno (*gr.* μετὰ δυνάμεως, *cod. a et Vulg.* cum potestate, *cod. d* virtute *sec. locos geminos Matth. 24, 30 et Marc. 13, 26*). IREN. 2, 6, 3 (2, 4, 6 H.) uti cognoscerent -um et dominium eius *dei*. RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 10 p. 42, 2 ne omnipotens quidem deus dici potest, si non sint in quos exerceat -um (*cf.* p. 42, 7 in quos *deus* ageret -um. p. 44, 6 qui *Iesus* -um agit in omnibus. *v. etiam p. 290, 51*). p. 43, 8 tenet deus omnium -um (p. 44, 1. symb. 5 l. 16 omnipotens ... dicitur, quod o. teneat -um [*antea*: dominatum o.] l. 23. *cf.* VEN. FORT. expos. symb. 11 o. obtinet -um). p. 44, 3 horum, *sc. caeli et terrae eqs.*, ... -um gerit per verbum suum. AVG. trin. 3, 8, 18 ex cuius ineffabili -u fit ..., ut *eqs.* (*syn.* dominatio). *daemonum*: PRIMAS. in apoc. p. 900^D *spiritus mali* omnifariam persecutionem in -u vel fraudulentia futuram apostolus ... denuntiat (*II Thess. 2, 8*).

**c** *rerum* (*cum gen. subi. praeter l. 30*): α *pertinentium ad vim militarem, dominatum publicum sim.*: ITALA psalm. 75, 4 (cod. 136 Cas.) *deus* confregit -us arcuum, scutum et frameam (*gr.* τὰ κράτη, *Veron.* fortitudinem, *cod. 400* potestates, *Vulg.* potentias). AVG. epist. 51, 3 *cur Maximianistas* de basilicis ... controversiarum strepitu et iussionum -u ... proturbastis? in psalm. 59, 15 non faciemus virtutem ... in -u exercitus. VEREC. in cant. 8, 4 l. 41 D. haeresis Arriorum, cuius potestas est in -bus (potentibus *man. pr. cod.*) mundi (*cf.* PRIMAS. in apoc. p. 841^B *regna Assyriorum aliorumque* suo quodammodo -u omnia praefocantia. p. 900^A saecularis regni). GREG. M. moral. 19, 16 ecclesia ... superba haereticorum colla comprimit, non -u culminis, sed iugo rationis. β *animi, affectuum sim. nec non partium corporis*: ITALA psalm. 65, 7 (cod. 136 Cas.) dominati in -u suo ... oculi eius *dei* super gentes inspiciunt (*Veron. al.* qui dominatur in virtute[s] sua). 88, 14 (cod. 136 Cas.) tibi, *deo*, bracchium cum -u (*Veron. al.* cum potentia). 89, 11 (cod. 136 Cas.) quis cognovit -um irae tuae, *sc. dei* (*gr.* κράτος, *Veron. al.* potestatem, *Hier. psalt. sec. Hebr.* fortitudinem). CYPR. ad Donat. 5 p. 8, 3 quantus hic animi -s est, quanta vis est, ... adhuc maiorem ... viribus fieri, ut in *diaboli* ... exercitum ... dominetur. HIL. in psalm. 51, 6 cui *populo* ex -u malitiae gloria iniquitatis ipsius abundavit (*respic. Itala psalm. 51, 3* [*ibid. 5*] in malitia qui potens es). AVG. in psalm. 31, 2, 1 l. 33 *si quis* hoc tribuat ... -ui voluntatis suae *nec gratiae dei*.

**2** *metonymice significantur*: **a** *munus potentis*, *honores* (*nisi ad quaslibet opes referas l. 49 sqq. coll. explicationibus p. 290, 5. 10; cf. etiam p. 290, 46*): PAPIN. dig. 23, 2, 63 cum ratio -us nuptias prohibuerit. CYPR. Fort. 11 p. 340, 21 (*respic. II Macc. 7, 24* divitem et beatum) rex divitias et -us ... pollicebatur (*item iuxta ponitur per plur.* [*sing. v. p. 290, 64*]: LACT. inst. 3, 11, 12 [*in serie eadem 8* regnum. *14* potentias, honores. *epit. 28, 8* honores]. CASSIAN. conl. 6, 3, 7 d. et honoribus ac -bus [potest- *var. l.*]. *cf.* LACT. inst. 6, 17, 10 opes ... et honores et -us et regna). RVFIN. hist. 7, 30, 15 *Paulus episcopus* tam immitis fuit in -u et ita specie quadam tyrannidis elatus est, ut *eqs.* (NOVELL. Iust. 7, 10 nulli horum, qui in -u sunt [*gr.* μηδενὶ τῶν ἐν δυνάμει, IVLIAN. epit. novell. 7, 10 in -u constitutus]. ORIG. in Matth. ser. 120 p. 254, 27 in -bus [potentibus *ed. princ.*] constitutos). **b** *actiones potentis*: COD. Iust. 9, 43, 1 (*a. 215*) qui -us et vis aliorumque criminum reum fecit (*item respicitur vis inlata*: 4, 20, 5 [*a. 286*] testes ..., qui omni gratiae et -ui fidem religioni iudiciariae debitam possint praeponere. *huc quodammodo vergunt etiam l. 20. p. 290, 53. 60*). ITALA psalm. 150, 2 (Sangerm. *al.*) laudate eum *dominum* in -bus eius (*Veron.* potestatibus, *Vulg.* virtutibus. *praeter opera dei ipsos sanctos intellegit* AVG. *ad l., ad dominationem dei refert* CASSIOD.; *hucine* ITALA *sub d?*).
**c** *ornatus comitatusve potentis*: PS. AVG. serm. 43, 3 adducitur ... ad ostium hominis dei *Naaman Syrus* cum quadrigis et equitibus et -u magno (*cf. Vulg. IV reg. 5, 9* cum equis et curribus, *15* cum universo comitatu suo). ? **d** *animantes potentes* (*cf. etiam* AVG. *l. 63*): ITALA iud. 5, 14 (Verec. in cant. 9, 13 l. 56 D. [*sim.* l. 66]; *aliter Vulg.*) ex Zabulon dominus expugnavit pro me in -bus (*edd. sec. correctorem cod.; an defendas manum pr. cod.* potentibus *coll. gr.* ἐν δυνατοῖς *et Lugd.* cum potentibus ? *sed sine var. l. trad. explicatio* l. 59 dominus in -bus, apostolis et praedicatoribus, expugnavit inimicum. *ceterum locus invito Verecundo ad b trahi potest*).

*coniungitur cum vocibus eiusdem stirpis*: AVG. conf. 2, 6, 14 -u non poteram. in psalm. 124, 8 -s et ... potestas (VEREC. in cant. 8, 4 l. 41 D. *haereseos* p. est in -bus mundi).

**potenter** *v.* potens. *Wiesinger.*

***potentia**, -ae *f.* *a* potens. *scribitur* -cia *in cod. Vat. saec. VIII* SACR. Gelas. 377 M. 388. 446. 1389 *et hic illic in posterioribus. legitur fortasse apud* PLAVT. Vid. 3 (*sed lectio versus valde incerta est*), *ceterum inde a* RHET. Her., CIC. (*rarius nimirum in dactylis, sed apud* OV. *25^ies*); *usurpatur plur. de statu complurium* CIC. Cael. 22 *p. 292, 75*. APVL. *al.* (*v. p. 293, 84. 295, 20 sqq.; cf. etiam falsam var. l.* RHET. Her. 1, 5, 8) *et vi metonymica saepe inde ab* ITALA, ARNOB. [*confunditur in codd. imprimis cum* patientia *et* potestas.]

*i. q.* δύναμις (*item* GLOSS.; *quam vocem, ubi in gr. respondet, fere non adnotavimus*). *a voce q. e.* potestas *differt* -a *maxime eo, quod fere non adhibetur in locutionibus, quae significant statum eius qui dominio alterius tenetur (ut e. g.* in potestate esse *sim. sed cf. p. 294, 52), neque respicere solet condicionem externam, qua cui quid facere liceat (v. l. 41. p. 296, 83).* *definitiones et differentiae* (*inter* potentatus *et* -a *v. sub illa voce*): CIC. inv. 2, 169 incolumitas *civitatis* est salutis ... conservatio; -a est (rerum *var. l.*) ad sua conservanda et alterius adtenuanda (attine-, obtine-, adquire- *var. ll.*) idonearum rerum facultas. DON. Ter. Ad. 581 congrue nomen invenit diviti 'Cratinus' ἀπὸ τοῦ κράτους, id est a -a. DIFF. ed. Beck p. 76, 24^a potestas est in eo qui quod licet potest; -a vero in eo quod poscimus. GLOSS. δυναστεία. *occurrit iuxta subst. notionis affinis: variat in contextu cum* potestas *colore diverso* CIC. Quinct. 87 S. Rosc. 122 dom. 80 rep. 2, 56 NEP. Att. 12, 1. *al.*, *eadem notione* OV. met. 2, 520 (*522* p.). VAL. MAX. 4, 1 ext. 8 FIRM. math. 3, 7, 5 AMBR. fid. 3, 17, 140. *al.*, *voces coniunguntur* TAC. dial. 5, 5 -a ac potestate (*per copulam ut* FRONTO p. 144, 19 v. d. H. TERT. resurr. 11 p. 39, 23. *al.*; *pendet vox alterutra*: FIRM. math. 4, 6, 1 maximae potestatis -a. 4, 10, 1 -ae potestatem [4, 11, 8]); *ceterum iuxtaponuntur e. g.* vis RHET. Her. 1, 5, 8 CIC. inv. 1, 22 Verr. II 2, 179 Mur. 59. *al.* (-ae vis ARNOB. nat. 3, 39. 4, 28 BOETH. cons. 4, 2, 40 W.), maiestas CIC. inv. 2, 166 *et vol. VIII 158, 45* (*adde*: PANEG. 11, 9, 2 maiestatis -a. HIER. epist. 1, 11 -ae ... maiestas), honor CIC. inv. 2, 177 Flacc. 104 (*plur.* honores *ut*: SEN. epist. 81, 28). off. 1, 26 SALL. Catil. 20, 8. *al.*, gratia CIC. Quinct. 9 *et vol. VI 2, 2212, 56 sqq.*, auctoritas CIC. Verr. I 15 Mur. 59 rep. 2, 59 PLIN. nat. 14, 5. *al.* (*opp.* CIC. Mil. 12 -a ... potius quam ... a.), opes CIC. Sull. 21 Planc. 24 Phil. 1, 29. *al.*, dominatio CIC. Sull. 25 off. 3, 39 BRVT. (?) Cic. ad Brut. 25, 6 W. (*cf.* dominatus: CIC. leg. 3, 34 CAES. civ. 1, 4, 5 [*opp.* CIC. Phil. 2, 26]). imperium CIC. off. 1, 26. BRVT. (?) Cic. ad Brut. 25, 6 W. (*plur.* imperiis). BELL. Alex. 66, 3 SALL. Catil. 12, 1, *et sim. al.*

**I** *pertinet ad qualitatem statumve, quo quis (quid) potens est*:
**A** *usu originario de ipsa qualitate, de ipso statu*: **1** *quo quis (quid) dominatur, impellit, effectus quosdam praestat sim.; respicitur -a*: **a** *hominum, civitatium sim.* (*animalium p. 293, 59*):
Ⓘⓘ *usu christiano respicitur hominis liberum arbitrium*: Ⓐ -s arbitrii: TERT. anim. 21, 6 vis divinae gratiae ... habens in nobis subiacentem sibi liberam a. -em, quod αὐτεξούσιον dicitur (adv. Marc. 2, 6 p. 341, 2. CYPR. epist. 73, 26 unusquisque ... quod putat faciat habens a. sui l. -em). adv. Marc. 2, 5 p. 340, 19 a. sui libertate et -e (2, 6 p. 341, 4. 18. 2, 8 p. 345, 19. *al.*). 2, 9 p. 347, 18 per a. -em, qua liber, non servus *erat Adam*. *et saepe.* *structura inversa*: IREN. 4, 37, 5 (4, 60, 2 H.) liberum et suae -is arbitrium hominis servavit dominus. CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 157, 13 quia arbitrio liberae -is virtutem committit *deus* (*gr. I 1, 2 p. 85, 21* γνώμῃ τοῦ αὐτεξουσίου). *cf.* CANON. Turner II p. 131, 11 rec. V (Dionys. Exig.) *si* argui manifeste nequiverit, -is suae iudicio relinquatur (rec. III *al.* ipsi de se -s est permittenda). Ⓑ *vario usu*: TERT. castit. 2 l. 36 *deus* te proposito praecepto liberae -is instituit. 8 l. 14 quis divinae voluntati et quis -i suae obsequatur. adv. Marc. 2, 5 p. 340, 13 liberum et sui arbitrii et suae -is ... hominem a deo institutum *esse* (*gen. qual. ut*: 2, 6 p. 341, 16. 342, 13. 2, 8 p. 345, 8. IREN. 4, 37, 3 [4, 60, 1 H.; *gr.* τὸ αὐτεξούσιον]. 4, 39, 3 [4, 64, 3 H.] s. -is facti [*gr.* αὐτεξούσια ... γεγονότα]. *al.*). 2, 5 p. 340, 22 non ... poneretur lex ei, qui non haberet obsequium debitum legi in sua -e. IREN. 4, 37, 1 (4, 59 H.) *hominem* habentem suam -em. 4, 37, 4 (4, 60, 2 H.) inoboedientia ... dei et amissio boni est ... in hominis -e. *al.*

b *in vita publica vel re militari*: α *-s est in homines* (*populos v. sub β*): Ⓘ *qui incidunt in manus hostium, victorum sim.*: ANTON. or. frg. (27 M.) Cic. de orat. 2, 164 qui eum *proditorem* ... populi Romani -i tradidit (CAES. civ. 1, 20, 5 L. Domitium vivum in eius *Caesaris* -em [*var. l.* eius -i. LIV. 30, 15, 2. 39, 51, 3]. *cf.* LIV. 5, 27, 4 quando eos pueros ... in -em dediderit *Romanorum*. 8, 24, 8 regem aut vivum aut mortuum in -em daturos [44, 31, 13 sese. *al.*]). CIC. Phil. 11, 21 cum ..., si in -em quis Antoni venerit, proposita sint tormenta (CAES. Cic. Att. 9, 7ª, 2 duo praefecti fabrum Pompei in meam -em venerunt et a me missi sunt [*cf.* Caesaris: civ. 2, 22, 1 BELL. Afr. 52, 4]. civ. 2, 32, 9 captus ... in alienam. HIRT. Gall. 8, 44, 3. NEP. Lys. 1, 2 hostium [LIV. 22, 59, 2. 9. *al.*]. *al.; cf.* pervenire: CIC. fam. 15, 4, 10 CAES. civ. 3, 10, 1. *al.*). fin. 5, 53 cum in -e essent hostium aut tyrannorum (NEP. Eum. 2, 2. LIV. 22, 60, 8 captivi. 24, 1, 6. *al.; cf.* CIC. fam. 13, 73, 2 in tua *proconsulis*. LIV. 26, 43, 4 *obsides* in -e vestra *militum*. 37, 34, 4 captus in -e regis. *al.*). 5, 82 *Regulus* in -e hostium ... inedia necatus est (*item sine verbo*: SALL. Iug. 91, 5. 112, 3). off. 3, 79 Iugurtham se *Marium* in -em populi Romani redacturum (HIRT. Gall. 8, 24, 4 *Ambiorigem* in suam. 8, 45, 2 principes eorum vivos ... in suam. LIV. 24, 31, 9. *al.*). BRVT. Cic. ad Brut. 11, 2 W. quem me occidere res non coegit, ... habui ... in mea -e, quoad bellum fuit (CAES. civ. 1, 85, 2 BELL. Hisp. 36, 1 SALL. Iug. 112, 3 LIV. 9, 11, 2. *al.*). CAES. Gall. 7, 43, 1 *Haeduorum* milites in -e Caesaris teneri (BELL. Afr. 45, 5). *al.* Ⓘⓘ *qui vi et terrore vel gratia et auctoritate sim. reguntur, subiguntur*: CIC. Verr. II 1, 150 *redemptores* in eius arbitrium ac -em venire nolebant (*magistratus iniqui eiusve cohortis ut*: 2, 136 in Timarchidi -e sociorum ..., liberos ... fortunasque omnes fuisse. LIV.

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

26, 29, 7. *al.*). Cluent. 152 *senatores quidam* hoc uno metu se putant equites Romanos in -e⟨m⟩ sua⟨m⟩ redacturos. har. resp. 25 ut ... consessus *theatri* -i servorum obiceretur. Rab. Post. 22 quod -i ⟨se⟩ regis commiserit. Phil. 3, 38 quod ... provinciam Galliam ... exercitumque in senatus -e retineat (*ibid. iterum.* 10, 25 legiones, e., equitatus. POLLIO Cic. fam. 10, 32, 5 e. in mea -e tenui. LIV. 7, 14, 3 *imperatori* videndum ... esse, ut e. in -e haberet. *cf.* CIC. Phil. 5, 46 quod C. Caesar ... equites, sagitt⟨ari⟩os, elephantos in suam populique Romani -em redegerit. LIV. 31, 31, 7 sceleratam legionem in -em nostram redactam. *al.*). Att. 3, 22, 2 *Lentulum* totum esse in illius *Caesaris* -e. *al.* BRVT. et CASS. Cic. fam. 11, 2, 1 cum ipsi in tua -e fuerimus tuoque adducti consilio dimiserimus ... nostros necessarios. LENT. *ibid.* 12, 14, 3 aut magistratum gerunt aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent -e. CAES. civ. 2, 32, 4. 3, 109, 6. NEP. Att. 6, 1 non magis eos in sua -e ... esse, qui se his *civilibus fluctibus* dedissent, quam qui maritimis iactarentur (*cf.* LIV. 22, 39, 21 *Fabius ad Paulum consulem*: tuae -is semper tu tuaque omnia sint). *al.* (III) *qui alicui se offerunt, adiri possunt sim., in locutione* -em sui facere (habere SVET.; *cf. p. 307, 14*): CIC. ad Q. fr. 1, 2, 15 *cum* neque praetores diebus aliquot adiri possent vel -em sui facerent (*sim. aditur imperator*: SVET. Tib. 34, 2 qui -em sui die festo non habuissent, *ut sibi strenam darent*). CAES. Gall. 1, 40, 8 cum ... castris se ... tenuisset *Ariovistus* neque sui -em fecisset (*ad confligendum ut*: BELL. Hisp. 24, 2. 26, 3 [*epist. Pompei*]. 30, 6 NEP. Ages. 3, 6). civ. 3, 1, 4 quoniam sui fecissent -em (suffec- *codd.*; *antea*: qui se *Caesari* ... obtulerant, si sua opera ... uti vellet). NEP. Hann. 9, 1 verens ne dederetur ..., si sui fecisset -em (*cf.* LIV. 38, 45, 2 *ut* Antiochum, si sui -em fecisset, insidiis exciperet).

*β -s est in populos, civitates, loca sim.* (*respicitur imprimis vis militaris, qua populi subiciuntur, urbes occupantur; hic illic etiam dicionem auctoritate vel legibus moderatam significari vix negaverimus, sed notiones tam affines separare noluimus*): CIC. inv. 2, 171 Casilinum venire in Hannibalis -em (*cf.* BELL. Alex. 57, 4 ut eam *Cordubam* in -e retineret. LIV. 5, 20, 3 Veios iam fore in -e populi Romani. 25, 15, 1 Capuam. 32, 39, 2 VAL. MAX. 1, 6, 3. *al.*). Sull. 60 *ut* dissensione facta oppidum in sua -e posset ... habere (CAES. Gall. 1, 32, 5 quorum *Sequanorum* oppida omnia in -e eius *Ariovisti* essent. civ. 2, 21, 1 in sua -e ... habere. BELL. Alex. 26, 2 BELL. Hisp. 22, 6. LIV. 8, 25, 4. *al.*). dom. 111 in servorum -e⟨m⟩ civitas tota venisset (CAES. Gall. 2, 34 in dicionem [deditionem *pars codd.*] -emque populi Romani. 5, 3, 7 civitatem *Treverorum* in sua *Indutiomari* -e esse. 7, 13, 3 NEP. Lys. 1, 4 LIV. 32, 39, 1. 33, 19, 8. 35, 16, 10. *al.*). Phil. 3, 8 se provinciam Galliam retenturum in senatus populique Romani -e (3, 38 *bis.* 5, 36. 10, 25 fam. 12, 22[a], 2 [4]. LENT. Cic. fam. 12, 15, 1 CAES. civ. 3, 73, 3. *al.*). Att. 7, 22, 1 pedem in Italia ... esse nullum, qui non in istius *Caesaris* -e sit. *al.* CAES. Gall. 2, 3, 2 *Remos* se suaque omnia in fidem atque in -em populi Romani permittere (*item respiciuntur gentes*: 2, 13, 2 *Bellovacos* in eius *Caesaris* fidem ac -em venire. 2, 31, 3. 4, 38, 2 BELL. Afr. 56, 3. 77, 1 *Thabenses* sub dicione et -e Iubae. NEP. Milt. 3, 2 Dion 5, 5 LIV. 8, 2, 12. 9, 25, 3. *al.*). 4, 16, 4 cur sui quicquam esse imperii aut -is trans Rhenum postularet *Caesar*. civ. 1, 25, 3 quo facilius omne Hadriaticum mare ... in -e haberet (3, 111, 4 portum ac m. totum. LIV. 25, 20, 2 m. proximum et flumen. 32, 21, 32). BELL. Alex. 17, 1 ut insulam molemque ... in suam redigeret -em (NEP. Milt. 2, 5 LIV. 45, 5, 6. *al.*). NEP. Milt. 4, 1 ut Graeciam redigeret in suam -em *Darius* (Paus. 2, 4 et Spartam et ceteram G.). *al.* *de -e quam liberae civitates habent in se* (*cf.* PROC. dig. 49, 15, 7, 1 liber ... populus est is, qui nullius alterius populi -i est subiectus): CIC. leg. agr. 2, 86 Puteolos ..., qui nunc in sua -e sunt, suo iure libertateque utuntur (LIV. 1, 38, 2 [*in formula deditionis*] estne populus ... in sua -e?). LIV. 8, 27, 11 amissa omni de se -e nihil ultra ... restabat *Lucanis*. 23, 30, 9 Regini ... et in fide erga Romanos et -is suae ad ultimum manserunt (31, 45, 4 praesidio regio arcem teneri nec se -is suae esse. 36, 27, 8).

*γ -s est in res* (*loca v. sub β*): CIC. Verr. II 2, 33 quo edicto omnia iudicia redegerat in suam -em. 2, 67 ut nomine iudiciorum omnium bona atque fortunae in istius unius essent -em ([-e *pars codd.*]. 2, 136 bona f.que. Rab. Post. 1 quod f. suas ..., optime constitutas opes -i regiae libidinique commiserit. LIV. 2, 14, 4). 3, 178 in tua -e atque in tuis horreis omne frumentum Siciliae ... fuisse (LIV. 24, 21, 12 horrea f.que). Manil. 32 cum duodecim secures in praedonum -em pervenerint. Sest. 113 quibus *tribunis* in illo genere conductarum contionum consistendi -s non erat (*sim. ac p. 307, 51 -s est in actiones, eventus ut*: CAES. civ. 3, 16, 4 -em eius rei, *sc. ut ab armis discederetur*, nullam habere. BELL. Alex. 60, 2. LIV. 8, 34, 5 maiestas imperii perpetuane esset, non esse in sua, *dictatoris*, -e. 29, 5, 4. *al.*). rep. 1, 45 in gubernanda re publica moderantem cursum atque in sua -e retinentem. fam. 7, 28, 3 in cuius *Caesaris* -e omnia sunt (CAES. Gall. 2, 3, 2 se suaque o. in fidem atque in -em populi Romani permittere [*sim.* 2, 31, 3]. NEP. Dion 6, 4. LIV. 5, 42, 5 o. sua cernentes in hostium -e. *al.*). LENT. Cic. fam. 12, 15, 1 Asia provincia vectigaliaque. BELL. Alex. 64, 2 pecunia. SALL. Iug. 83, 1 non in eiusdem -e initium eius *belli* et finem esse (LIV. 32, 8, 14 et principium et f. in ... ipsorum). NEP. Alc. 5, 5 *naves captae* in hostium venerant -em (LIV. 37, 30, 7 VAL. MAX. 6, 6, 4). LIV. 43, 22, 6 claves portarum custodiamque murorum suae extemplo -is fecit. *al.*

**B** *de -e* **deorum**, *daemonum, fati sim.*: 1 *paganorum*: **a** *generaliter de omnium deorum -e*: ENN. scaen. 342 di, quibus est -s motus superum atque inferum. TER. Eun. 1032 in me plane di -em suam omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda. CIC. Manil. 47 de -e deorum *dicere* (Catil. 3, 21 d. immortalium nutu ac -e. Mur. 2. leg. 1, 21 d. immortalium vi [natura], ratione, -e, mente, numine ... naturam omnem regi. nat. deor. 3, 88. LVCR. 5, 1209 deum ... -s ..., quae ... sidera verset. CAES. or. frg. [29 M.] Suet. Iul. 6, 1 quorum ipsi in -e sunt reges [LIV. 23, 25, 4. 37, 45, 11. *al.*]. *al.*). LVCR. 5, 1239 *homines territi* -es magnas mirasque relinquunt ... vires divum, quae cuncta gubernent (APVL. Plat. 1, 2. *cf.* LIV. 8, 9, 6 divi, quorum est -s nostrorum hostiumque). *al.* **b** *respiciuntur certi dei*: PLAVT. Trin. 822 Neptuno ... gratias ... habeo et fluctibus salsis, quos (quom *codd.*) penes me⟨i⟩ -s (fuit saepe -s *Leo*). CIC. inv. 2, 102 de fortunae -e et hominum infirmitate (Tusc. 1, 85 in utroque *Metello et Priamo* eandem habuit f. -em. 5, 73. ad Q. fr. 1, 1, 4 SEN. epist. 74, 1. *al.*). VARRO frg. Gell. 16, 16, 4 quarum *Carmentum* altera Postverta cognominata est, Prorsa altera, a recti perversique partus et -e et nomine. VERG. Aen. 10, 100 pater omnipotens, rerum cui prima -s (*var. l.* summa. *sim.* VAL. FL. 4, 12 rerum mihi firma -s. *item de Iove*: OV. met. 10, 149. PLIN. epist. 1, 7, 1 cum mihi idem -is ... dederis quod Homerus Iovi. FRONTO p. 116, 13 v. d. H.). OV. met. 2, 522 (*ironice; syn.* potentia) sic est mea magna -s (*Iunonis ut*: VAL. FL. 5, 292 [*Pallas ad Iunonem*] tua ... mihi comitanda -s. 6, 460 [*ad Venerem*] in manibus spes nostra tuis omnisque -s). 4, 533 proxima cui caelo cessit, Neptune, -s. PAVL. FEST. p. 368 Tenitae ... dictae, quod tenendi haberent -em. SEN. nat. 2, 37, 2 salva vi ac -e fatorum (PLIN. paneg. 1, 5. CE 249, 22 [*a. 136*]. FIRM. math. 1, 7, 1. 20. 21. *al.*). STAT. Theb. 3, 296 (*Mars ad Venerem*) soli cui tanta -s ... meis occurrere telis inpune *eqs.* TAC. Germ. 39, 2 nemo nisi vinculo ligatus ingreditur *lucum sacrum*, ut minor et -em numinis prae se ferens. Ascl. mund. 38 *Parcarum*. Plat. 1, 11 *dei tertii generis* loco et -e diis summis ... minores, natura hominum profecto maiores. Socr. 16 p. 154 superius aliud augustius genus daemonum, qui ... certis -bus curant *ut Somnus* (PS. APVL. Ascl. 28 summi d.). *al.* *deus philosophorum*: CIC. nat. deor. 2, 29 necesse est illud ..., in quo sit totius naturae principatus, esse omnium optumum omniumque rerum -e dominatuque dignissimum. SEN. benef. 4, 8, 3 naturam voca, fatum, fortunam: omnia eiusdem dei nomina sunt varie utentis sua -e. APVL. mund. 24 (*Arist. 397b19* δυνάμει). 25 deum ... ad nos ... -em sui numinis (nom- *trad.*) tendere (32).

2 *Christianorum*: **a** *respicitur deus* (*sc. pater, filius, trinitas; exempla selecta*): *α vario usu*: ITALA eccles. 10, 4 (Ambr. Iob 4, 7, 28, *cf.* VVLG.) si spiritus -em habentis in te ascendat (*gr.* τοῦ ἐξουσιάζοντος). Dan. 4, 31 (cod. 176, *cf.* VVLG.) -s eius sempiterna est et imperium eius in saecula. 14, 4 (*ibid.*) *deum* habentem omnis carnis -em (*gr.* κυριείαν, *Iren. 4, 5, 2* dominationem). Matth. 9, 6 (cod. d, *item fere* Marc. 2, 10 *et* Luc. 5, 24 *ibid.*) filius hominis -em habet ... dimittere peccata (*aliae vers.* dimittendi). 28, 18 (cod. a *al.* = VVLG.; *loq. Christus*) data est mihi omnis -s in caelo et in terra (*inde* TERT. fug. 2, 5 adv. Prax. 4 p. 232, 3. *al.*). Luc. 21, 27 (*ibid.*) filium hominis venientem in nube cum -e magna et gloria (*v. p. 291, 9*). Ioh. 5, 27 (cod. b *al.* = VVLG.) -em dedit *pater* ei *filio* iudicium facere (Tert. adv. Prax. 21 p. 266, 14 iudicium dedit illi facere in -e). TERT. apol. 21, 15 (*rec. Φ tantum*) in sublimitate paternae -is acceptae. anim. 51, 7 ubique deus -is suae signa proponit. bapt. 9 p. 208, 21 prima rudimenta -is suae vocatus ad nuptias aqua auspicatur. adv. Hermog. 3, 3sq. deus substantiae ipsius nomen *est*, ... dominus vero ... -is; ... (4) ex quo esse coeperunt in quae -s domini ageret, ex illo per accessionem -is ... dictus est dominus. 19, 5 (*ad gen. 1, 1*) in principatu ... et in -e deus fecit caelum et terram. ieiun. 13 p. 291, 23 plus humanae licebit voluntati quam divinae -i? (adv. Marc. 3, 10 p. 393, 1 exempla d. -is. paenit. 4, 6 maiestas d. -is. resurr. 32 p. 71, 2 d. -is documentum. *al.* CYPR. Demetr. 15 epist. 69, 15 p. 764, 15. RVFIN. Adamant. 5, 14. *al.*). LACT. inst. 4, 4, 11 qui habet vitae ac necis veram et perpetuam -em (*cf.* CARM. de resurr. 375 vitae mortisque). PRISCILL. tract. 2, 45 unus deus trina -e venerabilis (*cf.* AMBR. fid. 1, 1, 8 -s una est trinitatis. PRVD. cath. 6, 6 o trinitatis huius vis ac -s una [*A probante Bergman al.*, vis una lumen unum *cett.*]. ARATOR act. 1, 451 personis tribus est, in quo simul una -s). *al.* *β in formulis laudationis* (*ad rem v. Stuiber, Doxologie, RAC IV 210sqq.*): ITALA I Petr. 4, 11 (cod. q) ut glorificetur deus ... per Iesum Christum cui est gloria et -s et virtus in saecula; amen ([*gr.* κράτος, *Vulg.* imperium]. Iudas 25 [Fulg. Rusp. c. Fab. frg. 34, 21, *cf.* VVLG.] honor, potentia, claritas et -s. AMBR. [?] sacr. 6, 5, 24 in quo tibi est, cum quo tibi est honor, laus, gloria, magnificentia, -s). 5, 11 (cod. h) *deo* est virtus et -s in saecula sae⟨culorum⟩; amen (*gr.* κράτος, *Vulg.* imperium. *cf.* TERT. uxor. 1, 1 l. 15 *deo* sit honor, gloria, claritas, dignitas et -s). apoc. 4, 11 (Primas.) dignus es, domine deus noster, accipere claritatem et honorem et -em (*cf.* 5, 12 [*ibid.*] dignus est agnus ... accipere -em et divitias *eqs.* [*utrobique gr.* δύναμιν, *Vulg.* virtutem]). PASS. Perp. 21, 11 deum patrem et filium ..., cui est claritas et inmensa -s in saecula saeculorum; amen (*gr.* κράτος). PS. CYPR. or. 1 p. 146, 3 pater in filio, filius in patre, spiritus sanctus, per quem et cum quo est tibi in sancta ecclesia honor, virtus, claritas, maiestas, -s *eqs.* *al.*

**b** *respiciuntur angeli vel daemones, imprimis diabolus* (*cf. supra l. 33*): ITALA Luc. 22, 53 (aur. *al.* = VVLG.; *Iesus ad principes*

[*v. Kamptz*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*sacerdotum*) haec est hora vestra, *qua me abducitis*, et -s tenebrarum (Col. 1, 13 [cod. d *al.* = VVLG.] qui eripuit nos de -e t. [AMBROSIAST. *ad l.* 2 de condicione t., hoc est . . . de inferno. *aliter* PELAG. ab ignorantia vel errore]. LVCIF. Athan. 2, 28 p. 199, 13. 16). act. 26, 18 (cod. e = VVLG.) ut convertantur . . . de -e satanae ad deum (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 618, 12 qui et in corpus Iob dedit s. -em). apoc. 14, 18 (Primas., *sim.* VVLG.) angelus habens -em super ignem (TERT. apol. 23, 1 magi . . . habentes semel invitatorum angelorum et daemonum adsistentem sibi -em. *cf.* ALC. AVIT. hom. 7 p. 114, 38 omnis archangelicae -is dignitate nudatus est *Lucifer*). TERT. fug. 2, 6 nec in porcorum gregem diaboli legio habuit -em, nisi eam de deo impetrasset (*Matth. 8, 31sq.*); tantum -em abest ut in oves dei habeat. 2, 7 habere videtur diabolus propriam -em . . . in eos, qui ad deum non pertinent . . .; (8) in domesticos dei nihil illi licet ex propria -e (HERM. vulg. [= Pal.] mand. 12, 4, 6 in vobis [*gr.* δύναμις]. *cf.* PACIAN. bapt. 4 p. 135 in peccatores acceperat -em. HIER. epist. 22, 4, 2 ad cribrandos apostolos expetit -em. *sim. al.*). BARNAB. 4, 13 nequam accipiens -em nostram (*gr.* τὴν καθ' ἡμῶν ἐξουσίαν). CYPR. domin. orat. 25 datur . . . -s adversum nos malo secundum nostra peccata. *al.*

C *de -e **rerum** (civitatium sim. vel ipsorum munerum v. supra)*: **1** *usu communi, sc. quatenus dominantur, impellunt, efficaces sunt sim. (ad meram praestantiam sim. respiciunt fortasse l. 83 et p. 312, 35)*: **a** *animantium actiones, instrumenta, instituta sim.*: α *varia*: PLAVT. Trin. 1037 *mali* mores leges perduxerunt iam in -em suam. LIV. 22, 39, 3 si . . . malis consiliis idem ac bonis iuris et -is erit. SEN. epist. 98, 2 si, qui habet illa *bona fortunae*, se quoque habet nec in rerum suarum -e est (*cf.* PORPH. Hor. epist. 1, 10, 40 ut in -em eius *pecuniae* veniat *avarus*). LVCAN. 1, 666 imminet armorum rabies, ferrique -s confundet ius omne (ARNOB. nat. 4, 37 p. 245, 4 M. -e valetis f. *cf.* TERT. scorp. 12 p. 173, 18 ferreae virgae -em [*sec. apoc. 2, 26sq.*]). PLIN. nat. praef. 5 *in Vespasiano fulgurat* vis eloquentiae, tribunicia -s facundiae (-iciae -is f. *trad.*; *cf.* QVINT. inst. 2, 15, 3 rhetoricen esse vim persuadendi; quod ego vim appello, plerique -em, nonnulli facultatem vocant; . . . vim dico δύναμιν. 2, 16, 4 orandi -em. MIN. FEL. 14, 3 eloquentiae [FIRM. math. 4, 7, 1]). 29, 142 tantum -is habet *medicina* . . . pro medicamento dandi quidquid velit, *ut etiam foedissima dare possit.* QVINT. inst. 11, 3, 2 *pronuntiatio* habet . . . miram quandam in orationibus vim ac -em. PLIN. epist. 9, 27, 1 quanta -s, quanta dignitas . . . sit historiae, . . . sensi. GELL. 1, 3, 24 (*an pro utilitate amici delinquendum sit*) ponderibus haec . . . -busque praesentibus, non vocabulorum appellationibus . . . diiudicanda sunt. APVL. met. 3, 18, 3 inexpugnabili magicae disciplinae -e (*cf.* IREN. 1, 25, 3 [1, 20, 2 H.] *artes magicae* dicentes se -em habere ad dominandum . . . principibus *eqs.* FIRM. err. 6, 6 magicae artis -e). ITALA Luc. 4, 32 (cod. e *al.*, *sim.* VVLG.) admirabantur super doctrinam eius *Christi*, quia in -e erat sermo eius (cod. a verbum. *inde* TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 434, 1 vim et -em sermonis. *ceterum cf.* VVLG. eccles. 8, 4 sermo illius *iusti* -e plenus est). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 211 *poeta* -e carminis moderatur adfectibus meis. *al.* β *quae iure vel religione obligant*: CIC. Verr. II 5, 144 te . . . sub legum et iudiciorum -em casurum (QVINT. decl. 262 p. 73, 1. 294, p. 165, 19. PAPIN. dig. 44, 7, 27 neque praetoris imperio neque l. -e. TERT. apol. 1, 3 PAVL. dig. 35, 2, 1, 2. *al.*; *respicitur vetus testamentum*: TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 595, 22). leg. 1, 44 si tanta -s est stultorum sententiis atque iussis, ut *eqs.* MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 15, 4 patriciorum auspicia in duas divisa sunt -es; maxima sunt consulum, praetorum, censorum *eqs.* SEN. contr. exc. 3, 9, 3 testamentorum (PAPIN. dig. 29, 1, 35 scriptura *militis* . . . perfecti t. -em optinet. *usu christiano*: NOVATIAN. trin. 17, 5 D. novi t. [*syn.* auctoritas]). IVLIAN. dig. 18, 5, 5 pr. acceptilatio . . . -e conventionis valet. VENVL. dig. 46, 2, 13 cum . . . eiusdem duae *obligationes* -is sint (*item fere* VLP. dig. 46, 1, 5). GAIVS dig. 9, 4, 1 *noxalium* actionum vis et -s (inst. 4, 10. PAVL. dig. 3, 5, 46, 1 utraque actio eiusdem -is est eundemque habet effectum). inst. 4, 33 formulas *quasdam* . . . sua vi ac -e valere. *al.*

**b** *animantium partes et qualitates sim.*: RHET. Her. 4, 17, 24 sola virtus in sua -e est, omnia praeterea subiecta sunt sub fortunae dominationem (SEN. dial. 3, 12, 5 venit . . . in alienam -em, dum in s. non est *ira.* epist. 83, 16 non est animus in sua -e ebrietate devinctus. *cf. p. 308, 27sqq. nec non* SEN. epist. 93, 2 cum animus . . . ad se -em sui transtulit). LVCR. 2, 53 rationis -s, *sc. ut curae pellantur* (ARNOB. nat. 1, 6 p. 8, 14 M. qui homines ⟨se⟩ esse non specie corporum, sed r. intellegunt -e). 3, 247 calor . . ., venti caeca -s, . . . aer (*ex quibus anima constat ut*: 3, 269 venti. 3, 286 aeris). 3, 264 *ut non* possit . . . spatio fieri divisa -s *partium animi*, sed quasi multae vis unius corporis exstant. CIC. Tusc. 3, 11 *homines effrenati* exisse ex -e dicuntur . . ., quia non sint in -e mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est (MART. 2, 53, 9 haec tibi si vis est, si m. tanta -s. *cf.* CIC. Tusc. 4, 77 iratos . . . dicimus exisse de -e, id est de consilio, de ratione, de mente *eqs.*). SEN. benef. 4, 2, 2 de -e eius *virtutis* ambigitur; . . . primae partes eius sunt, ducere debet (*respicitur virtus dei vel Christi*: ITALA Eph. 1, 19 [cod. d *al.*] operationem -is v. eius. 6, 10 [cod. 86 *al.*; *utroque loco respondet gr.* κράτος, *Vulg.* potentia]. HIL. in psalm. 55, 5. *al.*). QVINT. decl. 344 p. 360, 6 *amoris.* APVL. Plat. 2, 1 p. 220 secundam numero ac -e continentiam posuit *Plato inter virtutes.* ITALA psalm. 89, 11 (Veron. *al.* = VVLG.) irae *dei* (*gr.* κράτος, *Hier. psalt. sec. Hebr.* fortitudinem). HIL. trin. 6, 7 venenati oris principalis -s *serpentium.* AMM. 22, 14, 3 motum . . . in animi retinens -e (*sim.* 27, 7, 4). *al.*

**c** *res naturales earumve qualitates, natura, mors sim.* (*exempla selecta inde a* VITR.): PLAVT. Trin. 822 *v. sub B1b* (*respicitur -s maris ut*: ITALA psalm. 88, 10 [Veron. *al.*, *cf.* VVLG.] tu dominaris -i maris [*gr.* τοῦ κράτους]). LVCR. 5, 1242 aurum ferrumque repertumst et simul argenti pondus plumbique -s (*cf.* 5, 1271 *ad instrumenta paranda* cedebat victa -s *auri et argenti* [*1270* violentis viribus aeris]). VARRO rust. 1, 4, 4 *agri* salubritas . . . non est in nostra -e, sed in naturae (AMM. 24, 2, 1 locum . . . -e naturae . . . circumsaeptum). 1, 9, 2 cum sint dissimili vi ac -e partes *terrae* . . ., in quis lapis, marmor *eqs.* VERG. Aen. 12, 396 scire -es herbarum usumque medendi ([SERV. vim, possibilitatem. *addit* SERV. auct.: quae δύναμις dicitur]. FIRM. math. 1, 4, 4 VEG. mulom. 3 prol. 7 AMBR. hex. 6, 4, 19. *al.*; *subaudiendus est gen.* PLIN. nat. 25, 9). GRATT. 381 nec in omnibus *morbis* una -s est. MANIL. 2, 956 tanta est in sede, *quae pertinet ad XII locos astrologorum*, -s (*cf.* FIRM. math. 2, 19 tit. de duodecim locorum -bus [2, 19, 11. *al.*]). VITR. 2, 10, 1 *cum arbores* excisae . . . vitalem -em amiserunt. 8 praef. 2 (*sc. quattuor elementorum ut*: SEN. dial. 4, 19, 1 -es pares his *elementis* sunt, fervida, frigida, arida atque umida). 8 praef. 4 omnes res e liquoris -e consistere (*an metonym.? cf.* 8 praef. 4 ex -e aquae omnes res constare [8, 3, 25 de a. -e et eius virtutibus. GELL. 12, 1, 16]). 8, 3, 13 (*solis ut*: PLIN. nat. 2, 12. *cf. lunae*: PLIN. nat. 2, 109 lunari -e ostrearum . . . corpora augeri. Ps. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 11). SEN. nat. 2, 32, 6 stellarum -es Chaldaeorum observatio excepit (FIRM. math. 1 prooem. 6. 1, 4, 12. *al.*; *cf.* FIRM. math. 2, 3, 1 oppressa auctoritatis suae -e minuuntur *stellae. sim. al.*). LVCAN. 10, 241 *zephyrorum* in aera longa -s. ITALA apoc. 20, 6 (cod. g, *sim.* VVLG.) in hos . . . mors non habet -em (NOVATIAN. trin. 25, 11 D. -s mortis. LACT. inst. 6, 23, 20. *al.*). SOL. 27, 37 de effectu lapidis . . . et -e (*cf.* 52, 55 *adamantis genus quoddam* pondere ceteros antecedens, non . . . -e [*Plin. nat. 37, 58* natura]. *et saepius de lapidibus*). *al.*

**d** *numeri*: GELL. 3, 10, 1 *Varro* septenarii numeri . . . virtutes -esque multas variasque dicit (*respiciuntur eius effectus in caelo, vita hominum sim.*). FAV. EVL. 10, 1 W. (= p. 6, 13 H.) *de praestantia senarii numeri, v. p. 284, 73.* MART. CAP. 2, 106 quaternarius suis partibus complet decadis ipsius -em (*cf. 7, 742* decas . . . ultra omnes habenda; quae omnes numeros diversae virtutis . . . intra se habet). *? pertinet ad multiplicationem numeri (cf. gr.* δύναμις *eadem notione apud Liddell-Scott s. v.)*: HIL. in psalm. 150, 1 p. 871, 5 *psalmus quinquagesimus* peccati remissionem . . . conplexus est, alius sub eiusdem numeri plenitudine (*sc. psalmus C*) . . . fructum . . . iustitiae conprehendit; post quae . . . sub eiusdem rursum numeri -e (*sc. in psalmo CL*) spes est consummata sanctorum.

**2** *usu peculiari, sc. quatenus aliquid significant, valent*: **a** *respicitur, quid valeant*: α *verba, sententiae sim. vel ipsae res verbis describendae*: RHET. Her. 4, 25, 35 definitio est, quae rei alicuius proprias amplectitur -es breviter (*cf. ibid.* omnem rei cuiuspiam vim et -em . . . dilucide proponit). 4, 31, 42 ut ab usitata verborum -e recedatur *per tropos* (4, 54, 67 ancipites aut multiplices. Ps. IVL. RVF. schem. lex. 13 p. 51, 9 ἀντίθεσις est, cum verbum verbo pari -e per contrarium redditur. *aliter l. 71. p. 307, 34*). SEN. benef. 2, 34, 5 beneficium est et actio . . . benefica et ipsum quod datur . . .; unum utrique nomen est, vis quidem ac -s longe alia. dial. 7, 4, 3 *definitionem* in aliam . . . faciem salva et integra -e transferre. QVINT. decl. 331 p. 301, 11 *crimina*, quae legum verbis non teneantur, sed ipsa vi et -e teneantur (*cf.* CELS. dig. 1, 3, 17 scire leges non hoc est verba earum tenere, sed vim ac -em). SCAVR. gramm. VII 23, 10sq. quod more reliquarum litterarum h quoque mutato ordine alias atque alias efficiat -es . . .; sicuti as et sa aliam vocem et aliam efficiunt -em . . . ita et ha et ah. GELL. 10, 29, 1 *'atque' particula* interdum alias quasdam -es habet . . .; nam et pro adverbio valet *eqs.* TERT. nat. 2, 4, 9 quid vocabulo coniungis *res diversas*, ut coniungas etiam -e? (*antea*: sensu). PROB. inst. gramm. IV 120, 1 sunt nomina quae appellantur mediae -is sive adiectionis, ut puta 'fortis' (*in eadem re*: CHAR. gramm. p. 198, 15 B. *nomina* m. -is, quae significationem a coniunctis sumunt; . . . per se nullum habent intellectum. *al.*). 143, 25sq. coniunctioni accidit -s, ordo, figura; . . . -s coniunctionum in quinque species dividitur, id est copulativam *eqs.* (*item* DON. gramm. IV 364, 34. *et saepius. explicat* PRISC. gramm. III 93, 9 -em . . ., quae est in significatione). app. gramm. IV 204, 6 communis vel deponentis verbi -e (*cf.* CHAR. gramm. p. 210, 21 B. *verbum commune* in duas cadit -es, agentis et patientis. *aliter l. 49*). IVL. RVF. rhet. 14 p. 42, 28 *reprehensio* corrigit vim sententiae et -em (*Quint. inst. 9, 2, 18* verborum . . . vis ac proprietas). *al.* β *litterae singulae (sc. respicitur, quem sonum significent; aliter sub b)*: VEL. gramm. VII 46, 2 *in orthographia docenda* a litterarum -e initium facere (47, 18. 66, 20. PROB. inst. gramm. IV 49, 2 -s litterae est qua valet, hoc est qua sonat. DIOM. gramm. I 421, 20. *al.*). 48, 10 quo modo . . . discerni possint *u et i* in hac duplici -e (*antea*: et vocalium vim et consonantium obtinent). 52, 10sq. ostendunt eam *h litteram* eiusdem esse ⟨-is,⟩, quae consonantis est; nam et in metro asserit sibi hanc -em *apud Homerum* (MAR. VICTORIN. gramm. VII 5, 18 i et u transeunt in consonantium -em. *et saepius*). 66, 24 cum scribimus 'vultum' et geminata v diversa -e ponitur. *al.* SCAVR. gramm. VII 12, 14 *v litteram* in sua -e per-

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

severare. GELL. 17, 9, 3. MAR. VICTORIN. gramm. VI 5, 14sq. accidunt unicuique litterae nomen, figura, -s; ... -s *est*, qua valet (*cf.* PROB. *supra. sim. al.*). 7, 32 r et s litterae apud antiquos communem -em habebant, 'arbos' ..., nunc 'arbor'. DIOM. gramm. I 421, 24 elementum ... est vis ipsa et -s, littera autem figura est -is. PRISC. gramm. II 9, 2 *litterarum* -s *est* ... ipsa pronuntiatio. *al.*

b *respicitur quantum valeant*: α *litterae vel pedes in arte metrica* (*aliter a; sed huc vergit p. 312, 80*): VEL. gramm. VII 47, 19 eadem est nostrarum -s vocalium, quae fuit Graecorum apud antiquos circa correptionem productionemque (*nisi ad a trahas ut fortasse etiam* MAR. VICTORIN. gramm. VI 11, 8 e et o ternas habebant apud eos *Graecos* -es, ut e esset breve *eqs.* 11, 12). TER. MAVR. 545 quanta ... sit -s singulis *litteris i et u* iunctis sibi, ... hoc pedes discriminant, scandimus si quando versum. MAR. VICTORIN. gramm. VI 194, 21 (*sim.* AVDAX gramm. VII 325, 11) quid -s *litterae est?* qua in ratione metrica valet, cum aut correpta est aut producta. DIOM. gramm. I 492, 22 vocales suam -em mutant, cum per casus nomina ... varientur (*492, 28 extremitates* producendae vel corripiendae). CASSIOD. gramm. VII 157, 5 (*e Curtio Valeriano*) ps ... dividi non possunt, sed ad ... antecedentem syllabam applicabuntur, tamquam unius litterae -em habeant. *de temporibus pedis metrici*: MART. CAP. 9, 981 *syllabarum brevium* adsiduitas ... nec magnitudinem aliquam nec modum divisae -is extendit *in versu*.

β *nummi, pecunia*: GAIVS dig. 13, 4, 3 pecuniarum ... licet videatur una et eadem -s ubique esse, tamen aliis locis facilius et levibus usuris inveniuntur. inst. 1, 122 *olim* nummorum vis et -s non in numero erat, sed in pondere. MAECIAN. distrib. 44 ut omnis nummus argenteus ex numero aeris -em haberet (*46* denarius ... asses decem valebat *eqs.*). COD. Iust. 11, 11 rubr. de veteris numismatis -e.

II *quo quis (quid) aliquid facere potest* (*vel pati potest, e. g. p. 315, 32*): A *condicione externa*: 1 *in universum, sc. notione facultatis, occasionis sim.*: a *cum gerund.*: α *indicatur quis (quid) habeat -em*: PLAVT. Amph. 638 dum viri mei mihi -s videndi fuit (Stich. 117 male faciundi. 281. TER. Phorm. 174 cui de integro est -s ... consulendi [*cf.* CIC. Phil. 7, 26 integra -s. *item* ac. 2, 8]. CIC. inv. 2, 5 eligendi. *et saepissime*). Mil. 1010 *eius* conveniundi mihi -s even[i]at. Truc. 293 erubuisti? quasi vero corpori reliqueris tuo -em coloris ulli capiendi; ... omne corpus intinxti tibi (SVET. Claud. 41, 2). TER. Andr. 541 gnatum meum, cuius tibi -s summa servandi datur (Hec. 45 vobis datur -s condecorandi ludos scaenicos. PACVV. trag. 24 de virtute is ego cernundi do -em omnibus. 219 inquirendi. RHET. Her. 4, 45, 58 animum demovendi. CIC. inv. 2, 3 Quinct. 87. *et saepe*). CIC. Quinct. 8 vitandi illorum impetus -s adempta nobis erit (CIC. div. in Caec. 21 deplorandae calamitatis. *al.; cf.* eripere: CIC. Cluent. 93 Sest. 51 CAES. civ. 1, 3, 5. *al.* auferre: LIV. 2, 56, 3 PLIN. paneg. 6, 1. *sim. al.*). Verr. I 53 *ut* deplorandi iuris sui -em non habeant (II 1, 98 NEP. Alc. 9, 5 TERT. adv. Marc. 2, 25 p. 370, 19.). *al.* II 1, 122 cuius rei recognoscendae faciam vobis ... -em (4, 64 videndi. Cluent. 108 respondendi Fidiculanio -s facta non esset. dom. 6 Phil. 3, 13 CAES. Gall. 1, 50, 1. *et saepe*). *al.* β *non indicatur quis habeat -em* (*ut loca quaedam etiam ad III trahi possint; sub b cf. e. g.* CIC. Tusc. 5, 54 CAES. civ. 2, 33, 2 VERG. Aen. 4, 565): PLAVT. Epid. 15 ut ... te conspexi, curriculo occepi sequi; vix adipiscendi -s modo fuit (TER. Andr. 52 liberius vivendi. TRAG. inc. 29 dum est -s consulendi. CIC. inv. 2, 34 aut -em ... peccandi non fuisse aut causam. Quinct. 51 cum experiundi -s non est [*formula iuris, v. vol. V 2, 1670, 45sqq.*]. Cluent. 93 dicendi ..., surgendi. *al.* LVCR. 4, 66 *cur ita sit*, hiscendist nulla -s. *al.*). CIC. Cluent. 8 criminis diluendi -s est data (57. 187 dare -em indicandi. part. 1. fam. 10, 13, 1 ut primum -s data est augendae dignitatis tuae. BELL. Alex. 46, 4 confligendi -s dabatur. *al.*). parad. 34 *libertas est* -s vivendi ut velis. rep. 2, 50 *populum* incenderis cupiditate libertatis, cum tantum modo -em gustandi feceris (*act. ut*: CAES. Gall. 3, 17, 5 pugnandi. civ. 1, 41, 2. *al.; pass.*: CAES. civ. 3, 15, 2 neque lignandi ... neque naves ... religandi -s fiebat. 3, 86, 5 quoniam fieret dimicandi -s. LIV. 38, 2, 14. *al.*). *al.*

b *vario usu*: PLAVT. Asin. 847 tibi -em dedi, cum hac annum ut esses, atque amanti argenti feci copiam (Capt. 934 ut beneficium ... muneres. TER. Haut. 35 agere ut liceat. CIC. Verr. II 3, 140 Phil. 5, 2. *al.; cf.* -em facere ut: CIC. div. in Caec. 45 -em optionemque ..., ut eligas. VARRO rust. 3, 10, 7 PETRON. 70, 3. *sim. al.*). Cist. 137 ubi mihi -s primum evenit, ilico feci eius ei, quod me oravit, copiam. Merc. 63. Mil. 972 cupit abire *teque orat* ..., ut eam copiam sibi -emque facias. TER. Hec. 814 cessas? :: ... hodie mihi -s haud datast. ACC. trag. 542 cui *Philocteti* -s ⟨si⟩ detur, tua *Vlixis* ... membra discerpat (-s ... tua *coniungit Friedrich, Hermes 76, 1941, 123 vix recte; v. p. 317, 16*). CIC. inv. 2, 24 aut -s defuisse aliis demonstranda est aut facultas aut voluntas *faciendi*; -s, si aut nescisse aut non affuisse aut conficere aliquid non potuisse dicentur; facultas, si ratio, adiutores *sim. defuerunt*. Mil. 41 (*40* quae tum ... occasio ... *Clodii* opprimendi fuit) in campo quotiens -s fuit. Tusc. 5, 54 utrum malles te, si -s esset, semel ut Laelium consulem an ut Cinnam quater. *al.* CAES. Gall. 1, 48, 3. civ. 2, 33, 2 constituit Curio, cum primum sit data -s, proelio rem committere. SALL. Catil. 48, 6. NEP. Att. 12, 1 cum ... nullius condicionis non haberet -em (*item cum gen. subst.*: LIV. 21, 47, 8 acie directa -em pugnae fecit [29, 12, 6. 37, 26, 10 VAL. FL. 8, 381]. QVINT. inst. 1, 2, 24 certaminis. *al.*). VERG. Aen. 3, 670 ubi nulla datur dextra adfectare *inimicos* -s (*cum inf. ut*: 7, 591 STAT. Theb. 10, 792. *cetera exempla inf. v. in appendice*). *al.*

2 *vergit in vim licentiae, permissionis* (*saepe in locutionibus* -em facere, dare *sim.*): a *-s datur quolibet modo*: α *absolute vel cum variis structuris*: PLAVT. Capt. 374 cum copiam istam mihi et -em facis ut ... remittam nuntium (LIV. 25, 22, 11 ut ... exirent. LACT. mort. pers. 27, 5 ut ... diriperent omnia. *al.*). CIC. Verr. II 1, 138 simul ac -s primum data est, adeunt. Catil. 3, 11 si quid de his rebus dicere vellet, feci -em (CAES. Gall. 5, 41, 2 conloqui sese velle dicunt; facta -e ... commemorant. 5, 51, 2 *v. infra*. civ. 1, 22, 1sq. *al.*). CAES. Gall. 5, 51, 2 seu quis ... velit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere; post id tempus non fore -em (civ. 1, 22, 6 ut ... reverti liceat petit; ... facta -e discedit. BELL. Afr. 35, 4. OV. am. 3, 4, 9). 6, 36, 3 magna ... multitudo calonum ... facta -e sequitur. civ. 1, 26, 4 ut ipse cum Pompeio conloqueretur postulat; ... si eius rei sit -s facta *eqs.* (*cum gen. obi. ut*: TERT. pudic. 6 p. 229, 23 omnis impudicitiae ... -em). LIV. 38, 18, 2 precantibus ..., ut domum renuntiarent, -s facta. LVCAN. 2, 40 nunc flere -s; ... cum vicerit alter, gaudendum est (*cum inf. ut*: PETRON. 34, 1 mulsum sumere. STAT. Theb. 4, 249 ire. silv. 3, 4, 68 puerum mollire. TERT. Scap. 2, 2. *al.*). *al.* β *cum gen. gerund.*: TER. Phorm. 880 tibi -em eius *puellae* adhibendae dari. CIC. S. Rosc. 73 vel respondendi vel interpellandi ... vel etiam ... interrogandi (*antea*: concedam). Verr. II 5, 21 adeundi ad illum miserum (Phil. 7, 26 ad Brutum. LIV. 29, 16, 7 patres a. deplorandique aerumnas suas. *al.*). fam. 5, 2, 8 dicendi (BELL. Afr. 45, 1 LIV. 1, 22, 6. *al.*). *al.* CAES. Gall. 4, 15, 4 discedendi. SALL. Iug. 104, 2 Romam eundi. NEP. Att. 11, 1 perpetuo manendi. HOR. ars 10 pictoribus atque poetis quidlibet audendi semper fuit aequa -s. LIV. 6, 26, 2 deprecandi *senatum*. 21, 21, 7 visendi domos. 26, 27, 14 intrandi Romana moenia. *al.*

b *-s datur iure vel legibus* (*religione adimitur l. 61. 78; -em quae pertinet ad dominandum vel graviora quaedam statuenda v. p. 304, 31*): α *cum gen. gerund.*: CIC. inv. 2, 58 ibi *in iure* ... agendi -s datur (Quinct. 10 non ius par, non a. -s eadem. 46. *al.*). 2, 101 quanta -s peccandi relinquatur, si semel institutum sit, ut non de facto, sed de facti causa quaeratur (2, 131 omnibus dari causam et -em p. Tull. 40 licentiamque. Phil. 12, 16. *aliter* CIC. inv. *sub 1aβ*). 2, 149 lex, quae testamenti faciendi ... adimat -em (*ibid. bis*). div. in Caec. 54 accusandi (LEX VRSON. [CIL I² 594] 102, 28. *cf.* CIC. div. in Caec. 63 nominis deferendi [Verr. II 1, 15]). Verr. II 1, 26 etiamsi lex ampliandi faciat -em (Caecin. 29). 2, 77 quibus ne reiciendi quidem amplius quam trium iudicum ... leges Corneliae faciunt -em (3, 32. 140). Cluent. 147 cur mihi tam diu -s dicendi datur? ... haec omnia lege fieri (LEX VRSON. [CIL I² 594] 65, 25 neve quis de ea pecunia sententiam dicendi ius potestat(em)que habeto. 102, 31. 33. 35. *al.*). leg. agr. 1, 7 decemviris ... vendendi -s lege permittitur (2, 63). *al.* LEX Mamil. (grom. p. 265) testibus publice ... denuntiandi -em facito. LEX VRSON. (CIL I² 594) 66, 8 eis ... pontificib(us) ... togas praetextas habendi ius -sq(ue) esto (EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. [CIL X 4842] 30 earum ... rerum omnium ita habendarum). LEX Iul. Pap. (dig. 24, 2, 11 pr.) divortii faciendi. *al.* β *cum inf.* (*acc. c. inf.* VARRO): LEX VRSON. (CIL I² 594) 62, 14 ii⟨s⟩ IIviri⟨s⟩ ... lictores binos ... habere ius -sque esto (62, 18. 22. 65, 29 it ... facere. 66, 10 ludos ... inter decuriones spectare. 99, 7 aquam ducere. 103, 8 LEX Quinctia Frontin. aq. 129, 9. EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. [CIL X 4842] 42. LEX de imp. Vesp. [CIL VI 930] 19. *al.; cf. l. 43. 47. 69*). 65, 21 eam pecuniam ne quis erogare ... -em habeto. VARRO frg. Gell. 13, 13, 4 eos magistratus a privato in ius ... vocari est -s. DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (CIL XI 1420) 23 facta⟨m⟩ c⟨eteris p⟩otestatem, si qui privatim velint, Manibus eius inferias mittere. GAIVS inst. 1, 29 datur eis -s per eam legem adire praetorem. ITALA Hebr. 13, 10 (cod. 89 = VVLG.) de quo *altare nostro* edere non habent -em *Hebraei*. *al.* γ *absolute vel cum variis structuris*: CIC. Tull. 39 *a praetore* -em tibi fieri oportere, ut ... recuperatoribus persuaderes *eqs.* (LIV. 43, 3, 4 uti numero colonorum essent. CAPITOL. Aur. 17, 5 ut ... sciret licere. VOPISC. Aurelian. 46, 3 ut argentatas privati carruchas haberent). Verr. II 1, 142 excludit eum solum, cui ... soli -em factam esse oportebat. 3, 35 (si uter volet, recuperatores dabo) utrique facit -em. Cluent. 75 cum sententias Oppianicus, quae tum erat -s, palam ferri velle dixisset. LEX VRSON. (CIL I² 594) 100, 16 si decuriones ... aquam ... duci censuerint, ... i(us) potest(as)que esto (125, 28 eius ... pecunia⟨e⟩ ... aput II vir(um) praef(ectum)ve ..., petitio, ... ex ⟨hac lege⟩ i(us) potest(as)que e(sto) [*al. v. infra p. 317, 62*]. LEX Falcid. [dig. 35, 2, 1]. *cf. l. 51*). LIV. 21, 45, 6 qui sociorum cives Carthaginienses fieri vellent, -em facturum. SEN. contr. 1, 1, 14 (thema: liberi parentes alant, aut vinciantur) non posse filium ob id abdicari, quod esset suae -is (*sc. patrem alere; an ad p. 308, 12?*). VAL. FL. 8, 424 (*Medea ad Iasonem*) scis te mihi certe, non socios iurasse tuos; hi reddere *me patri* forsan fas habeant, tibi non eadem permissa -s. *al.*

B *habitu interno sive naturali sive exercitatione sim. parato, sc. de viribus, virtutibus, indole sim.*: 1 *hominum* (*dei* OV.), *animi, sensuum* (*-em liberi arbitrii ad p. 308, 37 relegare maluimus*): LVCR. 2, 286 unde haec est nobis innata -s? (*respicitur 2, 257sq.* unde est haec ... fatis avolsa voluptas [-s *Lachmann*], per quam progredimur, quo ducit quemque voluntas. *cf.* 5, 1048 unde data est huic prima -s, quid vellet

[v. Kamptz]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

facere ut sciret?). 3, 409 lacerato oculo circum si pupula mansit incolumis, stat cernundi vivata -s. 3, 674 si tanto opere est animi mutata -s, omnis ut . . . exciderit *memoria* (APVL. apol. 49, 2 de nostri . . . a. trinis -bus . . . disseruit *Plato. cf.* CHALC. *infra*). 4, 489 seorsum cuique *sensui* -s divisa est, sua vis cuique est (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 42, 14 cum -bus eorum *sensuum* potentiam suam non misceat *visus*). OV. met. 8, 880 (*loq. Achelous*) mihi . . . novandi est corporis . . . numero finita -s (*alias -es divinas ad I trahere maluimus cf. e. g. p. 310, 25. 46*). VITR. 1, 1, 13 *tantarum artium* ratiocinationes cognoscere et percipere vix cadit in -em *hominis unius*. QVINT. inst. 2, 17, 41 ars est -s via, id est ordine, efficiens (*Cleanthes, Stoic. vet. frg. I 490* ἕξις). FRONTO p. 144, 19 v. d. H. permovendi delectandique . . . rectam quandam in dicendo potentiam ac -em. CHALC. comm. 213 rationabilis motus principalis animae -s est; propterea que principalem animae -em . . . in capite sedes habere (239 cum a. -es opificia sua recognoscunt. 246). AVSON. 153, 65 p. 10 P. male posse facultas nulla sit et bene posse adsit tranquilla -s. BOETH. cons. 4, 2, 6 W. si -s absit, voluntas frustra sit (7 huic obtinendi, quod voluerit, defuisse valentiam). *al.* 2 *rerum* (*vergit in notionem generalem qualitatis, naturae sim.; hucine etiam p. 312, 48?*): LVCR. 2, 587 quodcumque magis vis multas possidet in se atque -es, ita plurima principiorum in sese genera . . . docet esse. VARRO ling. 9, 92 similia . . . dici . . . etiam ab aliqua coniuncta vi et -e, quae . . . oculis . . . latere soleant, *ut e. g. sapore.* VITR. 1, 1, 18 de artis *architecturae* . . . -e quaeque insunt in ea ratiocinationes *dicam* (*an respicitur, quas res ars regat, ut ad IC pertineat locus?*). 2, 6, 6 est . . . materiae -s mollior quam tofus, solidior quam terra (2, 8, 2 molli . . . et rara -e *caementorum*). 2, 8, 12 fontis -s perlucida saporque egregius. 2, 10, 1 citerior eius *Appennini* curvatura . . . apricis est -bus, . . . ulterior autem . . . continetur . . . opacis perpetuitatibus. 7, 13, 2 *ostrum quoddam* rubra procreatur -e (*antea*: violaceo colore). 7, 14, 3 quas habeant omnes colores in se -es. SCAVR. gramm. VII 17, 20 l nulli consonantium praeicitur, sed subiectivam tantum modo habet -em (18, 3. 7). BOETH. categ. Arist. lat. 10b1 neque . . . positum est nomen illis -bus, secundum quas isti quales dicuntur (*gr.* δυνάμεσι, *syn.* qualitas). *al.*

**III** *quo quid fieri, exsistere potest* (*exempla pauca minus dubia; ceterum v. quae p. 313, 49 monuimus*): **A** *vario usu*: PS. QVINT. decl. 7, 4 p. 136, 28 (*antea*: lex . . . liberum hominem torqueri vetat) omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed -s (*item opp.*: HIL. trin. 1, 11 l. 13 esse . . . filios dei non necessitatem esse, sed -em, quia proposito universis dei munere . . . voluntas praemium consequatur). TERT. anim. 52, 2 (*respicitur mors propter culpam primi hominis subeunda*) quod ⌊ex oblationis -e⌋ accidit per voluntatem, non ex instituti auctoritate per necessitatem (⌊ ⌋ *i. ex possibilitate, de qua locuta est lex proposita, gen. 2, 17; cf. ibid.* lex condicionali comminatione suspendens *mortem. paulo aliter Waszink ad l.*). IVVENC. 4, 503 hunc quoniam calicem non est transire -s (*acc. c. inf. intellegas coll. Vulg. Matth. 26, 42* si non potest hic calix transire. *an coll. 4, 490* si fas est *ad IIA2 ?*). **B** *t. t. philos., quo respicitur* ἡ δύναμις *Aristotelis* (*cf.* potentia *sub II*): MAR. VICTORIN. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 27 p. 127, 8 semper species in actu est et in opere, proprium vero aliquotiens -e. BOETH. arithm. 1, 27 p. 56, 5 unus . . . semel unus est et est -e tetragonus (*cf.* 2, 9 p. 94, 10 *si unitatem sumam,* habeo primum triangulum, qui est vi et -e, nondum etiam actu nec opere. 2, 23 p. 107, 19 primus . . . -e triangulus est unitas eandemque etiam ponimus virtute pyramidam. *al.*). herm. Arist. lat. 23a7 quaedam . . . -es aequivocae sunt: 'possibile' enim . . . dicitur . . . hoc quidem, quoniam verum est ut in actu . . ., illud vero quod *quis* forsitan aget. Porph. isag. p. 37, 2 *genus* -e quidem omnes habe[n]t sub se differentias, actu vero nullam (*sim.* p. 41, 20. *al.*). in Porph. comm. pr. 2, 4 p. 93, 9 tantum interest actus a -e, quantum homo ridens ab eo qui ridere possit, non tamen rideat. *et saepius apud eundem.* RVSTIC. c. aceph. p. 1234^C *unitio dualitatem* interemit -e, non actu; nondum enim erat perfecte dualitas.

***appendix*** *ad caput prius*: **1** *iuncturae verbales*: **a** *locutiones tritissimae inter ceteras iuncturas longe frequentissimae* (*earum exempla supra passim inveniuntur; hic vetustissima quaeque colligere satis habuimus*): α -s est: LEX XII tab. 5, 7 (Rhet. Her. 1, 13, 23 = Cic. inv. 2, 148) adgnatum gentiliumque in eo *furioso* . . . -s esto (*item cum gen. vel pron. poss.*: PLAVT. Persa 344 TER. Haut. 720 RHET. Her. 2, 14, 21 CIC. inv. 2, 92. 94 quid . . . -is. Quinct. 33 div. in Caec. 32 Cluent. 80. *al.*). PLAVT. Amph. 638 mihi -s videndi *viri* fuit (*cum dat. ut*: Cas. 535 Merc. 63 Stich. 117. 281 ENN. scaen. 342 TER. Haut. 347 Phorm. 174 CIC. inv. 2, 5. *et passim*). Epid. 15 vix . . . -s fuit (*non indicatur, cui, ut*: TER. Andr. 52 PACVV. trag. 424 TRAG. inc. 29 CIC. inv. 2, 34, 35. *al.*). Trin. 822 quos penes me<i> -s (CIC. leg. agr. 2, 52 fam. 4, 7, 3. 9, 16, 3 SALL. Iug. 26, 2 LIV. 8, 33, 17. 36, 11, 8. 37, 19, 5 VAL. MAX. 7, 3, 2 SEN. benef. 2, 29, 3. *al.*). CIC. Verr. II 2, 120 in qua re (*sc. munere sim.*) aut honos aliquis sit aut -s *eqs.* (rep. 2, 57 in magistratibus. leg. 3, 28 in populo). β in -e(m) esse (*fere cum gen. vel pron. poss. eius, qui -em habet; deest gen. e. g.* CIC. Tusc. 3, 66 LIV. 21, 23, 2. 25, 20, 2. *al.; aliter, sc. i. q. -e fungi sim., p. 305, 65*): LEX Cincia (frg. Vat. 298). PLAVT. Aul. 534 Most. 134 TER. Hec. 250 ANTON. or. frg. (26 M.) Cic. de orat. 2, 167. RHET. Her. 4, 17, 24. 4, 37, 49 CIC. inv. 2, 89 Quinct. 6. Verr. II 2, 67 in . . . -em (*alia exempla acc. v. vol. VII 1, 795, 38 sqq., cf. Hofmann-Szantyr 276*). 2, 136. *et passim.* γ -em dare: PLAVT. Asin. 847 Capt. 934 Persa 602 TER. Andr. 541 *al.* PACVV. trag. 24. 219 ACC. trag. 542 RHET. Her. 4, 45, 58 CIC. inv. 2, 3. 53. *et saepe.* δ -em facere: PLAVT. Capt. 374 Mil. 972 CIC. inv. 2, 134 S. Rosc. 73 Tull. 39 div. in Caec. 45 Verr. II 1, 15. *et saepe.* ε -em habere: TER. Haut. 710 RHET. Her. 2, 14, 22 CIC. inv. 2, 52. 55 S. Rosc. 22. 29 div. in Caec. 35 Verr. I 53. *et saepe.*

*appendix grammatica et stilistica*: 1 *quod postponitur vel unde quid eximitur indicatur*: a *structuris variis* (*maxime paratactice; exempla potiora; ceterum neglEximus nimirum quae contextu ampliore opponuntur*): α -m *ponitur loco posteriore* (*postremo*): PLAVT. Trin. 880 multa simul rogitas; nescio quid expediam -m (*item indicatur multitudo per asyndeton*: VARRO ling. 8, 44 sunt divisiones plures, nunc ponam -m eam, qua *eqs.*; *accedentibus coniunct. e. g. infra* CATO mil., VARRO Men.). CATO mil. frg. 1 multos fore qui vitilitigent, sed ii -m, qui *eqs.* (NEP. Them. 9, 1. 10, 4. APVL. apol. 65, 1 non argento . . ., sed -m ex ligno [*priore membro negato ut*: PORPH. Hor. epod. 5, 17 ARNOB. nat. 2, 67. *al.*]. HIER. epist. 126, 1, 1. *al.*). VARRO Men. 340 nec omnia . . . et ea -m ([non . . . sed *var. l.*]. ling. 6, 96 CIC. inv. 1, 25 Mur. 90. *al.* CELS. 3, 2, 7. SEN. benef. 5, 22, 2 et . . . et . . . -m. *al.*). CIC. S. Rosc. 1 quod, cum tot . . . oratores . . . sedeant, ego -m surrexerim ([*inde* SCHOL. Cic. Gron. D p. 302, 9 quod nullus . . . accessit, -m ipse surrexit]. 95 NEP. Att. 12, 1 TAC. dial. 1, 1). Cael. 33 aliquis ac -m Caecus ille (36 SALL. Iug. 30, 4 SEN. suas. 3, 7. PLIN. epist. 1, 2, 6 aliquid . . . atque utinam hoc -m. 3, 6, 4. 6, 34, 1. *al.*). LIV. 37, 12, 8 quod fraude capti, quod a cive -m suo forent. RVT. LVP. 2, 20 invehi non licebat, reticere . . . non expediebat, suspiciose loqui -m placebat. SEN. contr. 1, 2, 14 ut veniret, ut lenoni -m. 1, 3, 4 ut praeteritis his -m ab inferis eruatis sacerdotem. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 p. 56, 7 quid . . . tantopere dilexerit . . ., aut . . ., aut . . ., -mve quare . . . voluerit. CELS. 4, 12, 8 vinum . . ., -um Rhaeticum. 4, 13, 4 sorbitio eaque ex tisana -m. APVL. met. 7, 2, 5 quae *Fortuna* . . . nec unquam iudicio quemquam mortalium eligat, immo vero cum is -m deversetur, quos . . . fugere deberet. CONC. Taur. a. 398 (Corp. Christ. 148) l. 20 ut non tam civitati eius *episcopi* . . . quam ipsi -m (potentissimum *var. l.*) deferretur *primatus*. *al.* *usu peculiari, sc.* -m *inducit id, quod praefertur meliore re negata* (*in notionem q. e. saltem vergit maxime* IVST.): CIC. Mur. 29 plerique initio . . . hoc maluisse, post, cum id adsequi non potuissent, istuc -m sunt delapsi. Att. 9, 19, 1 Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini -m togam puram dedi. VARRO rust. 3, 11, 1 qui . . . volunt greges anatium habere . . ., primum locum . . . eligere oportet palustrem . . ., si id non, -m ibi, ubi sit naturalis . . . lacus. IVST. 2, 11, 15 regis praetorium petunt aut cum illo aut, si ipsi oppressi essent, in ipsius -m sede morituri. 11, 12, 8 gratum . . . sibi esse, si vincere nequeat, quod a tali -m vinceretur. β -m *ponitur loco priore* (*primo*): CATO agr. 9 prata inrigiva, si aquam habebis, id -m facito; si aquam non habebis, sicca . . . facito. CIC. rep. 2, 27 sequamur . . . -m Polybium . . ., quo nemo fuit . . . diligentior. VARRO rust. 2, 5, 8 (*enumerationis primum locum significans*) *pecudes ut sint* colore -m nigro, deinde robeo, tertio [t]helvo, quarto albo. LIV. 33, 10, 10 nos non minimo -m numero credidimus, sed Polybium secuti sumus (*priore membro negato ut*: QVINT. inst. 2, 2, 2 non idcirco -m . . ., s. quod *eqs.* LACT. inst. 1, 11, 54. 58. 2, 18, 3. *al.*).

b *structura partitiva*: TER. Andr. 454 quem . . . vocabo . . . meorum aequalium -m nunc? (*gen. ut* CIC. off. 1, 87 quis eorum -m gubernaret). RHET. Her. 4, 29, 40 quid de pluribus -m dicat. CIC. Verr. II 2, 109 quin eum iste -m ex omni numero delegerit (Mil. 22. *al.* CAES. civ. 2, 43, 4 CELS. prooem. 20. 4, 23, 2 PLIN. epist. 7, 2, 2. *al.*).

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c *particula* quam (*ut usurpetur fere pro compar.*): LACT. inst. 2, 2, 2 cur ad ... lapides -m q. illo spectetis, ubi eos *deos* esse credatis? MACR. Sat. 3, 1, 2 quo -m navigans adpellitur *Aeneas* q. ad *Latii litora eqs.*? VITAE patr. Iurens. 148 M. illis *fratribus* -m q. sibi.

2 *iuncturae quaedam*: **a** *cum pron. sollemnes*: PLAVT. Epid. 160 quoi -m (*pron. interrog. ut*: RHET. Her. 1, 6, 10. 3, 2, 2. 3, 6, 12 CIC. inv. 1, 25 div. in Caec. 10 Manil. 27. orat. 189. *et saepe*). Rud. 985 meum -m (*pron. poss. ut*: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 2. *al.* MARCELL. Cic. fam. 4, 11, 1 LIV. 24, 4, 5. 36, 7, 15. *al.*). Trin. 589 -m mi (*pron. pers. ut*: TER. Andr. 962 CIC. S. Rosc. 1. 95. div. in Caec. 15. 62 Sull. 45 dom. 9. *et passim*). CATO agr. 9 id -m (mil. frg. 1 ii -m. VARRO Men. 340 ling. 8, 44. 10, 60. *al.* CIC. inv. 1, 25 S. Rosc. 64. 96. 125 div. in Caec. 54 Verr. II 2, 115. 145. *et passim*). RHET. Her. 1, 16, 26 in hac -m causa (CIC. inv. 1, 1 Planc. 2. 17 ac. 2, 65 nat. deor. 1, 9. *al.* VARRO rust. 2, 3, 4 LIV. 3, 67, 2. *al.*). CIC. Verr. II 3, 155 ad illum -m (SALL.[?] rep. 2, 9, 4 CVRT. 3, 8, 19. 5, 7, 10 PLIN. nat. 25, 4. *al.*). *sim. al.* **b** *plus minusve abundantes*: CIC. rep. 1, 33 ut hae feriae nobis ad utilissimos rei publicae sermones -m conferantur *eqs.* (*iuxta superl. ut*: VARRO ling. 7, 41 *oratores* legebantur -m, qui causam commodiss<im>e orare poterant. rust. 3, 16, 12 *alvearia facienda* primum secundum villam -m, ubi *eqs.*; *adde* LIV. *infra et cf.* APVL. met. 11, 14, 1 quid -m praefarer primarium). LIV. 21, 11, 6 qua primum aut -m parte ferrent opem (*fere per hendiadyoin ut* AVG. civ. 1, 22 p. 37, 6 D. qui profecto id praecipue -mque fecisset. *cf. p. 343, 83*). LACT. inst. 2, 3, 17 ut possis dubitare, quos dicas -m stultiores *eqs.* (*item iuxta compar.*: ORIG. in Matth. ser. 50 p. 107, 30 quid -m verius sit). **c** *polyptoton: v. p. 344, 8.*

*adv.* **potissime.** *formam testatur* PRISC. gramm. III 68, 18. [*falsa var. l. pro* potissimum QVINT. decl. 356 p. 388, 19 TERT. uxor. 2, 1 l. 9. (*alia minoris momenti afferunt Neue-Wagener*[3] *II 761*).]

*i. q. potissimum*: PANEG. 5, 2, 3 quod cum ostendero ..., tum -e beneficiorum tuorum magnitudinem ... prosequar maiore voto quam ingenio (*sed* potissimum *trad. 5, 1, 1*). OROS. hist. 4, 6, 4 quid -e (potissimum *var. l.*) discutiendum sit non invenio. 6, 22, 8 cuius (*sc. Romae*) -e voluit esse *Christus*, cum venit. 7, 12, 4 in ipsius -e monumentis, a quo *eqs.* PETR. CHRYS. serm. 24, 2 cur lumbos -e nominat? (potissimum *var. l.*). Ps. QVINT. decl. exc. Monac. 11 -e me gravat ..., quod videtur sibi satis vixisse pater, postquam occidit liberos meos, et hoc -e gaudet, ut orbitatem meam liberis suis relinquat (*enunt. secund. tantum sumpta sunt e textu pleno 11, 1*). ISID. reg. monach. 11, 1 ieiuniorum ... hos dies -e veteres elegerunt: *eqs.* VIRG. gramm. epist. 2 p. 129, 25 ut ..., quam -e viam gradiantur, ... incipiat ignorari.

*deriv.*: potestas, 1. potior.

*compos.*: possum; compos, impos; utpote.

*cf. Onom.*: Potissuma. *Kuhlmann.*

**potisset** *sim. v.* possum. **potissimum (-us)** *v.* potis.

**potisso,** -āre, ποτίζω. *i. q. potare*: SACERD. gramm. VI 431, 24 -o (*inter verba frequentativa, quorum primitiva non exstant*).

?**potiston,** *neutr. vel acc. masc. adi. gr.* ποτιστός (*sed extra hunc locum exstare videtur* ποτιστέον *tantum*). *i. quod potui dari potest* (*sc. aegrotis*): ITIN. Anton. Plac. rec. A 14 ibi nascitur vinum -on, qui febrientibus datur (postun quod *var. l.*; *sim.* rec. B, *ubi trad. fere* potiscon). *sic explicaverunt Rabbow in schedis et Milani, Rendic. Ist. Lomb. 104, 1970, 515*; πανστικόν *coni. Geyer, temptaverunt alii alia.*

**pōtito,** -āvī, -āre. *a* potare. *i. q. frequenter bibere*: PLAVT. Amph. 261 patera ... aurea ..., qui Pterela -are rex est solitus (potare [positare *D ante corr.*] rex solitus est *codd.*; *recte trad. locis geminis* 419 -are. 535 -vit). Asin. 771 tecum una postea (potet *Leo vix recte*) aeque pocla -et: abs ted accipiat, tibi propinet, tu bibas. Mil. 836 alii ebrii sunt, alii poscam -ant (pota(i)tam *trad.*). *explicationis ambiguae*: INSCR. christ. Diehl 877 adn. (= CIL XV 7039; *in vasculo vitreo*) -a, propina (*imperat. ut ibid.* bibe et propina, *aut voc. nominis ut ibid.* Faleri, bibe [*sic intellegit Diehl in indice p. 129*]). *Bk.*

**1. potītor,** -ōris *m.* *a* potiri, *si recte trad.* *i. qui potitur*: VAL. MAX. 3, 2, 20 ita trium hominum fortis temeritas Hannibalem, paulo ante spe sua Capuae -em (petitorem, potiorem *var. ll.*; *an fuit* potiturum?), ne castrorum quidem suorum potentem esse passa est. *e coni. dub.* DON. Ter. Ad. 790, 1 (-r *pro* potior *temptavit Zwierlein, Der Terenzkommentar, 1970, 164*).

**2. potītor,** -ārī. *a* potiri. GLOSS. -atur: plus utitur (bibitur *Bücheler*; *sed cf.* GLOSS.[L] I Ansil. PO 655 -atur: plus fruitur. *inde fortasse restituendum* GLOSS.[L] V Abba PO 39 poti<ta>tur: frequenter utitur vel fruitur). *Gatti.*

?**pōtium,** -ī *n.* *iuxta* potio *formatum* (*cf.* obsidio, obsidium *et sim. al.*) *et eiusdem notionis, sed dubiae fidei*: INSCR. christ. Diehl 4359 (*lapis periit*) Saturniano -o obito (*cf. 2767* per potu tulita est de saeculo; *nomen proprium intellexit Mommsen, qui edidit* CIL V 2065; '*fuitne ligatura* TH, *quam quis pro* TI *habuit, ut legas* Potho?' *Solin in plagulis*). *non huc pertinent fragmentum* CIL XI 4657 a potio<ne> (*v. p. 323, 34*) *neque* CHIRON 151 ex precipitacione -i vel vini (*ad* 2. potus *traximus sec. Niedermann, ed. 1910, p. 68 ad l.*).

**pōtiuncula,** -ae *f.* *a* 1. potio *deminutive.* *i. q. potio modica* (*quod adi. abundanter accedit apud* SVET.): PETRON. 47, 7 castigamus rebris -is risum. SVET. Dom. 21 *nihil sumpsit* praeter ... modicam (modica *Lipsius*) in ampulla -am. TERT. scorp. 5 p. 155, 4 fellis excessus amaris quibusque -is colligit *medicus*. NOT. Tir. 104, 65 -a (*iuxta* potio *ut* 130, 81).

**potius** *v.* potis.

**potnia** *f.*, πότνια, *affert* MART. CAP. 3, 256 *tamquam exemplum vocis, ubi coniunctae sunt litterae* t *et* n. *i. q. domina, nisi intellegendae sunt Potniae, qui vicus Boeotiae numero sing. nominatur e. g.* SERV. georg. 3, 268. *Bk.*

***pōto,** -āvī, -ātum, -āre *et* pōtor, -ātus sum, -ārī (potus, -a, -um *cum part. fut.* poturus *et supino* potum *v. suo loco*). *ab eadem radice ac* 1. potus, *q. v.* *coniungitur cum gr.* πότον VARRO ling. 6, 84. *inter verba frequentativa, quorum primitiva non exstant, affert* SACERD. gramm. VI 431, 24. *scribitur* put- ITALA psalm. 35, 9 (Veron.). Is. 51, 17 (cod. 32). Marc. 9, 41 (cod. k). CYPR. epist. 63, 7 (*S*). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 764. *et saepe.* *de genere et formis: depon. agnoscimus p. 359, 10, dub. p. 359, 44, vix p. 362, 8 sqq. 362, 55; inf. pro imperat. intellegimus* MVTIAN. Chrysost. hom. 15 p. 337/8 hoc -are ..., hoc noli (*gr. p. 119* πίε). *inf. pass.* -arier PLAVT. Most. 958 (*A*, bibi *P*). *formae perf. breviores* -asti, -asse, -asset *sim.*: TER. Ad. 774 ELEG. in Maecen. 1, 58 PLIN. nat. 33, 150 MART. 14, 100, 2 SER. SAMM. 468 PEREGR. Aeth. 20, 11 CIL IX 6082, 3. *al.* (*longiores non invenimus praeter coni. inc. Acidalii* PLAVT. Most. 1139 [peccavisse *codd.*]). *perf. pass. sim.* (*cf.* PRISC. gramm. II 558, 19 dubitatur utrum 'potatu potaturus' et 'potatus' secundum analogiam, an 'potu, potus, poturus' per syncopam melius dicatur; quae [*sc. formae longiores?*] in usu non sunt. *v. etiam sub voce* 1. potus): *part. perf.* potatus: *notione bibendi*: CIC. Tusc. 5, 13 gustata ... -ta (potus *passive Brut. 43*). VAL. MAX. 2, 4, 5 p. 71, 2 (*var. l.* pota). CELS. 4, 26, 8 (*del. Targa*). ITALA Sirach 31, 36 *et* 38 (Aug. spec. 52 p. 528, 4). CARM. de pascha 52 EPIST. Alex. l. 137 H. l. 155 (pota *var. l.*). PLIN. med. 1, 24, 6 (*Plin. nat. 28, 193* pota). 2, 5, 1 (*Plin. nat. 28, 203* potus). 2, 5, 5. HIL. myst. 1, 15 (*cf. in Matth. 4, 15* poto, *var. l.* -to). AVG. civ. 1, 32 p. 49, 13 D. MARCELL. med. 1, 58. *et saepius.* *notione potum dandi* (*quae deest formae* potus): TERT. spect. 30 p. 29, 16 ITALA psalm. 35, 9 (Vict. Vit. 1, 49). I Cor. 12, 13 (Ps. Rufin. fid. 13 = VVLG.). *et saepius.* *supin. I* potatum: PLAVT. Pseud. 1327 (*notione potitandi, aliter* potum *p. 366, 18*). *part. fut.* potaturus (*cf. p. 365, 69*): TER. Phorm. 837 (*notione potitandi*). PETR. CHRYS. serm. 93, 1 (*notione bibendi*). ORIG. in Matth. ser. 95 p. 214, 3 (*notione potum dandi*).

*legitur inde a* PLAVTO, CAECILIO, CATONE, TER., *sed apud plerosque admodum raro et omnino rarius quam* bibere; -are *frequentant* PLAVT. (*45/* bibere *73*), HOR. (*9/21*), COLVM. (*12/12*), MART. (*23/65*); *contra* -are *saepius quam* bibere *imprimis* TER. (*9/4*), SIL. (*9/5*); *omnino deest* -are CAES., CATVLLO, NEP., MANIL., CVRT., LVCANO, STAT., QVINT. inst. [*confunditur in codd. maxime cum* portare (*restit.* POMPON. Atell. 162 PEREGR. Aeth. 5, 6. *al.*); -tus *cum* potus (*v. supra*), epotus (OV. met. 15, 273, *cf.* SEN. nat. 3, 26, 3). *contextu obscuro*: CARM. adv. Marc. 5, 169 -atur scriblita (scribtum est *Oxé coll.* COMM. apol. 418) et fel miscetur aceto. CIL XIII 10019, 20 nata Vimpi, -a Vim(pi). *e coni.*: PLAVT. Asin. 771 Most. 1139 PROP. 4, 4, 47 RVT. LVP. 2, 7.]

I *usu originario fere i. q. bibere* (*cf. differentias l. 59 nec non* SYNON. Cic. p. 423, 14 -at. ebibit. 448, 20 bibere. -are. GLOSS. -at: πίνει. bibit. *al.*; *gr. fere respondet* πίνειν): **A** *proprie de animantibus, qui liquorem sumunt* (*de animalibus* VARRO rust. 3, 16, 35 VERG. georg. 3, 330 SEN. nat. 3, 25, 4 COLVM. 6, 4, 2 *et saepius*; *iocose de re animata l. 71. p. 359, 76. haud raro sumuntur res solidae in liquore quodam, maxime sub 2b*): **1** *absolute vel obi. supplendo*: **a** *non indicatur quo instrumento*: α *vigente vi intensiva -atur vinum in convivio sim., fere i. q. potitare* (*cf.* SCHOL. Ter. p. 159, 24 -asti: multum bibisti. ISID. diff. 1, 74 bibere naturae est, -are luxuriae. DIFF. ed. Beck p. 42, 8 bibimus necessitate, -amus voluntate. *distinguitur* bibere *l. 70. p. 359, 3, fere syn. e. g.* PLAVT. Most. 20 [*cf. 22*]. SEN. contr. 2, 6, 4):

① *exempla varia*: PLAVT. Asin. 270 mecum pariter -ant, pariter scortari solent (TER. Ad. 102. *cf.* PLAVT. Bacch. 1081 duxi, habui scortum, -vi *eqs.* 1189 -esque et scortum accumbas. :: egon ... ibi -em? :: -andumst. *adde infra e. g.* Men. 475 Most. 36). 602 dies noctesque (*cf.* 826 de die. Men. 175 usque ad diurnam stellam. CIC. Phil. 2, 67 totos dies. HOR. sat. 2, 8, 3 de medio ... die. TAC. Germ. 22, 1 diem noctemque continuare -ando. *sim. al.*). 851 meum virum hic -are ... cum filio (863. *cf. p. 359, 64 et* Aul. 569 -are ... tecum volo. :: non -em; ... mihi bibere decretum est aquam [Most. 295]. Pseud. 1327 mecum <i> -tum. [Asin. 270 *supra*]). Curc. 89 agite, bibite, festivae fores, -ate. 124 tibi, *Venus*, amantes propitiantes (*Bothe*, propinantes *trad.*) vinum -antes da<nu>nt. Men. 475 prandi, -vi, scortum accubui (1142 Mil. 252. *cf.* TER. Ad. 117 obsonat, -at, olet unguenta. LIV. 1, 57, 6 -antibus his ..., ubi et Collatinus cenabat. 25, 24, 2 epulati ... -bant [SVET. Tib. 42, 1]. *sim. al.*). 792 amat meretricem ex proxumo ... atque ibi -at (Most. 36 -are, a., scorta ducere [*asyndeton ut*: Poen. 603. *al.* TER. Ad. 62 POMPON. Atell. 162 SALL. Catil. 11, 6 Iug. 85, 41. *al.*]. TER. Ad. 33. *cf. p. 359, 7*). *al.* TER. Phorm. 832. 837 -turus est apud me. Ad. 586. 799. QVADRIG. hist. 37 non ignaviter (*cf.* FRONTO p. 214, 18 v. d. H. satis strenue. APVL. met. 4, 8, 4 incondite. SPART. Pesc. 3, 10 sine mensura. *al.*). VARRO frg. Non. p. 142, 7 in conviviis qui sunt instituti -andi medi<m>peratores. CIC. Brut. 288. Tusc. 5, 118 voluptate -andi. HOR. sat. 2, 2, 123 culpā -are magistrā (PORPH.: libere ..., id est sine archiposia).
*[Kruse]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carm. 2, 11, 17 -amus uncti. *al.* TIB. 1, 10, 31 OV. ars 3, 761 fast. 3, 526 FEST. p. 68. SEN. dial. 5, 14, 6 cum de -andi modo praeciperet (*5, 14, 1* monebat ut parcius biberet). epist. 122, 6 *ut* bibant, immo -ent. *al.* *ironice*: PLAVT. Rud. 361 (*de naufrago*) periit -ando ...: Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. (II) *part. praes. pro subst. masc.*: VERG. georg. 4, 146 ministrantem platanum -antibus umbras. SEN. contr. 2, 6, 4 nec amantem agis, sed amas, nec -antem adumbras, sed bibis. PLIN. nat. 8, 5 PORPH. Hor. carm. 3, 8, 15–16 HIER. epist. 44, 3. COD. Theod. 9, 7, 1 -antibus ministerium praebuit (*antea*: cauponae ... ministra). (III) *deponens* (*cf.* comissari, epulari *sim.*): VEREC. in cant. 4, 8 l. 31 D. (*respicitur Iob 1, 13* biberent vinum) filii Iob ... cum sororibus -bantur (*infra*: potu ... dediti).

β *de qualibet actione bibendi* (*vigente vi intensiva fortasse* CELS.): LVCR. 4, 1100 *somnians* laticum simulacra petit ... in medioque sitit ... flumine -ans (*de conatu? cf. 1097* bibere ... quaerit). VARRO rust. 3, 16, 35 *apes pugnantes mulso aspersae* obstupescunt -antes. CELS. 3, 4, 4 *febricitans* neque -et neque nimium siti crucietur. PLIN. nat. 31, 9 ibi (*sc. in flumine quodam*) in -ando necessarius modus. 36, 199 usus eorum *vitrorum* ad -andum. TERT. resurr. 61 p. 122, 8 accepisti ... os ad vorandum atque -andum (*sim. opp.*: ARNOB. nat. 3, 25 nisi -rent et manderent homines. FIRM. err. 14, 1 vescendi et -andi licentiam [SVLP. SEV. chron. 2, 8, 3]. AMM. 21, 16, 5 *in* edendi -andique moderatione [27, 3, 15 PELAG. in Rom. 7, 22 SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 764. *cf.* PAVL. *sub b*]). HIER. epist. 52, 11, 4 modum ... exigimus in -ando. THEOD. PRISC. phys. 4. AVIAN. fab. 27, 8 -andi (*var. l.* port-) facilem praebuit unda viam. *part. perf. pro subst. neutr.*: PALLAD. hist. mon. I 6 p. 269$^{C}$ omnia vel comesta vel -ta ... solebat absumere *daemon* (*cf. II 9 p. 356$^{C}$* quae ... bibisset, *gr. p. 47, 6 B.* τὰ ... ποθέντα).

b *indicatur quo instrumento vel unde*: α *verbum activum*: PLAVT. Stich. 730 haec facetiast ... rivalis duos uno cantharo -are (VAL. MAX. 3, 6, 6 c. semper -vit *Marius* [*de eodem*: PLIN. nat. 33, 150]). PLIN. nat. 11, 126 urorum cornibus barbari septentrionales -ant (*pars codd.* pu-). 21, 87 inplexis colocasiae foliis in ... speciem vasorum -are. 33, 5 turbā gemmarum -amus (*cf.* MART. 11, 11, 5 gemmā). 37, 18 myrrhino *pretiosissimo* ... -vit *quidam*. SIL. 13, 856 amne diu -are soporo. PLIN. epist. 4, 30, 3 ex ipso fonte (*adde l. 43 et cf.* SCHOL. Pers. prol. 1 Ascraeus de eo f. -vit *eqs.* HIER. epist. 53, 1, 4 de Tantali f.). SVET. Vesp. 2, 1 pocillo ... argenteo. PAVL. dig. 34, 2, 32, 3 vasa ..., quibus et -bat et edebat. PORPH. Hor. carm. 3, 21, 21 ex hac amfora. AVSON. 53, 3 p. 83 P. cavis manibus cernens *Diogenes* -are bubulcum (*Anth. Pal. 16, 333, 5* πόμα ... ἀρύοντα). HIER. epist. 22, 23, 3 Baltasar -at in fialis. *part. praes. pro subst. masc.*: PLIN. nat. 31, 9 *medela* contingit in Velino lacu -antibus. 31, 19 ex quo *fonte* -antes amorem deponere creduntur. *? β deponens* (*an ad II?*): SEDVL. op. pasch. 1, 18 (*ad Dan. 4, 30*) *Nabuchodonosor* pastus faeno, -tus fluvio (*carm. pasch. 1, 210* ab amne bibit).

2 *cum obi.* (*sc. fere acc., adv. cum gen. l. 55, acc. ex enunt. relat. supplendo l. 77. 81*): a *usu vario, cum obi. quod indicat*: α *ipsum liquorem eiusve quantitatem*: (I) *cum solo obi.*: PLAVT. Men. 90 quod edit et quod -et praebeas (CAECIL. com. 162 ut devomas ... q. foris -veris). 792 amat meretricem ... atque ibi -at. :: tua quidem ille causa -bit minus? (Most. 394 intus -ate hau tantillo ... m.). 915 vinum (OV. fast. 2, 317 -anda ... v. PLIN. nat. 14, 55. 19, 53. MART. 7, 79, 1 consulare v. TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 640, 8. *al.; cf.* PLAVT. Truc. 904 opus nutrici ... veteris vini largiter ut dies noctesque -et [*nisi absolute*]. IVV. 5, 30 capillato diffusum consule. TERT. ieiun. 1 p. 275, 6 quid vinositatis. VOPISC. Tac. 11, 1 sextarium vini). Pseud. 782 (*devotio iocosa*) mihi -andus fructus est fullonius. TITIVS or. frg. (2 M.) Macr. Sat. 3, 16, 16 mulsum mixtum vino. VERG. georg. 3, 463 *Gelonus* lac concretum cum sanguine -at equino ([*item* PRISC. perieg. 721. *cf.* VAL. FL. *infra*]. OV. fast. 4, 780 purpuream que sapam). Aen. 6, 715 latices (*v. sub β*). HOR. sat. 2, 3, 117 *avarus* acetum (*cf.* PRVD. apoth. 99 fel -at et haurit a. [*v. p. 362, 49*]). OV. epist. 15 (16), 200 cum dis -ando nectare miscet aquas *Ganymedes* ([*nisi est gerundium, ut spectet ad p. 358, 69*]. PHAEDR. 3, 16, 13 -are est animus n.). met. 1, 634 limosa ... flumina -at *Io mutata*. CELS. 2, 12, 2$^{B}$ si multum ante morbum aliquis -vit (PORPH. Hor. carm. 1, 36, 13–14. HIPPOCR. aer. 4 [*gr.* πολυπότας]). SEN. Thy. 66 mixtus in Bacchum cruor ... -etur (VAL. FL. 5, 603 equi ... cruores. SIL. 13, 443 animae tendent -are c. *cf.* ITALA psalm. 49, 13 [Sangerm. *al.* = VVLG.] sanguinem hircorum [IORD. Get. 208]). COLVM. 10, 285 fontis ... rigidos ..., sole tepentis. SCRIB. LARG. 6 aquam (PLIN. nat. 11, 179. 31, 110. MART. 2, 50, 1 fellas et a. -as [*de fellatrice ut* 6, 69, 1 sq.]. 6, 86, 6. 14, 117, 1 non -are nivem, sed a. -are recentem de nive. IVV. 5, 52. *al.; cf.* PLIN. nat. 19, 55 hi nives, illi glaciem -ant [*var. l.* -ent *et* ponent]). PETRON. 28, 3 Falernum (CE 1318, 2. *cf.* MART. 3, 49, 1 Massica. 12, 17, 6 [*iocose bibit ipsa febris*] Caecuba. 13, 116, 1 Signina. IVV. 9, 116 -are Falerni ..., quantum Saufeia bibebat). 67, 10 caldum meiere et frigidum -are (*de proverbio v. Friedländer ad l.*). MART. 1, 11, 4 merum (12, 60, 8. AVSON. 20, 12 p. 328 P. inmixtum). 6, 27, 7 mustum. 13, 22, 2 *uvam*. 14, 113, 1 caldum. SVET. Nero 5, 1 -are, quantum iubebatur, recusarat *libertus*. *al.* *cibos sim.*: CLAVD. carm. min. 27, 15 ventosa ... pabula -at Tethyos *Phoenix*, ... carpens alimenta vaporis. DRAC. Romul. 8, 413 *agni lactantes* exultant -are cibos atque edere potus. (II) *simul indicatur quo instrumento vel unde*: VERG. georg. 3, 330 greges ... iubebo currentem ... -are canalibus undam. HOR. sat. 2, 3, 143 Veientanum ... -are ... Campana solitus trulla vappamque (*item abl. nudus*: carm. 1, 20, 1 modicis Sabinum cantharis. ELEG. in Maecen. 1, 58 galea ... iuvante merum [PROP. 3, 12, 8]. GRATT. 313 cavis ... gemmis. MART. 6, 35, 4 vitreis ... ampullis. 14, 100, 2. *subiungam*: OV. Pont. 3, 1, 22 aequoreas rauco gutture -at [portat *var. l.*] aquas *avis*. SIL. 13, 574 -at saniem *Acherontis* non uno Cerberus ore). PROP. 3, 17, 28 flumina ..., unde ... -ant Naxia turba merum (PLIN. nat. 11, 280 si ... biberit *salamandra*, u. -etur *aqua*). OV. am. 2, 19, 32 e magno flumine -et aquam (*item* ex: VITR. 8, 3, 20 ex quo *fonte* ⌊eam aquam⌋ [*om. cod. unus, del. Callebat*] ... -antes). RVF. FEST. 9, 1 sanguinem in ossibus capitum (*item* in [*cf. vol. VII 1, 774, 40 sq.*]: CLAVD. 7, 49 in galea -are nives [port- *var. l.*]. BACHIAR. repar. laps. 19 in phialis templi ... vinum perditionis [*de Balthasare*]).

β *quid bibendo efficiatur*: PLAVT. Rud. 587 (*loq. naufragus*) ut edormiscam hanc crapulam, quam -vi (*postea*: salsis poculis). VERG. Aen. 6, 715 animae ... Lethaei ad fluminis undam securos latices et longa oblivia -ant (*inde* SIL. 13, 555. 851). IORD. Get. 66 Alexander ... -ans interitum (*sec.* OROS. hist. 3, 20, 4 cum ... venenum -asset, interiit).

γ *unde liquor hauriatur*: (I) *flumen, fontem sim.*: (A) *in sermone poetico indicatur locus, ubi aliquis moratur sim.* (*locutio usitata inde ab Homero, cf. e. g. B 825 ; v. etiam infra p. 363, 2. 365, 10. 366, 3*): SEN. Med. 373 *homines sedes mutant*; Indus gelidum -at Araxen, Albin Persae Rhenumque bibunt (Phaedr. 58). SIL. 8, 367 qui -ant Thybridis undam quique Anienis habent ripas *eqs.* 13, 676 Baetem nullo -are sub hoste. 14, 227. PANEG. 6, 11, 4 flumina interiora (*opp.*: Rhenum ... accolere). CLAVD. 17, 286 qui *equus* ... -at stagna Tagi (rapt. Pros. 1, 282 Lethes). 24, 158 quod sedem mutare licet ..., quod bibimus ... Rhodanum, -amus Orontem. (B) *cetera exempla*: SEN. nat. 3, 25, 4 qui facere albas oves volunt, ⟨ad Haliacmonem⟩ adducunt, quem ut diutius -avere, ... mutantur (*cf. l. 37. p. 365, 13*). MELA 2, 6 Borysthenes ... placidior quam ceteri -arique pulcherrimus. PLIN. nat. 3, 89 *praeter Arethusam* et Temenitis et Archidemia ... fontes in Syracusano -antur agro (8, 169 *asinae non* nisi adsuetos -ant f. PRVD. c. Symm. 2, 812 nostros -ant animalia f. CASSIOD. var. 8, 32, 3 ut aliqui *f.* -ti animalibus reddant varium colorem).

(II) *cum aliis obi.*: MART. 10, 49, 1 cum -es amethystinos trientes (*cf.* 12, 27, 1 -o ego sextantes, tu -as [-a *var. l.*] ... deunces [*nisi obi. meram quantitatem indicant, ut spectent ad p. 359, 49 sqq.*]). IVV. 6, 9 -anda ferens infantibus ubera *femina* (*item de lactantibus*: SIDON. carm. 2, 39 *Thracum infans* ab ubere tractus plus -at per vulnus equum [*cf. e. g. Mart. epigr. 3, 4* epoto Sarmata pastus equo]). HIL. myst. 1, 15 -tus in euangeliis calix mortem passionis ostendat (*respicitur Matth. 20, 20* bibere calicem).

b *in re medica sumuntur medicamenta liquida vel liquori immixta* (*pro obi. est mensura liquoris e. g. l. 58. 60, alibi indicatur abl., v. l. 66*): α *-ant homines*: PLAVT. Men. 950 (*loq. medicus*) elleborum -bis faxo aliquos viginti dies. VARRO (?) frg. Apic. 3, 2, 4 *radices betaciorum cum* aqua et oleo in se coctas iusculum facere et -ari. VAL. MAX. 2, 4, 5 p. 71, 2 qua *aqua* -ta (pota *var. l.*) ... vi morbi ... sunt liberati (CELS. 4, 26, 8 [-ta *del. Targa*]. FRONTO p. 161, 20 v. d. H. a. -anda malam valetudinem ... sedare. PLIN. med. 1, 1, 7. *al.*). COLVM. 5, 12, 2 (= arb. 28, 2) *cytisum* ita -andum dare. PLIN. nat. 1, 25, 53 lac. 19, 161 si tritum ex aqua -etur *cuminum* (SER. SAMM. 479 MARCELL. med. 3, 7. *al.* PLAC. med. 7, 9 rec. α ex a. aut ex vino [*rec. β* poti]. *al.; cf.* SER. SAMM. 546 ex vino cortex -bitur ovi [589. PLIN. med. 2, 5, 5 ex v. mulso. 2, 6, 6. *al.*]. *sim. al.*). 24, 78 ut terni cyathi *hederae* -entur. 26, 107 PORPH. Hor. epist. 1, 19, 17–18. SER. SAMM. 311 duae partes apsinthi ac tertia rutae decoctis -antur aquis (*Plin. nat. 26, 46* bibitur). 499 radix ... in geminis ... cyathis -anda Lyaei (*item* in: 642 in undis. 837 in amni [983]. 840. PLIN. med. 1, 25, 9 in vino vetere. 2, 6, 1 in caprino lacte. *sim. al.*). 612 *spumam* mixto -are Falerno. *al.* PLIN. med. 2, 5, 1 lac caprinum -tum cum sale (MARCELL. med. 17, 8 cum vino [DAMIG. lapid. 9. *al.*]. PLAC. med. 9, 12 rec. α cum aqua [11, 10 rec. α. *al.*]). 3, 33, 9 mustela ... drachmis binis -atur. *al.* PLAC. med. 2, 4 rec. β *vulpis* iecur ... -tum (*var. l.* si bibatur, *rec.* α potui datum). GREG. TVR. glor. conf. 100 multi crasi -tique ex eo *lapide sarcophagi episcopi* pulveris modicum (*acc. pro abl. instr., cf. Bonnet, Latin de Grég., 526*) ... febribus celeriter liberantur. *al.* β *-ant animalia*: COLVM. 6, 4, 2 medicamina -anda praebent (6, 7, 4 medicamentum. 6, 9, 1 aquam frigidam *febricitanti bovi*. 6, 34, 1 caput alii tritum. 7, 7, 2). 6, 14, 1 porri sucus ... -andus datur *bobus* (6, 17, 3 *trifolii* semina ... cum vino [*inde* VEG. mulom. 4, 21, 3]. 12, 53, 3 medicamentum). 7, 10, 5 *subus* aqua calida -anda permittitur.

B *in imagine et translate* (*cf. etiam supra l. 19 sq.*): 1 *de animantibus*: a *qui accipiunt incorporea, animo complectuntur aliquid*: CIC. Tusc. 5, 13 tamquam levia ... vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata quam -ta delectant. APVL. flor. 20, 3 (*enumerantur creterrae Musarum*) hactenus a plerisque -atur; ego et alias creterras Athenis bibi. TERT. apol. 47, 2 quis poetarum ..., qui non de prophetarum fonte -verit? (HIER. praef. Vulg. psalm. p. 4, 5 *aemuli malunt* de turbulento magis rivo quam de purissimo f. -are. AVG. civ. 22, 24 p. 616, 27 D. dei sapientia de ipso suo f. -bitur. *cf.* 13,

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

24 p. 599, 2 quem *fontem vitae* -ando. PETR. CHRYS. serm. 93, 1 paenitentis lacrimas ex ipsis oculorum f. -turus *Iesus*. CASSIOD. var. 1, 45, 3 artes ... in ipso disciplinarum f.). anim. 26, 3 animam de prima aspiratione -bat Platonico more *infans*. adv. Iud. 13, 12 ligno passionis ... per aquam baptismatis ... fidem (praescr. 36 l. 20 legem et prophetas cum euangelicis ... litteris miscet; inde -at [portat *var. l.*] f., eam aqua signat *baptismi*, sancto spiritu vestit, eucharistia pascit *ecclesia*. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 354 divini flumine verbi). resurr. 63 p. 125, 17 resurrectionem (*sc. e fonte paracleti*). ITALA I Cor. 12, 13 (cod. d *al.*, *v. p. 362, 8*). ARNOB. nat. 2, 64 ab iure -andi *prohibere* (*antea*: patet ... fons vitae). LACT. inst. 5, 1, 14 circumlinatur ... poculum caelesti melle sapientiae, ut possint ab inprudentibus amara remedia sine offensione -ari. IVVENC. 3, 596 (*ad Matth. 20, 22* bibere calicem) vos nostrum calicem fas est -are (HIER. in psalm. 108 [*syn.* bibi, hausi]). PRVD. perist. 10, 730 fons ille vivus (*Ioh. 4, 13*) ... aeternitatem largiens -antibus. PAVL. NOL. carm. 27, 591 -atur hianti (*i. imagines stupenti*) sobrietas, nimii subeunt oblivia vini (*var. l.* laudatur). AVG. civ. 1, 32 p. 49, 13 D. mens ... -tis erroribus ebria. *al.* b *qui in convivio aliquem carpunt, vituperant*: PS. HIER. epist. 18, 3 (*fortasse genuina*) *invitatus ad prandium* si ire nolueris, tunc miser in prandio comederis, ad singulas quasque fialas et delibuta mellis vina -beris: alius in tuum vultum cavillabitur *eqs.* (*cf. e. g. Ter. Eun. 1087* hunc comedendum vobis propino et deridendum).

2 *de rebus inanimis, arboribus, qui liquore inficiuntur* (*aliter p. 358, 54*): LVCR. 4, 1128 vestis ... sudorem ... -at. HOR. epist. 1, 10, 27 -antia vellera fucum (*cf.* PLIN. nat. 9, 134 *in suco purpurarum* quinis lana -at horis ..., donec omnem ebibat saniem). PLIN. nat. 12, 8 docuimus ... arbores vina -are (*antea*: mero infuso enutriantur *platani*). ITALA (= VVLG.) IV Esdr. 16, 61 Weber posuit ... super vertices montium lacus ad emittendum flumina ..., ut po[r]taret terra. ANTH. 471, 5 qua diductos ... po[r]tat levis area fontes. 718, 6 te, *Oceane*, -ant nubes. CYPR. GALL. deut. 157 *tellus* suevit pluvios -are rores. *allegorice*: VEREC. in cant. 2, 43 l. 11 D. (*ad deut. 32, 42* inebriabo sagittas ... sanguine) hae sagittae *spiritales* -ant sanguinem nostrae infidelitatis (*cf. l. 70* biberunt).

II *usu secundario fere i. q. potu afficere aliquem,* ποτίζειν (*quod gr. respondet; tam in script. sacris et inde apud ecclesiasticos quam apud medicos posteriores [priores adhibent* potui dare, *v. p. 368, 78]. agunt fere animantes, res e. g. p. 362, 45. afficiuntur imprimis homines, animalia p. 362, 18. 53, res l. 73 et p. 362, 24*): A *cum obi. eius, qui potu afficitur*: 1 *simul indicatur, qua re vel unde quis afficiatur per*: a *abl.* (*an huc p. 362, 39?*): α *proprie*: ITALA gen. 19, 32 (Rufin. Orig. in gen. 5, 4) -emus patrem nostrum vino (*Iren. 4, 31, 1 = 4, 48, 1 H.* potionemus, *Vulg.* inebriemus). psalm. 68, 22 (Tert. adv. Iud. 10, 4. *al.* = VVLG.) in siti mea -verunt me aceto (Sangerm. *al.* acetum [*v. infra l. 82*]. *hinc et e* Marc. 15, 36 [*v. infra sub 2*] *pendent e. g.* TERT. spect. 30 p. 29, 16 felle et aceto -tus *Christus*. CYPR. patient. 7 HIL. in psalm. 61, 5. 62, 4 aceto -verunt ... in passione -andum. HIER. in Matth. 27, 48 [*interpret. spirituali*]. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 64, 34 aceto -tam ... humanam naturam). AMBR. spir. 1, 16, 165 ut tu sitim istius mundi sacro -tus cruore restinguas (*de eucharistia ut*: HIER. epist. 21, 26, 1 carne pascimur, c. -amur. hom. Orig. in Luc. 38 p. 216, 20). VINDIC. epist. ad Valent. 4 eum *aegrotum* absinthio (*cf.* CASS. FEL. 44 p. 109, 19 absinthii ... infusione). CAEL. AVR. acut. 3, 16, 136 castoreo -andos ... hydrophobos. gyn. 1, 160 aquā -andi *sunt* (CASS. FEL. 42 p. 103, 17 patientes. *adde l. 82*). ARNOB. in psalm. 50 p. 398[A] *aegrotos* amaris potionibus. β *in imagine et translate*: ITALA psalm. 35, 9 (Aug. epist. 140, 22, *sim.* VVLG.) *homines* inebriabuntur ab ubertate domus tuae et torrente voluptatis tuae -bis eos (Ambr. in psalm. 35, 19, 1 *al.* torrentem, *cod. 304* potum dabis eis. *pendet e. g.* IVLIAN. in Ioel 3, 17/18). 59, 5 (Sangerm. *al.* = VVLG.) nos vino compunctionis ([Veron. vinum]. GAVDENT. serm. 8, 47 G. spiritali v. gentes ... sitientes. VEREC. in cant. 2, 34 D. indignationis). Hab. 2, 15 (Rufin. Orig. in exod. 5, 1 p. 184, 27) proximum suum subversione turbulenta (*Hier. ad l.* propinat, *Vulg.* potum dat). I Cor. 3, 2 (Cypr. zel. 13. *al.*) lacte vos -vi, non cibo (cod. g lac vos vel vobis -vi vel potum dedi, Ambr. fid. 5 prol. 3 lac vos -vi, *Vulg.* potum dedi. *pendet e. g.* HIER. in Gal. 4, 12 euangelico ... lacte). AVG. vera relig. 51, 100 scripturarum consideratione ... pascamus animum atque -emus. HIL. AREL. vita Honorat. 24 l. 8 -at *me* ... caelestis fonte sapientiae (RVRIC. epist. 1, 9 [*ad Sidonium*] desidero ... tuo f. -ari. PRIMAS. in apoc. p. 936[B] *novam Ierusalem* vitae f. -ari [*respicitur apoc. 21, 6*]. *al.*). PS. FVLG. RVSP. serm. 75 p. 947[B] scatentibus cadaverum venis -antur cruoribus campi. *al.*

b *acc.* (*sec. gr.* ποτίζειν τινά τι. *adde l. 60. 62. 66. p. 362, 66*): α *proprie*: ITALA exod. 32, 20 (Lugd.) *Moyses* seminavit eum *vitulum* in aqua et -vit illud filios Istrahel (Wirc. *om.* illud, *Vulg.* dedit ... potum). num. 5, 24 (Lugd. *al.*) -bit sacerdus mulierem aquam ([*Vulg.* dabit ei bibere]. Ier. 8, 14 [Hier. *ad l.*] nos aquas fellis [*Vulg.* potum dedit]. 23, 15 [Wirc.] eos a. amaram [VVLG. felle]. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 37). iud. 4, 19 (Lugd.) -a me nunc pusillum aquae (*Vulg.* da mihi. *huc spectat* PS. PHILO antiq. 31, 5 -a me aqua). psalm. 68, 22 (Sangerm. *al.*) me acetum (*al. v. l. 45. pendent eadem structura*: COMM. apol. 418. BARNAB. 7, 5 [*at* 7, 3 *cum abl.*]). Matth. 10, 42 (cod. d, *sim.* k) unum ex minimis istis calicem aquae (*cod. b al. et Vulg.* potum dederit. *sim.* Marc. 9, 41 [cod. k]). CAEL. AVR. acut. 1, 17, 172 aegrotantes antidotum. chron. 3, 2, 36 stomachicos ... castoreum ex aqua mulsa solutum. CASS. FEL. 16 p. 23, 4 lac ... ieiunos ... -bis (*e codd. melioribus restituit Junel, In Cass. Fel. Studia, 131 sqq., hic et* 40 p. 92, 9. 46 p. 118, 17 [*de locis dubiis agit p. 133*]; *ceteri codd. et Rose struct. sollemniores praebent*). β *in imagine et translate*: ITALA I Cor. 12, 13 (Ps. Rufin. fid. 13 = VVLG.) unum spiritum -ti sumus (cod. d *al.* -vimus, *var. ll.* VVLG. uno spiritu *et* in uno sp. [*sec. var. l. gr.* εἰς ἕν]). IREN. 2, 33, 2 (= 2, 51 H.) introeuntes animae in hanc vitam ab ... daemone, priusquam in corpora intrent, -antur oblivionem (*codd.*, oblivione *edd.*, *sed cf. ibid. infra* -ta est *anima* oblivionis medicamentum). SERM. Arian. frg. II 7 si vitae potum -ta es et si indumentum ... luminis induta es.

c *praepos. vel adv.*: α *proprie*: ITALA cant. 8, 2 (cod. 169) -bo te de vino unguentato ([*Vulg.* dabo tibi poculum]. PEREGR. Aeth. 5, 6 torrentem ..., de quo -vit [port- *trad.*] ... Moyses filios Israhel [*eodem spectat* APON. 8 p. 161 de qua *petra*]). PEREGR. Aeth. 20, 4 puteus, unde -vit ... Rebecca camelos. THEOD. PRISC. log. 18 ex hoc *medicamento* frequenter eos *aegrotos* -bo (CAEL. AVR. chron. 3, 6, 80 ex medicaminibus. VEREC. in cant. 2, 33 l. 50 D. uva fellis, ex qua peccatores -antur. ex tali vino felli commixto -are ... salvatorem). β *in imagine et translate*: ITALA psalm. 79, 6 (Veron.) cibabis nos panem lacrimarum et -bis nos in lacrimis (*sim.* HIER. psalt. sec. Hebr., *al. et Vulg.* potum dabis). 103, 13 (cod. 136 Cas.) *deus* -ans montes de superioribus suis ([*Veron. al. et Vulg.* rigans]. PS. ORIG. tract. 3, 27 B. de fonte aquae vivae sacramento baptismatis -buntur). OPTAT. 2, 8 fontem ..., unde haeretici non possunt vel ipsi bibere vel alios -are (port- *var. l.*). AMBROSIAST. in I Tim. 1, 17 *deus* fons bonitatis est, ex quo ceteri -antur ([*var. ll.* port-, put-]. SACR. Leon. 205 -a famulos tuos ex hoc fonte aquae vitae). PAVL. NOL. carm. 27, 106 quis me ... ab isto flumine -bit (*var. ll.* -vit, -bat), quod sobriat ebrietate (*item* a: VVLG. apoc. 14, 8 [*var. l.*; *v. p. 326, 71*]). ORIG. in Matth. ser. 22 p. 38, 10 sermo, per quem -amur spiritaliter. *part. perf. pro subst. masc.*: CASSIOD. Didym. in Iac. 1, 12 p. 3, 13 reposita est *corona* ... fruentibus dominum ... et -tis de torrente deliciarum dei (*respicitur* psalm. 35, 9).

2 *non indicatur qua re* (*tropice l. 43 sqq. 48*): ITALA gen. 21, 19 (Ps. Orig. tract. 3, 26 B.) -vit infantem (*Vulg.* dedit ... bibere). exod. 32, 20 (Wirc., *v. p. 361, 77*). psalm. 77, 15 (Veron. *al.*) -vit eos sicut abyssus multa (cod. 136 Cas. -vit abysso nimia, *Vulg.* adaquavit eos velut in a. m.). Is. 43, 20 (Iren. 4, 33, 14 = 4, 55, 5 H.) flumina ad -andum genus electum (*Cypr. testim. 1, 12* adaquare, *Vulg.* ut darem potum). Ier. 25, 15 (Tycon. reg. 4 p. 53, 14) accipe calicem vini meri (*i. irae*) de manu mea et -bis omnes gentes (*Vulg.* propinabis; *sim.* 25, 17 [*ibid.* p. 53, 16]. *pendet* ORIG. in Matth. ser. 95 p. 214, 2 sq. calicem illum vini meri, qui -at et -turus est omnes gentes). Matth. 25, 35 (cod. d *al.*) sitivi et -astis me (*Vulg.* dedistis mihi bibere. *sim.* 25, 37 [*acc. omisso*]. 25, 42. *pendet e. g.* HIL. in psalm. 133, 5. ORIG. in Matth. ser. 72 p. 169, 3 Christum cibat et -at, qui fidelium iustitiam et veritatem manducat et bibit. CAES. AREL. serm. 10, 3). Marc. 15, 36 (cod. k) -vit eum *Iesum crucifixum* (*cod. n* potiona⟨vit⟩, *Vulg.* potum dabat ei. *pendet e. g.* NOVATIAN. trin. 28, 11 D. cum nondum iniuriose -tus fuisset). IREN. 3, 11, 5 (3, 11, 9 H.) -vit eos, qui invitati erant ad nuptias. PEREGR. Aeth. 20, 11 puteus ..., ubi ... Iacob -asset pecora (*cf. Itala gen. 29, 10* [*Lugd.*] adaquavit). HIL. trin. 10, 24 -are sitientes. RVFIN. Orig. in gen. 10, 2 p. 95, 8. VITAE patr. 3, 200 *non* aliter -bantur quam exeuntes mane ac discurrentes per diversas herbas colligentes rorem ... et inde ... bibebant (*antea*: potum extra usum habebant). GREG. TVR. Iul. 3 ut -ti *e fonte quodam*, qui patiuntur *febrim*, fuerint, conquiescunt.

B *obi. personae affectae subaudiendo vel absolute* (*exempla notabiliora, sc. in re medica; ad A relegavimus locos, ubi acc. verbo antecedenti apponitur; an huc l. 39?*): PS. APVL. herb. 79 l. 5 *substantiam quandam* addito in vino ciatis II, aquae ciatos IV coniunges et sic -bis. THEOD. PRISC. log. 36 nutrio -ando. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 85 dat etiam ... helleborum ... et lacte asinino ... -at *eqs.* chron. 5, 10, 124 lacte atque melle -amus. CASS. FEL. 1 p. 6, 19 aqua calida -bis. 73 p. 177, 8 vinum ... lene -bis (*item cum acc. potionis, sive sec. structuram pleniorem sub A 1 b sive sec.* ποτίζειν, *ut significet 'bibendum dare'*: 73 p. 177, 8 lac asininum ... frequenter -bis [potui dabis *Rose utrobique*]).

*part. praes. pro subst.*: *p. 359, 5. 42. 361, 15*; *part. perf. pro subst.*: *p. 359, 26. 362, 33.*

*deriv.*: potabilis, potaculum, potatio, potator (-trix), potatorius, 1. potatus, potax, potito.

*compos.*: com-, e-, per-, praepoto.

**pōtor,** -ōris *m.* *ab eadem radice ac* 1. potus, *q. v.* [*e coni. dub.* SIDON. epist. 1, 8, 1.]

*i. qui potat, bibit* (*cf.* GLOSS. bibitor): 1 *vinum* (*an huc p. 364, 48?*): HOR. sat. 2, 4, 59 marcentem ... recreabis ... Afra -em coclea. 2, 8, 37 acris -es (*34* damnose bibimus). epist. 1, 18, 91 (*interpol.*) -es bibuli media de nocte Falerni. PLIN. nat. 10, 153 scitum de quodam ⌊-e⌋ reperitur ... tamdiu potare solitum *eqs.* (⌊ ⌋ *om. pars codd., sed cf. Arist. hist. anim. 559b2* φιλοπότης). 20, 263 *cardui* radix ... -bus sitim facere narratur (*var. ll.* potior-, potator- *sim.*, *v. etiam p. 277, 16*). 23, 96 -es certaturi (*var. ll.* potat-, pugnatores. *cf.* 36, 156 -es in certamine bibendi praesumere farinam *pumiceam*). 23, 145 *amygdalis* praesumptis

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ebrietatem non sentire -es (*var. ll.* putore, poto, pota). MART. 6, 78, 1 -r nobilis (*falsa var. l.* potator). 2 *aquam*: HOR. carm. 2, 20, 20 me ... noscent Geloni, me ... discet Hiber Rhodanique -r (*sim. indicantur accolae fluvii*: CLAVD. 22, 192 Pannonius -rque Savi. SIDON. carm. 5, 479 Scythicae -r Tanaiticus undae. epist. 4, 17, 1 [*ad comitem Treverorum*] Quirinalis impletus fonte facundiae -r Mosellae Tiberim ructas. *cf. p. 277, 26. 360, 22*). epist. 1, 19, 3 carmina ..., quae scribuntur aquae -bus ([*var. l.* potior-. *cf. Anth. Pal. 13, 29, 2* ὕδωρ ... πίνων]. GLOSS. II 462, 18 ὑδροπότης: a. -r, abstemis).

*f.* **pōtrīx**, -īcis. *i. quae potat*: PHAEDR. 4, 5, 25 *parens* seponit ... -i plenam antiquis apothecam cadis (*cf. 6* devotam vino *filiam*).

*compos.*: compotor (-trix).

**pōtōrius**, -a, -um. *a* 1. potus, *cf.* cenatorius, cubitorius *sim. notatur* pot CIL VI 8730 (*saec. I in.*). [*calabr. sept.* puturne. *cf. Faré, Postille ad M.-L. 6700a. St.*] [*dub.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. (CIL VI 32329) 6 cultrum op⟨. . . p⟩otorium et pateram cum vino (*sic suppl. Mommsen,* cotorium *Pighi in ed. 1941–1949, 156 coll.* $V^{a}$ *49*).]

**1** *i. q. ad potum ministrandum aptus*: **a** *adi.*: argentum: CIL VI 6716 Anthus Caesaris ab a. ⟨pot⟩orio (*item spectat ad officium domus Augustae*: 8729 Gemello Aug(usti) lib(erto) praeposito a. -i. 8730 [*saec. I in.*] Anthus ad a. pot(orium) L. Caesaris. *cf. l. 26 sq.*). TEST. Dasum. (CIL VI 10229) 38 ⟨a. es⟩cari et potor⟨i⟩ *aliquid*. POMPON. dig. 34, 2, 21 pr. 2. PAVL. dig. 34, 2, 32, 2 a. -o vel escario. sent. 3, 6, 90 a. -o legato omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur. MOD. dig. 33, 10, 8 (*bis iuxta* escale). aurum: CIL VI 8733 M. Vlpius Aug(usti) lib(ertus) ... praepositus a. -i Caesaris. 8969 T. Flavius Aug(usti) l(ibertus) ... ab a. -o. *varia*: PAVL. FEST. p. 51 culigna: vas -um (p. 53 PLIN. nat. 36, 59. PAVL. sent. 3, 6, 86 [*var. ll.* potatoria, potiora]. SCHOL. Iuv. 10, 25). MART. 14, 110 tit. ampulla. ARNOB. nat. 6, 25 cantharus. **b** *neutr. plur. pro subst. i. q. poculum*: PLIN. nat. 33, 136 (*e Varrone*) aureis -is (*var. l.* putoris. *syn.* vasa). 33, 157 parvolis. 37, 17 gemmata. 37, 21. 104 -a ex hac *Carchedonia* ... factitata. PAVL. dig. 33, 10, 3, 3 vitrea escaria et -a.

*?* **2** *i. q. potabilis*: PELAGON. 288 (*inde* VEG. mulom. 2, 116, 2) sil -um scrip(ulos) *tot* (*trad. in serie genetivorum itaque vulgo coni.* eupatorii *sec. Hippiatr. gr. I p. 393, 4; textum trad. def. Heraeus, Woch. Klass. Phil. 34, 1917, 708, eadem suspicans* MARCELL. med. 26, 114, *ubi* sil pictorium *trad.*).

**potrēsco** *v.* putresco. **pōtrīx** *v.* potor.

**pōtulentus** *et* **pō(s)culentus**, -a, -um. *conferendum cum* 2. potus, *forma* posc- *cum* pōsca *et* esculentus. *formae libris traditae*: pot- CIC. (post- *unus ante corr.*). MOD. dig. 1, 18, 18 *et ubique sub 2.* posc- Q. SCAEV. (*VR,* post- $P^1$, poc- $P^2$ *recc.*). FEST. p. 253. GELL. 17, 11, 2 (*FZ,* pot- *NQ,* poc- *cett. et Macr. Sat. 7, 15, 4*). poc- APVL. Plat. 1, 15, VLP., DON. (posc- *var. l.*). *alia infra adnotavimus.* [*falsa var. l. pro* polenta MACR. Sat. 7, 15, 10.]

**1** *i. quod potari potest* (*ubique iuxta* esculentus): **a** *adi.*: Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 penus est, quod esculentum aut -um est. VLP. dig. 33, 9, 3, 4 -a penu ea, quae vini loco pater familias habuit, continebuntur (*antea*: penus esculenta). DON. Ter. Ad. 552, 3 rebus esculentis et -is. **b** *n. pro subst.*: CIC. nat. deor. 2, 141 in ea parte oris, qua esculentis et -is iter natura patefecit (*al. v. vol. V 2, 859, 75 sqq.; adde* DON. Ter. Eun. 256, 3 qui e. et -a vendunt).

**2** *i. q. potu plenus*: **a** *strictius fere i. q. ebrius* (*cf.* SYNON. Cic. p. 448, 19 vinulentus. temulentus. ebriosus. -us): SVET. Otho 2, 1 ferebatur ... invalidum quemque obviorum vel -um corripere (petul- *var. l.*). APVL. met. 3, 5, 1 cum a cena me serius ... reciperem, -us alioquin. PORPH. Hor. carm. 4, 12, 19 -os ... scimus plerumque maiora sperare (*m. plur. pro subst. ut*: SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 1, 18, 91 potores: -i). SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 1, 18, 38 ('vino tortus') -us. **b** *laxius fere i. q. (potu) satiatus*: VEN. FORT. vita Germ. 12, 41 *senex ieiunans* sustinens ... frigus ..., quod nec tolerare possint -i iuvenes (petul-, potol- *var. ll.*). vita Radeg. 17, 42 caecis non cessabat ipsa cibos ... porrigere ..., ut nova Martha satageret, donec -i fratres laeti fierent conviviis.

**pōtum** *v.* 2. potus.

**1. *pōtus**, -a, -um. [*participium priscum pertinens ad radicem* *pō- *primitus fortasse temporis aoristi propriam (cf. ind. vet.* á-pā-t, *gr.* ἔπιον *al.), a qua pleraeque linguae cognatae totum verbum stirpe* *pō- *aut* *pī- *formaverunt. cuius radicis praesens redupl. est* bibo (*q. v.*; b *iuxta* p *variis rationibus explicare student viri docti*). *usus participii activus aut antiquitus servatus aut, ut contendit Leumann, Gramm. 1977, 613, sec.* cenatus *novatus est. de participio* bibitus *a* bibo, bibi *formato v. vol. II 559, 50 sqq. Sch.*] *de origine, genere et usu vocis*: *1) doctrinae gramm.*: *accipitur vulgo pro part. perf. verbi* potare, *cuius vim activam testantur* VARRO frg. (11 F.) Gell. 2, 25, 7 a 'ceno' et 'prandeo' et 'poto' et 'cenatus sum' et 'pransus sum' et '-us sum' *dicimus* (*sim.* QVINT. inst. 1, 4, 29 CHAR. gramm. p. 346, 14 B. DIOM. gramm. I 402, 6. PRISC. gramm. II 484, 1 -us ὁ πεπωκώς). *inter verba neutralia, quae part. perf. proferunt* PRISC. gramm. II 512, 17 'poto -us' pro 'potatus' (*cf.* 566, 20). *inter participia per syncopen prolata* PRISC. gramm. II 263, 20 -us pro potatus (*sim.* 475, 7. *al.*). *2) observationes nostrae*: *vis verbalis probatur maxime obiecto, quod ad usum activum bis accedit (v. IA2), nec non formis part. fut. et supini, quas infra subiunximus; in usu passivo occurrit dat. auctoris* PROP. 3, 22, 26 OV. fast. 4, 68 Pont. 3, 4, 92 PLIN. nat. 21, 159 PLIN. phys. Bamb. 88, 19, *praepos.* a PLIN. nat. 26, 94; *saepius legitur iuxta alia participia, v. l. 36. p. 365, 19. ceterum in usu activo et passivo non tam attributive ponitur quam praedicative, sed raro additur copula, sc.* OV. fast. 4, 68. 6, 789 Pont. 3, 4, 56 SEN. nat. 3, 25, 11 SCRIB. LARG. 182. 194 PLIN. nat. 28, 158. *al.* *usu passivo pro part. perf. verbi* bibere *adhibetur passim, e. g.* OV. met. 15, 334 (*v. infra l. 63*). SCRIB. LARG. 180 opium -um ...; qui biberunt (*sim.* 188. 189. 193. 194 PLIN. nat. 7, 186. 20, 217 sq. 36, 145. 37, 53. *al., v. etiam p. 365, 75 et cf.* GLOSS. V 645, 75 -us: a bibendo). *apud posteriores variant etiam* -us *et* potatus (*qua de forma v. p. 358, 26*), *e. g.* PLAC. med. 7, 7 rec. β -i (*rec. α* potatos). ORIBAS. eup. 2, 1 A 21 Aa p. 434 -us (*La* potata). syn. 2, 13 La p. 99, 23 Mø. -a (*Aa* potata). *legitur usu activo inde a* PLAVTO, *sed perraro post* OV.; *usu passivo apud* CIC., VERG., HOR., PROP. (*singulis locis*), OV. (*octies*), SEN. *phil.* (*quinquies*), *al., saepius apud* SCRIB. LARG., *plus quadringenties apud* PLIN. nat., *sed apud scriptores posteriores rursus rarescit: invenimus enim apud* GARG. MART. $14^{ies}$ (*saepe e* PLIN. nat.), PLIN. med. $15^{ies}$ (*plerumque e* PLIN. nat., *v. etiam p. 358, 30*), PLIN. phys. Bamb. *sexies* (potui datus $25^{ies}$, potatus *semel*), *perraro apud* DIOSC. (*librum sec. et tertium scrutantes* -us *bis invenimus,* bibitus *trecenties*), *contra saepius adhibet* MARCELL. med.; *in variis rec.* PLAC. med. *et* ORIBAS. *libere variant* -us, potatus, potui datus *al.*; -us *omnino deesse videtur* PELAGON., CHIRONI, VEG. mulom., CASS. FEL. (potatus *bis*), ANTHIMO. [*in codd. confunditur cum* coctus PLIN. nat. 20, 54 (*restit.* 20, 136), epotus CELS. 3, 23, 7 CYPR. epist. 63, 11 (*restit.* PLIN. nat. 2, 231), lotus (*restit.* PLIN. nat. 23, 80), positus, potatus, potius (*restit.* PLAVT. Amph. 1007 VARRO Men. 319), tostus PLIN. nat. 20, 51, totus (*restit.* PLIN. nat. 20, 256). *al.*]

**I** *vi activa i. qui potavit, bibit*: **A** *vinum* (*sc. maxime in convivio, cf.* potare *p. 358, 58*): **1** *sine obi. fere i. q. ebrius, madidus*: **a** *adi.* (*fere praedicative; attributive maxime* PROP. 4, 6, 75 OV. fast. 3, 542. 6, 682 VAL. MAX.): PLAVT. Pseud. 296 a mensa surgunt satis -i viri (*versui obscuro iocum Graecum subesse putat Killeen, Mnemosyne 26, 1973, 59*). Paras. pig. frg. 1 bene -us (LVCIL. 1070 recessit. CIC. fam. 7, 22 domum ... redieram). CIC. Mil. 56 inscitiam pransi, -i, oscitantis ducis. HOR. sat. 1, 3, 90 comminxit lectum -us. 1, 4, 88. 2, 3, 255. carm. 4, 13, 5 bibis inpudens et cantu tremulo -a Cupidinem ... sollicitas. epist. 1, 19, 7 numquam nisi -us ad arma prosiluit dicenda *Ennius* (*cf.* PROP. 4, 6, 75 ingenium -is [positis *var. l.*] irritet Musa poetis). 2, 2, 215 largius aequo (*cf.* TER. *sub 2 et* FEST. p. 344 convivatus, super modum -us). ars 224. TIB. 2, 5, 89 (*87* madidus). 2, 5, 101 -us iuvenis. PROP. 2, 29, 1 cum -us nocte vagarer. 4, 8, 32 -ae *Teiae* non satis unus *amator* erit. OV. epist. 15(16), 243. fast. 3, 542 senem -um -a trahebat anus (VAL. MAX. 4, 3 ext. 3). 6, 682 turba. 6, 778. 6, 789 si non esset -us (*785* male sobrius). PORPH. Hor. carm. 4, 5, 39 'uvidi': id est -i atque madidi. PS. CATO dist. 2, 21, 1 PROB. Verg. georg. 3, 264. **b** *masc. plur. pro subst.*: PLAVT. Amph. 1007 ornatum ..., qui -i[u]s decet. PROP. 1, 16, 5 nocturnis -orum ... rixis (*nisi ad p. 362, 76*). OV. ars 3, 753 formosa videbere -is (*recc.*; totis, cunctis, multis *ceteri*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 215.

**2** *cum obi.*: TER. Hec. 139 adulescens ... plus -us (*cf. l. 40*). VARRO Men. 319 -[i]us vinum meum cibarium.

**B** *aquam*: CYPR. GALL. iud. 638 expletur iuvenis caelesti e gurgite -us (*cf. Itala iud. 15, 19* [*Lugd.*] bibit *Samson*).

**3** *bonum, commodum sim. assequendum, perpetrandum*: **a** *enunt. secund.*: **α** *nudo coni.* (*cf. vol. III 634, 12. 27*): PLIN. nat. 20, 143 -endum est gravidis abstineant (ut abst. *codd. duo*) hoc cibo (*cf. p. 396, 47*). **β** ut: SCHOL. Cic. Bob. p. 84, 29 reo metuens orator ... -et et invigilat, ut iudicibus ... incutiat verecundiam (*nisi absolute*). HEGES. 1, 43, 7 divinitus -tum videtur, ut ... regno abdicaretur *Herodes*. VINCENT. LER. 15, 2 -ere debemus, ut Christum ... semper unum confiteamur. *antecedit pron. praepar.*: VVLG. Ios. 23, 11 hoc tantum diligentissime -ete, ut diligatis dominum (HESYCH. in lev. 20, 14 p. 1046C NOVELL. Maior. 6, 9). **b** *dat. rei* (*abl.* PS. APVL. ?): PS. APVL. Ascl. 15 omnibus ... rebus, quae fuerint, -endum est loco (*i. ut locum habeant*). AVG. conf. 2, 6, 13 timor insolita et repentina exhorrescit ..., dum -et securitati. **c** *praepos.* de: COD. Theod. 10, 10, 32, 2 suam ... vindicaturo aerario portionem, quamvis etiam beneficio quis speciali sibi de universitate -verit. **d** *inf.*: IVL. VAL. 2, 30 (*Darius ad Porum*) si ... tuam ... iniuriam existimaveris, quae in me grassata est, ita -bis, ut te dignum erit ..., et isti conspirationi consulere tuisque commodis non deesse (*fort. subaudiendum* iniuriam, *ut pertineat ad 1aβ*; haut pavebis *coni. Volkmann, Neue Jahrb. 141, 1890, 795sq.*). PAVL. NOL. epist. 44, 3 *vitia* fides ... superabit, si in primordiis ad Christum inlidere (*sc. vitia; minus recte intrans. accipitur vol. VII 1, 378, 30*) ... -verit (studuerit *M*).

**4** *ipsas actiones cavendi causa actas* (*fort. huc p. 396, 12*): TERT. pudic. 14 p. 249, 20 in eo ... detrimentum -batur, quod nondum perisset; nihil de transacto -etur, sed de adhuc salvo (*nisi* nihil *pro* non *positum est*). PAVL. NOL. epist. 31, 3 p. 269, 17 Iudaeorum omnia contra fidem Christi -entium.

**II** *notione deflexa vel a verbo simplici mutuata -ere significat diversas cavendi vias*: **A** *i. q. constituendo prospicere, sancire, iubere, vetare* (*exempla certiora, huc vergunt l. 9. p. 396, 76. 78; pertinet huc, si recte coniecit Reinesius, etiam* AMM. 19, 5, 3): EDICT. imp. Valent. Val. Consult. 9, 1 post sententiam pacisci non licere iuris ordine -etur (*c. inf. ut*: ANON. in Rom. [ed. Frede] 055 [= PS. HIER. in Rom. 7, 7 p. 11, 2] lex -endo [perc- *P*, -endum et PS. HIER.] observandum esse a peccatis facit notitiam peccatorum. CONC.S II 2, 1 p. 43, 26 episcopum ..., quem olim -vimus suae tantum ecclesiae vacare, sancimus *eqs.* [*gr. II 1, 1 p. 69, 2* ἐκελεύσαμεν. *cf. II 3, 1 p. 43, 27* iussimus]). VEG. mil. 1, 27 vetus consuetudo ... Augusti ... constitutionibus -etur, ut *eqs.* (*c.* ut *vel* ne *etiam*: COD. Theod. 13, 1, 20 hoc ... decernimus observari, illud videlicet -entes, ne quis ... audeat postulare. 16, 5, 21 illud specialiter -emus, ut ... multentur [*antea*: censemus, praecipimus]). CONC. Carth. a. 424–425 (Corp. Christ. 149) p. 171 l. 50 (*antea*: Nicaeno concilio definitum *esse*) de inferioribus clericis ... videtur ibi -eri.

**B** *i. q. contra dicendo cavere, opponere*: HIER. epist. 34, 3, 1 *Hilarius putavit* apostolos illo (*sc. excussorum*) nomine ... appellatos ..., licet tu argute -veris non posse apostolos sub nomine excussorum intellegi *eqs.* (*cf. p. 396, 71*).

**C** *i. q. securitatem praestando cavere, cautionem praestare*: COD. Theod. 4, 4, 7, 2 mulier ..., cum suam explanaverit optionem, ne paenitentia possit ad aliud transire, etiam satisdatione cogetur -ere.

*part. perf.* **praecautus**, -a, -um (*sed v. infra ad 2*). **1** *vi passiva v. p. 396, 45. 60.* **2** *vi activa* (*ut* consideratus *sim., v. Leumann, Gramm. 1977, 614*), *nisi potius agnoscas adi. compositum ex* prae *et adi.* cautus (*idque maxime apud* IVVENC., *qui vocum hoc modo augendi causa formatarum studiosus sit*); *i. q.* (*antea vel valde*) *cautus, providus*: **a** *de actione*: IVVENC. 1, 259 *magorum* -o discessu sollicitatus *Herodes.* **b** *de homine eiusque mente vel virtutibus* (*ubi usurpatur, de medico vel medicina agitur;* praecavere *et* praecautio *de medico saepe apud* CAEL. AVR.): PS. AVG. serm. ed. Mai 5, 1 (PETRO CHRYS. *addicitur*) laudabilis ... ille est medicus, qui ..., antequam ...; -us vero ille est rex, qui somnum expellit in milite, ne hostis dominetur. PETR. CHRYS. serm. 156 p. 611C quoties ... antidotum temperat peritia -a medicorum (*infra*: quod provisum est ad salutem). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 106 saepe solent -o corde fideles ... servandae ad vota salutis *oleum benedicendum sanctis offerre* (*antea*: quotiens pietatis opem medicina poposcit).

*deriv.*: praecautio.

**praecavo**, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* cavare. *i. q. ante cavare*: CAEL. AVR. gyn. 2, 83 si folliculus *in partu* non hyaverit (*i.* hi-), pulsu digiti loco precavato divisura est facienda (*Soran. p. 137, 27 Ilb.* τῷ δακτύλῳ προ[σ]κοιλαίνοντά τι μέρος. *cf. Soran. p. 83, 15* ante digito inpresso formantes locum). *Krömer.*

**praecausa**, -ae *f.* *a* prae *et* causa. *i. q. causa causae, causa prior vel principalis*: CANDID. gen. div. 11 *Iesus* eorum ..., quae facta sunt, est initium et finis; omnium, quae sunt, ... praeprincipium aut -a et praestatio et effector *eqs.* (MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 63 pater et filius ipsius animae motionis et creator et -a et p.). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 3 (*resp. Ioh. 1, 3*) aequalis quidem patri *filius est* ..., -a autem pater. *Korteweg.*

**praecautio**, -ōnis *f.* *a* praecavere. *plur.* CASSIOD. *i. q. actus praecavendi, cautio, provisio* (*praeverbii vis temporalis elucet* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 131. 3, 16, 136): **1** *generatim*: **a** *cum gen. rei cavendae* (*e coni. dub.* ITALA Sirach 34, 20 [Aug. spec. 23 p. 148, 9, *sim.* VVLG.] *dominus est* tegimen ardoris et umbraculum meridianum et -o offensionis et adiutorium casus [et -o *Thielmann sec. gr. 34, 16* φυλακή. et pr(a)ecatio *Aug. et Vulg.*, depr(a)ecatio *Itala cod. 167 et Vulg. var. l. recepta et in edd. vet. et supra vol. V 1, 596, 64. cf.* CASSIOD. *sub b*]): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 86 *in epilepticis* erit ... adhibenda phlebotomia ..., sed cum -e defectus, quem Graeci lipothymian vocant, siquidem facile passionis accessionem imitetur (*i. cavendum erit medico, ne similitudine deceptus lipothymian passum phlebotomet* [*vix: ne usque ad lipothymian phlebotomet*]). 2, 13, 161 cum -e vehementium commotionum (*162* praecavenda ... vehementia exercitia). *c. gerund.*: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 131 dehinc explicita passionis avertendae -e praesentis, hoc est iam effectae, curationem ordinavit *Asclepiades*. 3, 16, 136 -is causa effugiendae passionis (⟨ac⟩ eff- *ed. Rovillii*). **b** *absolute*: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 202 non sine -e erit cataplasmatibus ... utendum (gyn. 2, 101. *cf.* cum -e *l. 39. 42*). *addas, si recte emendatur*: CASSIOD. compl. in Tit. 2, 1 *Titus monens alios, ut pie sancteque vivant*, ipse tali moderatione vivat, quatenus det exemplum -bus suis (precat- *cod.*, *v. Stangl, Blätt. bayer. Gymn. 34, 1898, 573, 4*). **2** *specialim i. q. exceptio*: SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 537 ('quaeso laudas quid eros fallunt? :: in loco ego vero laudo') specialis -o (*cf. Eugraph. ad l.* ne perpetuam ... licentiam ... daret). *Krömer.*

**praecautus** *v.* praecaveo.

**praecēdēns, praecēdenter** *v.* praecedo.

**praecēdentia**, -ae *f.* *a* praecedere. *i. q. actio praecedendi*: CASSIOD. inst. 2, 7, 2 ⟨divisio astronomiae⟩: ... -a vel antegradatio stellarum. *ibid.* -a vel antegradatio stellarum est quam Graeci 'propodismon' vocant, dum stella motum suum consuetum agere videtur, et aliquid praeter consuetudinem praecedit (*opp.* remotio vel retrogradatio. *inde* ISID. orig. 3, 68). ALEX. TRALL. 2, 10 ex uvae irritatione et gargalionis -a (*cf. gr. II 153 P.* ἐκ τοῦ ... γαργαρισμὸν προηγήσασθαί τινα).

²**praecēdo**, -cessī, -cessūrus, -ere. *a* prae *et* cedere. *scribitur in titulis* prae- CE 959, 9 (*act. fere Sull.*). DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532) 1, 16 CIL VI 1706 (*a. 400 vel 405*). *al.*, pre- *passim in posterioribus, e. g.* CIL VIII 9793 (*a. 345*). X 8076 XIII 2799 INSCR. christ. Silvagni 544. *abbreviatur* preces CIL VIII 21694. NOT. Tir. 11, 8 -it. 11, 22 -ssit. *de formis*: *perf.*: -cedisti INSCR. Année Epigr. 1955 n. 141 (*e Mauretania*), -cesti CE 1292, 3 (*cf. Norden ad Verg. Aen. 6, 57*), -cecsit CIL VIII 21643 (*a. 391*), -cesit XIII 3519, -cecessit (*mero errore lapicidae, sed fortasse legendum* rececessit) XIII 3691. *part. praes. abl. sing.* -ente LIV. 35, 26, 7 *et passim*, -enti PERS. 4, 24 (*nisi dat.*). VLP. dig. 43, 22, 1, 9. *al.*; *gen. plur.* -entum VEG. mil. 2, 3 (-entium *var. l.*). *part. fut.* -urus HIER. in Mich. 7, 5–7 l. 281 AVG. in euang. Ioh. 4, 4 IVLIAN. in Ioel 2, 24sq. *adaptatur sermoni graeco*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A πραίτωρ· παρὰ τὸ πραεκέσσαι. prae- *corripitur* CYPR. GALL. num. 598. GLOSS.L IV dub. Plac. P 20 -ssit hiems: in temporibus melius dixit -ssit, quia aliut sequitur vel quod illut ipsum [ideo] rediturum est; nam quod praeteri⟨i⟩t, redire non potest. GLOSS. -o: προάγω ὅ ἐστι προλαμβάνω. -it: προάγει. praevenit. *legitur singulis locis apud* PLAVT., LVCR., CAES., HIRT., *saepius inde a* VERG., HOR., OV., LIV.; *de frequentia verborum* antecedo *et* -o *v. tabulam subsequentem* (*ex-*

[Somazzi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*ceptis dactylicis, quibus parum aptum erat* antecedo, *attulimus auctores omnes usque ad* Liv., *deinde selectos*):

| | ante-cedo | prae-cedo | | ante-cedo | prae-cedo |
|---|---|---|---|---|---|
| Plavt. | 1 | 1 | Cvrt. | 10 | 6 |
| Ter. | 1 | – | Colvm. | 1 | 7 |
| Titin. | 1 | – | Plin. nat. | 39 | 22 |
| Cic. | 52 | – | Qvint. | 21 | 52 |
| *Corp. Caes.* | 27 | 2 | Tac. | 4 | 2 |
| Nep. | 7 | – | Plin. epist. | 3 | 9 |
| Hor. carm. | 1 | 1 | Apvl. | 1 | 13 |
| Liv. 1–10 | 3 | 2 | Tert. | 37 | 41 |
| 21–45 | 1 | 18 | Vvlg. | 9 | 70 |
| Cels. | 10 | 6 | Avg. civ. | 2 | 71 |
| Sen. *phil.* | 57 | 27 | in euang. Ioh. | 3 | 57 |

[*confunditur in codd. maxime cum* praecidere (*e. g.* Sen. epist. 90, 4 Qvint. inst. 7, 4, 18 Hier. epist. 22, 2, 1 Gloss. II 396, 29; *restit.* Gaetvl. *p. 405, 61*) *et* procedere (Plavt. Rud. 596 Hirt. Gall. 8, 27, 4 Verg. Aen. 8, 462. 11, 94 Sen. benef. 4, 22, 4. *et saepe*). *loco vix sano*: Damas. epigr. 10, 6 egregios mores vitae -erat aetas *puellae mortuae* (*de coni. et explicationibus v. Ferrua, 1942, ad l.*).]

**capvt privs**: *i. q.* ***antecedere.*** *augetur adv. vel adi.* ante Cels. prooem. 70. 2, 1, 13 Tert. carn. 7 l. 27 Cypr. Demetr. 22 epist. 63, 4 idol. 14 Optat. serm. 6 Migne suppl. 1, 290. *al.*, prior *vel* prius Itala exod. 33, 19 (Wirc.). num. 10, 33 (Lugd.). Cypr. epist. 60, 5 CE 856, 5 Rvfin. Clement. 9, 30 hist. 1, 3, 19 Inscr. christ. Ferrua 18799. *al.*; *opp.* sequi, subsequi *passim.*

**I** *praevalente respectu gradus, qualitatis, qua quis (quid) praestat, melior vel maioris momenti est*: **A** *in universum*: **1** *-unt res*: **a** *non indicatur qua re*: Plavt. Asin. 629 (*amans exclusus ad servos*) ut vostrae fortunae meis -unt . . . longe (*cf. Truc. 372* praestant). Sen. contr. 7, 1, 8 armatas classes naufraga -erat ratis. Sen. epist. 81, 25 *sapiens non* mutat animum adversus bene meritos, nisi multum male facta -unt. Colvm. 3, 2, 8 *Aminneae vitis species minor* longe . . . -it maiorem. Plin. nat. 14, 59 ex eodem lacu aliud *vinum* praestantius altero germanitatem -ere sive testa sive fortuito eventu. Stat. silv. 2, 6, 36 quantum -it clara minores luna faces. Qvint. inst. 10, 1, 96 eum *Caesium Bassum* longe -unt ingenia viventium *lyricorum.* Plin. epist. 5, 6, 32 hanc dispositionem amoenitatemque tectorum longe longeque -it hippodromus. Tert. praescr. 34 l. 28 *in haeresi aestimanda* -ente illo fine . . . posteritatis. scorp. 2 p. 147, 5 *non* ante de utilitate eius *martyrii*, quam de necessitate discendum; auctoritas divina -it. Cens. 1, 4 quae *opes* . . . bona generis humani -ant. Cypr. epist. 52, 2 Carthaginem Roma -ere *debet.* patient. 15 et opera et martyria -it *caritas* (*antea*: et spe et fide maior est). Veg. mil. 4, 29 ballistae . . ., si a peritis . . . temperentur, universa *arma* -unt. Sacr. Leon. 1291 martyrii palma mirabilis -ssit aetate⟨m⟩ *infantium.* *al.* *pro subi. est enunt. secund.*: Plin. med. 3, 10, 5 omnia -it, ut iecur . . . devoretur (*sec. Plin. nat. 29, 99, ubi* utilissime). **b** *indicatur qua re per abl.* (*sed abl. causae externae v. l. 40; ceterum cf. p. 401, 11;* in *c. abl. v. p. 406, 45*): Colvm. 3, 2, 7 traduntur Aminneae *vites* . . . ceteras omnis sapore -ere. Scrib. Larg. 75 fit . . . durissima haec arteriace et hoc ipso -it ceteras, quia *eqs.* (*inde* Marcell. med. 14, 7). Plin. nat. 3, 7 Baetica . . . cunctas provinciarum diviti cultu et . . . nitore -it. Frontin. aq. 13, 5 *Anio novus* ⟨altitudine⟩ alias omnes *aquas* -it. Chalc. comm. 41 octo numerus . . . -it eum (*sc. sex*) tertia eiusdem senarii limitis portione, id est duobus; ipse . . . -itur tertia portione duodecim limitis (*cf. Plut. anim. procr. in Tim. 15 p. 1019*[C] ὑπερέχει . . . λείπεται. *item de ratione numerorum: ibid. bis et* 42. Boeth. arithm. 1, 10 p. 23, 20 binario se numero -bant. 2, 47 p. 153, 15 et minorem -it et a maiore -itur. *al.*). Evcher. laud. her. 40 *eremi terra terras* omnes longe -it bonis omnibus. Cassiod. inst. 2, 5, 8 p. 146, 4 *tonus* hypoiastius . . . hypodorium hemitonio -ens (*sim. saepius ibid.*). *al.*

**2** *-unt animantes*: **a** *indicatur qua re*: **α** *ablativo* (*sc. fere respectus, mera vi instr. e. g.* Lavs Pis.; *ceterum addas p. 401, 54*): Caes. Gall. 1, 1, 4 Helvetii . . . reliquos Gallos virtute -unt (Iren. 1, 30, 4 [1, 28, 2 H.] quemadmodum generationibus, sic et dignitatibus et v. -ere eos *filios Matris* ab invicem [*cf. vol. VII 2, 182, 15sqq.*]. Veg. mil. 3, 26 p. 122, 15 qui multitudine et v. -it, *sc. hostem.* Avg. in psalm. 18 serm. 1, 6 *Christus* ceteros homines. *cf.* Lvcan. 8, 330 Lentulus omnes virtutis stimulis *eqs.*). Liv. 38, 51, 11 (*Scipio ad tribunos*) *si* vos aetatem meam honoribus vestris anteistis, ego vestros honores rebus gerendis -ssi. Lavs Pis. 34 armorum . . . decus -e forensibus actis. Plin. nat. 29, 9 *Crinas* auctoritate eum *Thessalum medicum* -ssit. Stat. silv. 2, 6, 54 *puer erat* dignus et Haemonium Pyladen -ere fama. Qvint. inst. 1, 2, 23 ita superiore loco quisque *discipulorum* declamabat, ut -ere profectu videbatur. 10, 1, 103 paulum aetate -ens eum *Servilium* Bassus (11, 1, 29 ut quisque ae., dignitate, usu -it. Avg. civ. 16, 32 p. 178, 12 D. decem . . . annis eam *Sarai* -bat ae. *Abraham. al.*; *cf.* Ivv. 13, 58 -ere quattuor annis [Mod. dig. 1, 7, 40, 1 Inst. Iust. 1, 11, 4]. Avson. 410, 11 p. 269 P. [*ad Paulinum*] cedimus ingenio, quantum -imus aevo *aliter, sc. de eis qui prius vixerunt, p. 402, 58sqq.*). Decret. decur. Salens. (Année Epigr. 1931 n. 38 *a. 144*) 19 *ut* occasione benefaciendi, non potestate -ret *praefectus.* Apvl. apol. 21, 6 didici ea re -ere maxime deos hominibus, quod nulla re . . . indigeant. CIL VI 10048, 15 quo titulo *victoriarum auriga* -ssit omnium factionum agitatores (*de eodem v. l. 23*). *sim. saepius.* **β** *aliis modis*: Val. Max. 1, 1, 14 quae ad custodiam religionis adtinent, nescio an omnes M. Atilius Regulus -erit. Plin. nat. 18, 23 in quo (*sc. in Magonis libris vertendis*) -ssit omnes . . . Silanus (*item* in *c. abl.*: 34, 88 *sculptor quidam* -ssit in tubicine et . . . infante . . . blandiente. Cypr. epist. 56, 2 debent . . . in accipienda pace -ere, quos videmus non animi infirmitate cecidisse. Lvcif. reg. apost. 9 l. 30 D. in eo . . ., quod *eqs.* Veg. mil. 1, 2). Itala gen. 41, 40 (Aug. loc. hept. 1, 162) thronum -am tui ego (*sec. gr.* τὸν θρόνον ὑπερέξω σου *acc. respectus intellegit* Avg. *l. c.*; cod. 101 throno -am te [*sim.* Vvlg.]). Priscill. tract. 6, 102 totius creaturae sensum longe necesse est ad gloriam -at operator.

**b** *non indicatur qua re*: **α** *formae variae*: Sen. benef. 1, 4, 3 qui referre gratiam debet, numquam consequitur, nisi -ssit (*nisi ad p. 405, 19, sed cf. antea*: non tantum aequare sed vincere). Stat. silv. 2, 2, 146 (*ad coniuges felices*) priscae titulos -ite famae. Plin. epist. 6, 17, 4 pertinet ad tuam gloriam quam maximum videri, quem -is vel exaequas. CIL VI 10048, 14 (*aet. Ant. Pii*) -ssit *Diocles auriga* Thallum (*de eodem*: 17. 24 *et supra l. 6*). Itala gen. 25, 23 (Iunil. 2, 21) populus populum -et et maior serviet minori (*gr.* ὑπερέξει, *Vulg.* superabit). Phil. 2, 3 (Mar. Victorin. *ad l.*) invicem vos ab alteris -i arbitrantes (*gr.* ὑπερέχοντας ἑαυτῶν, *cod. d* praecellentes, *Vulg.* superiores sibi invicem. *explicat* Mar. Victorin. *ad l.* p. 1206[B] hoc est . . . invicem -i, ut vos arbitremini, ne quisquam alterum non ita putet, ut non potiorem aestimet et -ere et esse meliorem). Mar. Victorin. adv. Arium 1, 16 (*de ordine trinitatis*) *spiritus* et -it . . ., si patris est spiritus, et sequitur, si a filio habet, quod est. Ven. Fort. carm. 1, 15, 5 (*ad Leontium episcopum*) -is multos nulli minor. *al.* **β** *part. praes. pro subst. vel adi.*: Sen. benef. 3, 3, 2 *non* ea intuemur, quae nos aliis praeposuere, sed ea sola quae fortuna -entium ostentat. Vvlg. I Tim. capit. 19 cod. A *al.* (p. 580 Wordsworth-White) de praesbyteris -entibus (*ad Vulg. I Tim. 5, 17* qui bene praesunt presbyteri, *gr.* οἱ καλῶς προεστῶτες πρ.).

**B** *-unt, qui dignitate publica potiores sunt* (*certiora; saepe part. praes. pro subst.*): Vell. 2, 114, 1 nemo e nobis gradumve nostrum aut -entibus aut sequentibus. Decret. decur. Salens. *v. supra l. 3.* Cod. Theod. 6, 22, 8, 1 ut his *consistorianis comitibus*, qui . . . testimonialibus tantum adepti sunt dignitatem, -ant qui admitti intra consistorii arcanum meruerunt (*item spectat ad ordinem munerum obtinendorum*: 6, 27, 7, 1 quos merito -it. Cod. Iust. 12, 7, 2, 5 [*imp. Zenone*] primicerius . . . omnibus vacantibus quamvis tempore -entibus praeponendus. 12, 19, 7 pr. [*a. 443/4?*], *ubi opp.* posterior tempore. *de tempore provectionis v. p. 402, 48*). Cod. Iust. 4, 32, 26, 2 illustribus . . . personis sive eas -entibus. Greg. M. epist. 5, 24 p. 305, 12 quinque de prioribus presbyteris et quinque de -entibus (*'praecellentes ex populo' intellegit Hartmann*; diaconibus *add. ed. princ.*). 7, 7 p. 451, 4 ita sibi regentium merita conectuntur et plebium, ut saepe ex culpa -entium deterior fiat vita subditorum (*eodem opp.* p. 451, 6 [*var. l.* praesidentis]).

**C** *-unt, qui condicione iuris potiores sunt, maiore iure aliquid petunt* (*pro subi. sunt ipsi petentes eorumve causae sim.; maxime in iure hereditario; ad provectionem magistratuum pertinentia v. sub B*): Gaivs inst. 2, 133 (*suppl. ex* Inst. Iust. 2, 13, 2) quia filius gradu -it, is solus iura sui heredis habet (3, 15 *frater filium fratris.* Pavl. sent. 4, 8, 17 prout quis alterum g. -erit). 3, 2 -ens persona (Vlp. dig. 5, 2, 25, 1 -entes eum p. exclusae sunt. Cod. Iust. 6, 58, 14, 6). Pap. Corp. 198, 13 (*a. 169*) *addicitur aliquid alicui* -entibus commodis fiscalibus (*sc. ita ut iura fisci non tangantur*). Maecian. dig. 11, 7, 45 *impensa funeris* omne creditum solet -ere. Cod. Iust. 6, 54, 3 (*a. 196*) -ere causam tuam . . . manifestum est (Papin. dig. 5, 2, 14 -ente c. filiorum patris intentio adhuc pendet. 16, 3, 8 *si argentarius foro cedit*, sumptus c., qui necessarie factus est, semper -it, *sc. privilegia depositariorum*). Papin. dig. 38, 2, 42, 2 cum . . . -it alia possessio, qui sequitur accipere non potest. Vlp. dig. 5, 3, 25, 6 cum eum alius -ret adgnatus. 28, 3, 6 pr. nepos . . ., quem pater -bat (28, 6, 2 pr. 37, 4, 3, 3. *cf.* 28, 3, 6, 4 parentes -entes . . ., succedentes liberi). *ibid.* quem nemo -bat. *al.*

**II** *praevalente respectu temporis* (*v. etiam p. 404, 70. 405, 60*): **A** *notione sollemni*: **1** *-unt res* (*sc. in serie antecedentes sive ante aliquid aliud exsistentes*): **a** *quaelibet*: **α** *formae variae*: Lvcr. 4, 838 longe linguae -ssit origo sermonem (Tert. adv. Marc. 5, 1 p. 568, 15 quae quantum -it in statu omnium rerum, tantum -at *eqs.*). Ov. fast. 1, 705 quae *dies* venturas -it sexta kalendas (Cels. 2, 1, 13 quales *d.* ante -erint. Cod. Theod. 2, 8, 19, 3 qui septeno vel -unt numero vel sequuntur, *sc. pascha. al.*; *cf.* Amm. 20, 5, 10 quae *nox* . . . -erat diem *illum.* Avg. in euang. Ioh. 31, 5 *dies sempiternus non* -itur hesterno [*sim.* in psalm. 38, 7 l. 52]). Cels. 2 prooem. 2 quibus -entibus *signis* morborum timor subsit. 2, 6, 2. 2, 7, 10. 5, 26, 22 si id vulnus ebrietas -ssit. Sen. nat. 6, 12, 2 cum terrae motus futurus est, -it aeris tranquillitas (*cf.* Plin. nat. 2, 193 -it . . . comitaturque terribilis sonus [*Arist. meteor. 368a 19* προέρχεται]. 2, 196 signum -it . . . motu futuro. Plin. epist. 6, 20, 3 -erat . . . tremor terrae). epist. 54, 5 cum illa

[Somazzi]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*mors* et -erit et secutura sit, *sc. vitam.* 95, 54. COLVM. 4, 14, 2 iam -ssit autumnalis ablaqueatio. 4, 23, 1 *cum* aequinoctiales pluviae -erint (IVLIAN. in Ioel 2, 24sq. fecunditatem). SCRIB. LARG. 95. 122 si quando ... frigus aut multitudo cibi -erint. PLIN. nat. 11, 149 multis repente ablatus *est visus* ... nulla -ente iniuria. 36, 199 *vitrum* est ... caloris inpatiens, ni -at frigidus liquor (*sim. -it res corporea, sc. fere pro actione posita*: APVL. met. 10, 26, 4 salutifera potione pestem -entis veneni ... extinguere [FIRM. err. 18, 5]. AVSON. 410, 4 p. 268 P. tua Romae -ssit nostrum sella curulis ebur. *al.*). QVINT. inst. 1, 4, 3 enarrationem -it emendata lectio. 3, 2, 2 cum ... accusatio -at defensionem (*i. antea inventa est*). *et saepe.* *accedit abl. respectus vel mensurae, ut vergat ad IA1b*: ARNOB. nat. 2, 72 religiones vestrae multis annis -unt nostram. *ibid.* quod eum *deum* -at re tempore nomine potest aliquid inveniri? (AVG. civ. 7, 9 p. 285, 15 D. licet prima -ant tempore, summa superant dignitate. in euang. Ioh. 20, 8. gen. ad litt. 6, 8 p. 180, 10 creaturae ... aliae creaturas alias quaedam t., quaedam causis -unt. *al.*). COD. Theod. 2, 17, 1, 1$^{a}$ *feminarum* aetas biennio viros non sera pubertate -it (*Interpr.* biennio in pubertate minores sunt). *al.*
*β part. praes. pro subst. vel adi.* (*notabiliora; arcui l. 5. 7. p. 400, 79*): PLIN. nat. 18, 132 quota luna -ente hieme nix prima ceciderit. QVINT. inst. 5, 10, 94 (*inde* PS. CASSIOD. rhet. 19 p. 503, 9) *temporis* tres partes diximus: -ens, coniunctum, insequens (*cf.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 78, 1 -entium temporum). 7, 4, 18 vita -ens *rei* (APVL. met. 11, 16, 4). CIL VI 31552d, 6 (*a. 121*) restituit secundum -entem terminationem. DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532) 1, 16 omnia -entia facta sua. APVL. met. 1, 12, 8 -entis dicacitatis et instantis curiositatis. SOCR. 12 p. 147 non potest ... subsequi illa mutata ratio sine -entium infirmatione (*syn.* priorum. *item neutr. plur. pro subst.*: AVG. civ. 12, 19 p. 542, 27 D. dissimilia consequentia -entibus ... facere [*eodem opp.* conf. 10, 8, 12]. CONC.$^{S}$ II 3, 1 p. 112, 15 dabimus pro -entibus veniam [*altera versio II 2, 1 p. 8, 22* de praeteritis, *gr. II 1, 1 p. 131, 2* τῶν προλαβόντων]. VITA Caes. Arel. 1, 45 -entia eius [*sc. facta sim., opp.* sequentibus]. *al.*). *al.* VLP. dig. 2, 15, 4 omnes -entes obligationes novat. FORTVN. rhet. 2, 23 qui sunt alii circa rem loci? ... a -enti, ab eo quod simul est ..., a consequentibus (*pendent* MART. CAP. 5, 558 EVGRAPH. Ter. Andr. 51 rec. α). *al.*

b causa (*cf.* antecedo *vol. II 143, 26–51; aliter p. 402, 22*): CELS. prooem. 70 *providere* auxilium ... ex ea c., quae ante -erat (*cf. e. g. Galen. sect. intr. 8 p. 19, 13 H.* τὸ προκατάρξαν αἴτιον. *item in medicina*: THEOD. PRISC. log. 68 *p. 379, 66*. CAEL. AVR. acut. 1, 4, 44. *al.* [*v. Vietmeier, Cael. Aur. als Übersetzer, Diss. 1937, 61*]. ORIBAS. syn. 9, 12, 1 Aa p. 296 sine aliqua -ente c. [*gr.* ἄνευ τοῦ προηγήσασθαι, *La aliter*]). SEN. epist. 87, 31 (*sec. Posidonium*) alia est ... c. efficiens, quae protinus necesse est noceat, alia -ens *eqs.* (*eodem opp.* 87, 33. *cf.* AVG. civ. 5, 9 p. 204, 33 D. -entibus et efficientibus c.). 87, 34. FRONTIN. aq. 74, 4. QVINT. decl. 344 p. 359, 9 nulla gravi -ente c. spiritum ... deposuit. POMPON. dig. 15, 1, 49, 2 *nulla* c. -erat debendi (*cf.* 36, 2, 13). APVL. apol. 102, 7 omnem conatum necesse est quaepiam c. -at. *al.* *cf. struct. verbalem pro subi. positam*: AVG. civ. 22, 6 p. 562, 25 D. sicut ... -ssit, unde amaret illa *Roma Romulum* (*sc. conditio urbis*) ...: ita -ssit, unde ista *Hierusalem* crederet *conditorem suum*.

c *scripta, dicta, syllabae, litterae sim.* (*nonnulla vi locali explicari posse vix mireris*): α *formae variae*: PLIN. nat. 10, 43 *in avium generibus enumerandis alites* -ent ... ordine (*sc. oscines*), omnesque reliquas in his pavonum genus cum forma tum intellectu eius (*per zeugma simul ad IA2 spectare videtur*). dub. serm. frg. Char. gramm. p. 172, 2 B. si r littera -erit in quacumque syllaba, sequi debet l *eqs.* (GELL. 14, 5, 2 eam ... syllabam. *cf.* QVINT. inst. 9, 4, 85 cum eam *vocalem* consonantes ... -unt. CHAR. gramm. p. 226, 8 B. [*ex Cominiano*] nulla alia -ente vocali. *sim. saepius*). QVINT. inst. 8, 3, 77 in omni ... parabole aut -it similitudo, res sequitur aut *eqs.* (*sim.* 8, 3, 78). 9, 4, 24 si 'gemini' -erint, 'fratres' addere non est necesse. 9, 4, 97 optime -et eum *spondeum* creticus (*cf. ibid.* si tribrachys -at. 9, 4, 99 tres longas brevis *syllaba.* 9, 4, 103 claudere choreum -ente spondeo. TER. MAVR. 2290 Cres iambicum. MAR. VICTORIN. gramm. VI 193, 8 quae eam *syllabam paenultimam* -it. *sim. al.*). *al.* PAPIN. dig. 31, 77, 22 *legatum*, quod -it vel sequitur *in testamento* (*sim.* VLP. dig. 30, 50, 3). TERT. monog. 11, 18 cum et illa sententiae ⟨prae⟩cedant: '...' (*suppl. Bulhart*). adv. Prax. 21 p. 264, 9 -it enim: 'deum nemo vidit umquam' (*cf.* pudic. 19 p. 263, 11 ceterum 'quid mihi ...' -erat. AVG. civ. 17, 8 p. 226, 5 D. propter id quod -it: '...'. in psalm. 70 serm. 1, 9 -ssit: '...'). PS. APVL. herm. p. 280 cum ex abdicativis utravis *propositio* alteram -it (*item de ordine in syllogismo: ibid. et* p. 281 [*bis*]. *cf.* BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 340, 29 si adfirmatio privatoria -erit. *aliter p. 403, 72*). *al.*

*β part. praes. fere pro adi.* (*subst.* MART. CAP.; *notabiliora; arcuimus l. 60. 64*): ① *usu sollemni, sc. de eis, quae in serie similium priora sunt*: QVINT. inst. 9, 4, 109 -entes pedes (*i. paenultimi*). FRONTO p. 202, 7 v. d. H. ut -ens sententia in sequentem laciniam aliquam porrigat. POMPON. dig. 30, 12, 3 in legatis novissimae scripturae valent, quia mutari causa -entis legati ... potest (*nisi ad aβ, sed cf. ibid.* in legatis non posterior, sed -ens scriptura valet *eqs.* VLP. dig. 30, 30, 7 -entia sola legata [*opp.* universa quae testamento adscripta sunt]). APVL. met. 7, 3, 4 verbum ... -ens (*opp.* sequens). TERT. monog. 11, 19 exemplis et argumentis -entibus (*opp.* subsequentibus). IREN. 1, 3, 2 (1, 1, 5 H.) -entes nominis eius *Christi* duas litteras iotam et hetam (*gr.* προηγουμένων). LACT. inst. 6, 1, 3 quamvis ... -entibus libris ... defenderim veritatem (6, 7, 2 FIRM. math. 5 praef. 2. *al.* AVG. civ. 6, 3 p. 249, 16 D. tres -entes ...; secundos tres ...; tres porro *eqs. al.*; *cf.* 6, 1 p. 245, 31 quinque -entibus voluminibus. 17, 3 p. 200, 7 in sacris litteris -entibus). FIRM. math. 3, 13, 11 quae ... ex -enti explicatione monstravimus (6, 1, 5. *cf.* ORIG. in Matth. ser. 49 p. 106, 6 secundum -entes expositiones). MAR. VICTORIN. gramm. VI 193, 10 *syllaba paenultima longa* -entem ... gravem faciet (*item* DOSITH. gramm. VII 378, 11 [*gr.* τὴν προάγουσαν]. *al.*; *inde fem. pro subst.*: MART. CAP. 3, 269 syllaba ... paenultima numquam acuitur ... brevis, sed -ens eius). *al.* ② *usu deflexo, refertur ad tempus, quo argumenta afferuntur; fere i. q. antea memoratus, praedictus*: FIRM. math. 3, 6, 27 *Venus Saturno coniuncta* animos facit ... vitiis implicari ...; si vero ... Iovi se radiatione coniunxerit, ab incursu -entis malitiae liberatur (6, 11, 11. 6, 15, 17. *cf.* 4, 17, 11 -entis mali [5, 3, 15. *al.*]. *sim. al. apud eundem*). 4, 25, 2 -entium apotelesmatum ratione concepta omne fatum hominis *explicabis* (*cf.* 6, 12, 2 -enti coniunctioni). 6, 2, 7 cum -entibus dignitatis insignibus ... decernit horrorem. 6, 16, 8 nihil de -entibus bonis (*gr. cod. Marc. Venet. 334 p. 173* τὰ εἰρημένα). IORD. Get. 202 *Romani* Hunnos montis beneficio ... turbaverunt; tunc Attila cum videret exercitum causa -ente turbatum *eqs.* (ORIG. in Matth. 15, 8 p. 372, 3 *Matthaeus* duas quidem c. ostendit offerendi pueros, non autem ad duas -entes c. intulit quae sequuntur). *huc fortasse pertinet*: ORIG. in Matth. ser. 9 p. 15, 17 -entem parabolam exponens (-entes parabolas *var. l.*; *ad parabolam seminantis, quae memoratur p. 15, 9, spectare videtur*).

γ *neutr. plur. part. praes. pro subst.*: QVINT. inst. 9, 4, 63 *sententiarum initia* non ... cohaerent aliis nec -entibus serviunt. TERT. resurr. 48 p. 98, 22 expediet -entia recognosci. FIRM. math. 8, 23, 1 de qua in -entibus diximus (SCHOL. Cic. Bob. p. 173, 14). HIER. epist. 65, 7, 1 cum -entibus iunge quod sequitur. AVG. in euang. Ioh. 70, 1 convenire ... debent -ia consequentibus (*syn.* superioribus). CONC.$^{S}$ I 3 vers. Tur. p. 61, 14 *Cyrilli epistula* est ... posita in -entibus (*gr. I 1, 2 p. 13, 16* ἐν τοῖς προλαβοῦσιν). FAVST. REI. spir. 2, 12 (*ad 1 Cor. 6, 19*) *hoc* -entia eiusdem epistolae (*sc. 3, 16*) evidenter insinuant. ORIG. in Matth. ser. 95 p. 213, 9. *al.*

d *futura praefigurantes* (*sc. in explicatione sacr. script.*): CYPR. Demetr. 22 quod ante occiso agno -it in imagine, impletur in Christo. AMBR. in Luc. 3, 29 *domini* in Zara typus ante -ssit. HIER. hom. Orig. in Luc. 28 p. 165, 14 puto, quod triginta anni Ioseph in typo triginta annorum -erint salvatoris ([*gr.* τύπος ἦν]. 33 p. 185, 12 Capharnaum in t. -isse gentilium). RVFIN. Adamant. 5, 6 de figuris et formis -entibus veritatem. *al.*

2 *-unt animantes*: a *quolibet modo*: α *formae variae*: VAL. MAX. 5, 10, 2 triumphum patris funere suo quartum ante diem -ssit. ASCON. Mil. p. 41, 15 *Domitius et Messala consules* -erant eum annum. PLIN. epist. 7, 16, 2 ille me in tribunatu liberorum iure -ssit (*sim. respic. tempus provectionis*: COD. Theod. 6, 7, 1 pr. alios promotionis tempore et codicillorum adeptione. 6, 10, 3, 2. *aliter p. 400, 43*). ITALA Matth. 21, 31 (cod. c *al., sim.* VVLG.) publicani -unt vos in regno dei (VVLG. in regnum, *cod. d* antecedent, *gr.* προάγουσιν. *de tempore intellegit* ORIG. in Matth. 17, 5 p. 590). IREN. 4, 27, 2 (4, 42, 4 H.) qui -erunt nos in carnibus salutis veteres (*sc. patriarchae sim.*). NOVATIAN. trin. 31, 3 D. *deus* pater illum *filium* etiam -it (*cf.* ARIVS Candid. epist. 1 p. 1037$^{A}$ neque adintellegentia neque exiguo aliquo -it deus filium [*sim. vertit* CASSIOD. hist. 1, 15, 2; *in alia vers. quam ed. Opitz, Athanasius III p. 2, 2* antecessit, *gr. ibid.* προάγει]). COD. Iust. 9, 16, 3 (*a. 265*) qui inferendae caedis voluntate -erat. LACT. inst. 1, 22, 17 quis aetate -erit, *sc. Orpheus an Faunus*, dubitari potest (*cf.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 141, 22 *Salomonem* -isse omnes hos *Graecos* tempore et sapientia *eqs.* [AVG. catech. rud. 19, 14. *v. etiam l. 49. p. 403, 1*]. AVG. civ. 18, 37 p. 312, 17 D. temporis antiquitate [CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 154]. *aliter p. 399, 81*). mort. pers. 2, 8 *ut Nero* antichristi -at adventum. RVFIN. symb. 3 qui -erunt in fide (*i. prius baptizati sunt*). CONC.$^{S}$ I 5 p. 359, 39 qui illum *episcopum* -ssit (*gr. I 1, 7 p. 121, 40* ὁ πρὸ αὐτοῦ). *al.* β *part. praes. fere pro subst. vel adi.*: DECRET. decur. Salens. (Année Épigr. 1931 n. 38 *a. 144*) 17 ultra -entium finem moderatum *praefectum* (*sim. de eis qui prius magistratum, imperium gerebant*: SCHOL. Cic. Bob. p. 100, 27 exempla -entium [*opp.* successorum]. VEG. mil. 2, 3 dissimulatio -entum *principum* [-entium *var. l.*]. COD. Theod. 16, 10, 20, 1 -entium principum. *al.*). VENVL. dig. 44, 3, 15, 1 -entium auctorum possessio. PAVL. dig. 8, 6, 18, 1 -ens fundi dominus. MARCIAN. dig. 49, 14, 22, 1 ut ... creditoribus -entibus satisfiat. EPIST. Paul. et Cor. II rec. B 4 quae a -entibus nostris sanctis apostolis acceperam (*rec. A* qui ante me sunt apostoli). CYPR. epist. 58, 2 iustorum -entium exemplo. LEO M. epist. 102, 2 (CONC.$^{S}$ II 4 p. 54, 6) vel -ens haereticus, *sc. Nestorius*, ... vel subsequens, *sc. Eutyches*. 129, 2 (*ibid.* p. 85, 26) quae patres et acceperunt a -entibus suis et posteris tradiderunt (*cf.* ENNOD. dict. 19, 3 p. 479, 16 si mausolea -entium minor posteri cultus ornaret). 129, 3 (*ibid.* p. 86, 6) auctoritate -entium decessorum tuorum. PELAG. defens. 2 p. 7, 19 vel -entibus vel coevis sibi sacerdotibus. EPIST. pontif. 1056 CONC.$^{S}$ IV 2 p. 129, 2 cunctorum nos -entium auctoritate roboramur. *al.*

b *scribendo vel dicendo*: SEN. epist. 79, 5 qui -erant, *sc. Aetnam describentes.* AVG. civ. 8, 1 p. 321, 22 D. qui eum *Platonem* in eodem ge-

[Somazzi]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nere litterarum tempore -erunt. 18, 8 p. 266, 1 -entes aliquos historicos . . . secuti sunt. CONC.$^{S}$ I 2 p. 40, 37 idem depono quod sancti patres qui -erunt (*sim.* I 3 vers. Tur. p. 63, 7 -entes patres, *gr. I 1, 2 p. 15, 28 τοῖς προλαβοῦσι πατράσι*). II 3, 1 p. 149, 21 -ens . . . diaconus Andreas *mihi consensit* (*alt. versio II 2, 1 p. 64, 17* antecedens, *gr. II 1, 1 p. 163, 36 προλαβών*). *sequitur oratio recta*: AVG. in psalm. 117, 1 l. 30 cum . . . -erat euangelista dicens: '. . .' (*respiciuntur verba euangelii orationem Iesu antecedentia, ut sec. p. 401, 69 sqq. explicare possis. audacius* COMM. instr. 2, 35, 14 sacerdos domini cum 'susum corda' -it . . ., limpide respondis [praecepit *ed. princ. fort. recte; ad rem cf. Cypr. domin. orat. 31* praefatione praemissa]).

**B** *notione aucta vel deflexa*: 1 *cum colore praeveniendi, anticipandi* (*-unt ii qui agunt celerius quam exspectatur, celerius quam alius vel prius quam tempus actionis proprium adest; cf. III B; subi. sunt res pro hominibus* SEN., ITALA, CASSIOD. var.): RVT. LVP. 2, 8 *brachylogia* fieri solet, cum orator brevitate sententiae -it auditoris exspectationem. SEN. Herc. O. 517 (*Hercules Nesso minatur*) 'consequar telo fugam.' -ssit arcus verba. LVCAN. 3, 750 letum -ere nati *morientis* festinantem *patrem*. FRONTIN. (?) strat. 4, 2, 1 *cum* prior . . . Brutus ad fluvium . . . pervenisset, Cassi tamen exercitum et in efficiendo ponte et in maturando transitu -isse. ITALA psalm. 118, 148 (cod. 136 Cas.) -erunt oculi mei custodias meditantes in verbo tuo (*gr. προέφθασαν . . . πρὸς ὄρθρον, Ambr. ad l.* praevenerunt . . . mane, *Vulg.* praevenerunt . . . ad diluculum). CYPR. epist. 52, 3 *ut* iudicium sacerdotum voluntaria discessione -ret (*postea*: praevenisse sententiam. *sim. cum consilio evitandi, arcendi*: COMM. instr. 1, 11, 22 si divinus erat *Apollo*, mortem -isset *Hyacinthi*. INSCR. Ital. X 2, 81, 7 [*saec. VI med.*] *sacerdos* sancta -ssit mente ruinam *templi*). VITA Anton. 58 p. 66, 10 *Antonius* -ssit eos *monachos narrare volentes* et narravit *eqs.* (*Euagr. vita Anton. 58* praevenit, *gr. ἔφθασεν*). AVSON. 419, 67 p. 370, 433 P. (*ad Gratianum*) *in officiis amicorum* antevenis et, quotiens in obsequendo -imus, erubescis (praevenimus *var. l.*). CIL VI 1706, 17 (*a. 400 vel 405*) Foronovani desideria totius provinciae -entes statuam . . . posuerunt (*cf.* ENNOD. epist. 2, 15, 6 p. 57, 11 preces tuas . . . et vota -ssi. CASSIOD. var. 3, 42, 1 supplicationem -it humanitas *principis*). CHROMAT. serm. 26, 1 L. -istis exemplum: tardius enim coepistis, sed prius consummastis. SACR. Leon. 778 muneribus nostris . . . Laurenti . . . festa -imus (*sim.* SACR. Gelas. 940 [*in vigilia festorum*]. SACR. Greg. 185, 3 ventura sollemnia . . . honoribus -amus). CASSIOD. hist. 4, 28, 4 quaecumque . . . vobis a me potuerint dici, haec iam fides vestra -ssit (*gr. Socrat. 2, 23 p. 252$^{B}$ προὔλαβε, unde* praecepit *Hanslik praeter necessitatem*). IOS. antiq. 13, 136 quod multa congregaret auxilia *Demetrius*, nisi -rent eum (*gr. φθάσαντες προκαταλάβοιεν*). *al.* *accedit inf.*: CONC.$^{S}$ II 2, 2 p. 101, 9 *si* -erunt ex his *uxoribus haereticis* editos baptizare apud haereticos (*aliae vers. p. 90, 11* praevenerunt, *p. 108, 12* occurrerunt, *gr. II 1, 2 p. 161, 3 ἔφθασαν βαπτίσαι*). CASSIOD. Ios. antiq. 6, 102 quod *Saul* orationes et sacrificia . . . offerre petulanter ipse -erit (*spectat ad I reg. 13, 8 sqq.; gr. προλάβοι . . . ἱερουργήσας*).

2 *ordini temporis simul inest ratio quaedam logica, condicionalis, sc. -it id quod principium, fundamentum vel exemplar sequentium est* (*notabiliora; huc vergunt quaedam sub A1b; vis temporalis negatur l. 62*): **a** *in sermone philos.*: α *formae variae*: SEN. benef. 4, 22, 4 pulcherrima quaeque multis et adventiciis comitata sunt dotibus, sed illas trahunt, ipsa -unt. epist. 94, 34 *praecepta et officia* inter se consentiunt: nec illa possunt -ere ut non haec sequantur, et haec ordinem sequuntur suum: unde apparet illa -ere. QVINT. inst. 7, 1, 59 ut genus species sequitur, ita genus speciem -it (*cf.* MAR. VICTORIN. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 27 p. 126, 19 species -it et sic proprium sequitur [*resp. Boeth. Porph. isag. p. 49, 14* ante subsistit, *gr. p. 20, 18 προϋφέστηκεν*]). TERT. carn. 6 l. 43 si propter *homines* . . . mortuus est Christus . . ., consequens erat, immo -ens, ut aeque nasceretur propter *homines*. MAR. VICTORIN. hymn. 1, 33 L. esse . . . -it motum, re prius, non tempore (*cf.* 1, 50 *quia* vita . . . est sapientia, ut -it esse, cui inest . . . vivere, sic adest intellegens sapiensque, semper cum -it vivere *eqs.*). AVG. doctr. christ. 2, 32, 50 cum falsum est, quod consequitur, necesse est, ut falsum sit, quod -it (*cf.* 2, 33, 51 consequenti ablato illud, quod -it, aufertur). *ibid.* -it . . . non esse resurrectionem mortuorum (*item* -it *cum acc. c. inf.*: BOETH. cons. 5, 3, 12 W. quempiam sedere -ssit). BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 205, 24 necessarium et non necessarium velut natura ipsa -ens subsequuntur *possibile et contingens et cetera* (*sim.* 2, 13 p. 205, 28). herm. sec. 2, 4 p. 82, 19 definiendum est priore loco, quod natura quoque -it. 2, 7 p. 148, 15 ut -unt universales *affirmationes* in vero, eodem modo -unt particulares in falso (*cf.* 5, 13 p. 420, 6 *propositiones* quae -unt [*opp.* quae sequuntur]. *seq. exempla* p. 420, 10 sqq.; *de mero ordine propositionum v. p. 401, 72*). top. Arist. lat. 112a23 interimere . . . quod -it (*opp.* consequens, *gr. τὸ προκείμενον*). *al.* β *neutr. part. praes. pro subst.*: AVG. doctr. christ. 2, 33, 51 -entia, quorum consequentia videt esse respuenda. BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 433, 25 posuit . . . -ens possibile esse eique sicut consentiens non necessarium esse. cons. 4, 4, 11 W. concessis -entibus nihil . . . est, quod de inlatione causetur.

**b** *in sermone gramm. de genere quodam synecdoches*: QVINT. inst. 8, 6, 19 *synecdoche* variare sermonem potest, ut ex uno pluris intellegamus, parte totum, . . . -entibus sequentia. DON. Ter. Andr. 49 'pacto': modo, quoniam antecedit pactum, sequitur modus; ergo ab eo quod sequitur id quod -it dixit (*eadem fere formula*: Ad. 460. *al.* SERV. georg. 2, 62 Aen. 1, 209. *al.*; *vice versa*: DON. Ter. Ad. 823 'dicere' . . . posuit pro 'intellegere' . . ., ab eo quod -it id quod sequitur [Eun. 762. *al.* SERV. georg. 2, 496. *al.*]).

**c** *usu vario*: TERT. nat. 1, 12, 6 omne simulacrum . . . plasticae manus -ant necesse est. coron. 11 l. 4 quale est . . . de accidentibus retractare, cum a -entibus culpa sit? idol. 4 p. 33, 7 quanto -it, ut fiat quod coli possit, tanto prius est, ne fiat, si coli non licet. AVG. doctr. christ. 2, 11, 16 ut ad exemplaria *scripturae* -entia recurratur (*sc. a latinis ad graeca et hebraea. cf.* 2, 12, 17 exemplaria linguae -entis [2, 12, 18. 3, 3, 7. 3, 4, 8. in psalm. 38, 2 l. 8 exponit sequentem l. -ens]). NOVELL. Valent. 35 pr. aliter eos *episcopos* iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium interposita . . . condicione -at.

**III** *praevalente respectu loci* (*v. etiam sub II A1c; indicatur locus petitus vel finis -endi per acc. loci l. 24. 31, praepos.* ad *l. 28. 34. 80. p. 405, 4. 11. 77. al.*, in *c. acc. l. 31. p. 405, 2, adv. p. 405, 14, inf. finalis p. 405, 2. 57*): **A** *-unt, qui ante alios moventur*: 1 *animantes* (*pars corporis p. 405, 24*): **a** *proprie; respiciuntur potius*: α *qui spatio quodam intermisso antecedunt sequentes vel alicubi commorantes* (*haud raro indicatur locus petitus vel finis -endi*): HIRT. Gall. 8, 27, 4 equitatum . . . tantum -ere (proc- *var. l.*) ante agmen imperat legionum, quantum *eqs.* (*cf.* LIV. 22, 51, 2 sequere; cum equite . . . -am. 30, 12, 7 cum equitatu . . . Cirtam -ere. 35, 34, 9 [*opp.* subsequi]. CVRT. 4, 12, 22). HOR. epod. 6, 8 *canis venans aget* per altas . . . nives, quaecumque -et fera. VERG. Aen. 9, 47 ante volans tardum -erat agmen *Turnus* (LIV. 38, 41, 12 ad exploranda loca). LIV. 27, 50, 2 nemo . . . -erat nuntius, *sc. exercitum victorem*. 31, 39, 7 *Philippus* inde . . . ad occupandas angustias . . . -ssit (*sc. Romanos, nisi ad p. 406, 82 coll. 31, 39, 4* inde ad Pluinnam est progressus). 32, 16, 5 quinqueremibus expeditis Piraeum -it. 45, 32, 3 quos *obsides* . . . -ere in Italiam placeret. *al.* CVRT. 3, 4, 13 Thracas . . . leviter armatos -ere iusserat. 3, 13, 1 cum ⌊-isse et⌋ Darei satrapam conperisset *Parmenion praemissus* (*sc. Damascum.* ⌊ ⌋ -isset et *trad.*, -isse eo *Vogel*). 5, 8, 5. 7, 5, 10 ad capiendum locum castris. SIL. 16, 490 *medio in cursu* Eurytus . . . primus brevibus . . . abibat -ens spatiis. FRONTIN. strat. 2, 5, 10 -entes veluti pro exploratoribus habebant *Illyrii*. 2, 7, 9 collaudavit, quod eum alacriter -issent. PLIN. epist. 10, 63 Lycormam ex itinere -ssit *tabellarius*. ITALA Luc. 19, 4 (cod. e) *Zaccheus* -ssit . . . in priore et ascendit in arbore (*gr. προδραμὼν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, aliae vers.* praecurrens, procurrens, antecedens). *al.* *peculiariter de eo qui alios transiens antecedit*: HOMER. 710 dum . . . *Dolon* cursu -ret illos, *sc. Diomedem et Vlixem abditos* (*cf. 712* ubi transierat *et Hom. K 344 παρεξελθεῖν, 350 παρέδραμεν nec non 354 ἐπεδραμέτην*). β *qui in ordine sese moventium, simul ambulantium locum priorem tenent*: HOR. sat. 1, 9, 42 *ille* -ere coepit; ego . . . sequor (*cf.* PETRON. 7, 1 *anicula* coepit me -ere). VERG. Aen. 8, 462 limine ab alto -unt (proc- $P^{1}$) gressumque canes comitantur *Euandri*. 11, 94 postquam omnis longe comitum -erat ordo (*sc. Pallantem mortuum*; proc- *cod. Gud.*), substitit Aeneas (*item in exsequiis*: PLIN. nat. 10, 122 -ente tibicine et coronis . . . ad rogum usque. AMM. 29, 2, 13 funus . . . pullati -ere [proc- *trad.*] honorati *iussi*. *-it ipse mortuus agmen quoddam ut funus*: PAVL. PETRIC. Mart. 6, 286 [*inde* GREG. TVR. Mart. 1, 2]). OV. ars 1, 493 modo -as facito, modo terga sequaris (*cf.* met. 11, 65 nunc -entem *Eurydicen* sequitur, nunc praevius anteit *Orpheus*. PLIN. epist. 9, 33, 4). fast. 4, 343 LIV. 7, 13, 2 *centurio* -ens militum agmen ad tribunal pergit. 8, 7, 3. 26, 21, 9 cum coronis aureis -entes *duces* (*in triumpho sim. ut*: 30, 13, 2. 45, 39, 12 victimae -entes. IVV. 10, 44 -entia longi agminis officia. DIFF. Suet. p. 283, 6 *qui ovat*, pompam -it. EVTR. 4, 14, 2 currum [9, 13, 2]. *al.*). PAVL. FEST. p. 243. p. 336 gregem agnorum -ens ducit *vervex* (*cf.* SEN. epist. 90, 4 -it armenta . . . taurus. COLVM. 7, 6, 9 [*loco corr.*]. VAL. FL. 4, 198. PS. PHILO antiq. 31, 5 arietem -entem et ducatorem gregis). SEN. contr. 1, 2, 3 -ens hanc *sacerdotem* lictor (VAL. MAX. 1, 1, 9. *cf.* VAL. MAX. 7, 3, 9 -entibus . . . in modum lictorum . . . subornatis *hominibus*. SVET. Dom. 14, 3 *ut equites* -rent eum inter lictores. MART. CAP. 5, 433). *sim. saepe.* *part. praes. pro subst. e. g.*: PORPH. Hor. sat. 1, 1, 113 quadrigis certantes -entes urgere contendunt. CYPR. GALL. num. 598 VEREC. in cant. 8, 3 l. 31 D.

**b** *in imagine*: α *qui alios via mortis antecedunt* (*vis localis apparet e. g. p. 405, 2. 4. 8. 14, sed haud pauca vi temporali explicari possunt* [*cf. et* VLP. dig. 38, 16, 1, 8 parentes eos mortis tempore -erunt]; *tamen similia separare noluimus*): ① *exempla titulorum*: CE 959, 9 (*aet. fere Sullanae*) *coniunx*, quae me faato -ssit. 1567, 9 (*saec. I ex.?*) marite, ne doleas mei quod -ssi. 856, 5 (*aet. Gallieni?*) -ssit . . . prior . . . coniuncxs. CIL VI 9792 (*saec. II/III?*) -ere voluisti sanctissima coiux *eqs.* INSCR. christ. Ferrua 9556 (*a. 342*) que -ssit in ⟨pace⟩ (10018. 18799. *al.* CIL VIII 21639 [*a. 419*] nos. *saepius.* X 8076 fidelis in p. XIII 2799. *al.*; *cf.* -ssit in pace dominica: CIL VIII 21643 [*a. 391*]. 21645 [*a. 352*] nos. *al.* XIII 1548 [*a. 466*]. 3877; in pace domini: CIL VIII 9794. 9815. 21688 [*a. 470*]; ad pacem: INSCR. christ. Silvagni 1441). CIL VIII 8634 (a. *440*) -ssit die x *eqs.* (*item sine additamento*: INSCR. Année Epigr. 1942/3 n. 64 [*Sitifis*]. *non liquet de titulis lacunosis* CIL XI 3278 XIII 3794). XI 4970 (*aet. Honorii*) -ssit in somno pacis (*cf.* INSCR. christ. Silvagni 544 in so(m)-

[*Somazzi*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

num pacis). INSCR. Année Epigr. 1965 n. 41 (*Aquinci; lect. incertae*) -unt in Orc⟨um⟩. *accedit inf.*: CE 1292, 3 -cesti hospitium dulce parare tuis. (ii) *exempla auctorum*: SEN. Herc. O. 773 (*loq. Deianira*) ad fata et umbras . . . -ere illum dicis? an possum prior mortem occupare? dial. 6, 10, 3 omnes . . . nostros, et quos superstites . . . optamus et quos -ere iustissimum ipsorum votum est. epist. 71, 15 exiguo momento publica fata -o. 93, 12 non maiore spatio alter alterum -imus. CYPR. epist. 60, 5 si quis istinc nostrum prior . . . -erit. mortal. 20 *fratres nostros* recedentes -ere. CAPITOL. Aur. 28, 5 vale vobis dico vos -ens. LVCIF. moriend. 3 l. 25 D. sanctis qui nos -erunt martyribus. HIER. epist. 118, 4, 6 *liberi* te ad dominum -erunt. RVFIN. hist. mon. 28 p. 452$^{A}$ qui nos -erunt in domino. PRVD. perist. 2, 27 (*Xystus ad Laurentium*) -o, frater; tu quoque . . . sequeris. AVG. in Rom. imperf. 5, 13 qui -erat ad exemplum *resurrecturorum* (*de Christo ut*: 5, 14 *in caelum*, quo eos -ssit, secuturi sunt. SACR. Leon. 183. *al.*). *al.* *transfertur ad mortem spiritalem peccatoris*: AVG. in euang. Ioh. 66, 2 l. 53 non . . . pro domino, ut temere praesumebat (*Ioh. 13, 37*), -ssit *Petrus*, sed aliter quam putabat (*infra*: mortuus est negando).

β *vario respectu* (*maxime de eis qui exemplo, consilio sim. viam monstrant*): HOR. carm. 2, 17, 11 (*ad Maecenatem*) non ego perfidum dixi sacramentum: . . . ibimus, utcumque -es. epist. 1, 2, 71 quodsi cessas aut strenuus anteis *via virtutis*, nec tardum opperior nec -entibus insto. SEN. epist. 52, 3 quosdam . . . non ituros *via veritatis*, si nemo -erit, sed bene secuturos. PERS. 4, 24 -enti spectatur mantica tergo. STAT. silv. 5, 2, 20 penetrale senatus *non* advena pulsasti, sed -ente tuorum agmine (*cf.* PLIN. epist. 5, 8, 5 *si maiores* recto itinere -erint. AVSON. 322, 43 p. 263 P. [*ad nepotem*] hac gradiare via, qua nos -ssimus). IVV. 8, 23 *Paulum vel Cossum* ante effigies maiorum pone tuorum, -ant ipsas illi te consule virgas. CYPR. epist. 60, 1 p. 691, 18 ducem te . . . confessionis fratribus extitisse . . ., ut dum -is ad gloriam feceris multos gloriae comites (*de eodem* p. 692, 5). AVG. in psalm. 34 serm. 1, 8 l. 19sqq. *veri discipuli* non -ant, sed sequantur; non dent consilium, sed accipiant; nam Petrus -ere voluit dominum, quando dominus de passione sua futura diceret *eqs.* (*Matth. 16, 22sq.; eodem spectat* VEREC. in cant. 4, 21 l. 10sqq. D. qui . . . -unt, inimici sunt resistentes deo *eqs.*). 39, 6 l. 3sqq. in ecclesia iste ordo est: alii -unt, alii sequuntur; et qui -unt, exemplo se praebent sequentibus *eqs.* (*cf. ibid.* l. 40. 42). COD. Iust. 1, 3, 54, 10 qui eos *dominos* ad fidem orthodoxam -erunt. *al.*

β *partem plantae*: ① *exempla varia*: CATO agr. 32, 2 *vitibus in terram depressis* biennio post -ito veteres (33, 2 [*in eadem re*]. 52, 2 [*in qualo propagatam ut* 133, 4]. SEN. epist. 112, 2 supra terram. COLVM. 4, 4, 2. 4, 15, 3 bima . . . -itur proxime palmam [*ibid.* abscisum. *cf. Plin. nat. 17, 205* mergus absciditur]. arb. 8, 5 radice tenus. *al.*). 37, 4 quam *materiem* effodies aut -es abs terra (VEG. mil. 4, 35 [*syn.* caesa]). 52, 1 ramum sub qualo -ito (133, 1. COLVM. 5, 11, 11 arboris . . . insitae subolem et ramos superioris. VVLG. iud. 9, 48. *al.*; *cf.* VVLG. Is. 18, 5 -entur ramusculi). VARRO rust. 1, 27, 3 autumno . . . -i arbores oportere secundum terram (COLVM. 5, 6, 13 uno ictu [*postea*: serra desecari]. 5, 11, 7 [*antea et arb. 26, 6* abscidere]. VEG. mil. 4, 35. *al.*). 1, 29, 1 radices quae in summa terra sunt (COLVM. 4, 8, 2 iuxta truncum, *sc. ablaqueando* [*antea et postea et Pallad. 11, 5, 1* recidere]. arb. 7, 6 summas. HIER. adv. Iovin. 1, 12 [*in imag.*]. *cf.* COLVM. 4, 8, 2 radiculas). VITR. 2, 9, 7 quae . . . est superior *pars abietis*, . . . -sa alte circiter pedes xx, . . . dicitur esse fusterna. PAVL. FEST. p. 216 novam frugem. COLVM. 5, 9, 3 taleae . . . sesquipedales serra -antur (*resp. Cato agr. 45, 1* decidito, *Pallad. 3, 18, 6* rami serra incisi). arb. 10, 2 sarmenta lata, vetera . . ., omnia haec -ito (AVG. agon. 30, 32 p. 134, 7 epist. 87, 9. *al.*). *al.* PLIN. nat. 19, 73 *cucurbitas* (*resp. Pallad. 4, 9, 16* sublatae). 19, 166 *lepidium* iuxta terram -itur. 32, 22 *curalium* (*dist.* evelli). *et saepe.* *-itur digitis*: MARCELL. med. 25, 14 medicinalibus digitis eam *herbam* sine ferro -es aut evelles. ② *indicatur unde*: ab (*aliter l. 28*): VARRO rust. 1, 40, 6 ab altera arbore -it *ramulum*. COLVM. 5, 5, 16 cum *virgae* a matre fuerint -sae (arb. 7, 6 [*syn.* amputato]. 8, 1 sarmenta fructuaria). de: VVLG. iud. 9, 49 ramos de arboribus -entes (AVG. in euang. Ioh. 16, 6 -si sunt de silva [*cf.* AVG. *sub* γ]). AVG. in euang. Ioh. 13, 16 sarmentum es de vite -sum (psalm. c. Don. 225 [234 L.]).

γ *quamlibet rem (indicatur unde per praepos.* ab *l. 56*, de ITALA, AVG.): CIC. Verr. II 5, 88 malum erigi, vela fieri, -i ancoras imperavit (LIV. 28, 36, 11 orasque et a. PLIN. nat. 35, 139 Scyllum a. -entem Persicae classis. *cf. p. 431, 31 sqq. et* CLAVD. DON. Aen. 3, 640 p. 345, 26 funis ab litore -endos). ITALA Dan. 2, 45 (Iren. 5, 26, 1) de monte -sus est lapis sine manibus (*gr. Theodotion* ἐτμήθη, *Vulg.* abscisus. *pendent e. g.* TERT. adv. Iud. 3, 8 *populi nostri* mons Christus sine manibus concidentium -sus [*sc. notione fortasse ad b vel c vergente*]. 14, 3 petra. HIER. epist. 53, 8, 16. *ceterum cf.* AVG. serm. 336, 1, 1 de silvis et montibus ligna et lapides -untur). AMM. 30, 8, 4 *Artaxerxes*, ne secaret aures . . . pro delictis, ex galeris fila pendentia -bat. VVLG. 1 reg. 24, 5 *David* -it oram clamydis Saul (*sim.* 24, 12 summitatem clamydis tuae). ROMVL. fab. 62, 6 rec. gall. (*loq. lima*) si angulum torsero, si quid ibidem est, ipsa -o (*sim.* rec. W). EDICT. Theodor. 90 *qui* exteriorem circulum solidi -erint.

**b** *obi. significat integrum quiddam, quod truncatur, mutilatur*: α *auferendo, partem adimendo; -itur*: ① *planta eiusve pars*: CATO agr. 28, 2 arbores crassiores . . . eas -sas serito (SEN. clem. 1, 8, 7, *ubi resp.* reciduntur). 40, 2 quem ramum insiturus eris, -ito . . .; cum -es, caveto ne librum convellas (VARRO rust. 1, 40, 6). *ibid.* stirpem -sum. 41, 2 *vitem* (*inde Plin. nat. 17, 115* praesectam). 160 ⌊id⌋ manu prehende et dextera sinistra -e (⌊ ⌋ *harundines intellegunt plerique, ferrum coxae impositum alii*). VARRO rust. 1, 40, 4 videndum, ut sit de tenero ramo ex utraque parte aequabiliter -sum *semen oleagineum* (*i. surculus; de granis*: HIER. vita Malchi 7 *formicae herbarum* s. -bant). COLVM. 4, 15, 3 *mergus vitis* ad imum solum -itur (*resp. Plin. nat. 17, 205* ex reciso). 4, 24, 17 *furunculus* angustissime -sus in modum verrucae. PALLAD. 3, 24, 12. ② *homo vel membrum eius*: *castrando*: SEN. dial. 1, 5, 3 -sos (procisos *trad.*, percisos *recc.*) et professos inpudicitiam (*p. p. p. pro subst. ut*: VOPISC. quatt. tyr. 8, 6 *in Aegypto nemo otiosus*; habent ⟨prae⟩cisi [*si recte suppl. Hohl*], quod agant). MART. 9, 2, 13 miseros, Cybele, -e cinaedos. ITALA Gal. 5, 12 (Tert. anim. 16, 6) utinam et -antur, qui vos subvertunt (*gr.* ἀποκόψονται, *cod. d al. et Vulg.*

[Somazzi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abscidantur; cf. Tert. pudic. 1 p. 221, 4 Paulus optans etiam ut -rentur, qui circumcisionem detinendam suadebant [potius ad B1b trahit Waszink, comm. ad anim. 16, 6]). Obseq. 44 servus ... Matri Idaeae se -it. Lampr. Heliog. 7, 2 -sos fanaticos Cybeles. circumcidendo: Mar. Victorin. in Phil. 3, 1–3 ut apud Iudaeos praecisio sit, quod foedam partem corporis -unt (in eadem re ibid. circumcidimus ... omnem malitiam ex cordibus nostris ..., 'qui per spiritum deo servimus', illi autem per carnem; ergo -si sunt, non circumcisi [sim. Hier. hom. Orig. in Is. 3,1 p. 253,27]). qualibet ratione: Hier. praef. Vulg. Esdr. p. 7, 1 non silebit eloquium, etiam -sa lingua balbuttiet. Physiogn. 47 p. 65, 10 aures perbreves tanquam -sae ad stultitiam referuntur (resp. Adamant. p. 380, 9 περιτετμημένα, Ps. Polemo p. 380, 18 κυλλά). Galen. alfab. ('de colchico') ferro -sos sanat. CIL III 14188, 10 -sus a medico (h)ic pos(i)tus est (gr. τμηθίς). cum abl. (acc.) respectus: Conc.[S] II 3, 1 vers. Tur. p. 171, 4 etiam si lingua (Rustic. linguam) -ar, aliam vocem non emitto (gr. II 1, 1 p. 180, 36 γλωσσοτομῶμαι).

(iii) quaelibet res: Cic. Att. 9, 6, 3 (affertur epistula aliena) navis, quibus usus non est Pompeius, omnis aut -isse aut incendisse dicunt. Scrib. Larg. 47 calami scriptorii fistulam ita -ere, utraque parte ut perforata sit (inde Marcell. med. 10, 8). Itala II reg. 10, 4 (Bachiar. repar. laps. 13, sim. Vvlg.) rex Ammonitarum tunicas eorum militum David usque ad inguina -it (gr. ἀπέκοψεν. sim. Vvlg. I par. 19, 4 a natibus usque ad pedes). Herm. Pal. vis. 3, 6, 6 lapis rotundus, nisi -sus fuerit et amittat aliquid de se, non poterit quadratus fieri (vulg. decisus, gr. περικοπῇ). Schol. Verg. Medic. ecl. 10, 7 (de verbo tondere) significat '-untur' ut 'nocte arida prata tondentur' (georg. 1, 289). Cod. Iust. 12, 50, 13 pr. (a. 390) nonnulli veredarii saga eorum hippocomorum dicuntur auferre ⌊vel -ere⌋ (⌊ ⌋ om. Cod. Theod. 8, 5, 50).

β dissecando, dividendo (maxime in partes binas, aliter maxime l. 52. 77 sqq.); -itur: (i) quaelibet res: Lvcil. 1114 funis ... -sus cito atque anquina soluta (Call. dig. 47, 9, 6 expugnatur navis, cum ... f. eius -untur. Vlp. dig. 9, 2, 29, 3 [e Labeone] f. ancorarum. ibid. iterum. 9, 2, 29, 5 Hier. epist. 53, 11, 2. cf. Petron. 102, 1 -so ... vinculo scaphae. Veg. mil. 4, 46 chalatorios. v. etiam p. 430, 53 sqq.). Cic. Rab. perd. 31 fistulas aquarum. div. 1, 32 Tarquinium cogitasse cotem novacula posse -i (postea: esse discissam; percidi coni. Bücheler, Kl. Schr. I 413 sq.; in eadem re e. g. Liv. 1, 36, 4 discissurum, Flor. epit. 1, 5, 4 secare). Liv. 32, 17, 14 Romani non -ere hastas poterant et, si quam incidissent aut praefregissent, eqs. Sen. contr. exc. 5, 1 (thema) -it illi, qui se suspendit, quidam ... laqueum (cf. 5, 1, 2 -it remedium meum). Colvm. 5, 9, 2 ramos in taleas recidito ita, ne corticem aut ullam aliam partem, quam qua serra -erit, laedas. 12, 56, 1 decussatim incidito, sed caveto, ne usque ad imum -as rapa (perpraecidas codd. plerique. Pallad. 13, 5 rapa in partes minutas recisa). Plin. nat. 9, 182 ut -i possit linea piscantis dentibus piscis (antea: secare; 32, 13 praesecare [ex Ov. hal. 48, ubi secat]). 16, 123 si abies infra quam rami fuere -atur, quod superest vivit eqs. (Theophr. hist. plant. 3, 7, 2 ὅταν ... ἀφέλῃ). 18, 296 stipulae ... mediae falce -untur (resp. Varro rust. 1, 50, 2 ut stramentum medium subsicent, Colum. 2, 20, 3 medium culmum secant). Frontin. (?) strat. 4, 1, 26 cinctu togae -so (in eadem re Val. Max. 2, 7, 9 eum toga laciniis abscisis amictum). Marcell. med. 27, 87 malva -sa a superiore ad inferiorem partem. Damig. lapid. 30 minutatim -sum lapidem magnetem. al. (ii) membrum, pars corporis: Caecil. com. 56 hunc collum Ludo -i iube ('c. decide mihi, Lydo' intellegit Shipp, Class. Phil. 39, 1944, 256 coll. p. 429, 58 et Plaut. Merc. 308 decide. Sen. apocol. 6, 2 illi [antea: decollare]. cf. Cels. 7, 29, 7 cervix -sa [Sen. dial. 3, 16, 5 noxio. Amm. 18, 3, 4. ironice: Petron. 108, 11]. Vlp. dig. 9, 2, 11 pr. [e Mela] gulam). Lvcr. 3, 636 si subito medium corpus celeri -erit ictu vis aliqua (sim. Liv. 8, 24, 14 -so medio corpore regis). Liv. 40, 6, 1 caput mediae canis -sae et prior pars ad dexteram, cum extis posterior ad laevam viae ponitur. Cels. 2, 10, 16 venae, si forte -sa est, capita comprimuntur (5, 26, 2 cui ... circa fauces ... v. vel arteriae -sae sunt [Plin. nat. 11, 220]. 7, 31, 3 uno loco ... v. -itur, deinde alio ... rursus absciditur. al. Plin. nat. 25, 83, ubi opp. aperta. al.). 5, 26, 22 musculus laesus -endus erit; nam percussus mortiferus est, -sus sanitatem recipit (8, 10, 7[C] per mediam plagam transversus -endus). 5, 26, 28[A] si -si nervi sunt, qui continebant articulos (al. Plin. nat. 25, 43 -sos n. glutinari [32, 120. al.]. 30, 116 sanare. Chiron 49 si quod iumentum a vomere [Lommatzsch, abomere trad., ab onere Oder] percussum nervos -erit. al.; cf. Petron. 45, 11 [tropice] gladiator decrepitus habe⟨ba⟩t nervia -sa). al. Plin. nat. 32, 124 hirudines sanguisugas sugere orsas forficibus -unt. Ps. Avr. Vict. epit. 28, 2 medio capite supra ordines dentium -so. Amm. 31, 7, 13 equites fugientium occipitia lacertis ingentibus -entes et terga (infra: secando suffragines). Pelagon. 292 caudam ad vertebram incidito usque ad mediam commissuram, sed ne -as (Hippiatr. gr. I p. 244, 11 ἀποκόψῃς. item Chiron 719). al. (iii) cibus sim.: Avr. Vict. Caes. 16, 7 vulvae frustum ... eo cultro venenato -it. Apic. 7, 3, 2 ficatum -is ad cannam. 8, 7, 4 farcimina cocta integra -es. Vindic. gyn. p. 458 rec. G dentes nostri dati sunt nobis ad -endum elimentum (i. alimentum. rec. P dentes ... primi a -endo vocantur thomis [i. τομεῖς. sic Fischer in plagulis]. cf. Isid. orig. 11, 1, 52 quod non possunt priores -ere eqs.). Gloss. III 287, 55 -e cervum et aprum et gallinam et leporem (gr. τέμε). 287, 60 carnem ex aqua madidam. 288, 13 illum porcellum assum. 288, 58 caseum. 289, 1 sumen.

c obi. significat potius id quod caedendo efficitur, exciditur (v. etiam 2aγ et cf. in c. abl. infra l. 58): Vvlg. exod. 34, 1 -e ... tibi duas tabulas lapideas (gr. λάξευσον, Itala Lugd., Wirc. decide, Aug. quaest. hept. 2, 154, 8 excide). Soran. p. 21, 15 ut habeat obstetricalis sella sub sessu similitudine lunae foramen -sum, ut illuc infans cadere possit (gr. p. 51, 14 Ilb. εὐρυχωρίαν ἐκκεκόφθαι). Pass. coron. 4 sigilla -ite de monte hoc porphyretico.

2 transfertur ad actiones similes (hic illic evanescente notione caedendi, e. g. l. 13. 16): a exempla varia: α obi. significat potius partem, quae absciditur, aufertur sive delendi sive separandi causa: Vitr. 5, 6, 5 in cornibus orchestrae ... interiores sedes -antur (sc. in forma theatri describenda. an ad b?). Manil. 4, 632 Trinacria Italia tantum -sa recessit. Itala Iudith 2, 23 (cod. 130, Corb.) Holofernes -it Poth (gr. διέκοψεν, Reg. concidit, Sangerm. 15 al. subvertit, Vulg. deest). Cypr. unit. eccl. 5 a fonte -e rivum, -sus arescit (inde Avg. c. Cresc. 2, 23, 42 p. 401, 24). Chiron 33 ustio colligata solvit, carcinomata -et, veteres dolores auferet (inde Veg. mulom. 1, 28, 2). Clavd. 26, 595 eques flectebat habenas totaque -so nutassent agmina cornu, ni eqs. (var. l. praescisso). Op. imperf. in Matth. 3 p. 652 (Matth. 3, 10 securis ad radicem arboris posita est) securis ... est acutissima ira consummationis, quae totum -sura est mundum eqs.

β obi. significat potius integrum quiddam, quod truncatur, mutilatur, dividitur: (i) incidendo: Colvm. 4, 13, 2 si viminibus salicis ... ligaveris novellam, increscens vitis se ipsa -it (proc- SA. inde Pallad. 4, 7, 2 novellam teneram vincula duriora -unt [proc- var. l.]). 5, 6, 27 convenit palmites non constringi, ne sarmentum vineae (vimine edd. vet.) -atur. (ii) variis modis: Mela 3, 89 in ora Aethiopiae vasta omnia vastis -sa montibus ripae potius sunt quam litora (nisi ad p. 434, 34 trahas). Lvcan. 6, 340 Pindus ... maturato -it vespere lucem. Vlp. dig. 39, 2, 24, 12 puteo meo aperto venae putei (tui add. pars codd.) -sae sunt. Itala II reg. 23, 16 (Ambr. apol. Dav. I 7, 34) -erunt tres viri multitudinem adversariorum (gr. διέρρηξαν, Vulg. inruperunt ... castra. inde Ambr. Iac. 1, 1, 3 qui hostium castra -rent). psalm. 28, 7 (Veron.) vox domini -entis flammam ignis (gr. διακόπτοντος, Vulg. intercidentis, Hier. psalt. sec. Hebr. dividens. explicat Avg. ad l. dividentis ... iracundiam persecutorum ... atque ita -entis insanum tumultum eorum, ut alios ... traiceret, alios ... relinqueret). Chiron 102 ut fluxum sanguinis -as. Ps. Theod. Prisc. simpl. med. 99 origanum ... spissos umores attenuat et -it (cf. Galen. simpl. med. 8, 15, 13 τμητικῆς ... εἰσι δυνάμεως).

γ obi. significat potius id, quod caedendo efficitur, exciditur (cf. 1c): Petron. 83, 2 tanta ... subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem -sae, ut crederes etiam animorum esse picturam. Vvlg. Is. 51, 1 petram unde excisi estis (i. Abraham) et ... cavernam laci de qua -si estis (i. Saram quae peperit vos).

b lineae, areae, aequora -untur lineis transversis sim.: Vitr. 5, 6, 1 qua[e] -it trigoni latus curvaturam circinationis (sim. 5, 7, 1). Manil. 1, 634 circulus meridianus medium -it Olympum discernitque diem (inde restituit Housman 3, 307, v. p. 438, 2). 1, 700 orbis lacteus tris ... secat medios gyros et signa ferentem ..., quotiens -itur ipse. Germ. 447 signorum partes ... annum expleturi -unt quattuor orbes (i. zodiacus, circulus brumalis, aequinoctialis, solstitialis). Sen. epist. 53, 1 per altum ad Nesida derexi -surus omnes sinus (cf. Ps. Qvint. decl. 12, 22 non -is medium mare [def. Håkanson, Textkrit. Stud., 1974, 103 coll. Sen.; praeripis Reitzenstein]). Plin. nat. 8, 83 -so itinere, sc. lupo transeunte. Hyg. grom. p. 72, 15 quintum quemque limitem ... agi oportet et -ere mensura (versura coni. Lachmann) cardinem. Lib. col. I p. 209, 12 L. cetera in laciniis sunt -sa (cf. p. 211, 5 cetera loca vel territoria in saltibus ... pro aestimio ubertatis sunt -sa [col. II p. 261, 26]). al.

B incorporaliter (hic illic vi corporali per imaginem sublucente, e. g. l. 65. p. 433, 16. 34. 72): 1 cum certo quodam respectu: a oratio, sermo, verbum sim. breviatur vel interciditur: α spectat potius ad sermonem interruptum, impeditum: Plavt. Mil. 1271 dum te optuetur, interim linguam oculi -erunt ([perierunt B]. Pavl. Nol. epist. 21, 4 prima Arrii l. -itur, sed et Sabellii blasphemia vacuatur). Rhet. Her. 4, 54, 67 (definitur aposiopesis) significatio fit per abscisionem, si, cum incipimus aliquid dicere, deinde -amus. Sen. nat. 4 praef. 10 prima statim verba -it adulanti (Hier. hom. Orig. in Ier. 2, 10 p. 298, 16 sermones ebrii et haerentibus labiis v. -sa). Qvint. inst. 9, 2, 57 -sa velut ante legitimum finem oratio (Evgraph. Ter. Andr. 752 Mysidis -sa o. est). Ps. Qvint. decl. 6, 12 indignam sanctissimis auribus verborum captionem ... -ite. Clavd. Don. Aen. 4, 75 p. 365, 27 ('media ... in voce resistit') -ens verborum continuationem. Pavl. Petric. Mart. 2, 29 singultantes -so murmure voces (3, 191 de moribundo).

β spectat potius ad modum dicendi concisum, breviatum (plura v. p. 434, 48): Cic. ac. 2, 133 -e ..., statue aliquando quidlibet (item absolute: Cato 57 quid ... plura dicam? brevi -am: eqs. Orig. in Matth. ser. 73 p. 173, 9 loquens ... ad iniustos -it conpendians ... malefacta eorum in breve [opp. inmoratur in unoquoque verbo]). Sen. epist. 114, 11 sunt qui sensus -ant (var. l. praedicant) et hoc gratiam sperent, si sententia pependerit. Orig. in Matth. ser. 73 p. 173, 14 -ens narrationem (84 p. 195, 32). γ cetera exempla: Porph. Hor. epod. 1, 1 clausulas ... lyrici appellant quasi -sos versus integris subiectos ([inde

[Somazzi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Schol. -sos et non integros]. Avdax gramm. VII 333, 4 *caesuris* per scansionem v. -i noscuntur). Diom. gramm. I 509, 3 archilochium de proximo superiore (*sc. choriambico*) -sum est (*l. 8* sectum. *sim. de origine versuum*: 509, 21 *Anacreontius* de ... hendecasyllabo. 510, 5 Alcaicum ab iambico. 510, 24). Macr. exc. gramm. V 623, 4 *infinitivi* integritatis extremitate -sa, ut est ἀπὸ τοῦ ἔμεναι ἔμεν. Mart. Cap. 9, 937 *inter continuum et divisum genus vocis* est et medium, quod ... *non* frequenti divisione -itur.

b *apud Christianos de separatione, quae fit doctrinae vel morum causa* (*maxime de haereticis, qui ab ecclesia separantur; vice versa de catholicis, qui ab haeresi vel idolorum cultu reducuntur, e. g. 31. 37. 44; de peccatore ab altari arcendo l. 36*): α *obi. est pars, quae separatur, absciditur*: Ⓘ *cum solo obi.* (*an huc iam p. 430, 84?*): Lvcif. non conv. 9 l. 44 D. haeretici sunt -si, ut est Arrius -sus utque tu ... excindi merueris (*antea*: excisus est ... e corpore ecclesiae). Ambr. patr. 10, 42 sarmentum sumus et fructum adferre possumus, si maneamus in vite; sin autem, -imur. Avg. in epist. Ioh. 2, 3 non est mirum si -sus odisti radicem. in euang. Ioh. 5, 16 non se -erunt *ei, qui erraverunt.* in psalm. 65, 5 l. 68 ne forte -i mereatur, quem delectat insultare -sis. serm. 4, 34 l. 755 *videte*, in quo frustra (quot frusta *var. l.*) -si sunt *haeretici. et saepius.* Orig. in Matth. ser. 27 p. 46, 15 recte Pharisaei sunt appellati, id est -si, qui spiritalia prophetarum a corporali historia -erunt (*sec. hebr.* parûš; *cf. ser. 9 p. 16, 23* divisi et segregati). Facvnd. defens. 9, 5, 42 *cum* anathematizati fuerint et tamquam putrida et morbida membra -si. *al.* Ⓘⓘ *indicatur unde*: ab: Avg. agon. 30, 32 *Luciferiani* -erunt se ... ab unitate (in euang. Ioh. 32, 7 -sus ... et divisus ab u. membrorum. *al.* Qvodv. symb. 3, 9, 9 Facvnd. fid. 41). bapt. 3, 16, 21 p. 212, 16 ab ecclesiae catholicae communione (epist. 87, 1 vos tam temeraria ... diremptione -istis a c. ... ecclesiarum orientalium. *al.* Vincent. Ler. 3, 1). doctr. christ. 2, 6, 7 eos *sanctos* quasi dentes ecclesiae (*cf. Vulg. cant. 4, 2*) video -ere ab erroribus homines (*sim.* in psalm. 3, 7 l. 20). in epist. Ioh. 6, 11 *spiritum dei* non possunt habere haeretici et quicumque se ab ecclesia -unt *eqs.* (retract. 2, 27, 3 scisma -it. Facvnd. fid. 6). c. Petil. 2, 23, 52 ab unitatis viva radice (Ps. Evseb. Gallic. hom. 36, 6 G.). serm. 56, 8, 12 *peccata magna*, unde necesse sit -i ab altari. *et saepius.* Verec. in cant. 1, 18 D. animarum plantaria ab idolorum cultu -sa. Orig. in Matth. 13, 25 p. 247, 12 -amus ... a nobis, quasi manum vel pedem vel oculum, patrem aut matrem volentes nos agere contraria pietati (*gr.* ἐκκόψομεν). *al.* de: Avg. catech. rud. 25, 9 de unitate ecclesiae velut putata vite -sos (Reg. eccl. Carth. [Corp. Christ. 149] p. 199 l. 583 de dominici corporis u.). doctr. christ. 2, 6, 7 *sanctorum* vita et moribus Christi ecclesia de ... superstitionibus -it eos, qui ad se veniunt. epist. 87, 6 Maximianensium, qui de vestra praecisione -si sunt. 185, 42 de Christi iusti corpore. *al.* inde: Avg. in euang. Ioh. 10, 8 quidquid inde (*sc. ab ecclesia*) -itur.

β *obi. est unitas sim., quae separatione deletur*: Avg. bapt. 7, 54, 103 p. 375, 18 Cyprianus et qui cum eo senserunt catholicae ecclesiae, quam noluerunt -ere, non potuerunt praescribere (in psalm. 119, 9 l. 31 non est -enda ecclesia dei). c. Parm. 2, 11, 25 -endae unitatis nulla est ... necessitas. Verec. in cant. 4, 8 D. *haeretici* -erunt caritatem (*antea*: scindunt).

2 *usu vario*: a *subest potius notio abscidendi, fere i. q. adimere, arcere, excludere sim.* (*quaedam ad b trahi posse vix negaverimus*): α *cum obi.* (*indicatur cui per dat. l. 57. 58. 62. al., unde per praepos.* ex *l. 62,* ab *l. 58. 77. 79*): Ter. Hec. 598 sic optume ... omnis causas -am omnibus (Hor. epist. 1, 2, 9 belli -ere c. Chromat. beat. 2 *animus* a se omnes c. iracundiae). Cic. Verr. II 1, 20 reo ... spem iudicii corrumpendi (Liv. 4, 3, 7 *consulatus* s. plebeio. 4, 3, 15 consulatus. 24, 31, 12 s. reditus ... sibi. 29, 15, 14 senatum adeundi *eqs.* 42, 50, 1 pacis. Sen. benef. 2, 5, 1 [*opp.* trahi]. dial. 5, 28, 4 [*dist.* differat]. *al.*). 2, 164 quidnam sua vi et auctoritate mihi ex hac oratione -erit *Metellus.* 3, 3 nobis ... istam licentiam libertatemque vivendi (Edict. imp. Diocl. praef. 16 L. egrediendi eadem *pretia*). 5, 133 illud -as licet, te ... idcirco a me in crimen ... vocari (*syn.* praetermittas. *sim. praetereundo, omittendo alqd.*: Orig. in Matth. ser. 73 p. 173, 28 *iniusti* quasi -entes et praetereuntes crimina sua. Facvnd. defens. 9, 3, 19 furtivas sententiarum ... particulas, quas ... -unt haeretici). Pis. 51 *reditum* sibi ipse -it *Gabinius.* de orat. 2, 28 -sa ... mihi ... est dubitatio (*cf.* Plin. epist. 9, 1, 4 cuius cunctationem ... temporis ratio -it). Att. 10, 16, 1 cupiebam ... esse eum *Dionysium* nobiscum; quod quia plane ... -erat *eqs.* ad Q. fr. 2, 10, 2 Tenediorum ... libertas (*sc. petitione quaesita*) securi Tenedia -sa est. *al.* Sen. dial. 9, 4, 2 si praevalebit fortuna et -et agendi facultatem. Petron. 82, 4 -sa ultione. 140, 12 quod (*i. vim penis*) manus irata -erat. Ps. Qvint. decl. 6, 10. Tert. pall. 5, 6 -am gulam (*i. voracitatem. antea*: inmergo ... scalpellum acerbitati). Paneg. 4, 28, 3 -sa fuga. Avg. conf. 6, 11, 19 non facile ab eis *mundanis bonis* -enda est intentio. Orig. in Matth. 12, 9 p. 80, 25 occasiones mali ... -amus a nobis (*gr.* περιαιρεῖν). *al.* β *sine obi.*: Cic. Att. 8, 4, 2 *v. p. 434, 60.*

b *subest potius notio mutilandi, dividendi*: α *cum respectu temporis vel spatii fere i. q. interrumpere, terminare* (*affinitatem hic illic cum a intercedentem vix negaverimus*): Cic. off. 1, 120 *amicitias potius* sensim diluere quam repente -ere. Sen. epist. 24, 11 *homines,* qui mala sua morte -erint (*cf.* Hier. epist. 22, 2, 1 *quomodo* omnia, quae putantur bona, mors extrema -at [praecedat *var. l.*]). 66, 42 mors ... vitam ... aliorum in medio flore -it (Vvlg. Is. 38, 12 -sa est velut a texente v. mea. Favst. Rei. epist. 5 p. 194, 12 praecipitio aut suspendio. *cf.* Sen. epist. 78, 27 licet *mors* mediam -at aetatem. Clavd. Don. Aen. 6, 460 p. 567, 26 vitae suae cursum gladio. Verec. in cant. 5, 5 l. 42 D. carnalem nostrae vitae textum -it *deus*). Lact. inst. 6, 4, 4 *via perditionis*, cum ventum fuerit ad extremum, ... subito -itur (Avg. serm. 170, 11, 11 *Christi* via ... finiri non potest, -i non potest *eqs.*). Pavl. Petric. Mart. 5, 113 -ens tempora lucis ... nox. *al.* β *cum respectu magnitudinis, potestatis sim. fere i. q. minuere, infirmare sim.* (*addas p. 432, 36*): Iren. 1, 14, 7 (1, 8, 8 H.) qui *numerus* quasi in partes divisus est aut -sus (*gr.* μερισθέντα ἢ διχοτομηθέντα). 2, 13, 5 (2, 16, 1 H.) si ... de sensu sensum dicant emissum, -unt sensum dei et partiuntur (*cf.* Qvodv. cant. nov. 7, 16 spiritus ... sanctus non -it [pro- *vel* praecedit *trad.*] unde procedit [*syn.* minuit]). Mar. Victorin. ad Iust. 14 de duobus aeternis si vinci uni erit, aeternitas -sa residebit. Avg. in psalm. 35, 19 intentio nostra -retur, *nisi totum psalmum exponerem.* Mart. Cap. 9, 934 *symphonia quinaria* productiones habet tres mediamque -it, hoc est tonos tres ac medium. Verec. in cant. 6, 16 l. 3 D. 'capita potentium' imperatores ... cognosce, quos dominus -it, cum iugo fidei subiugavit.

II *usu peculiari, sc. e vi praeverbii temporali explicando, i. q. antea immolare* (*v. etiam* praecidaneus): Pavl. Fest. p. 252 -ere (praetercidere *codd. meliores*) antecidere, id est ante immolare. Non. p. 163, 17 praecidaneum est -endum (*inde* Gloss. V 646, 41).

*p. p. p.* **praecīsus,** -a, -um. 1 *pro subst.*: a *neutr. sing.* -um, *i. q. caro dissecta, pars carnis*: Naev. com. 65 -um, omasum, pernam, callos, *eqs.* Lvcil. 569 illi -o atque epulis capiuntur opimis. *locum utrumque affert* Non. p. 150, 40sqq.. *qui explicat*: -um et omasum: partes carnis et viscerum (*inde* Gloss. V 645, 31). b *masc. plur. v. e. g. p. 430, 80. 433, 19. 22.*

2 *pro adi.* (*exempla notabiliora, cetera v. supra*): a *corporaliter*: α *de rupibus, montibus, viis fere i. q. abruptus, praeceps*: Acc. trag. 506 institeram ... -um iugum. Sall. Iug. 92, 7 iter castellanorum angustum admodum, utrimque -um. Verg. Aen. 8, 233 -is undique saxis. Sil. 13, 338 nulla in praeruptum tam prona ... cautes, in qua non ... tulerit -a per avia plantam *Pan.* Qvint. inst. 12, 9, 2 civitates quamlibet -is impositae rupibus (Hier. epist. 108, 33, 3 [*vers.; inde* CE 788, 1. 789, 2]. Svlp. Sev. epist. 2, 10 -is r. abruptisque montibus. Mart. 10, 4 [*inde* Vitae patr. Iurens. 25 M.]). Sol. 47, 1 *portarum Caspiarum* -orum laterum saxa (*resp. Mart. Cap. 6, 691* cautium praecisiones). Peregr. Aeth. 12, 10 mons -us valde. Ennod. opusc. 4, 19 p. 387, 20 in -is cautibus (*antea*: praerupta saxorum). β *singulariter de ore hominis*: Physiogn. 128 p. 141, 14 qui ad huius animalis (*sc. colubri*) speciem referuntur homines, ita erunt: ... collo longo tenui, ore -o, *eqs.* (rescisso *ed. princ.*).

b *incorporaliter cum respectu generis dicendi, fere i. q. concisus, breviatus* (*cf. p. 432, 76*): Cic. de orat. 3, 193 si modo non breviora et -a erunt superiora (*sc. clausulam antecedentia*). Qvint. inst. 4, 2, 47 simplex ... et undique -a ... narratio. 7, 3, 15 -ae comprehensionis. 10, 2, 17 *scriptores* -is conclusionibus obscuri. Don. gramm. IV 395, 12 eclipsis est defectus quidam necessariae dictionis, quam desiderat -a sententia ([*item* Diom. gramm. I 450, 20]. Hier. in Is. 16, 1 p. 171$^{A}$). Svlp. Sev. chron. 1, 10, 4 in hoc tam -o opere (1, 19, 3. 2, 27, 3).

*adv.* **praecīsē.** [*loco lacunoso* Pap. Chart. lat. antiq. 315 d5 (*saec. III in.*) praeci⟨s⟩e.] 1 *i. q. omni exceptione praecisa, omnino, plane* (*huc spectare videtur* Gloss. II 241, 52 ἀποτόμως: temere, -e): Cic. Att. 8, 4, 2 numquam reo cuiquam tam humili ... tam -e negavi, quam hic mihi plane sine ulla exceptione praecidit (*sc. Dionysius. de eodem v. p. 433, 71*). Vlp. dig. 36, 3, 1, 20 si ei, qui in alterius potestate erit, incerta die legatum fuerit, cavebitur ei, qui habet eum in potestate, non -e, sed sub condicione 'si *eqs.*' (Inst. Iust. 4, 3, 1 non -e de quadrupede, sed de ea tantum, quae pecudum numero est). Op. imperf. in Matth. 45 p. 886 Pharisaei ... -e intelleguntur ipsi, qui sepulcra aedificant prophetarum ... et praecepta blasphemant. 2 *i. q. verbis praecisis, breviter, per ellipsin*: Cic. nat. deor. 2, 74 id (*sc. 'providentia mundum gubernari'*) -e dicitur ...; plene autem et perfecte sic dici existimato: 'providentia deorum mundum administrari' (Gell. 3, 16, 8 obscure atque -e tamquam adverse d.). Varro frg. (40 F.) Char. gramm. p. 315, 10 B. 'egone illam? quae illum? ...' (*Ter. Eun. 65sq.*): -e; generat animi passionem (-e, [gener] ad a. p. *Bücheler*; praecisio generat a. p. *Lindemann. ad rem cf. Don. ad l.* familiaris ἔλλειψις irascentibus).

*deriv.*: praecidaneus, praecidarius, praecisalia, praecisamentum, praecisio, praecisor, praecisura.

*compos.*: compraecido.

[**2. praecido,** *sc. a* prae *et* cadere, *non invenimus* (*sed cf.* ?praecado); *cave huc trahas p. 429, 24.*] *Somazzi.*

**praecincta** *v.* praecingo.

**praecinctio,** -ōnis *f.* *a* praecingere. 1 *de re praecingente, sc. technice in architectura i. q. balteus,* διάζωμα (*i. circuitio, qua singuli caveae ordines praecinguntur et separantur; cf. p. 438, 49; ad rem v. Reisch, RE V 355, 37sqq.*): Vitr. 5, 3, 4 -es ad altitudines theatrorum pro rata parte faciendae videntur, neque altiores quam quanta -is iti-

*[Kruse]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neris sit latitudo; si enim excelsiores fuerint . . . *non* patientur in sedibus suis (summis *Iucundus*), quae ⟨sunt⟩ supra -es, . . . pervenire *verba.* 5, 6, 2 scalas . . . inter cuneos ad primam -em *dirigere* (5, 7, 2 gradationes scalarum . . . dirigantur ad p. -em, a -e inter eas iterum mediae dirigantur *eqs.*). *per comparationem de loco naturali*: VITR. 2, 8, 11 is . . . locus est theatri curvaturae similis; itaque in imo . . . forum est constitutum; per mediam autem altitudinis curvaturam -emque platea ampla latitudine facta *est.* 2 *i. q. actio praecingendi vestimentis*: HIL. in Matth. 2, 2 zonae . . . -o efficax in omne opus bonum est apparatus: ut ad omne ministerium . . . simus accincti (*sim.* 10, 5 zona est ministerii apparatus, et ad efficaciam operis -o). GAVDENT. serm. 2, 22 G. (*ad exod. 12, 11 p. 437, 7*) de -e lumborum . . . nunc dicetur (5, 2 [*cf. eundem sub* 2. praecinctus]. EPIST. pontif. 369 Migne 50, 431[A] in l. -e castitas *indicatur.* MAX. TAVR. serm. app. 9 p. 864[B]).

**praecinctōrius,** -a, -um. *a* praecingere. *non nisi pro subst.*: 1 praecinctōrium, -ī *n.*, *i. q. cingulum*: **a** *hominum* (*sc. de subligari sim.; cf.* GLOSS. -um: ὑποζώνιον. ἐπιζώνιον: -um quasi supercingulum): RVFIN. patr. 1, 9 S. huic *amictui* (*gen. 49, 11*) contrarius erat amictus ille populi Israhel, in quo, ut gentis inpudicitiam designaret, non tam amictum id quam -um nominavit (*Ier. 13, 1 sqq., v. p. 438, 70*). AVG. gen. c. Manich. 2, 21, 32 *Adam et Eva* sibi fecerunt -a de foliis fici (*i.* ITALA gen. 3, 7 *non ad verbum allata; gr.* περιζώματα, *Ambr. parad. 13, 64 al.* subcinctoria, *Aug. gen. ad litt. 11, 1 al.* campestria [*inde* GLOSS.[L] I Ansil. CA 573 campestria: lumbaria sive -a], *alii alia. cf.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. 5, 7 si illi interpretationi quae perizomata, id est -a, posuit favetur, latera magis dicam tecta fuisse quam femora [*quod refutat Aug. ibid.; cf. etiam locum sequentem*]). c. Iulian. 2, 6, 16 quid enim tam in promptu est quam succinctoriis vel -is, quae graece περιζώματα nuncupantur, lumbos hominum contegi vel praecingi, quas vulgus etiam munituras vocat? (*cf.* GLOSS. munitoria: -a). serm. 37, 21 vide quemadmodum se praecinxerit mulier *Chananaea* ad opus; -um eius fides (*affertur antea Itala prov. 31, 24* cinctoria). **b** *equorum*: GLOSS. II 590, 5 (= I p. 42) caballi cingulum (*cf. vol. III 1068, 28 sqq.*). 2 praecinctōria, -ae *f.*, *i. q. vestis, qua quis praecingitur, cinctura*: PS. PHILO antiq. 13, 1 *Moyses* composuit universa vestimenta sacerdotum, -am (*cod. opt. et ed. princ.*, -ia, -ium *cett.*) quoque et citona *eqs.*

**praecinctum** *v.* praecingo.

**praecinctūra,** -ae *f.* *a* praecingere. *i. q. actio (modus) praecingendi vel ipsa res praecingens*: VITR. 10, 15, 6 (*describitur testudo Hegetoris*) a capite . . . ad . . . calcem tigni (*sc. arietis*) contenti fuerunt funes . . . eique funes -a e transversis erant religati (*Athen. mechan. p. 24, 6* ὁ κριός . . . διαλαμβάνεται κατὰ μέσον ἐκ τριῶν διαλημμάτων ἁλύσεσι). MACR. Sat. 2, 3, 9 post victoriam Caesaris interrogatus *Cicero*, cur in electione partis errasset, respondit: '-a me decepit'; iocatus in Caesarem, qui ita toga praecingebatur, ut trahendo laciniam velut mollis incederet (*cf. p. 437, 5*).

**1. praecinctus** *v.* praecingo.

**2. praecinctus,** -ūs *m.* *a* praecingere. [*falsa var. l.* in -u *pro* in procinctu PS. PHILO antiq. 5, 4. 39, 10. *e coni. dub.* NEPOTIAN. 16, 1 *scorta* e -u (*i. vallo, Gertz; trad.* pro-) loci eius eiecta sunt.]

1 *i. q. actio (modus) praecingendi* (GLOSS. περίζωσις χιτῶνος): VARRO frg. Non. p. 548, 33 caltula est palliolum -ui, quo[d] nudae infra papillas praecinguntur. GAVDENT. serm. 6, 1 G. quid mysterii figuratum sit vel in calciamentis pedum . . . vel in -u lumborum (*cf. supra l. 12*). MACR. Sat. 3, 13, 4 Hortensius vir alioquin . . . mollis et in -u ponens omnem decorem (*postea*: ut bene amictus iret *eqs.*). GREG. M. in I reg. 6, 13 in -u castitatis (*in imag. sec. Luc. 12, 35* sint lumbi vestri praecincti). 2 *i. q. vestimentum, quo quis praecingitur, cingulum* (*dubium an huc spectet p. 438, 68 sqq.*): CASSIOD. var. 1, 3, 4 sub -u Martio civilia iura custodiens (*respicitur balteus dignitatis insigne, cf. p. 436, 49*; proc- *coni. Fornerius*).

***praecingo,** -nxi, -nctum, -ere. *a* prae *et* cingere. NOT. Tir. 97, 41 -it. 97, 42 -xit. 97, 43 -tum. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, VARRONE, CIC., HOR., PROP., *sc. singulis vel binis locis,* OV. *novem.* [*falso trad. pro* praetinctis CAEL. AVR. chron. 1, 3, 57. *e coni. incerta pro* peragitur TAC. Germ. 42, 1.]

*fere i. q. cingo* (*praeverbio quodammodo abundanter illustratur respectus rei ante aliquid circumiectae; cf.* AVG. in psalm. 92, 3 l. 16 [*dist.* accingere] qui se -it, ante se ponit aliquid, quo -itur [*sim. ibid.* 4 l. 2 *et* ISID. orig. 10, 218]. *vi praeverbii elativa explicare temptat* CASSIOD. *p. 436, 36; ceterum cf.* GLOSS. II 155, 26 -xit [*pro* -git]: ζωννύει. 402, 46 περιζωννύω: accingo, circumcingo, -o. 463, 42 ὑπεζωσμένος: -tus, subcinctus. *al.; gr. respondere scias* περιζωννύω, *ubicumque infra nihil adnotavimus*): I *structura originaria pro obi. est, qui (quod) re cingente afficitur* (*addidimus usum absolutum p. 437, 18*): A *respiciuntur hominum vestimenta et ornatus, arma* (*et usu inde derivando; adhibetur structura mediopass. fortasse* PLAVT. Bacch. 432 ENN. ann. 433 *et inde a* VARRONE, CIC., OV. *passim* [*v. e. g. p. 436, 14 sqq.*], *act. vel pass.* [*sc. -untur partes corporis, sed statua* FEST. p. 241] OV. epist. 4, 71 GRATT. 341 SEN. Med. 70 *et saepe, refl. inde ab* ITALA [*v. e. g. p. 436, 62 sqq.*], HERM. Pal. sim. 8, 4, 1): 1 *indicata re cingente*: **a** *abl.*: α *proprie*: ① *p. p. p.* -tus: *vario usu*: PLAVT. Bacch. 432 cincticulo -tus in sella apud magistrum adsideres. OV. epist. 4, 71 candida vestis erat, -ti flore capilli. FEST. p. 241 *zona* qua -ta statua . . . est. PETRON. 95, 8 anus . . . linteo. AVIEN. orb. terr. 447 sagis . . . Agathyrsi. PRVD. psych. 454 Avaritia gremio -ta capaci. GREG. TVR. Franc. 5, 48 p. 258, 21 -tus pharetra et contum manu gerens. HIST. Apoll. rec. A 13 puerum . . . sabano -tum. PASS. Marcell. et Apul. (BHL 5252) 6 discinxit se balteum, quo erat saeculo mortali -tus. *al.* *indicatur insuper etiam pars corporis*: OV. epist. 5, 137 caput pinu -tus . . . Faunus (met. 1, 699 Pan. *cf.* 14, 638 p. -ti cornua Panes. *item iungitur cum acc.*: ars 1, 223 Euphrates -tus harundine frontem. SEN. Oed. 438 maenas . . . nebride . . . latus. ITALA II Macc. 10, 25 [rec. L = VVLG.] lumbos . . . ciliciis -ti [*gr.* ζώσαντες, recc. BM -entes]. *cf. l. 72 et p. 437, 41*). ITALA Iudith 4, 14 (Reg. *al.*) -ti ciliciis ⌊circa lumbos suos⌋ (*om.* VVLG. 4, 16. *item c. praepos.* apoc. 1, 13 *et* 15, 6 *sub b nec non l. 15. p. 437, 22*). ② *ceterae formae*: VARRO frg. Non. p. 548, 33 caltula est palliolum praecinctui, quo[d] nudae *mulieres* infra papillas -untur. CIC. or. frg. A XIV 24 (*ad Clodium*) cum strophio accurate -rere. OV. trist. 2, 271 et latro et cautus -itur ense viator (PRVD. perist. 2, 502 Laurentius non e. -xit latus. *item armis*: GRATT. 341 -ant ilia cultro *venatores.* PS. PHILO antiq. 27, 9 unusquisque -at se romphea sua [*27, 12* accingimini]. *cf. e. g. l. 4*). PAVL. FEST. p. 63 cingillo nova nupta -batur. SEN. Med. 70 -ens . . . tempora vinculo *Hymen.* PETRON. 83, 10 vers. 2 qui pelago credit, magno se faenore tollit; qui pugnas et castra petit, -itur auro (*vestimentis aureis? de zona aureorum plena cogitant alii*). 114, 10 *ne amantes una tunica contectos* fluctus distraheret, utrumque zona circumvenienti -xit *Giton* (ITALA psalm. 108, 19 [Veron. *al.* = VVLG.] *maledictio* fiat ei . . . sicut z., qua semper -itur [*Hier. psalt. sec. Hebr.* accingitur]. *v. etiam sub b*). HERM. Pal. sim. 8, 4, 1 -e te sabano (*ibid. iterum refl.; vulg.* incinge). VVLG. Iob 12, 18 balteum regum dissolvit et -it fune renes eorum (*Hier. interpr. Iob* circumdedit). MACR. Sat. 2, 3, 9 toga (*v. p. 435, 46*). *al.*

β *translate et in imagine* (*v. etiam sub b et c*): ENN. ann. 433 Nox quando mediis signis -ta volabit (*tamquam mulier ornata*). PETRON. 122 vers. 182 (*prodigium*) nitor Phoebi . . . crevit et aurato -xit fulgure vultus. ITALA psalm. 29, 12 (Veron. *al.* = PSALT. Rom.) -xisti me laetitia (*Vulg.* circumdedisti, *Hier. psalt. sec. Hebr.* accinxisti, *sim. al.; alludit* NICET. virg. laps. 52 p. 131, 5 B.; *explicat* CASSIOD. *ad l.*: vide quia non dicit 'cinxisti', sed '-xisti', id est super omnes potestates et virtutes elevasti). TERT. adv. Iud. 9, 19 (*item fere* adv. Marc. 3, 14 p. 399, 25) licuit . . . Christo . . . ense sermonis dei -i figurato. adv. Marc. 3, 14 p. 399, 17 Paulum -entem lumbos nostros veritate et lorica iustitiae (*v.* Eph. 6, 14 *sub c*). pudic. 6 p. 230, 8 quae *caro* non lasciviae frondibus, sed sanctimoniae floribus -retur. PS. PHILO antiq. 20, 2 zona scientiae ipsius *Moysis* -e lumbos tuos (*item* 20, 3; *cf.* cinge *35, 5*). PS. AMBR. serm. 26, 2 cum iniustitia, qua -tus es, superinduxisti superbiam. PRVD. perist. 5, 14 *iudex* -tus atris legibus (*tamquam armis?*). PETR. CHRYS. serm. 78, 7 *Petrus* -endus erat martyrii passione (*ad* Ioh. 21, 7, *v. sub b*). FAVST. REI. epist. 9 p. 213, 20 Christi timore -ti. FVLG. RVSP. serm. 3, 2 F. armis -tus Stephanus (*sc. virtutibus; postea*: praemuniri). CASSIOD. var. 1, 4, 14 Cassiodorus illustratus honore -tus (*cf.* 3, 23, 2 inlustri cinguli dignitate -tus. 6, 7, 9 qui honorum numerositate -eris. *sim. al.; ceterum v. 2aγ*). CE 787, 33 (*ad Liberium papam?*) catholica -te fide. *al.*

**b** *acc.* (*fere sec. gr.; vix huc* VARRO *supra l. 14*): ITALA lev. 8, 7 (Rufin. Orig. in lev. 6, 2) vestivit eum tunicam et -xit eum zonam ([*gr.* ἔζωσεν, Lugd. zona, *Vulg.* accingens]. 8, 13 zonas [Lugd., Rufin. *ibid.* 6, 6, *gr.* ἔζωσεν, *Vulg.* cinxit]. apoc. 1, 13 [Cypr. testim. 2, 26. *al.*] erat -tus supra mammas z. auream [VVLG. ad]. 15, 6 [cod. g] -ti circa pectora zonas [VVLG. zonis]). I reg. 2, 4 (cod. 115, *sim.* Veron.) infirmes -xit virtutem ([Aug. civ. 17, 4 virtute, *Vulg.* accincti]. psalm. 17, 33 [Sangerm. *al.*] deus, qui -it me v. [VVLG. virtute, *Hier. psalt. sec. Hebr.* accingit. *sim. respondent cet. versiones etiam* 17, 40 *et* 92, 1 *ibid.*]). thren. 2, 10 (Ambr. paenit. 2, 6, 47) -xerunt se cilicia (*Vulg.* accincti). I Macc. 3, 3 (rec. B) -xit se arma bellica sua (*gr.* συνεζώσατο, *rec. L et Vulg.* subcinxit). Ioh. 21, 7 (cod. e, *sim.* r *al.*) Petrus . . . tunicam se -xit (*gr.* διεζώσατο, *codd. b c al. et Vulg.* suc-, *cod. q* circum-, *cod. d* cinxit). IV Esdr. 16, 2 Weber (= VVLG.) -ite vos saccos (*cod. A*, saccis *cett.*). PETR. CHRYS. serm. 108, 5 induere sanctitatis stolam, -ere balteum castitatis (stola, . . . balteo *var. l.*).

**c** *praepos.* (*cf.* ex *p. 438, 30. 32*): in *c. abl.*: ITALA lev. 8, 8 (Lugd.) *Moses* -xit eum *Aaron* in eo (*vestimento? sed voce* αὐτόν *iterata deceptus quaedam omisit interpres; gr.* συνέζωσεν . . . αὐτὸν ἐν αὐτῇ, *sc.* ἐπωμίδι. *aliter Vulg.*). Eph. 6, 14 (cod. d *al.*) *ut* stetis -ti lumbos vestros in veritate, induentes loricam iustitiae (*Vulg.* succincti). de: VEN. FORT. vita Leob. 21, 69 siquis *febre* . . . correptus de palliolo sancti viri fuisset -tus.

**d** *nom.* (*cf. p. 437, 70. 79. 438, 43. al.*): CORIPP. Iust. 2, 115 *aureus* balteus . . . lumbos -xit *imperatoris coronandi.*

2 *non indicata re cingente*: **a** *-untur animantes, partes corporis*: α *proprie respiciuntur qui veste cincta, religata induuntur* (*sc. fere ut libere incedere vel operari possint; cf.* AVG. in psalm. 108, 21 maxime homines ideo -untur, ut ad operandum sint aptiores, ne vestis sinibus praepediantur): ① *p. p. p.* -tus (*saepius fere pro adi. adhibitum, pro subst. masc.* ELEG.): PLAVT. Mil. 1181 palliolum habeas ferrugineum . . . , id conexum in umero laevo . . . -tus aliqui. HOR. sat.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 8, 70 ut omnes -ti recte pueri . . . ministrent. ELEG. in Maecen. 1, 24 *Astraea* bene -tos . . . fugit (*21* discinctus eras, *25* quid . . . tunicae nocuere solutae?). PAVL. FEST. p. 77 in procinctu significat . . . procinctos *milites*, quasi -tos et expeditos (*in eadem re*: SERV. auct. *sub b*). SVET. Iul. 45, 3 (*Sullae dictum*) ut male -tum puerum caverent (*sc. Caesarem; antea*: fluxiore cinctura. *cf. p. 435, 46*). APVL. met. 9, 6, 3 quin . . . -eris mihique manum . . . accommodas? ITALA exod. 12, 11 (Cypr. testim. 2, 15. *al.*) sic . . . comedetis eum *ovem*: lumbi vestri -ti *eqs.* (*Vulg.* renes . . . accingetis). ZENO 2, 35 (1, 23 L.) balneator -tus exspectat *baptizandos* (*cf.* PAVL. NOL. [?] carm. 33, 22 -tus puro perfudit episcopus amne *Baebianum*). VVLG. Tob. 5, 5 *iuvenem* stantem -tum et quasi paratum ad ambulandum (HERM. Pal. sim. 8, 4, 2 *cum* videret me -tum et p., ut illi ministrarem [*vulg.* cinctum]. *cf.* HIER. *l. 45*). *al.* ⓑ *ceterae formae*: SEN. benef. 1, 3, 7 inveniam alium poetam, apud quem -antur *Gratiae* (*var. l.* procingentur; *opp. 1, 3, 2* soluta veste). MART. 14, 153, 1 (semicinctium) det tunicam locuples, ego te -ere possum. VLP. dig. 34, 2, 23, 1 vestimentorum sunt omnia . . ., quae induendi, -endi, amiciendi . . . causa parata sunt (*Paul. sent. 3, 6, 79* cingendi). ITALA Ier. 1, 17 (Gaudent. serm. 2, 22 G.) -e lumbos tuos ([*Vulg.* accinge]. ZENO 2, 65 [2, 20, 2 L.] *ad* exod. 12, 11 *v. supra*. AVG. contin. 7, 17 [*ad* Luc. 12, 35] quid est l. -ere? libidines cohercere [accingere *var. l.*]. *al.*; *cf.* AMBR. parad. 13, 67 in lumbis . . ., quibus [*i.* in q.] -imur, . . . semina esse). Ioel 1, 13 (Ps. Aug. spec. 26) -imini et plangite vos (Zeno 1, 15, 3 [1, 25, 6 L.] -ite vos. *Vulg.* accingite vos). Luc. 12, 37 (Iren. 5, 34, 2) *dominus* -etur et . . . ministrabit eis *servis* (aur. *al.* = VVLG. -et se, *cod. e al.* succinget se). Ioh. 21, 18 (cod. e *al.*) cum esses adulescentior, -bas te et ambulabas, quo volebas; cum autem senueris . . ., alius te -et (*gr.* ἐζώννυες . . . ζώσει, *al. et Vulg.* cingebas . . . cinget). SEV. MINOR. l. 139 V. (*in imag.*) *monuit Christus* ut me ad seminandum -erem. PLAC. med. 17, 11 rec. β vir si solvat semicinctium suum et eam *mulierem* -at, *ut concipiat*. *al.*

*β in imagine et translate significantur qui quolibet modo ad agendum se parant, expediunt* (*p. p. p.* -tus *plus minusve pro adi.* [*pro subst.* HOR.] *praeter* ITALAM Iob 38, 3 LAVRENT.; *accedit inf.* HIER., ad *c. gerund.* LAVRENT. [*v. etiam* SEV. MINOR. *l. 29 et* VVLG. *l. 12; cf.* ut HERM. *l. 13*]): HOR. sat. 1, 5, 6 hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos -tis unum ([*explicant*: PORPH. expediti[u]s et agili⟨b⟩us, SERV. Aen. 8, 724 'discinctos' . . . inefficaces, ut contra '-tos' strenuos dicimus; . . . et graece εὔζωνος appellatur . . ., qui est strenuus]. PETRON. 19, 5 -ti certe altius eramus *quam mulierculae* [*sc. ad pugnam sim.*]). ITALA I Petr. 1, 13 (Priscill. tract. 6, 109) -ti lumbos mentis vestrae, sobrii in omnibus perfecte credite in quo signati estis spiritu (*gr.* ἀναζωσάμενοι, *al. et Vulg.* succincti. *cf.* lumbos -ere: ITALA Iob 38, 3 *nec non* Luc. 12, 35 *vol. VII 2, 1809, 77. 81*). HIER. hom. Orig. in Is. 1, 5 p. 248, 7 Christus . . . paratus est et -tus . . . offerre patri interpellationes nostras. LAVRENT. paen. p. 95ᴬ ad vincendum te -e; esto armiger paenitentiae et protinus evertes peccatum. REGVLA Macar. 2 ad obsequium non pigri, ad orationem parati, . . . in oboedientia -ti, in vigiliis instantes *monachi*. GREG. TVR. Franc. 6, 4 p. 268, 2 *regina* -ens se viriliter (*vix proprie*).

*γ fere technice p. p. p.* -tus *pro subst. masc. de eo qui cingulo, sc. insigni muneris publici decoratus est* (*cf. p. 436, 49*): GALLICAN. Avid. 1, 9 cum talem inter -tos habeas, qualem milites libenter audiunt.

**b** *-itur ipsa vestis, sc. non nisi p. p. p.* -tus: *notione communi* (*vix ad II*): SERV. auct. Aen. 7, 612 ('cinctu . . . Gabino') veteres Latini . . . -tis togis bellabant (*cf. supra l. 4*). *i. q. cingulo praeditus* (*sc. pro adi.* CIL, *fem. pro subst. de veste tali* GLOSS.): CIL XIV 2215, 21 (*inter res fano traditas*) tunicas II, -ta(m) et discincta(m). GLOSS. III 272, 58 (*in capite de vestimentis*) ζωστή: -ta (*inde fortasse corrigas*: 193, 6 zestos: -ta [κεστός *vel* ζωστός *Goetz dubitanter in indice*]).

**B** *quolibet respectu*: **1** *-untur ea, quae limitibus finiuntur vel regionibus (sideribus) finitimis circumdantur sim.*: **a** *in descriptione terrae*: ENN. ann. 488 Brundisium pulcro -tum . . . portu. Ov. fast. 3, 263 silva -tus opaca est lacus. PLIN. nat. 2, 166 tellus *est* medio ambitu -ta circumfluo mari (5, 143 gens. *cf.* AVIEN. orb. terr. 11 Oceani . . . terra salo -itur [*Dionys. perieg. 3* ἐστεφάνωται, *Prisc. 8* cingitur]. 554 *Graeciae* confinia . . . -ta duobus aequoris . . . procursibus [*Dionys. 400* ζωσθεῖσα, *Prisc. 399* cincta]). SOL. 9, 2 Macedoniam -it Thracius limes. AVIEN. orb. terr. 1049 Asiam . . . -i vertice Tauri. 1182 *Mesopotamiam* flumine -tam gemino (*Dionys. perieg. 992 sine verbo, Prisc. 916* fluvius quod cingit uterque). PS. AMBR. nat. rer. 103 Migne suppl. 1, 615 quidquid circuitu lati -itur orbis. ISID. Goth. 1ᵃ chron. II p. 267 temperata caeli zona -ta *Hispania*. *non indicata re cingente*: AVIEN. orb. terr. 221 hic (*i. in hac parte Ponti*, huic *Müller*) Asia ab laevis -itur Europamque excipit. **b** *in descriptione caeli, mundi* (*cf. prosopopoeiam p. 436, 32*): MANIL. 1, 257 *signa zodiaci*, quae media obliquo -unt ordine mundum. 1, 576 *aequator* ingenti spera (*i. spira*) totum -it Olympum (*i. caelum*). 1, 653 *horizon* -it tenui transversum limite mundum (1, 664 mundum plano -it l. gyrus [*sc. horizon; vers. del. Bentley*]). HYG. astr. 3, 13 p. 87, 13 medium ut -ens Ophiuchum *Anguis signum* (*nisi ad A1aβ trahere malis*). *huc fortasse spectat non indicata re cingente* (*cf. l. 75*): MANIL. 3, 307 omnia consurgunt binas ibi (*i. in regione sub circulo aequinoctiali sita*) signa per horas, quod medius recto -itur ordine mundus (*def. van Wageningen, 1921, ad l.*; praeciditur *Housman; an cogites de structura inversa intellegens medium caelum recto ordine praetentum?*). **c** *in descriptione temporis*: SEN. epist. 12, 6 mensis artiore -itur circulo *quam annus*, angustissimum habet dies gyrum (*antea*: orbes habet circumductos *aetas*).

**2** *-untur ea, quae munitionibus instruuntur, firmamentis teguntur sim.*: **a** *proprie* (*muniuntur loca vel ipsi muri sim.*): PROP. 4, 4, 7 Tatius fontem vallo -it acerno (*cf.* PRVD. *sub b*). SIL. 3, 243 -xit litora muro . . . Aspis *oppidum* (*cf.* AVIEN. orb. terr. 368 Thebae, quae moenibus altis -xere larem). PLIN. epist. 10, 39, 4 parietes . . . onera sustinere non posse, quia sint caemento medii farti nec testaceo opere -ti. EPIST. Alex. l. 254 H. pluteis et lorica vallum -i (-ere *var. l.*). CLAVD. 26, 298 Ararim -ere castris. *p. p. p.* -tus *non indicata re cingente fere i. q. munitus*: EPIT. Alex. 35 ad oppidum -tum venit (*proctrad.*). **b** *in imagine et translate*: SEN. dial. 2, 6, 8 bona *sapientis* . . . inexuperabilibus munimentis -ta sunt. PRVD. ham. 494 (*allegorice*) *qui* se . . . ac sua moenia vallo -at triplici (*cf.* PROP. *sub a*). CASSIOD. in psalm. 6, 2 l. 105 *concessiva deprecatio* licet inermis apud terrena iudicia videatur, . . . invicta tamen apud deum munitione -itur.

**3** *-untur varia*: **a** *indicantur ea, quae cingunt*: *α res corporeae extrinsecus additae*: Ov. epist. 14, 25 -tae lampades auro (*cf.* MART. 11, 37, 1 gemmam -ere libra *auri*). VITR. 5, 2, 2 -endi sunt parietes *curiae* medii coronis ex intestino opere (*ibid. iterum*). COLVM. 10, 347 *ut* prohiberet fulgura Tarchon, . . . suas sedes -xit vitibus albis (PLIN. nat. 21, 82 *alvos* medias a. vite -i, ne apes diffugiant. PALLAD. 1, 35, 1 contra grandinem: . . . omne horti spatium a. vite -itur). MART. 7, 61, 5 catenatis pila est -ta lagonis. PRVD. c. Symm. 2, 725 lauro -ere turres. CLAVD. rapt. Pros. 2, 177 te, Latiis nondum -te tropaeis Thybri. MARCELL. med. 26, 41 ex ea *herba* nudos renes -es (*cf. Antidot. Brux. 137* concingis. *item ad medendum*: MARCELL. med. 29, 35 ex eo *filo* talum leporis conligabis corpusque laborantis -es [*postea*: subligaveris. *34* accingat]. *v. etiam* VEN. FORT. *sub A1c*, MARCELL. *sub II*). *β partes propriae, innatae*: Ov. met. 14, 395 fibula quod fuerat . . . pluma fit et fulvo cervix *pici* -itur auro. PLIN. nat. 25, 70 caule inani, articulis -ta *herba* (*cf.* CASSIOD. var. 12, 14, 3 *intiborum fibrae* -tae foliis tortuosis). 37, 99 *gemmas* -tas candida vena (*cf.* 37, 118 *gemma* transversā lineā albā media -itur). PLIN. med. 3, 24, 8 *zoster* occidit eum quem appetit, si -at (*Plin. nat. 26, 121* si cinxit). *γ orbis*: STAT. Theb. 4, 67 *funditores* adsueti vacuo . . . diem, *sc. caelum sim.*, -ere gyro (silv. 3, 2, 25 *navis* utrumque latus molli -ite g., *Nereides* [*nisi ad δ trahas sec. vol. VI 2.2388, 73*]). *δ multitudo animantium*: APVL. met. 8, 4, 2 *in venatione canes* -unt aditus *cubilis*. CASSIOD. in psalm. 68, 23 l. 491 apostolorum corona -ens *mensam*. DYNAM. vita Max. 12 devotio populi . . . tanta eum aviditate -xerat (-xit, praecesserat *var. ll.*), ut maximam partem indumenti sui in reliquiarum patrocinia . . . rapuisset.

**b** *re cingente non indicata*: *i. q. praecinctione instruere* (*technice in architectura; v. sub* praecinctio): VITR. 5, 7, 2 *in theatro* gradationes scalarum . . . dirigantur ad primam praecinctionem, a praecinctione inter eas iterum mediae dirigantur, et ad summam quotiens -untur, altero tanto semper amplificantur. *insectorum membra* -ta *i. incisa* (*sc. formae hominis -ti similia*): PLIN. nat. 11, 1 insecta appellata ab incisuris, quae . . . -ta separant membra, tenui fistula cohaerentia. *i. q. filo circumligare sim.*: CHIRON 102 acum trahicies . . ., ut totam venam -as (*postea*: conligas et constringas; *v. Oder in indice s. v.* aciola).

***appendix structurarum ad caput prius, quibus indicatur:***
**I** *quid imperetur, doceatur vel ad quid spectet praeceptio*: **A** *acc. obi.*: **1** *pron. vel adi.* (*part.*) *neutr.* (*hic illic suppletur ex pron. relat., e. g.* Plavt. Capt. 359): **a** *nude ponuntur* (*specimina paucissima*): Plavt. Capt. 359 dice, monstra, -e, quae ad patrem vis nuntiari. 393 istuc. Persa 379 scis iam tibi quae -epi. Ter. Haut. 579 haec. Ad. 434 si quid bene -as. 963 omnia. *et talia passim.* *obi. illustrat*

[Baumgartner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*argumentum vel genus praecepti (cf. adv. p. 442, 27. 31)*: SEN. suas. 4, 1 futura. SEN. dial. 2, 15, 4 mollia ac desidiosa -ere et ad voluptates ducentia. 7, 13, 1 sancta . . . et recta -ere et . . . tristia (QVINT. inst. 4, 2, 39). epist. 116, 7 dura (ANON. in I Cor. [ed. Frede] 48E). QVINT. inst. 1 prooem. 15 honesta (TAC. ann. 13, 11, 2). 1, 1, 11 optima. *al.*

**b** *accedunt aliae determinationes*: α *enunt. secund. (cf. p. 448, 24sqq.)*: Ⓘ *cum coniunctionibus*: ut: PLAVT. Mil. 256 haec ei *mulieri* dice, monstra, -e, ut teneat consilia nostra (*nisi vi consecutiva. sing.* hoc: Pseud. 161 CIC. Font. 42 Catil. 2, 19 de orat. 2, 99. *et saepius*). CIC. de orat. 3, 212 nihil sane est, quod -i posse videatur, nisi ut *eqs.* (COLVM. 8, 12. *cf.* CYPR. eleem. 7 p. 378, 22 n. crebrius . . . -it, quam ut *eqs.*). div. 2, 77 quod nos augures -imus, . . . ut iumenta iubeant diiungere (fam. 11, 21, 4 VARRO rust. 2, 9, 6. *al.*). Tusc. 1, 52 *non* id -it, ut membra nostra . . . noscamus (AVG. ord. 1, 3, 6). *al.* ne: CIC. Sest. 51 moneo vos . . . atque hoc . . . -o, . . . ne . . . segniores sitis (Phil. 13, 6 TERT. idol. 20 p. 54, 12). de orat. 2, 239 in quo *iocando* . . . illud -itur, ne *eqs.* (SEN. epist. 13, 4 COLVM. 12, 44, 8 QVINT. inst. 6, 4, 15. 11, 3, 127. *al.*). VARRO rust. 1, 16, 5 quod potius ita -endum fuit, nequis iniussu vilici exierit. 1, 22, 1 *v. infra l. 41. al.* *variis*: ITALA II Thess. 3, 10 (cod. d) (*loq. Paulus*) hoc -bamus vobis, quia si quis non vult operari nec manducet (cod. g quoniam, Ambrosiast. quod, *Vulg.* denuntiabamus, quoniam, *gr.* παρηγγέλλομεν . . ., ὅτι). RVSTIC Conc.[S] I 4 p. 41, 19 ut hoc -ere iubeatis, quatenus . . . Memnon tyrannus ab hac civitate pellatur (*gr. I 1, 5 p. 127, 8* προστάξαι ἐκβληθῆναι). Ⓘⓘ *cum pron. interrog.*: CIC. part. 111 quae . . . in consilio capiendo futuri temporis -bantur, quam ob rem aut utilitatem viderentur habitura aut efficiendi facultatem. SEN. epist. 48, 4 hoc . . . -i malo, quid amico praestare debeam. Ⓘⓘⓘ *cum solo coni.*: VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 *Masinissa suis* haec . . . -erat, unum in terris populum Romanum . . . nosse<nt> (*corr. sec. Paridem*), . . . *Aemilianum* arbitrum haberent *eqs.* APVL. met. 11, 23, 2 illud . . . -it *sacerdos*, . . . cibariam voluptatem coercerem. INTERPR. novell. Valent. 33 hoc -it haec lex, . . . *emptor* sex *solidos* recipiat (*an ad γ?*).

β *praepos. respectum indicantes (adv. l. 56)*: de (*exempla selecta*): RHET. Her. 1, 9, 15 quae de brevitate -pta sunt (*item* CIC. inv. 1, 29). 2, 17, 26. CIC. inv. 1, 25 quiddam . . . de utroque -endum videtur (quidem *cod. H*). 1, 27. 1, 100. de orat. 2, 100 nihil de causa discenda -unt (*item cum gerund.*: fin. 5, 94 de asperitate . . . ferenda. QVINT. inst. 12, 3, 11). Tusc. 5, 95 totum . . . hoc de voluptate sic . . . -it, ut . . . *eam* optandam . . . putet. off. 1, 148 de his nihil est -endum. VARRO rust. 1, 22, 1 de reliquo instrumento muto . . . haec -enda, . . . ne quid ematur (QVINT. inst. 1, 1, 19. 4, 2, 103). OV. rem. 803 quid tibi -am de Bacchi munere, quaeris. SEN. epist. 108, 11 de contemptu pecuniae multa dicuntur et longissimis orationibus hoc -itur, ut *eqs.* (COLVM. 8, 12. 9, 1, 8. *al.; aliter* CIC. Tusc. *supra*). COLVM. 3, 9, 9 haec de cura eligendi malleoli . . . -epimus. MARCIAN. dig. 48, 3, 6 pr. idem de irenarchis -ptum est (*item de hominibus*: ITALA num. 9, 8 [Lugd. = VVLG.] quid . . . de vobis. *al., cf. e. g. p. 449, 75*). *al.* *variae*: CIC. de orat. 2, 108 in quibus *definitionibus* hoc -it ratio . . ., ut *eqs.* ([*item sequitur* ut: CELS. 4, 12, 3 VLP. dig. 49, 4, 1, 6]. 2, 239 *v. supra l. 16.* part. 111 *v. supra l. 25.* CELS. 4, 12, 5 quae in faucibus exulceratis -pta sunt. 6, 6, 37[A]. *et passim, maxime apud artium scriptores*). QVINT. inst. 5, 13, 36 eadem adversus contradictiones nobis oppositas -pta sunt. LACT. inst. 6, 23, 33 quae ad continentiam -untur a deo (7, 1, 22 HEGES. 5, 22, 1 p. 349, 27. AVG. epist. ed. Divjak 2, 7, 4). COD. Theod. 16, 5, 40, 8 quae a iudicibus super hoc -pta fuerint. *cf. adv.* exinde (*v. vol. V 2, 1511, 84sq.*): AVG. bapt. 5, 23, 31 apostoli . . . nihil . . . exinde -erunt.

γ *orat. recta (vix huc trahendum* APVL. met. 11, 28, 4): CIC. Planc. 59 quae rex . . . suis -it filiis: (*seq. Acc. trag. 214*). SEN. epist. 10, 5 hoc -i . . .: 'sic vive *eqs.*' 78, 5. PLIN. nat. 17, 125 quae custodienda . . . Cato iudicaverit, ipsius verbis . . . -emus: (*seq. agr. 45*). QVINT. inst. 1, 8, 2 unum est . . ., quod . . . -am: . . . intellegat *discipulus* (*vix ad l. 28*). *al.*

δ (*acc. c.*) *inf.*: OV. trist. 2, 364 quid, nisi cum multo Venerem confundere vino, -epit lyrici Teia Musa senis? COLVM. 2, 14, 9 illud . . . -endum habeo, stercus omne . . . segetibus esse maxime utile. 3, 2, 31. 12, 10, 5 QVINT. inst. 3, 7, 25. 5, 13, 9. 11, 3, 27. *al.*

2 *subst. (gerund. pro subst. p. 448, 2; exempla inde a* CIC. *selecta)*: PLAVT. Asin. 421 unam rem. CIC. Mur. 4 tempestatum rationem (CELS. 4, 25, 2 qualem . . . -epimus. COLVM. 4, 22, 9). Tusc. 5, 70 illa a deo Delphis -pta cognitio. Att. 10, 1, 4 quam *gravitatem* mihi -is (*cf.* SEN. epist. 88, 30 mores [COLVM. 12, 1, 3 IVV. 14, 16. *al.*]. frg. 87 castitatem. CVRT. 4, 13, 8 *sollertiam.* QVINT. decl. 278 p. 135, 17 virtutem. 385 p. 431, 15 indulgentiam. PLIN. epist. 1, 10, 2 *humanitatem. sim. al.*). VERG. Aen. 11, 329 numerumque modumque carinis (NOVELL. Iust. 101, 1). CVLEX 290 iter (DRAC. Romul. 8, 450. *sed aliter p. 451, 18; cf.* ITALA [= VVLG.] IV Esdr. 14, 31 Weber *vias* [VVLG. deut. 5, 33. *al.*]). OV. trist. 2, 486 artem nandi (QVINT. inst. 3, 1, 14 a. oratoriam). MANIL. 5, 380 *volucribus* verba (ITALA exod. 16, 32 [Monac.] quod *v.* -epit dominus: '. . .' [*sim.* VVLG.]. deut. 4, 2 [Lugd.; *Vulg.* loquor]. 6, 6 [*ibid., sim.* VVLG.]. *al.; cf.* sermonem: ITALA Ier. 7, 23 [Iren. 4, 17, 3] s. hunc -epi eis dicens: '. . .' [*eadem forma*: VVLG. exod. 35, 4 Ios. 1, 13]. VVLG. I reg. 21, 2. I par. 16, 15. *al.*). FEST. p. 245 remedia (CELS. 3, 18, 2 PLIN. nat. 25, 154 TERT. apol. 22, 11). GALL. epigr. 2 glossemata. SEN. benef. 6, 16, 2 *medicus* facienda aut vitanda -ens (epist. 95, 13. *item gerund. pro subst.*: QVINT. inst. 2, 17, 30 dicenda [2, 17, 35]). COLVM. 3, 21, 11 cultus *vinearum* (10 praef. 3 hortorum. AVG. civ. 10, 15 p. 425, 30 D. dei). TERT. ieiun. 3 p. 277, 17 ieiunia. ITALA deut. 4, 40 (Lugd.) servabis iustitias eius et praecepta illius, quae ego -o vobis hodie ([VVLG. praecepta . . . atque mandata]. 6, 2 [*ibid.*, VVLG. *ut supra*] iustitiam eius et p. eius, quae *eqs.* [*cf.* 6, 1 *ibid.*]. *sim. al.; sola voce* praecepta: 11, 13 [Lugd.] omnia p. illius, quae ego -o tibi hodie [VVLG. quae *mandata* . . . -o. *sim.* 11, 22. *al.*]. IREN. 4, 12, 3 [4, 23, 1 H.] particularia. 4, 16, 5 [4, 28, 1 H.] servitutis. *al.*). IOS. 22, 5 (Lugd. = VVLG.) legem (VVLG. deut. 33, 4 [*Itala Lugd.* mandavit]. *al.*). VVLG. deut. 4, 2 custodite mandata . . ., quae ego -o vobis (8, 1. 11, 8. 27, 1. 28, 1. *al.; Itala plerumque exhibet* mandare). *al.* *accedit acc. praedic. (nisi cogitare malis de inf. supplendo; ceterum huc fortasse spectant exempla quaedam sub B3aβ allata, e. g. p. 449, 24)*: QVINT. inst. 1, 10, 29 si hoc studium velut novum -rem. TERT. ieiun. 2 p. 275, 13 -it dominus Moysi decimam *diem* mensis septimi diem placationis '. . .' inquiens (*lev. 16, 29*). CASSIOD. var. 1, 37, 3 ab exilio, quod tibi constat inflictum, te -imus alienum. *obi. anticipatur ex enunt. pendente*: ITALA gen. 3, 11 (Aug. gen. ad litt. 11, 1) nisi a ligno, quod -eram tibi tantum, ne ex eo manducares, ab eo edisti (Lucif. Athan. 1, 1 *et* VVLG. de quo, *gr.* οὗ ἐνετειλάμην . . . μὴ φαγεῖν).

**B** *structurae verbales*: **1** *enunt. secund.*: **a** *cum coniunctionibus*: ut (*v. etiam p. 447, 7*): PLAVT. Mil. 795 ita -ito mulieri atque ancillulae, ut simulet se tuam esse uxorem (*an cum respectu consec.?*). VARRO Men. 81 ling. 7, 88 CIC. Verr. II 4, 93 Font. 33. Lael. 42 -endum est . . . bonis, ut, si in eius modi amicitias . . . inciderint, ne existiment ita se alligatos *eqs.* (*cf.* ut non: VVLG. gen. 3, 1 RVFIN. Adamant. 2, 7). *et saepissime per totam latinitatem.* ne (*v. etiam p. 447, 14*): CIC. Phil. 8, 2 Caesar -epit vobis . . ., ne sibi adsentiremini. div. 1, 49 Lael. 75. CAES. Gall. 1, 22, 3 ut erat ei -ptum . . ., ne *eqs.* 5, 58, 4 (*v. l. 55*). VERG. Aen. 9, 40 (*v. l. 58*). OV. epist. 16 (17), 177 ne . . . utque (*cf.* QVINT. inst. 6, 5, 2). LIV. 1, 22, 4. 4, 32, 11. *et passim.* *variis* (*v. etiam p. 447, 19. 458, 59*): MAX. TAVR. hom. app. 3 p. 919[D] *Herodes* -epit, quod omnes pueri . . . occiderentur. NOVELL. Iust. 15, 3 pr. -ere, quia non velit aliquid agi (*gr.* προστάττειν ὡς). GREG. M. epist. 3, 36 experientiae tuae -imus, quatenus . . . Ianuarium . . . exhibere . . . non omittas (4, 28. *al. ibid.*).

**b** *cum pron. vel adv. interrog.* (*v. etiam p. 447, 25*): PLAVT. Persa 148 -e astu filiae, quid fabuletur. RHET. Her. 4, 56, 69 -ptum est, qua via meminisse possemus. CIC. nat. deor. 3, 1 Tusc. 5, 113. Att. 3, 15, 6 -ere, quid agatis aut quomodo. PLANC. Cic. fam. 10, 8, 5 POLLIO Cic. fam. 10, 31, 4. LVCR. 5, 533 quae sit *causa*. BELL. Afr. 3, 4. 71, 1 OV. ars 1, 264. 3, 28. *al.* *in structura quodam modo abundanti*: RHET. Her. 4, 1, 1 cum ipsi *scriptores* -erint, quo pacto oporteat ornare elocutionem (CIC. Phil. 10, 17 VARRO rust. 1, 18, 1 GELL. 13, 11, 6. *al.; cf. p. 449, 3*). CAES. Gall. 5, 56, 5 quae fieri velit, -it (civ. 3, 62, 3 NEP. Paus. 4, 4 LIV. frg. 22 PLIN. epist. 10, 72). CELS. 2, 14, 2 ubi et quomodo frictione utendum esset, Asclepiades -erit (*item cum gerund.*: SEN. epist. 94, 2 quid . . . faciendum sit. 95, 47 COLVM. 5, 6, 1. *al.; cf. p. 449, 22. 40*). 3, 15, 1 quid in ea *quartana* fieri debeat (SEN. epist. 94, 22 COLVM. 5, 1, 2. 9, 8, 4. *al.; cf. p. 449, 5*).

**c** *cum solo coni.* (*nisi quaedam per orat. rect. explicare malis. dub. trad.* CIC. Cael. 62; *ceterum cf. p. 447, 28*): CAES. Gall. 5, 58, 4 *Labienus* -it atque interdicit, . . . unum omnes petant Indutiomarum, neu quis *eqs.* SALL. Iug. 28, 1 *legatis Iugurtha* -it, omnis mortalis pecunia aggrediantur. VERG. Aen. 9, 40 ita . . . -erat . . . Aeneas, . . . neu struere auderent aciem neu credere campo, castra modo et tutos servarent aggere muros (*sim. praecedit* ne: OV. ars 3, 197 CVRT. 7, 1, 38 FRONTIN. strat. 2, 8, 14). LIV. 9, 27, 7. 44, 27, 9. SEN. epist. 18, 5 tibi . . . -am, interponas aliquot dies. COLVM. 12, 52, 3 PLIN. nat. 35, 82 QVINT. inst. 2, 13, 3. *et saepe.*

**2** *orat. recta*: **a** *additamentis praeparata* (*cf. A1bγ*): TER. Ad. 424 conservis ad eundem istunc -o modum: 'hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum.' CIC. Tusc. 1, 41 bene . . . Graecorum proverbio -itur: 'quam quisque norit artem, in hac se exerceat.' PAVL. FEST. p. 93 sicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura -ret: '. . .'. COLVM. 3, 15, 4 Vergilius tutari semina . . . sic -it: ([*seq. georg. 2, 348*]. TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 14 BARNAB. 7, 6. *al.; cf. p. 449, 73*). QVINT. inst. 1, 7, 15 ut Lucilius -it: ([*seq. Lucil. 364sq.*]. PORPH. Hor. carm. 3, 14, 12). ITALA gen. 2, 16 (Ambr. parad. 5, 26. *al., sim.* VVLG.) -epit . . . deus Adae dicens: 'ex omni ligno . . . ad escam edes' (28, 1 [Lugd., *sim.* VVLG.]. 28, 6 [*ibid*]. *et saepius in* ITALA *et* VVLG.; *ceterum e. g.* CYPR. epist. 11, 5 p. 499, 4 OPTAT. 5, 5 p. 130, 9. *al.*). CYPR. eleem. 4 p. 375, 21 mandat et -it Esaiae deus: 'exclama' inquit 'in fortitudine' ([*Is. 58, 1*]. COMM. instr. 1, 2, 1). *al.* **b** *nude posita*: SEN. epist. 94, 5 operam perdit, qui -it: 'sic ambulabis.' 95, 7. TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 451, 21 per Hieremiam -it *dominus*: (*seq. Ier. 4, 3. cf.* 4, 16 p. 469, 2). ITALA Ios. 1, 9 (Lugd., *sim.* VVLG.) -epi tibi: 'invalesce.' Marc. 9, 24 (cod. b *al.* = VVLG.) ego tibi -o: 'exi' (*cod. a* impero). *al.*

**3** *inf.* (*gerund. pro inf. p. 449, 8; cf. p. 447, 65*): **a** *verbum -endi exstat struct. act. vel pass. impers.*: α *accedit inf. solus*: CIC. rep.

[Baumgartner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 24 iustitia . . . -it parcere omnibus. top. 29 sic . . . -unt . . . *in definitionibus communia* usque eo persequi, dum *eqs.* Att. 12, 51, 2. VARRO ling. 9, 43 oportere spectare (COLVM. 9, 15, 3 PORPH. Hor. ars 5 AVG. c. Pelag. 2, 3, 5. *al.; cf. sub Ib nec non* ANON. in I Cor. [ed. Frede] 31 E debere dimitti [PALLAD. 1, 37, 7 CHIRON 5. *al.*]). Ov. ars 2, 273. 2, 415 PAVL. FEST. p. 367 VAL. MAX. 9, 13, 3 SEN. dial. 7, 8, 1. epist. 108, 36 aliter vivunt quam vivendum esse -unt. COLVM. 2, 9, 1. *et passim.*
*cum gen. gerund. pro inf.*: Ps. CYPR. tract. 38 dominus cum replendi terram -ret (*def. Löfstedt, Δράγμα Nilsson, 1939, 303*; replendam *vel* replere ei *coni. Reitzenstein*).

β *accedit acc. c. inf.*: *act. vel depon.* (*praevalet notio iubendi sim. inde ab* APVL. met.; *paucis locis acc. e contextu supplendus est, e. g.* TERT. fug.; *exempla selecta inde a* TERT.): CIC. Tusc. 4, 39 ratio . . . -it . . . bonum illud esse. PLIN. nat. 20, 67 *lactucae lac* utilissimum esse -itur. 23, 52. QVINT. inst. 5, 7, 7. 8 prooem. 25. APVL. met. 2, 5, 1 ceteros omnes . . . decedere -it *Byrrhena*. Ps. APVL. Ascl. 8. EPIST. procur. de salt. Bur. I (CIL VIII 10570) 3, 27 praestare nos *eqs.* TERT. fug. 9, 2 *Paulus nos* stare immobiles -it (*I Cor. 15, 58*). adv. Marc. 4, 43 p. 568, 11. ITALA Matth. 14, 22 (Hil. *ad l.*) conscendere . . . in navem discipulos -epit (*gr.* ἠνάγκασεν, *cod. a et Vulg.* iussit, *cod. k* cogit). AVIEN. Arat. 1799 et tempestates et nubila protinus astra adfore -es (*nisi ad p. 452, 75 trahas*). *al.* *gerund. cum* esse (*vel copula supplenda; struct. quodam modo abundanti, cf. p. 448, 50*): SEN. contr. 7, 6, 20 *invidiam* vitandam esse -unt. SEN. benef. 2, 9, 1 -unt . . . quaedam beneficia palam danda, quaedam secreto. COLVM. 6, 2, 9. 6, 18, 2. *al.* PLIN. nat. 14, 79. 18, 209. 19, 93. *al.* QVINT. inst. 4, 5, 17. 9, 1, 11. 9, 2, 95 PLIN. epist. 6, 29, 1. *et saepe.* *pass.* (*praevalet notio iubendi sim.*): VAL. MAX. 5, 5, 3 *Drusus* -epit . . . praetorium ei *fratri* statui. CVRT. 6, 6, 15 *Alexander* iumenta iussit abduci . . . ceteras *sarcinas* incendi -epit. COLVM. 2, 14, 6. 4, 29, 4. 5, 6, 28. *al.* PLIN. nat. 15, 62. 17, 87. 17, 111. *al.* SVET. Aug. 99, 1 Tib. 65, 2. *al.* LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 6 -epit legem . . . perscribi. *et saepissime.*

b *verbum -endi exstat struct. pass. pers.*: *-untur res*: MOD. dig. 44, 7, 52, 6 obligamur ex his, quae edicto . . . fieri -untur vel fieri prohibentur. CYPR. epist. 73, 19 p. 793, 15 quod *vocabulum patris* in homine honorari -itur. AMM. 15, 2, 6. 27, 7, 6 ob executionem a iudice . . . maturari -ptam. SERV. auct. Aen. 3, 466 excidi quercus -pta est. CHIRON 3 (*bis*). 8. 28 PELAG. in II Cor. 8, 20 AVG. civ. 15, 20 p. 103, 12 D. c. Cresc. 4, 1, 1 p. 498, 15 eorum perversitas corrigenda -itur (*item c. gerund.*: ARNOB. in psalm. 33 p. 369$^{C}$. REGVLA mag. 9, 41 [*acc. et nom. confusis*]). *al.* *-untur animantes* (*sc. ut aliquid patiantur* [*ut sint*: AMBR.]; *aliter sub IIC*): AMM. 15, 7, 2 Philoromum . . . rapi -ptum secuta plebs . . . praefectum incessebat. 15, 7, 6 Liberius . . . a Constantio ad comitatum mitti -ptus est. 19, 12, 9 torqueri. 20, 4, 6. *al.* CLAVD. DON. Aen. 4, 235 p. 386, 7 excludi. AMBR. Noe 10, 33 *animalia* hominis . . . causa esse -pta sunt. HEGES. 1, 44, 6. 4, 28, 2. PAVL. NOL. carm. app. 1, 50 tota mente deus . . . amari -itur. *al.*

C *varia*: 1 ita, ut *sim.* (*nude posita; iuxta alias determinationes v. suis locis; neglegimus alia adv., e. g.* bene *p. 442, 31, hinc fortasse non aliena*): PLAVT. Mil. 793 ita -undum est (LIV. 28, 3, 13 SVET. Otho 11, 2. *al.; cf. e. g. p. 447, 18. 448, 25. 58*). Trin. 805 sicut -epi (*act. ut*: SALL. Catil. 39, 6 CELS. 3, 6, 11 COLVM. 3, 13, 10. *al.; pass.*: SALL. Catil. 45, 2 sicuti -ptum erat. Iug. 52, 3 CELS. 3, 15, 1. *al.; cf. infra l. 80*). RHET. Her. 3, 9, 16 quemadmodum -ptum est ante (*pass. ut*: QVINT. inst. 10, 7, 7. *act.*: CIC. Att. 14, 14, 3 fam. 11, 25, 2 COLVM. 12, 8, 3. *al.; cf.* CIC. *l. 81*). CIC. Verr. II 5, 102 ut erat -ptum (*pass. ut*: CAES. Gall. 5, 48, 7 civ. 3, 14, 1. *al.* HIRT. Gall. 8, 27, 5 SALL. Iug. 109, 3. *al.; act.*: CIC. ac. 2, 135 Att. 6, 9, 2 fam. 1, 8, 2 SALL. Iug. 98, 2. *al.*). *al.*

2 *praepos.*: a de (*v. etiam sub AIbβ*): RHET. Her. 4, 1, 1 -ere de artificio (*sine alia determinatione ut*: CIC. inv. 1, 33 de confirmatione. 2, 47. de orat. 2, 48 de eloquentia. *al.* BELL. Afr. 2, 3. NEP. frg. 39 Marsh. de pudore et continentia. CELS. 3, 21, 9 [decipi, dici *codd.*]. SEN. dial. 5, 14, 6. *et saepe, maxime apud artium scriptores*). BELL. Afr. 2, 3 *Caesar* praetori . . . de omnibus rebus -it et de reliquo exercitu celeriter imponendo (*cum gerund. ut*: COLVM. 3, 3, 1. 4, 29, 5 de malleolis eligendis. 11, 2, 64 PLIN. nat. 15, 59. *al.*). PLIN. nat. 15, 59 de pomis servandis -itur pomaria . . . contabulari (*item accedit [acc. c.] inf.*: 21, 110 de quo *albuco* Mago -it exitu mensis Marti . . . demetendum findendosque scapos. COD. Theod. 8, 7, 6 pr. de largitionalibus comitatensibus . . . custodiri -imus, ut *eqs.* [*nisi praepos. ad inf. trahas, ut fortasse etiam* INTERPR. Cod. Theod. 2, 27, 1 de cautionibus . . . hoc -imus observari. *sim. al.*]). 17, 195 Cato de omni cultura vitium ita -it: '. . .' (*agr. 33, 1sqq.*). GELL. 13, 11, 6 de secundis . . . mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, -it *Varro*. HIER. epist. 21, 13, 5 de qua *muliere captiva* divina vox -it, ut *eqs.* (*item cum enunt. fin.*: VVLG. IV reg. 17, 12 de quibus . . ., ne. AVG. in psalm. 3, 4. *al.*). b in (*v. etiam sub AIbβ*): CIC. inv. 1, 53 hoc in genere -endum nobis videtur primum, ut illud . . . eiusmodi sit *eqs.* (2, 82 *v. infra.* de orat. 1, 144 in quo. 2, 108 in hoc genere causarum. off. 1, 136). 2, 79 sicuti in comparatione -ptum est (*cf.* 2, 82 quemadmodum in comparatione -bamus, ut *eqs.* CELS. 7, 33, 2 ut in vulneribus . . . -ptum est. *sim. saepe*). Lael. 75 -i potest in amicitiis, ne *eqs.* SEN. epist. 94, 15 in matrimonio -es, quomodo vivat cum uxore aliquis. COLVM. 5, 8, 3 in hoc genere arboris diligenter -ere censuimus.

c *variae*: SEN. epist. 94, 52 qui *advocatus* contra populi praecepta -at (AVG. bapt. 5, 23, 31 p. 289, 6 [*nisi adv. intellegas*]. *adde l. 9*). PLIN. nat. 16, 194 Varro (*rust. 1, 37, 2*) adversus defluvia -it observandum id (*sc. capillos tondendos*) a pleniluniis (VVLG. Ier. 47, 7 cum dominus -erit ei *gladio* a. Ascalonem. *v. etiam p. 447, 53*). HIER. psalt. sec. Hebr. 44, 5 -e pro salutibus Iacob ([*Vulg.* mandas salutes]. VVLG. II reg. 18, 5 pro Absalom). VVLG. gen. 12, 20 -epit] . . . Pharao super Abram viris ([*Itala cod. 101* mandavit . . . pro]. Nah. 1, 14 -et s. te dominus [HIER. *ad l.* contra te *et sec. LXX* de te]. COD. Iust. 12, 33, 6. *v. etiam p. 447, 56*). LEX Visig. Eur. 320 circa sanctimonia<lem> . . . in po<testa>te parentum -imus permanere (*dub.* LEO M. epist. 2, 2). ad *v. sub AIbβ.*

3 *struct. manca* (*quod imperatur, docetur, supplendum est e contextu*): a *accedunt structurae ad verbum supplendum spectantes*: PLAVT. Asin. 507 si . . . tibi postulem placere . . ., mihi quo pacto -is (*vix ad 1; cf.* CELS. 3, 7, 2$^{D}$ *aegrotus* eo modo curandus est, quo in ceteris febribus -itur [3, 12, 4 AVG. in psalm. 72, 26]. COLVM. 6, 24, 2 eadem ratione, qua . . . -emus, elicitur cupiditas. QVINT. inst. 3, 9, 9 quo -epimus ordine). SALL. Iug. 75, 7 ubi ad id loci ventum, quo Numidis -erat *Metellus* (FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 p. 817, 13 *ut* quocumque -ret . . ., sequerentur. VVLG. Iudith 12, 4. *sed cf. infra l. 49*). COLVM. 4, 11, 2 in tantum coercere *vitem*, quantum antiqui -bant (*v. app. crit.*). PLIN. nat. 22, 106 nec inungui *laser* suaserim, cum Attico licet melle -ant. COD. Iust. 11, 59, 1 (*imp. Constantini*) qui *fundi deserti* invenire dominos non potuerunt, quos -eramus (*cum obi. verbi supplendi ut*: ITIN. Alex. 38 urbem, quam -epit *Alexander*, substruit [*Arrian. anab. 4, 4, 1* ἐπενόει]. VVLG. deut. 27, 4 erige lapides, quos ego hodie -o vobis. Ps. GREG. TVR. Thom. 16 Z. invenisse . . . virum, qualem ei -erat *rex*. *cf. p. 448, 20sqq.*). *al.* b *sine additamentis talibus*: CIC. fam. 5, 13, 4 domestica feremus, ut censes, et publica . . . fortius fortasse quam tu ipse, qui -is. SALL. Catil. 55, 5 vindices rerum capitalium, quibus -ptum erat, laqueo gulam *Lentuli* fregere. VLP. dig. 26, 7, 7, 7 si -ptum est et neglectum (*sc. ut deponantur pecuniae*). *sim. saepius.*

II *cui quid imperetur vel qui doceatur*: A '*alicui*': *passim per totam latinitatem inde a* PLAVTO.

B 'ad *aliquem*': *iuxta aliud verbum* (*exempla usum praeparantia*): CIC. carm. frg. 34, 5B. (Tusc. 3, 71) illa ad alios dicta et -pta. TAC. hist. 2, 82, 3 ad omnes exercitus . . . scriptae epistulae -ptumque, ut *eqs.* VVLG. exod. 25, 22 -am et loquar ad te. *solum ponitur*: VVLG. num. 36, 13 quae *mandata sim.* -epit dominus . . . ad filios Israhel. HESYCH. in lev. 17, 4–7 p. 1002$^{C}$ quae non . . . ad Moysen, sed ad Aaron . . . -epit. COLL. Mos. tit. (*sed vix est genuinus, v. Schulz, Geschichte röm. Rechtswiss., 1961, 398, 1*).

C '*aliquem*' (sec. iubere): 1 *in struct. pass. cum inf. act.* (*inf. pass. v. p. 449, 41sqq.; inf. suppl. l. 53sq.*): HIL. ad Const. 1, 8 *Eusebius episcopus* venire Mediolanum -itur. in Matth. 19, 5 proximum tamquam se amare -ptus est *adulescens*. in psalm. 91, 10 p. 353, 17 necessaria pridie praeparare -imur. GAVDENT. serm. 5, 4 G. gressus nostrarum mentium munire -imur. SYMM. rel. 34, 12 germana . . . adesse -pta est. AMM. 16, 2, 8 Vrsicinus . . . agere -ptus. 29, 5, 9 quo convenire -ptae sunt *legiones*. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 126 *avarus* sibi parcere -itur. CLAVD. DON. Aen. 1, 675 p. 134, 11 Ascanius iussu patris venire -ptus est. VEG. mil. 2 praef. cum haec litteris . . . comprehendere . . . -rer. AVG. serm. coll. Morin p. 193, 18 vivam, quomodo iussus sum, quomodo -ptus sum. ORIENT. comm. 2, 87 ardua -imur. *al.* 2 *in struct. act.*: INTERPR. novell. Valent. 35 l. 133 clericos . . . -it *lex*, ut *eqs.* (clericus, clericis *var. l.; sim. variant codd. ibid.* l. 138 diacones . . . -it, ut. *sed* l. 122 de reliquis -it, ut. *cf. etiam l. 146* omnes clericos iubet, ut *eqs.*). THEOD. MOPS. in II Tim. 4, 15 p. 230, 5 *apostolus* -ens Timotheum, ut *eqs.* *huc trahere noluimus p. 449, 16. 19.*

CAPVT ALTERVM: *i. q.* ***ante capere*** (*inde neglecta vi praeverbii temporali i. q. capere sim. l. 68. p. 451, 25 [cf. etiam p. 451, 51]; fere abundanter accedunt* ante CIC. Verr. II 4, 64 LVCR. 6, 803 IVL. VAL. 1, 4, prius LVCR. 6, 1050 FLOR. epit. 2, 12, 14, ante tempus LIV. 22, 38, 11). *ad notionem v.* GAIVM *p. 452, 36*, NON. *p. 441, 73 nec non* PRISC. gramm. III 50, 15 'prae' pro 'ante' . . . accipitur, ut 'praedico, . . ., -o'. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. PR 213 -it: praeoccupat (*sim.* PE 508. III Abol. PRAE 34 praecipiti: praeoccupati [*trad.*, -pti *Nettleship*, -ite: praeoccupate *Lindsay*]). V Aa P 911 -is: capis, accipis. GLOSS. II 418, 44 προλαμβάνω: praecedo, antecapio, praecapio, antecedo, praesumo. V 323, 24 -ere: antecipere, iubere. *ad singulos locos v. infra.*

I *quolibet modo* (*-unt animantes; rarius res, imprimis sub B2, ceterum e. g.* LVCR. *sub A2*): A *antequam alius eandem rem capiat*: 1 *varia* (*e coni. dub.* CASSIOD. hist. 4, 28, 4 *p. 403, 39*): CIC. Phil. 10, 2 quas . . . ipse mihi partis *tractandas* sumpseram, eas -epit oratio tua (*cf.* TAC. ann. 2, 35, 2 *oratione sua* speciem libertatis Piso -erat). PROP. 4, 2, 11 (*loq. Vertumnus*) vertentis fructum -epimus anni (*sc. primitias*; -cerp- *edd. quidam*). Ov. epist. 16(17), 109 (*Helena Paridi*) ad possessa venis -ptaque (-repta- *var. l.*) gaudia serus. LIV. 1, 7, 2 (*1* priori Remo augurium venisse) tempore . . . -pto . . . regnum trahebant, *qui Remo favebant*. 6, 5, 4 nisi *ager publicus*, antequam omnia -ant *nobiles homines*, divisus sit. 6, 26, 2 non -am gratiam publici beneficii *a senatu ineundam*. 30, 8, 9 aliquantum ad fugam temporis Syphax et Hasdrubal -erunt. CVRT. 4, 10, 13 festinandum erat, ne incendio cuncta -ret *hostis*. TERT. apol. 13, 9 (Fuld.) hoc (*sc. honores divinos sim.*) nunc et

[Baumgartner]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alii licuisse, quod soli ab antiquitate -erant *dei veteres* (quod solis antiquitas contulit *rec. vulg.*). NEMES. cyn. 46 non canimus . . . crinem Nisi . . .: haec iam -epit copia vatum. PS. IVL. RVF. schem. dian. 2 p. 60, 16 προκατάληψις est . . ., cum id, quod adversarius arrepturus est atque obiecturus, praesumimus ac -imus (praedicimus *trad.*, *sed cf. p. 60, 21* latine haec figura dicitur praeceptio vel anticipatio). 2 *loca occupanda*: LVCR. 6, 1050 quia . . ., prius aestus ubi aeris *interpositi* -epit ferrique vias possedit apertas, posterior lapidis *magnetis* venit aestus et omnia plena invenit in ferro (vias *simul cum* -epit *coniungas*). SALL. hist. frg. 1, 105 mons . . . -ptus a Lusitanis. VERG. Aen. 10, 277 litora -ere et venientis pellere terra (*cf.* VAL. FL. 4, 408 Memphin -ere et Pharia venientem pellere terra). CVRT. 4, 1, 3 *Darius* credens fore ipsius, quod celeritate -ere potuisset. SPART. Sept. Sev. 8, 12 quae *legio* Graeciam Thraciamque -ret, ne eas Pescennius occuparet. 3 *iter faciendum, spatium sim. emetiendum* (*sc. praeveniendo, aliter l. 8. p. 452, 2; e coni. dub.* CAES. civ. 3, 13, 5 -pto itinere [*Ciacconius*, praefecto occupato i. *codd.*, praeoccupato *Aldus nepos; an* -pto atque occupato?]): LIV. 3, 46, 7 Icilius sedulo tempus terens, dum -rent iter nuntii missi in castra (31, 39, 2 nox . . . ad -endum i. Philippo data est. LVCAN. 6, 15 hoc i. aequoreo -epit limite Magnus [ADNOT.: ante cepit]). 22, 41, 9 dum ipse longius spatium fuga -ret. 36, 19, 9 aliquantum viae -erat rex *Antiochus* (CVRT. 9, 6, 2 a. intervalli a cetera classe -ens. *cf.* 9, 10, 14 quantum itineris festinando -rent). *inde neglecto respectu praeveniendi*: CYPR. Gall. exod. 223 (*ad exod. 4, 20*) ille *Moses* alacris secum natis et coniuge sumpta mandatum -epit iter (*i. carpsit, fecit*).

B *antequam suum tempus adsit*: 1 *sumendo, fruendo, perficiendo sim.*: CIC. fam. 5, 16, 5 quod allatura est ipsa diuturnitas, quae . . . luctus vetustate tollit, id nos -ere consilio . . . debemus. ANTON. epist. Cic. Phil. 13, 45 -o gaudia suppliciorum vestrorum (*inde* CIC. *ibid.* EPICED. Drusi 29 -pta . . . mente fovebas g. FLOR. epit. 2, 12, 14). CAES. civ. 3, 31, 2 ab isdem *publicanis Scipio* insequentis anni *debitam pecuniam* mutuam -erat. HIRT. Gall. 8, 51, 3 *adventus Caesaris tanto honore exceptus est*, ut vel [ex]spectatissimi triumphi laetitia -i posset ([perc- *var. l.*]. LIV. 45, 1, 1 celeriter Romam cum venissent *victoriae nuntii*, -ptam tamen eius rei l. invenerunt). EPIST. imp. Aug. Sen. dial. 10, 4, 3 ut, quoniam rerum laetitia moratur adhuc, -rem (perc- *trad.*) aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. OV. met. 9, 417 Iuppiter . . . dona . . . -et facietque viros impubibus annis. LIV. 22, 38, 11 se . . . ea *consilia* ante tempus immatura non -pturum. SEN. dial. 6, 23, 5 *puer statura viri magni praeditus* non poterat . . . ad illam aetatem pervenire, quam -erat. epist. 13, 5 quaedam ante torquent quam debent; . . . dolorem . . . -imus. CVRT. 4, 4, 5 victoriae non omen modo, sed etiam gratulationem -erant. LVCAN. 2, 106 non senis extremum piguit . . . -isse diem ([-cipitasse *var. l.; explicat* ADNOT.: ante cepisse]. *item de praematura morte* [*aliter* CVRT. *et* STAT. *sub C1b*]: FLOR. epit. 3, 9, 4 *Ptolemaeus* veneno fata -epit [-venit *var. l.*]. 4, 12, 50 certatim igne ferro . . . venenoque . . . -epere mortem [-rip- *var. l.*]). SIL. 15, 656 -e laudem *victoriae* (*sc. antequam victoriam ipsam adeptus es*). TAC. ann. 1, 55, 1 *Germanicus bellum*, quamquam in aestatem . . . parabat, initio veris . . . -epit. *paulo neglegentius dicitur -i ipsa spes rei desideratae* (*ut obscuretur color antecapiendi*): LIV. 4, 27, 5 spem universae victoriae temptato paulatim eventu certaminum . . . -ere. 42, 61, 9 ex eo, quod acciderat, spem futuri -entes (praeponentes *V*).

2 *absumendo, corrumpendo, impediendo sim.; -untur*: a *res corporeae, fere naturales*: VERG. ecl. 3, 98 si lac -erit aestus . . ., frustra pressabimus ubera palmis (SERV. praeoccupaverit. *cf.* COLVM. arb. 2, 2 *uvae* quae integrae . . . ad maturitatem perveniunt . . . *melius* vinum faciunt quam quae -entur [-rip- *var. l.*] aestu). OV. fast. 4, 940 (*de canicula*) quo sidere moto tosta sitit tellus -iturque (-cid- *et al. var. l.*) seges. COLVM. 11, 2, 69 *ut* umor . . . ipse *acinorum* non patiatur ea *vinacea* -i (-coqui *var. l.*) aut infuscari nisi suapte natura. FRONTIN. aq. 123, 2 *structura non facienda est ferventi aestate*; non minus . . . sol acrior quam gelatio -it materiam (*sc. ut exteriora multo celerius arefiant quam interiora, ut docet Vitr. 2, 3, 2*). *parum constat de* TAC. dial. 9, 4, *v. p. 425, 81.* b *res incorporeae* (*sc. ut non fiant vel irritae sint*): OV. trist. 3, 3, 34 vel poena in tempus mortis dilata fuisset vel -isset (-cess- *var. l.*) mors properata fugam. PS. QVINT. decl. 12, 4 maturitatem *frumenti* -epit aestus (*cf. supra sub a*). PANEG. 2, 38, 5 cum ita vestigiis eius *Maximi* . . . ardens miles insisteret, ut paene omnem, quae est secuta, pompam (poenam *Acidalius*) ultio festinata -erit. SERV. auct. Aen. 1, 188 ('celerisque sagittas corripuit') ut cervorum celeritatem -ret *Aeneas*. CLAVD. DON. Aen. 8, 55 p. 121, 16 *Thybris* dicturus quippe inde posse auxilia provenire, -epit desperationem *Aeneae*. c *homo*: COMM. apol. 825 ex infero redit, qui fuerat regno -ptus et diu servatus (*sc. Nero qui et Antichristus; intellegendus videtur qui ante tempus a regno abreptus, sc. mortuus, est*; '-ere *privare*' *explicat Martin in indice ed., sed notionem aegre defendas coll.* decipio *vol. V 1, 178, 60; aliter, sc. i. q. destinare, van Katwijk, Lex. Comm., vix recte*).

C *antequam quidlibet fiat, alius idem faciat*: 1 *generatim*: a *variis modis capiendi* (*maxime sumendi, adhibendi sim.*): LVCR. 6, 803 carbonum . . . gravis vis atque odor insinuatur quam facile in cerebrum, nisi aquam -epimus ante. SEN. nat. 2, 2, 2 hoc primum praesumendum inter ea corpora, quibus unitas est, aera esse; quid sit hoc ⟨et⟩ quare -endum fuerit, scies, si *eqs.* (*2, 11, 3* haec necessarium fuit praeloqui). CVRT. 4, 16, 3 *Alexander, priusquam nuntii intervenerunt*, iam multum viae -erat (*cf. A3*). PLIN. nat. 7, 120 Sulpicia . . . electa ex centum -ptis, quae simulacrum Veneris . . . dedicaret (*Val. Max. 8, 15, 12* ex omnibus matronis centum . . . sorte ductae. *sim. -itur eligendo*: VEG. mil. 3, 6 p. 76, 1 *ante itinera dux* debet . . . viarum duces idoneos et scientes -ere [*coni. Stewechius; codd.* per-]). QVINT. decl. 307 p. 207, 20 nonne illud genus quaestionis -endum est, quem habuerit amicum? SVET. Aug. 93, 1 *caeremonias* veteres ac -ptas reverentissime coluit (*i. ante Augusti tempora assumptas? ad caput prius trahit Burmannus*, rec- *coni. Beroaldus*). SCHOL. Stat. Theb. 9, 428 cum Semele matre certum est Liberum fulminatum, sed a Iove . . . -ptum et . . . ad nascendi esse tempora reservatum. COD. Iust. 2, 52, 7, 2 in maiorum *restitutionibus* tempus, in quo rei publicae causa afuerint . . ., omne -atur (*sc. computando detrahatur sim.; antea*: minor aetas excipitur). b *occupando, opprimendo*: GRATT. 388 *vermiculus* ubi . . . -epit *canis* viscera longe *eqs.* CVRT. 9, 6, 26 (*loq. Alexander*) hoc si licuerit, ipse praestabo; hoc (*consecrationem matris*), si me -erit fatum, vos mandasse ⟨me⟩ mementote. STAT. Theb. 8, 328 *Tellus*, siste levem campum, celeres neu -e Parcas. QVINT. inst. 6, 2, 6 sicut amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum -it animus. PAVL. NOL. carm. 9, 60 -e parvos *hostes* (*i. vitia*), dum rudis . . . reptat adhuc teneris vitiorum infantia membris. *in salutatione* (*cf.* occupo *vol. IX 2, 390, 32sqq.*): PANEG. 3, 28, 3 statim e solio tamquam -ptus exsiluit vultu . . . satagente *imperator consulibusque occurrit*. c *efficiendo*: VITR. 7, 3, 3 *coronae debent* uno tenore perduci, uti ne -endo (*sc. partem operis*) non patiatur *structor* uno tenore opus inarescere. QVINT. inst. 12, 3, 2 *orator* cum domi -pta et composita . . . ad iudicem perfert (*nisi intellegas 'domi collecta' sim.*). TAC. hist. 3, 15, 1 auxilia Vitellius acciverat, immensam belli luem, ni Antonius id ipsum metuens festinato proelio victoriam -isset.

2 *speciatim in divisione, sc. -itur id, quod a rebus postea dividendis separatur*: a *in sermone iuris* (*absolute* PLIN. epist. 5, 7, 1, *obi. e contextu supplendo e. g.* AFRIC. dig. 30, 107 pr.): α *in hereditatibus* (*t. t. iuris, cf.* GAIVS inst. 2, 217 nostri quidem praeceptores nulli alii . . . *per praeceptionem* legari posse putant, nisi ei qui aliqua ex parte heres scriptus esset: -ere enim esse praecipuum sumere, quod tantum in eius *heredis* personam procedit; . . . [*221*] sed diversae scholae auctores putant etiam extraneo per praeceptionem legari posse . . . supervacuo adiecta 'prae' syllaba [*in formula sequenti*]): (I) *in formula legandi per praeceptionem* (*sc. maxime per imperat.* -ito [-itote SCAEV. dig. 31, 88, 2]; *per coni.* SCAEV. dig. 31, 88 pr. [*cf. l. 48*], *per fut.* SCAEV. dig. 33, 2, 32, 6): PROB. litt. sing. gramm. IV 276 P. S. T. Q. H.: -ito, sumito tibique habeto (SCAEV. dig. 31, 88 pr. id sibi -at, sumat, habeat. 33, 8, 26 [*additur* e medio, *ut* PAVL. dig. 32, 92 pr.]). POMPON. dig. 10, 2, 42 quod mihi debet *debitor*, -ito (*item sine alio imperat.*: GAIVS inst. 2, 216. *al.* SCAEV. dig. 31, 88, 1 tot aureos e medio -ito. 33, 2, 32, 6. *al.*). SCAEV. dig. 33, 7, 27, 3 -ito tibique habeto fundum meum (PAPIN. dig. 31, 77, 19 filia mea -at sibique habeat volo rem matris suae). (II) *vario usu*: PLIN. epist. 5, 7, 1 nec heredem institui nec -ere posse rem publicam constat. 10, 75, 2 ut hereditatem suam adirem cerneremque ac deinde -ptis (perc- *trad.*) quinquaginta milibus nummum reliquum omne Heracleotarum et Tianorum civitatibus redderem. IVLIAN. dig. 10, 2, 51 pr. fundus, qui dotis nomine socero traditus fuerit, . . . per arbitrum familiae erciscundae -i ita debet, ut *eqs.* (POMPON. dig. 36, 1, 74 SCAEV. dig. 32, 38, 8. *al.*). 30, 96, 3 si . . . heres rogatus sit -ere pecuniam et eis *legatariis* . . . distribuere (PAPIN. dig. 34, 1, 10 pr. certam p. -ere iussus *heres*. 35, 2, 93 quasi retentam et -ptam p.). *ibid.* id, quod sub condicione legatum est, . . . -ere. 35, 2, 85 pr. antequam dos a filio -atur (37, 6, 3, 4 PAPIN. dig. 33, 4, 7, 3. VLP. dig. 10, 2, 20, 2 [*bis*]. *al.*). 36, 1, 28, 14 si -ptis quibusdam rebus heres rogatus sit restituere hereditatem. POMPON. dig. 10, 2, 42 si, quod alius deberet, -ere unus iussus fuerit. *al.* *extra scriptores iuris*: RVRIC. epist. 1, 2 p. 354, 8 pater filium -ptae substantiae decoctorem . . . suscepit (*respicitur filius prodigus Luc. 15, 11sqq. ut* 2, 23 p. 408, 8). β *in qualibet societate dividenda*: GAIVS dig. 41, 1, 45 communi dividundo iudicio eam summam, *quam servo communi dedit*, -ere potest (percipere *trad. loco gemino Iulian. dig. 10, 3, 24 pr.*). PAVL. dig. 17, 2, 65, 16 si unus ex sociis maritus sit et distrahatur societas manente matrimonio, dotem maritus -ere debet.

b *extra ius, in epulis* (*sc. dantur primae optimaeque partes convivae honorando*): VAL. FL. 4, 341 exsortia terga Laconi (*sc. Polluci, certaminis victori*) -unt pecudum (*v. vol. V 2, 1881, 60sqq.*).

II *cognoscendo, animadvertendo*: A *animo, mente sim.* (*var. l.* perc- *exhibent codd. passim, quod infra singulis locis addere noluimus*): 1 *-untur, quae futura vel ventura cognoscuntur, putantur*: CIC. off. 1, 81 illud . . . ingenii magni est, -ere cogitatione futura et aliquanto ante constituere, quid accidere possit. CAES. Gall. 7, 9, 1 haec de Vercingetorige usu ventura opinione -erat *Caesar* (LIV. 35, 35, 5 quam *rem* sua quisque o. -ere posset). civ. 3, 87, 7 iam animo victoriam -bant *duces Pompeianorum* (VERG. Aen. 6, 105 omnia -epi atque a. mecum ante peregi [*si a.* ἀπὸ κοινοῦ. SERV. ante cognovi. *? hucine*: GLOSS.[L] I Ansil. PR 119 -epi: cognovi. 123 -epi: cogitavi]. LIV. 7, 26, 8 eventum . . . animis. 9, 5, 11. 10, 26, 4. *al.*). VERG. Aen. 11, 491 *Turnus* spe iam -it hostem ([SERV. mente praeoccupat hostis adventum. *cf. Verg. Aen. 11, 18*

[Baumgartner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spe praesumite bellum]. ENNOD. epist. 1, 5, 7 p. 11, 15 spe -o, quid paretur laboribus. 2, 16, 3 p. 58, 11 quicquid spe -it, inveniat. 2, 24, 3 p. 66, 22. *al.*). SEN. dial. 10, 15, 5 hoc *tempus venturum* -it *sapiens*. APVL. Plat. 2, 23 p. 255 eam *animam* . . . -it sapiens . . . habiturum *elysium*. AMM. 23, 1, 2 Iulianus accidentium varietatem sollicita mente -ens (SERV. Aen. 6, 105 futura partim audisse, partim m. -isse. BOETH. cons. 4, 6, 12 W.). ENNOD. epist. 2, 10 p. 49, 23 iudicio . . . ista -eram.
2 *-itur cognitio, sensus sim.*: CIC. top. 31 ea (*sc.* ἔννοια *vel* πρόληψις) est insita et animo -pta (ante perc- *fere trad.*) cuiusque *formae* cognitio enodationis indigens. GELL. 19, 1, 17 opinione alicuius mali -pta. HIL. trin. 11, 24 omnem impiae voluntatis sensum sub dictis apostolicis *prave intellectis* -ptum (-coeptum *coni. Smulders vix recte*) ex ipsa fidei apostolicae veritate prodamus.

B *oculis*: CIC. Verr. II 4, 64 ut ne multi illud *candelabrum Iovi Capitolino dedicandum* ante -rent oculis quam populus Romanus. GELL. 6, 4, 2 (*e Cael. Sab.*) *quosdam servos pilleatos venundari*, ut emptores . . . oculis iam -rent, quodnam esset mancipiorum genus. IVL. VAL. 1, 4 *Olympias* vidit . . . illum, quem somno ante -erat.

C *auribus*: LIV. 21, 32, 7 quamquam fama prius . . . -pta (perc- *var. l.*) res erat, tamen ex propinquo visa montium altitudo nivesque . . . terrorem renovarunt.

*figuram etymologicam* praecepta -ere *v. p. 443, 35. 448, 6; cf.* praecepta -entia *p. 445, 56*, praecepto (*vel* -endo) -ere *p. 444, 63. 446, 26.*

*neutr. plur. gerund.* praecipienda *quasi pro subst.*: INSCR. christ. Silvagni 4117, 4 (*aet. pontif. Pelag. II*) discipulos mundó -enda docet *Christus*.

*part. praes.* praecipiēns, -entis *pro subst. masc. v. p. 445, 81sqq. 446, 28.*

*p. p. p. pro subst.* ᵃ**praeceptum**, -ī *n.* *scribendum esse* per dipthongon *monet* GRAMM. suppl. 298, 30 (*sim.* 300, 24), *sed occurrit* prec- *in codd. passim et in titulis e. g.* CIL III 5630. 8500 VI 377. *al.* *notatur* p: INSCR. Dessau 8956. pr: CIL II 5638. praec: INSCR. Dessau 1153. praecep: INSCR. Iugosl. I Hoffiller-Saria 399. *iungitur cum adi. vel part. masc.* ITALA deut. 11, 22 (Lugd.) omnem -um istum, quod *eqs.* GREG. M. epist. 3, 54 p. 212, 3 -um . . . continentem omnes consuetudines (continens *corr. R¹; v. Norberg, Studia crit., 1937, 162 adn.*), *cum part. fem.* PAP. Tjäder 10—11 III 10 -orum ad me datarum textus. *de formis:* ? *abl. sing. heterocl.* -u *v.* praeceptus. *in serie abl. in* io *exeuntium vix recte trad.* praeceptio *pro* -o TRACT. in Luc. 5, 28 Migne suppl. 1, 343. *de notione*: CHAR. gramm. p. 409, 13sq. B. exhortaris me; . . . tuo hortatu animus se extollit; tuis -is me confirmo; tuis -is audaciam sumo. EXC. Bob. gramm. I 544, 23 -um παραίνεσις. AVG. virg. 15, 15 (*distinguitur* consilium) -um est . . . hoc, cui non oboedire peccatum est. ISID. orig. 6, 8, 10sqq. -a sunt, quae aut quid faciendum aut quid non faciendum docent. GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 160 -is: iussis (*ad* VERG. Aen. 2, 607?). II Philox. PR 11 -um: πρόσταγμα. 32 -a: θεωρήματα. V Aa P 905 -um: iussio. *cf.* GLOSS. II 423, 4 πρόσταξις: -um, preceptio. GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922, 266) 115 pitatiola est -um (*sec. Hier. in Matth. 23, 5—7 respici videntur membranulae, quibus -a decalogi inscribebant Iudaei; aliter editor ad l.*). *al.* *legitur plur., qui usus longe praevalet, inde a* PLAVTO, ENN., TER., *sing. inde a* CIC., VARRONE *per totam latinitatem, sc. multo saepius quam* praeceptio (*cf. sub illa voce*) *saepiusque etiam quam* mandatum (*e script. posterioribus, apud quos* mandatum *saepe pro syn. ponitur, exhibet e. g.* TERT. -um *fere 140ᶦᵉˢ*, m. *novies; numero aliquanto minore praevalet* -um *apud* CYPR., *fere pari frequentia sunt voces in* VVLG; *sed* m. *praevalet in novo testamento* [*v. post alios Thiele, Wortschatzuntersuchungen zu den Johannesbriefen, 1958, 16 et 28sq.*]). [*confunditur in codd. cum aliis compositis, e. g.* receptum PLIN. nat. 14, 47 COD. Iust. 10, 32, 35 pr. (*de var. l.* exceptis CLAVD. 5, 71 *v. Levy, comm. 1971 ad l.*); *falso trad. pro* praefectis: CAES. civ. 3, 32, 4.]

I *significatur quod aliqua auctoritate vel potestate constitutum, probatum sim. est (sive a iubente, v. e. g. sub A passim, sive a docente, v. e. g. sub B2a); plur. adhibetur passim de summa -orum, sing. collect. p. 458, 17).* *respiciuntur sc. -a animantium eorumque qualitatum vel institutorum sim., sed naturae sub II A 2; iuberi potest etiam alicui aliquid concedendum esse, ita ut intellegi possit color secundarius permissionis, licentiae, v. maxime p. 454, 67. 455, 2sqq. 68sq. 461, 49sqq., sed sufficere videtur notio communis; ceterum cf. ad notionem definitiones supra l. 41 allatas et iuncturas, quas in appendice sub 2c collegimus; opponuntur* preces CIC. ad Q. fr. 1, 1, 41 QVINT. decl. 298 p. 176, 6, arbitrium TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 524, 9 ORIG. in Matth. ser. 110 p. 229, 15, desiderium OPTAT. 4, 7 p. 112, 12, exemplum *sim. p. 456, 60,* consilium *l. 44 et p. 457, 76; differentias quasdam subtiliores statuunt*: SEN. epist. 94, 31 quid . . . interest inter decreta philosophiae et -a, nisi quod illa generalia -a sunt, haec specialia? (*sim. distinguit* lege . . ., extraordinario -o TERT. *p. 455, 50*). 94, 37 *leges* minantur, at haec -a . . . exorant, . . . leges a scelere deterrent, -a in officium adhortantur. RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 p. 493, 22 videtur mihi -um esse, verbi gratia, cum iubetur, ut ille qui sabbatum non servavit . . . lapidetur . . .; mandata vero esse, quibus iubetur . . . decimas offerri Levitis *eqs. cf. etiam p. 457, 58.* *gr. respondere solent* δικαίωμα, ἐντολή, πρόσταγμα, πρόσταξις, *quae infra fere negleximus; cf.* AVG. in euang. Ioh. 83, 2 sive dicatur -um sive mandatum (*sc. Ioh. 15, 12*) ex uno verbo graeco utrumque interpretatur, quod est ἐντολή (*v. quae p. 453, 54 monuimus*).

A *respicitur -um speciale, ad certos animantes et saepe ad certum tempus pertinens (aliter e. g. sub 2c), fere i. q. iussio, mandatum, adhortatio sim.* (*exempla certiora*): 1 *quorumlibet animantium*:
a *vario usu* (*exempla selecta*): PLAVT. Mil. 354 (*Palaestrio ad Philocomasium*) -a facito ut memineris (*cf.* 812 -a sobrie ut cures face). 905 ad tua -a de meo nihil his novom adposivi. CIC. Verr. II 3, 155 *Timarchides* qui . . . Apronio improbitatis -a det (*antea*: caede, concide). Phil. 14, 20 meas . . . aures . . . omnium -is monitisque patuisse. Att. 14, 17ᵃ, 1 (= fam. 9, 14, 1) meis -is et consiliis obtemperans. ad Q. fr. 1, 1, 36 quid ego te haec hortor, quae tu . . . facere potes tua sponte sine cuiusquam -is. CIC. fil. Cic. fam. 16, 21, 6 omnia postposui, dummodo -is patris parerem. CAES. civ. 2, 6, 1 *Massilienses* memores eorum -orum, quae . . . ab suis acceperant. CIRIS 353 -is paret virgo nutricis. SEN. suas. 2, 8 referam -a matrum *Spartanorum*: 'aut in his aut cum his *scutis*'. COLVM. 1, 8, 5 sacrificia, nisi ex -o domini, ne fecerit *vilicus* (*cf.* 11, 1, 22). NEMES. cyn. 268 (*de obsequio equorum*) verbera sunt -a fugae, sunt verbera freni (*tamquam locutionem obscuriorem affert explicatque* AVSON. 419, 65 p. 369, 421 P.). VOPISC. Aurelian. 1, 9 parui . . . -is *Tiberiani librum conscribere me iubentis* (*sim.* HIER. epist. 134, 2 SIDON. epist. 1, 9, 6). CIL III 8500 D(is) M(anibus) Victorine Anne bene merenti -o domnico actum (*sc. monumentum sim. [aliter intellegitur vol. V 1, 1889, 11]; cf.* INSCR. Iugosl. I Hoffiller-Saria 399 act(uarius) ex praecep(to) domini fec(it). *huc spectare videtur etiam* CIL VI 17330 ob -o *cuiusdam*). *sim. al.* b *respicitur voluntas morientis, testamentum sim.*: SALL. Iug. 14, 2 (*1 pater* moriens mihi praecepit, uti *eqs.*) quae cum -a parentis mei agitarem. SCAEV. dig. 32, 38, 4 (*testator* cavit, ne *quid heres* . . . alienaret) hoc nudum -um est (32, 93 pr. MARCIAN. dig. 30, 114, 14). VLP. dig. 26, 7, 5, 9 licet tutoribus patris -um neglegere (PS. CYPR. adv. Iud. 1 [*syn.* testamentum]. CIL VIII 19929 -o p. carissimi paruit et mesoleum . . . perfecit). IVST. 7, 2, 1 *Perdiccae* mortis postrema, veluti ex oraculo, -a memorabilia fuere. COD. Iust. 6, 41, 1, 1 neglecto testatoris -o. CIL II 2893 statu liber relictus ab eo ex -o ipsius f(ecit) (III 5630 ex -o eius. INSCR. Afr. Gsell I 1044 *uxor* dedicavit ex praecep⟨to tes⟩tamenti. *al.*). VI 3554, 12 post haec -a, si quis *contra fecerit*.

2 *regis, magistratus, ducis militaris, pontificis sim.*:
a *vario usu* (*exempla selecta inde a* LVCANO): CAES. Gall. 5, 35, 1 quo -o *Ambiorigis* . . . diligentissime observato. 6, 36, 1 Cicero qui . . . -is Caesaris . . . milites in castris continuisset (*item abl. causae saepius, v. p. 461, 60. 62sq.*). BELL. Afr. 50, 3 adversarii . . . obliti -orum Labieni. SALL. Catil. 44, 1 Allobroges ex -o Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt (Iug. 13, 7 regis. 94, 1. LIV. 38, 32, 8 ex -is Philopoemenis postulabat, ut *eqs.* MOD. dig. 44, 1, 11 ex -o sive interlocutione iudicis. *al.*). hist. frg. 3, 98B co⟨n⟩tra -um ducis. NEP. Eum. 9, 5 quibus imperatum erat, diligenter -um curant. VERG. Aen. 9, 45 *Teucri Aeneae* -a facessunt. OV. ars 3, 440 Troia maneret, -is Priami si foret usa (*ad rem cf. epist. 5, 95 et Palmer ad illum locum*). LIV. 9, 31, 9 sine -o ullius sua sponte struebatur acies. 22, 15, 6 dictatoris. 30, 33, 3 dato -o, ut *eqs.* (FRONTIN. strat. 2, 3, 16. FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 31 PASS. Petr. Paul. brev. 12. *cf.* LIV. frg. 22 [21, 7 Jal] d. -is, quibus itineribus duceret *milites*). LVCAN. 4, 524. CIL VI 944 (*e cod.*) imp. Tito . . . quod -is patriis (patriae *trad.*; *sunt qui malint* patris) consiliisq(ue) et auspiciis gentem Iudaeorum domuit. FRONTIN. strat. 2, 3, 7 procedentibus . . . ad -um cornibus. TAC. Agr. 40, 2 libertum . . . codicillos . . . tulisse cum eo -o, ut *Agricolae* . . . traderentur (VEG. mil. 3, 1 p. 67, 7 COD. Theod. 1, 22, 1). PANEG. 7, 14, 1 *ab imperatore* -a petere. FIRM. math. 1, 7, 30 iussione Syllana Sulpicius . . . parricidalis -i nefanda animadversione percussus est. VEG. mil. 2, 2 omnes milites unius -i significatione converti. COD. Theod. 12, 8, 1 ne quis absque -o . . . comitis . . . coquendum aurum sumat (*antea*: nulla praemissa . . . prosecutoria). CONC.ˢ II 3, 2 p. 134, 5 *synodus* per gratiam dei et -a . . . imperatorum . . . congregata (*gr. II 1, 2 p. 126, 8* κατὰ . . . θέσπισμα, *sim.* p. 411, 24 [*gr. item*] *et fortasse* COD. Iust. 1, 1, 4, 1 [*a. 452*] *nisi aliter interpungas*). CONC. Rom. a. 501 p. 423, 25 (*episcopi ad regem*) concedite nobis optatissimo -o vestro, ut ad ecclesias nostras liceat nos reverti. *al.* b *-o conferuntur dignitates, munera* (*vel confirmantur, adimuntur*): INSCR. Dessau 1153 (*saec. III in.*) Castinus . . . ex praec(epto) dom(inorum) . . . dux vexil(lationum). CIL VIII 11174 (*sim.* 11175, *saec. III?*) procuratori centenario . . . functo etiam partibus ducenari ex sacro -o. AMM. 14, 9, 1 cui *Vrsicino* nos obsecuturos iunxerat imperiale -um. COD. Theod. 16, 8, 22 *nos ad* magistrum officiorum direxisse -a, ut ab eo codicilli demantur honorariae praefecturae. GREG. TVR. Franc. 6, 7 *Albinus* extra regis consilium suscepit episcopatum: . . . *eo mortuo* Iovinus . . . regium de episcopatum -um accipit. NOVELL. Iust. 8, 1 *quantum praesides sim. solvere debeant* occasione codicillorum aut -orum (*sc. quibus iubebantur magistratum inire [v. Enßlin, RE XIII 2484, 60sq.]; de iisdem*: 8 edict. 1 *defensores* dabunt . . . ⟨pro⟩ concessis sibi -is . . . solidos *tot*. 24, 6, 1 oportet . . . eum *praetorem Pisidiae* praebere occasione codicillorum . . . officio . . . praefectorum pro -is . . . solidos *tot. sim. al.*; *gr. respondet* πρόσταγμα, *sed* 80, 10 πρόσταξις). *al.*
c *-o conferuntur privilegia, possessiones sim. vel legitime confir-*

[*Baumgartner*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. status vel motus praecipitis (gr. saepius resp. κρημνός, βάραθρον, quae non adnotavimus; plur. -a hic illic difficilius a n. plur. vocis q. e. praeceps distinguitur; ex maxime ambiguis Varro frg. Serv. Aen. 8, 322 Liv. 27, 18, 9 Vell. 2, 10, 1 Sen. epist. 8, 4, quae ad notionem loci spectant, sub praeceps inveniuntur, sed PETRON. 94, 11 PLIN. nat. 22, 43 QVINT. decl. 260 p. 67, 12, quibus notio cadendi inest, infra afferuntur): I proprie: A de loco praecipiti (sc. aut excelso aut profundo, quod non distinximus): 1 pendet ex praepos.: ex: SEN. contr. 2, 1, 13 rapidus amnis ex -o ... interfluit (opp. plana). FIRM. math. 4, 20, 6 ex ruinis aut ex luto et -is (agit de causa periculi ut: 5, 3, 27 ex altis locis aut ex -is). in cum acc.: SVET. Aug. 79, 1 quo minus ... in -um propelleret Augustum. PRISCILL. tract. 1, 7 euntes in -um (sec. Os. 4, 13 capita montium). HEGES. 2, 15, 7 Romanos cogere in -um (gr. 2, 547 φάραγγα). 5, 21, 3 in profunda -a deiciebant mortuos (gr. 5, 518 φάραγγας, Ps. Rufin. 6, 14 p. 801 valles). al. in cum abl.: SCHOL. Stat. Theb. 9, 768 'praeceps Euboea': in -o posita sive in latere montis aedificata. VVLG. Iudith 7, 8 in -o constituti. MARCELL. chron. II p. 95, 499, 1 in -o ripae fluminis (cf. GLOSS.$^{L}$ III Abstr. IN 174 riparum). GREG. TVR. Franc. 7, 38 p. 361, 15 est circa urbem vallis tota in -o. ad: TERT. adv. Marc. 4, 8 p. 438, 12 ad -um usque protractus (ad Luc. 4, 29 supercilium montis). ITALA II par. 25, 12 (Complut.) duxerunt eos ad extremum -um et praecipitaverunt eos per praeceps (gr. τὸ ἄκρον τοῦ κρημνοῦ, Vulg. praeruptum ... petrae). VEG. mil. 3, 10 p. 91, 6 ad -a montium. per: ITALA Luc. 8, 33 (cod. d) abiit ... grex per -um in stagnum (Vulg. praeceps). FIRM. math. 1, 7, 3 per -a proiectum corpus. HIER. in Zach. 14, 15 per -a labebatur asinus (nisi ad B). RVFIN. hist. mon. 13 p. 432$^{C}$ in monte praerupto erant per ipsa -a speluncae. al. alia: HEGES. 5, 8, 1 inter tot -a. AVG. serm. 70, 2, 2 a -is, a fluminibus fiunt pericula. VITAE patr. 5, 7, 35 neque -is neque de silvis ... cogitans canis venando (de ἀπὸ κοινοῦ, nisi excidit alterum verbum; cf. Paschas. verba patr. 77, 3 F. neque scopulis neque silvis praepeditur. aliter: VEREC. in cant. 4, 22 l. 16 D. de abruptis -is ... se deorsum inmittunt cervi [sim. 6, 22 l. 16]). 2 cetera exempla: ITIN. Alex. 8 Granicus ... -o montano descendens. FIRM. err. 6, 8 rupem, quae immensum -um saxis inviis fecerat (cf. GREG. M. dial. 2, 28 p. 119, 20 M. ingens -um patebat saxorum molibus asperum). IVST. 24, 6, 7 civitatem non muri, sed -a defendunt. HEGES. 1, 35, 3 olentis -i profundum in antro (5, 18, 2 praeruptorum p. -orum. cf. 3, 9, 5 profundis ... -is [gr. 3, 158 φάραγξιν, Ps. Rufin. 3, 7 p. 714 vallibus ... praeceps. item GREG. M. dial. 1, 8 p. 47, 19 M.]. GREG. TVR. Mart. 1, 20 profunditatem -i). 5, 8, 1 (cf. gr. 5, 130 διαστήματος, Ps. Rufin. 6, 5 p. 778 intervallo). AVG. c. Petil. 2, 47, 110 funestanda -a sanguine circumcellionum. HESYCH. in lev. 13, 40–43 p. 946$^{C}$ in -i altitudine. GREG. M. dial. 1, 2 p. 21, 7 M. aquam fluminis ... quasi mortale -um.

B de casu sim. praecipiti (eiusque effectu, mortali praeter 2 et PLIN. sub 1b; inde etiam de qualibet morte): 1 animantium: a de morte voluntaria (acced. adi. spontaneum l. 52. 66, voluntarium l. 61, gen. pron. sui l. 67): SEN. contr. 9, 4, 7 in illo -o (in themate: praecipitavit se). PETRON. 94, 11 periturus ⟨per⟩ -a ([var. l. petiturus -a def. Courtney, Bull. Inst. Class. Stud. 17, 1970, 67]. HEGES. 4, 3, 3 -o perisse [cf. gr. 4, 80 ῥίψαντες ἑαυτούς, Ps. Rufin. 4, 3 p. 739 se praecipitaverunt]. AVG. civ. 18, 14 p. 274, 18 D. -o spontaneo. epist. 153, 6, 17. al.). QVINT. decl. 260 p. 67, 12 si ... ad laqueum, ad -a, ad qualemcumque vitae festinasset exitum (item iuxta alia genera mortis spontaneae: Ps. QVINT. decl. 11, 9 iuxta: venenum, ferrum, nexus. 15, 9 in laqueos, in -a. APVL. met. 4, 25, 3 laqueus aut gladius aut certe -um. LACT. epit. 48, 8. al.). APVL. met. 5, 25, 6 nec te ... -o vel ullo mortis accersitae genere perimas (Ps. HIER. indic. de haer. 45). PANEG. 2, 41, 4 usque ad -a. FILASTR. 85, 2 sese dantes ad -um (HEGES. 3, 17 p. 216, 7 se -o d. 5, 38, 2 [cf. gr. 6, 181 κατεκρήμνιζον, Ps. Rufin. 7, 6 p. 814 semetipsos ... praecipitabant]. OROS. hist. 4, 23, 4 voluntario -o dati). RVFIN. hist. 8, 12, 2 vitam -o finierunt (gr. ἑαυτοὺς κατεκρήμνισαν. cf. FAVST. REI. epist. 5 p. 194, 11 -o aut suspendio vitam praecidens). AVG. in euang. Ioh. 51, 10 diabolo -um suggerenti (ad Matth. 4, 6 mitte te deorsum; item: serm. coll. Morin p. 538, 8. al.; cum gen. suggerentis: p. 539, 20 -um diaboli). c. Petil. 2, 84, 186 spontanea vestrorum -a (cf. OROS. hist. 3, 5, 3 -o sui [de Curtio]). al. nota gen. loci, unde quis se proicit (vix huc supra l. 18): APVL. met. 6, 12, 1 requiem malorum -o fluvialis rupis habitura Psyche. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 33 pontis. PRAEDEST. 1, 61 montis (nisi ad A). ? transfertur ad aliud genus mortis spontaneae: LEO M. serm. 54, 3 (ad Iudam) illa ... te a -o tuo sacramenta cenae paschalis revocassent (nisi ad II).

b vario usu: α de laesione -o effecta: PLIN. nat. 22, 43 contra vulsa, rupta lapsusque ⌊et -a ut⌋ vehiculorum eversiones (⌊ ⌋ praecipiti aut VR, sec. quos coni. Önnerfors, Pliniana, 1956, 14 ex praecipiti). β de morte non voluntaria: (I) casu fortuito effecta: FORTVN. rhet. 1, 19 p. 96, 14 caecus -o obiit. Ps. AVG. quaest. test. I 115, 67 quomodo moriantur, aut ferro aut laqueo aut -o aut naufragio (nisi ad a). THEOD. PRISC. log. 50 ne per commotiones -o decipiantur maenomeni (nisi ad a). (II) supplicio sim. illata: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 87 gladios ... bestias ... cruces et -a (Migne gr. 35, 492$^{A}$ resp. duo subst. κρήμνους ... βάραθρα). Ps. AVG. serm. ed. Mai 55, 2 Simonem magum ... -o in saxum elidentes eqs. (sim. MAX. TAVR. serm. 1, 3 M.). RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 129, 35 sive -um sive ignis sive bestiae. PASS. Felicit. 4 eum -o interemit. (III) veneno animalium illata: PRISC. LYD. solut. 9 p. 98, 17 quaedam animalia venenosa ... -um inferunt.

2 rerum: HEGES. 4, 27 p. 284, 13 Nili fluminis -o et quadam aquarum ruina (gr. 4, 611 καταράκτας). ratione dubia: GLOSS.$^{L}$ V Aa F 363 flabris: ventis vel tempestatibus, -is (coni. ed. pro praeceptis). 364 flabrum: -um. GLOSS.V 501, 9 flabrum: -um, incitamentum aurae. -a vel -um fortasse in iunctura flabra praecipitia vel flabrum ventorum praecipitium pro interpretamento intellectum; cf. praecipites venti p. 417, 28.

II in imagine et translate (praeter APVL. usu christ. de periculis vel pernicie, quae ex peccatis, vitiis sim. oriuntur, sed de temeritate fortasse infra l. 23. 56; notiones loci et casus saepe permixtas non distinximus): A accedit gen. (vice versa pendet gen. -i FERRAND. sub 3): 1 gen. eorum, quae (qui LACT.) casu afficiuntur: APVL. met. 9, 19, 4 ad suae fidei -um. LACT. inst. 2, 3, 16 dum aliorum -um vident. AMBR. in Luc. 4, 25 qui relictis caelestibus terrena eligit, voluntarium quoddam -um vitae labentis incurrit (frg. Aug. c. Iulian. 2, 7, 20 Ps. AVG. quaest. test. I 1, 2). 2 gen. inhaerentiae: Ps. CYPR. singul. cler. 2 p. 174, 28 talia -a ruinarum (ENNOD. opusc. 7, 8 p. 413, 6 ruinae). FILASTR. 115, 4 in -um mortis (nisi ad 3 ut et: RVFIN. Orig. in Rom. 5, 7 p. 1035$^{C}$ BASIL. ad fil. p. 35, 17 LEO M. serm. 9, 1 FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 48, 1. al.). fortasse cum colore motus temerarii sim.: AVG. c. Petil. 3, 38, 44 in quo temeritatis -o cor habebat, cum ista dictaret (spectat ad sententiam praecipitatam, cf. p. 469, 24). AVELL. p. 87, 23 mirum quoddam -um festinationis exarsit. 3 gen. vitiorum, malorum sim.: Ps. CYPR. singul. cler. 39 p. 215, 4 claritatis fastigium et dedecoris -um. ANIAN. Chrysost. hom. 15, 2 S. ad impietatis -a deviarunt (AVG. civ. 6, 6 p. 256, 8 D.). PELAG. in II Cor. 2, 7 ne ... ad infidelitatis et blasphemiae ... -a deducatur. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 34 (37) qui ... per -a corruant peccatorum (Orig. in cant. 3 p. 187, 24 in -o positum muliebris p. CAES. AREL. serm. 1, 16. 5, 4. cf. 1, 13 vitiorum). Orig. in cant. praef. p. 63, 22 in lapsus carnis et in impudicitiae -a corruerunt. AVG. serm. 154, 4, 5 apostolum timentem elationis -um (179, 2, 2. cf. serm. coll. Morin p. 455, 5 in quantum superbiae -um feratur homo. GREG. M. moral. 10, 8 p. 924$^{A}$ tumoris). QVODV. symb. 3, 9, 8 erroris (cf. FERRAND. epist. 4, 2 errores pessimi -i). LEO M. serm. 24, 4 ruunt in profunda mortis per -a falsitatis. al.

B exempla varia (notabiliora): IREN. 3, 5, 2 caecos ... per -um ferri incipientes ([cf. Luc. 6, 39 in foveam]. LACT. inst. 1, 1, 23 planum deserunt, ut per -um labantur. 4, 30, 3 anfractus et -a. 6, 7, 6 confragosa. al. FIRM. err. 8, 1. al.). Ps. CYPR. singul. cler. 38 p. 214, 14 (de matrimonio) ruinas aedificat ..., -a instruit eqs. LACT. ira 4, 13 in extremo gradu restitit, quia iam -um videbat. AMBR. epist. 11, 22 F. hinc ascensus, inde -um. in psalm. 118 serm. 15, 4, 2 crux non credentibus -um est, vita credentibus. HIER. epist. 100, 1, 2 metu ad -um non veniunt (AVG. anim. 2, 3, 5 ad immane -um exorbitavit. c. Iulian. op. imperf. 3, 67. CONSVLT. Zacch. 2, 12 p. 72, 9 deducti. EPIST. pontif. 372 Conc.$^{S}$ I 2 p. 6, 7 festinantem. al.). 100, 16, 2 retractus a -is (EPIST. pontif. 321 Migne 20, 588$^{B}$ a suis revocati -is [PRAEDEST. 1, 23 p. 595$^{A}$]. cf. RVFIN. hist. mon. 1 p. 400$^{A}$ de -o revocare [Orig. in lev. 16, 7 p. 505, 20]). RVFIN. Adamant. 5, 28 derelicta via ... in -a ... corruunt (epist. Clement. 12, 1 in -um lapsurus [cf. gr. μέλλει ἁμαρτάνειν]. AVG. anim. 1, 6, 6 decidisse. c. Cresc. 2, 17, 21 p. 380, 3 in quod -um compulerit homines angustia eqs. serm. 266, 8 ne in -um perducaris. al.). AVG. conf. 6, 4, 6 tenebam cor meum ab omni adsensione timens -um et suspendio magis necabar (lusu notionum ambiguum inter casum letalem et festinationem temerariam). epist. 194, 6, 23 scrutetur, qui potest, iudiciorum dei ... profundum, verum tamen caveat -um. in psalm. 31, 2, 1 l. 12 ita impellitur anima, ut ei in quamlibet partem cadere -um sit. 145, 19 l. 18 ubi finitur via peccatorum, -um est (syn. profunditas quaedam barathri). RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 111, 22 utrum ex illo -o ... ruat. Ps. EVSEB. GALLIC. hom 4, 5 G. viae superborum plenae sunt offendiculis, plenae praeruptissimis -is. et saepius. ? de elatione, superbia (cf. supra l. 34 sqq.): CAES. AREL. grat. p. 163, 21 in quam grande (grandi var. l.) se -o elevare praesumant.

***praecipito**, -āvi, -ātum, -āre. a 1. praeceps. prec- ITALA II par. 25, 12 (Complut.) et saepius in codd. rec.; -cap- v. p. 469, 49 (cf. bicapitis pro biceps vol. II 1970, 29 sqq.). NOT. Tir. 6, 26 -at.
de genere verbi v. p. 465, 4. formae perf. brev.: -asse(t) CIC. Scaur. 4 OV. fast. 5, 634 LIV. 27, 40, 3 al. (-visset PROB. Verg. ecl. 8, 56), -asti APVL. apol. 84, 6 SEN. contr. exc. 9, 4 (aliter ipse SEN. 9, 4, 3; -visti non invenimus), -arunt BELL. Alex. 31, 4 (et in parte codd. AMBR. hex. 1, 8, 32; -vere LIV. 2, 51, 5 al., -verunt CVRT. 4, 2, 15 al.), -arit AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 19, 2 (-verit CIC. Tusc. 4, 41 al., cf. -verat CAES. civ. 3, 25, 1 APVL. met. 8, 2, 6, -verant CVRT. 4, 16, 6).
de notione: CHAR. gramm. p. 412, 10 B. ne se -et (inter exempla mortis voluntariae). SYNON. Cic. p. 427, 32 incidit. incurrit. inruit ... prolapsus est. -vit. SERV. Aen. 4, 450 exterrita: -ta, turbata. GLOSS. -o: κρημνίζω. κατακρημνίζω. καταποντίζω. -at: impellit, ab alto deicit. festinat, urget. -tus: pessumdatus. -antem: festinantem. -antes: saltu de excelso se mittunt. GLOSS. I p. 307 -at: hic claudit (fortasse ad VERG. Aen. 12, 699 -at ... moras). GLOSS.$^{L}$ I Ansil. PR 220 -vit: in laqueos cecidit. al. legitur inde a PLAVTO (p. 465, 45), CATONE (p. 466, 67),

[Adkin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ter. (*l. 81*), Pacvv., Aedit., Sisenna, Varrone, Cic. [*confunditur in codd. cum* praecipio, *q. v.*]

**I** *intransitive i. q. (in praeceps) cadere, ruere, ferri sim.* (*act. pro pass. vel struct. refl. positum docent gramm., e. g.* Char. gramm. p. 346, 24 B. Diom. gramm. I 402, 21 Prisc. gramm. II 390, 20): **A** *proprie* (*proverb. v. sub 1b*): **1** *de eis, qui (quae) deorsum feruntur*: **a** *de rebus*: Pacvv. trag. 414 grando ... subita -ans cadit (*cf.* Aedit. epigr. 2, 4 imber caelo ... -ans [Dirae 76]. Lvcr. 6, 292 *aether in imbrem mutatus* -ans. Verg. Aen. 9, 670 multa grandine nimbi in vada -ant [*sim.* 10, 804, *ubi* Serv. *explicat* -antur]). Cic. Arat. 76 iam prope -ante ... nocte (*gr. 304* πυμάτης. *imaginem ruendi servatam docet*: Verg. Aen. 2, 9 iam n. umida caelo -at [Serv.: pro -atur; *inepte* Clavd. Don.: cum ... n. -ret somnos]. *aliter* Sen. *l. 66. cf.* Paneg. 4, 25, 7 -ante iam die). 124 -antem *Leporem* (*gr. 341* κατιόντα. *item de occasu*: de orat. 3, 209 iam -ans *sol*). de orat. 3, 186 in amni -ante (*cf.* rep. 6, 19 Nilus ... -at [-atur *var. l.*] ex altissimis montibus [*de eodem*: Amm. 22, 15, 9]. leg. 2, 6 -at in Lirem *Fibrenus*. Verg. Aen. 4, 251 flumina mento -ant *Atlantis*. Sen. nat. 5, 14, 2 *flumina subterranea. al.*). Lvcr. 2, 248 pondera ... non posse obliqua meare, ex supero cum -ant. 4, 628 deorsum per fauces -vit *sucus*. **b** *de animantibus* (*de eorum motu* Amm.; *proverbialiter* Cic.): Cic. Cluent. 70 -antem ... impellamus, inquit, et perditum prosternamus (Rab. Post. 2; *locutionem quasi proverbium affert* Serv. auct. Aen. 2, 653). Lvcr. 4, 1021 de montibus altis ut qui *homines* -ent ad terram. Verg. Aen. 6, 351 -ans *Palinurus* (Serv.: dum -rer. *cf. 5, 860* praecipitem). 11, 617 excussus Aconteus ... -at longe (Serv.: -at pro -atur). Liv. 25, 11, 6 plurimi in fossam -vere. 27, 16, 4 in puteum apertum ex equo -asse. Stat. Theb. 7, 435 -ant cuncti fluvio. 10, 264 inde per abruptas castrorum ex aggere pinnas ... -ant saltu (Anth. 462, 14 hostilem ⟨in⟩ s. -are ratem [*suppl. Shackleton Bailey*]). 11, 520 ad terram ... -ant *equi*. Svet. Iul. 64 conpulsus in scapham, pluribus eodem -antibus. Apvl. flor. 12, 2 in petram quampiam concitus altissimo volatu -at (*psittacus ut*: Sol. 52, 43 e sublimi -at in saxum). Tert. anim. 32, 1 in Aetnam. Epit. Alex. 17 cum plures -antes perissent. Avson. 438 p. 388, 9 P. conterritis ... Troianis super alios aliis -antibus. *de motu*: Amm. 15, 10, 5 humus crustata frigoribus ... incessum -antem impellit.

**2** *de eis, qui (quae) quolibet motu improviso vel temerario feruntur*: Lvcr. 6, 1040 *anellus ferreus* eodem fertur, quo -vit iam semel (*explicatur vis magnetis*). Liv. 2, 51, 5 -vere in insidias (*nisi potius ad B; item*: 3, 43, 5 -tum ... esse [*impers.? an suppl.* 'eum'*?*]. 6, 30, 4. 7, 6, 9 -ret [*M*, -retur *cett.*]). 39, 2, 3 per invia et rupes deruptas -antes fugerunt (*item fugiendo*: Sil. 3, 297 perterrita late agmina -ant volucres formidine cervi. Stat. Theb. 8, 155 sponte agmina retro ... -ant. *mera vi festinandi infra l. 63*).

**B** *metaphorice*: Plavt. Trin. 265 qui in amorem -vit, peius perit, quasi saxo saliat (*item indicatur, quo*: Cic. Att. 3, 15, 7 me ... ad exitium -antem. S. C. de sumpt. lud. glad. [cil ii 6278] 23 -antes iam in ruinas ... virorum fortuna⟨s⟩. Qvodv. prom. 1, 36, 52 Adam per cupiditatem -vit in mortem [se *add. G*]). Cic. Sest. 25 -anti patriae (*syn.* concidere. *cf.* Sull. 1 -ante re publica [87 Paneg. 7, 12, 1]. Liv. 27, 40, 3 Romana res [*syn.* prolapsam]. Paneg. 4, 3, 3 Romam non -antem ..., sed ... plane iacentem. 10, 4, 2 -anti Romano nomini). rep. 1, 69 ubi in suo quisque est gradu firmiter collocatus et non subest, quo -et ac decidat. ac. 2, 68 ne -et, si temere processerit (*subi. aut assensio aut sapiens*). nat. deor. 1, 89 -are ..., non descendere. Fronto p. 56, 12 v. d. H. *artis expers* minus adtemptat eoque minus -at (*ibid. l. 22* labitur). Hier. epist. 49, 20, 3 nemo blando adulatore -et (se -et *var. l.*). *de tempore vergente* (*sc. ad finem; aliter de nocte et die, v. sub A1a*): Cic. dom. 40 -ante iam et debilitato tribunatu (*nisi* '*instabili*'; *item*: har. resp. 50). Caes. civ. 3, 25, 1 multi iam menses transierant et hiems -verat. Symm. epist. 4, 54, 3 nondum in hiemem -at (-atur *F*) autumnus.

**C** *accedit vis festinandi, (prae)propere agendi*: Verg. Aen. 4, 565 non fugis hinc praeceps, dum -are potestas? Manil. 5, 496 qua fert cumque voluntas, -ant (-at *cod. unus*) vires (*i. raptim eo feruntur*). Cels. 8, 25, 2 *in membris luxatis reponendis* diligenter esse agendum, ne -rent (*sc. medici; alii intellegunt 'ne morerentur aegri'*). Sen. Phaedr. 767 noctes brevibus -ant rotis (*i. cursum accelerant, aliter supra l. 11*). Stat. Theb. 7, 139 -ant *Argivi proficiscendo* redimuntque moras (Schol.: festinant, accelerant, ut tarditatis moras celeritate compensent. *vix* moras *pro obi. ut p. 468, 51*).

**II** *transitive i. q. (sive in praeceps sive motu deorsum ferente vel festinante) iacere, mittere, impellere sim.* (*adiecimus refl. et mediopass., quae non distinximus nisi sub A1a et A1bγ; obi. suppl. p. 469, 19. 34. 54*): **A** *proprie* (*sc. de motu locali; accedit hic illic notio festinandi, maxime p. 467, 19*): **1** *spectat ad motum, qui deorsum fert* (*saepe indicatur unde, e. g. per praepos.* ab *p. 467, 23. 36. 468, 47,* de *p. 466, 3. 5. 16. al.,* ex *l. 83. p. 466, 1. 7. 8. al., per adv. p. 466, 41. 71, per abl. p. 466, 2. 9. 20. 28. al.; indicatur quo e. g. per adv. l. 82. p. 466, 4, per praepos.* in *p. 466, 1. 2. 4. 18. al., per dat. p. 466, 83. 467, 13. 14. al.*): **a** *-antur animantes* (*saepe cum eventu letali, quod non distinximus*): **α** *reflexive*: Ter. Ad. 575 clivos deorsum vorsum est; hac te -ato (te *om. A; hyperbolice intellegimus; cf.* Don.: cito descende). Cic. Scaur. 4 Theombrotum ... ferunt se ex altissimo -asse muro (*de eodem Tusc. 1, 84* se ... abiecisse). Tusc. 4, 41 si posse putet eum, qui se e Leucata -verit, sustinere se, cum velit. Caes. Gall. 4, 15, 2 se in flumen -erunt. civ. 3, 69, 3 munitione ... in fossas. Bell. Alex. 18, 3 in mare. 31, 4 acervatim ... de vallo. Hor. sat. 2, 3, 277. Liv. 4, 12, 11 capitibus obvolutis ... in Tiberim. 21, 14, 1 eodem (*sc. in ignem*). 23, 19, 6 non tolerantes famem. 23, 37, 5 de turre. Sen. contr. 2, 2, 1 uxor se -vit. 9, 4 (thema; *cf.* 9, 4, 3 *et* exc.). Plin. nat. 8, 130 urgente vi -turi se ex aliqua rupe *ursi*. Val. Fl. 2, 116 dea se ... -at (*de caelo volans*). Tac. hist. 3, 29, 2 e vallo. Svet. Aug. 27, 3 *ut* se -verit. Pavl. dig. 48, 8, 7 si quis alto se -verit. *al.* **β** *mediopassive* (*sc. aut de cadentibus, labentibus aut de desilientibus*): Sisenna hist. 33 (*contextu manco*) Romanis -tis ipsi *vulnerati* supra veluti (volvit *trad.*). Varro ling. 5, 148 cum equo eum -tum (*Curtium ut*: Avg. civ. 5, 18 p. 225, 26 D. [*antea*: se praecipitem dedit]). Bell. Hisp. 5, 5 fluminis ripas adpropinquantes ... -bantur. Sall. Iug. 58, 6 cum alii *ex castris hostium se recipientes* super vallum -rentur *eqs.* hist. frg. 2, 87 B 1 alii super tela sua -ti. Liv. 22, 6, 5 *v. infra l. 76.* 25, 24, 5 alii ... fugere, alii salire de muro -arique turba paventium (*nisi ad γ*). 36, 30, 4 iumenta ... cum ipsis oneribus (*cf.* Gaivs dig. 47, 2, 51 pecora). 38, 2, 14 multi pavore in derupta -ti. 40, 4, 15 e nave (*cf. postea*: sese deiecit. *cf.* Apvl. flor. 17, 15 Arion navigio -tus [Hyg. fab. 194, 3 se -vit]). Cvrt. 8, 11, 23 per lubrica saxa ... -ti occiderunt. Tac. hist. 4, 71, 5 ruinae modo. Apvl. Socr. 9 p. 141 ne ad inferna -entur *daemones* (*opp.* inscendant). Cypr. idol. 2 Melicertes et Leucothea -antur in maria. Arnob. nat. 3, 27 voluntariis saltibus. *al.* **γ** *passive*: Cic. Caecin. 50 -tos ex locis superioribus (*ibid.* deiectos). Caes. Gall. 7, 50, 3 *Fabius comitesque* interfecti de muro -bantur. Bell. Alex. 46, 5 propugnatores ... in mare -antur. Ov. met. 7, 760 -ta iacebat *Sphinx* (*nisi mediopass., sed cf.* Schol. Ov. Ib. 378 *Oedipus* ipsam de rupe -vit). Ib. 286 saxoso -ere iugo (*nisi mediopass.; sed certa passivi sensus exempla sunt*: 326 in ... aquas [*item* 464]). Epist. Sapph. 192 pectora ... saxis -anda. Pavl. Fest. p. 264 robus ... locus, quo -atur maleficorum genus (*cf.* Val. Max. 6, 3, 1ᵈ de robore -ti sunt). Val. Max. 6, 5, 7 saxo Tarpeio. *al.* Cvrt. 6, 4, 7 duos ⟨equos⟩ *in amnem* (*suppl. Müller*). 7, 4, 37 ex equo (*in pugna*). Petron. 102, 5 aut caede expelli aut -ari viribus *e scapha*. Plin. nat. 7, 143 ad Tarpeium raptus, ut -retur. 34, 140 Learcho ... -to. Qvint. inst. 7, 2, 24 -ta esset ab eo uxor an se ipsa sua sponte iecisset. decl. 350 p. 377, 29 si in aquas -tus aut in ... altitudinem deiectus fuerit. Svet. Cal. 57, 3 in terras (*e caelo*). Flor. epit. 1, 18, 29 -ari pullos iusserat *in mare* (*cf. Cic. nat. deor. 2, 7* mergi). Itala Matth. 18, 6 (codd. e ff[1], *cf.* c) in profundum maris (*gr.* καταποντισθῇ, *aliae vers. et Vulg.* demergatur). *al.* **δ** *active*: Cic. fin. 5, 31 iis ... minamur -turos alicunde. Ov. fast. 5, 634 pontibus ... -asse senes (*cf.* Svet. Cal. 32, 1 omnes, *sc. in ponte versatos*. Vlp. dig. 9, 2, 7, 7 de ponte). Liv. 3, 70, 7 magnam vim ex equis -vere (*cf.* 9, 22, 7 ut uno ictu exanimem equo -ret. Frontin. strat. 2, 4, 12 equi ... insidentes -verunt). 41, 11, 4 palam in muris trucidatos -bant. Val. Max. 9, 2, 4 iugulatos muris -vit (*cf.* Rvfin. hist. 3, 6, 15 de muro [*gr.* ἐρρίπτουν]). Cvrt. 4, 2, 15 occisos -verunt in altum (*cf.* Tac. ann. 6, 21, 1 in ... mare. Prvd. c. Symm. 1, 483 in stagna). 4, 4, 11 quosdam ... comminus gladio ... impulsos -vit. 8, 5, 24 detractum eum lecto rex -at in terram *eqs.* Petron. 94, 9 me ... manu impulsum -at super lectum. Plin. nat. 10, 10 *pullum* e nido. 10, 17 *aquila* pulverem ... excutit in oculos *cervi*, pinnis verberans, donec -et in rupes (*nisi intrans.*). Stat. Theb. 6, 789 -at ... retro iuvenem atque in terga supinat. Svet. frg. p. 235, 3 ne aversorum *delphinorum* cervices unda -et (*sc. mergendo*). Apvl. met. 4, 5, 4 per altissimum praeceps in vallem ... etiam nunc spirantem -ant *asinum*. *al.* **ε** *p. p. p.* -tus *pro subst. masc.* (*plur. praeter* Pavl.; *et pass. et mediopass.*): Sen. contr. 9, 6, 2 -ti non, quod impulit, tantum trahunt, sed quod occurrit. Plin. nat. 23, 59 percussis aut -tis. 23, 124 percussis, -tis, ruptis, convulsis (*cf. Diosc. gr. 1, 128, 7* πτώματα). 24, 152 -tis ... ex alto (*cf. Diosc. gr. 4, 114* πτώματα. ex a. *etiam*: 25, 98). Pavl. sent. 3, 5, 2 qui per vim ... interfectus est, velut iugulatus aut -tus. Conc. Carth. a. 345–348 p. 4 l. 52 ut ... insaniā -tos ... martyrum nomen (nomine *var. l.*) appellent (*de Donatistis ut*: Avg. serm. coll. Morin p. 539, 28 corpora -torum; *vix ad vocem q. e.* praecipitator *trahendum, coll. ibid.* p. 539, 31 honorem praeberi -tis).

**b** *-antur res*: **α** *variae*: Cato agr. 32, 2 ne vitem -es (*i. deorsum flectas; item vitem eiusque partes*: Colvm. 4, 17, 5 *ut* per iugum inflexum -etur. 4, 20, 4. 4, 24, 8. 5, 6, 33. *al.*). Caes. civ. 2, 11, 1 saxa ... -ta ... muro ... devolvunt (*cf.* Sen. nat. 6, 22, 4 -ta rupes [Stat. Theb. 10, 882 *Capaneus* r. in templa domosque -at]. Oros. hist. 6, 11, 25 -ta desuper saxorum volumina). Nep. Alc. 6, 5 pilae ... in mare -tae. Verg. Aen. 2, 37 pelago ... dona *hostium* -are (*i. equum ligneum. cf.* Clavd. Don.: ...adenda praecipitia). Ov. met. 15, 518 -ant currum scopulis (*cf.* Cvrt. 8, 14, 8 in amnem -vere curricula). trist. 3, 11, 24 -ta *moenia* (*opp.* stantia *ut inde per imag.*: Anth. 407, 12 *grandia* -ta). Liv. 22, 6, 5 arma ... et viri super alios alii -antur *in fuga* (Tac. ann. 2, 23, 4 equi, iumenta, sarcinae, etiam a. -antur *fluctibus*). Sen. benef. 6, 36, 1 ut Aetna immensam ignium vim ... -et (*cf.* nat. 2, 13, 1 non descendit ignis, sed -atur et deducitur). Cvrt. 9, 9, 20 destituta *aquis* navigia alia -antur in proras, alia in latera procumbunt (Clavd. Don. Aen. 3, 420 p. 323, 5 de summo in ima). Stat. Theb. 6, 89 (*versu interpol.?*) Tempe -are solo (*i. silvas. cf.* Ach. 2, 62 pinus. Vvlg. Ier. 22, 7 succident ... cedrum ... et -bunt in ignem [*quae stabat in Libano; nisi ad 2, coll.*

[*Adkin*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*versione apud Hier. ad l.* mittent *et Itala Wirc.* iniciet]). IVV. 12, 38 -are volens etiam pulcherrima *mercator in tempestate maritima* (*cf.* AMPEL. 16, 4 -tis in mare thesauris). TERT. apol. 22, 5 si poma . . . aurae . . . vitium in flore -at (*vim depellendi servatam putamus, quamquam sunt qui vim perdendi intellegant*). AVIEN. Arat. 951 qua -ant . . . flamina sese (*gr. 480* κατερχομένου. *cf.* ISID. nat. 46, 2 venti . . . per cava terrae -ti). *al.* β *caelestes* (*ventos v. supra*): CATO inc. libr. frg. 17 dum se intempesta nox . . . -at (CLAVD. DON. Aen. 2, 10 p. 147, 24 n. -atur caelo [*ad p. 465, 12; aliter p. 468, 71*]). LVCR. 1, 251 aether in gremium . . . terrai -vit *imbres* (*cf.* MELA 1, 53 Etesiae . . . nubes super principia eius *Nili* imbre -ant. APVL. mund. 9 *aqua* -ta humum verberat. DICT. 1, 21 imbrium atque grandinis vis magna -ta *est*). OV. met. 4, 92 lux . . . -atur aquis. fast. 4, 164 Scorpios in viridis -atur aquas. MANIL. 2, 949 *locus septimus* ruentem -at mundum terris. VAL. FL. 4, 642 -ta profundo siderei pars visa poli. AVSON. 376, 11 p. 98 P. sidera -as pelago, intempeste November. 377, 22 p. 99 salo mergens sollemnia signa November. CLAVD. rapt. Pros. 2, 190 -at pigrum formido Booten. γ *flumina, aquae sim.* (*in imag. l. 26; de imbre sim. v. sub* β; *hic illic accedit notio festinandi, accelerandi*): *active et passive*: OV. met. 11, 556 -ta cadit *unda antea turbine elata.* SEN. nat. 2, 35, 2 priorem *torrentem* superveniens -at (*sim., sed arte magica*: LVCAN. 6, 476 Rhodanum . . . morantem -vit Arar). LVCAN. 5, 466 Genusum . . . nives . . . solutae -ant (*cf.* 10, 224 [soluta . . . glacies). *reflex.*: VITR. 8, 2, 6 *a cataracta* se -ans [*Nilus*] (*de eodem*: PLIN. nat. 6, 181). MELA 1, 79 quia se -at, ita dictus *Cataractes amnis.* *mediopass.* (*de* VARRONE Men. 75 *v. sub* 2. praecipitatus): SEN. dial. 10, 10, 6 fluit et -atur *praesens tempus* (*tempus torrenti comparatur iam 10, 9, 2; item imagine apertiore*: VAL. CEM. hom. 6, 1 p. 709^D ex quibus *fontibus* quidam torrentes -ti peccatorum nascuntur). BASS. gramm. VI 269, 20 -ta . . . flumina. PLIN. nat. 2, 155 -antur in torrentes *aquae* (*i. t. fiunt rapidi*). SOL. 38, 4 Cydnum . . . -ari Tauro. CLAVD. DON. Aen. 4, 160 p. 374, 10 ('ruunt') de summis verticibus montium amnes . . . -antur. AVG. spir. et litt. 4, 6 p. 158, 26 -tus *aquae impetus.* MART. CAP. 6, 600 in . . . *terrae* penita -atur *Oceanus.* SALV. gub. 5, 58 -ti Alpina rupe torrentes. δ *ipse motus sim.* (*aliter p. 468, 83*): CIC. Arat. 349 quae *signa* . . . -ent obitum. STAT. Theb. 4, 141 *centaurus* montano . . . ab antro -at — pavet Ossa — vias (*sic O. Müller, alii iungunt* pavet . . . vias, *ut* -at *sit intrans.*). PS. QVINT. decl. 4, 23 in quem se collabentis corporis ruina -et. SVLP. SEV. dial. 2, 3, 3 -tis in terram saltibus se dederunt (*nisi ad p. 468, 83*).

2 *spectat ad varios modos agendi, pellendi, iaciendi sim.* (*v. etiam p. 466, 84*): OV. epist. 10, 14 (*loq. Ariadne*) exterrita surgo membraque sunt viduo -ta toro. LIV. 5, 18, 7 -vere se (*om. L*) in insidias (*mediopass.*: 21, 25, 9. 25, 16, 15 TAC. hist. 2, 25, 1 AMM. 24, 4, 3. *cf. sub IA2*). 43, 23, 4 fugientes eos . . . in vallem insessam ab hostibus -ant (*cf.* FRONTIN. strat. 2, 5, 37 in fugam. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 118, 8 fugierunt conscientiae suae inpulsu -ti [*cf. gr.* ἐλαυνόμενοι]). SEN. dial. 9, 12, 4 *ad incendium currentes* impellunt obvios et se aliosque -ant. MELA 3, 21 iactat navigantes atrociter *Garunna*, utique si alio ventus, alio unda -at (*nisi intrans.; item de vento*: VAL. FL. 2, 517 Rhipaea per ardua nubes -at *Boreas*). LVCAN. 4, 209 hostis . . . inermes -at castris (*expellendo ut*: PS. AVG. serm. 217, 1 extra civitatem lapide est -tus *Stephanus* [*ad act. 7, 57* eicientes *ut*: 217, 5]). 9, 148 -ate rates e sicco litore. VAL. FL. 4, 297 saevit . . . Amycus nullo discrimine sese -ans avidusque . . . irruit (*aggrediendo*). 4, 627 resides socios . . . Iason -at (*i. impellit, nisi vi incitandi*). 5, 269 -at . . . patres *Aeetes* (*i. dispellit*). SIL. 2, 222 -at metus attonitos caecique feruntur (*nisi vi incitandi*). 7, 133 si -are sequentem *Fabium* atque inopinata detur circumdare fraude (*nisi vi perdendi ut fortasse*: 10, 192 aciem . . . in terga ruentes -ant *transfugae*). STAT. Ach. 1, 442 *Mars* -ans in transtra viros . . . equosque (*nisi ad C*). PANEG. 2, 38, 4 in oppidum semet Aquileiense -at (*antea*: agitabatur). AVIEN. orb. terr. 641 arta . . . -ant properum confinia pontum (*cf.* 692 sese qua freta -ant).

B *metaphorice* (*cf. etiam l. 26*): 1 *-antur, quaecumque in deterius vel in perniciem depelluntur, deiciuntur sim.*: a *sine additamentis*: α *-antur res*: CIC. rep. 2, 43 unius vitio -ta . . . decidit *ea forma civitatis* (*cf.* LIV. 22, 12, 11 rem publicam. AVR. VICT. Caes. 24, 9 Romanum statum quasi abrupto -vere). SALL. Iug. 41, 9 semet ipsa -vit *avaritia.* hist. frg. 1, 16 maiorum mores non paulatim . . ., sed torrentis modo -ti (*inde* AVG. civ. 2, 22 p. 85, 1 D. *post allata in cap. 18 verba Sallustii*). OV. Pont. 3, 1, 140 spem festinando -are meam. SEN. epist. 74, 19 licentia opes suas -at atque urget. TAC. ann. 3, 19, 1 ne facundiam violentia -ret. APVL. apol. 84, 6 calumnias . . . -asti et nulla impertita mora subnerviasti (*sed Marchesi intellegit: 'cito ad iudicium detulisti'*). IVVENC. 4, 98 (*nisi ad p. 468, 1*) ne . . . credulitas laqueis errantum -etur (*Matth. 24, 4* ne quis vos seducat). AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 32 vita . . . divino gubernaculo destituta -atur et in graviora prolabitur. HIER. in Ezech. 1, 6—8 l. 231 conscientiam . . . -ari . . . et suum locum amittere (*ad prov. 18, 3* impius cum venerit in profundum). VVLG. II reg. 20, 19 hereditatem domini. Is. 25, 7sq. *dominus* -bit . . . faciem vinculi . . .; et -bit mortem (*inde* HIER. *ad l.* faciem mortis et vinculi). *al.* PRVD. perist. 11, 202 discrimen . . . -ante fide (*not. festinandi intellegunt Arevalus, Lavarenne*). AVG. grat. Christ. 27, 28 *naturae vires* extollendo -at. c. Pelag. 1, 2, 5 liberum . . . arbitrium defendendo -ant. serm. coll. Morin p. 217, 2 -as bona tua, exinanis domum tuam. *al.*

β *-antur homines* (*obi. suppl.* APVL. *al.*; temeritatem, *i. hom. temerarium*, IVL. VAL.): ① *vario usu*: SEN. dial. 5, 1, 4 cetera vitia inpellunt animos, ira -at (*nisi ad C2, ut et* CYPR. unit. eccl. 16). 7, 1, 4 *nos* -at . . . error. IVV. 10, 56 quosdam -at subiecta potentia magnae invidiae. PS. QVINT. decl. 2, 10 quos cotidie luxuria -at (*nisi vi incitandi*). APVL. apol. 19, 3 *fortuna quasi vestis* si non gestetur et trahatur, nihil minus quam lacinia praependens impedit et -at. CYPR. ad Donat. 3 libido (COMM. instr. 2, 22, 3. BOETH. cons. 4, 2, 31 W. transversos eos). IVL. VAL. 2, 7 temeritatem eius -are mage . . . quam fulcire. AMBR. paenit. 2, 8, 74 adulescentula lapsa . . ., occasionibus . . . decepta et -ta. in psalm. 118 serm. 21, 19, 2 qui persuaserit crimen infantulo et incautam -arit aetatem. AMBROSIAST. in I Tim. 3, 6 (ne in superbia elatus . . . incidat *eqs.*) inventa . . . occasione superbiae . . . satanas -at eum. HIER. psalt. sec. Hebr. 21, 10 dominus . . . -bit eos. tract. in psalm. I p. 167, 22 monachos et clericos. *al.* ② *ad mortem corporalem* (*cf. infra l. 29. 34. 40; translatum videtur a praecipitio letali, cf. p. 465, 80. 464, 1; vulgo explicant per notionem festinationis*): CELS. 2, 10, 12 *in missione sanguinis* satius est . . . in primo *die* levare aegrum . . . quam simul omni ⟨vi⟩ effusa . . . -are (*nisi forte intrans., ut pertineat ad p. 465, 65*). 4, 23, 1 *intestinorum levitas* interdum aegros trahit, interdum -at. SEN. dial. 6, 3, 3 *invita vivens* aetati tuae, quod non -et te quam primum et finiat, infestissima eris.

b *indicatur, quo* (*unde infra l. 47*): α in: LIV. 24, 4, 2 ad -andum *ingenium* in omnia vitia (PS. QVINT. decl. 2, 10 LACT. inst. 3, 8, 22). VAL. MAX. 6, 4, 5 illas *virtutes* in profundum -vit (SEN. dial. 12 [11], 13, 1 -to in p. *orbi.* APVL. met. 5, 18, 5 in p. calamitatis sese -vit. *cf.* APVL. met. 8, 2, 6 in profundam ruinam cupidinis sese. AVG. catech. rud. 19, 3 pondere cupiditatis in eandem profunditatem). CELS. 3, 21, 3 in exitium se. SEN. epist. 15, 9 quos caeca cupiditas in nocitura . . . -at. LVCAN. 5, 694 in dubios casus et . . . pericula (IREN. 2, 27, 3 [2, 40, 3 H.] se). PLIN. nat. 17, 94 adultas *oleas* interlucare iusto plus et in senectam -are. PS. QVINT. decl. 17, 7 in suprema (17, 12). 17, 10 in facinus. VOPISC. quatt. tyr. 12, 3 in hanc . . . dementiam. ARNOB. nat. 1, 5 in furorem (7, 30 in insanias et furores). LACT. inst. 6, 7, 8 in mortem (AVG. civ. 13, 24 p. 599, 5 D. in secundam m. [nupt. et concup. 2, 27, 46 p. 300, 4]. serm. 175, 5, 5. *al.*). DICT. 2, 8 in communem perniciem. *al.* in *cum abl.*: ACT. Petr. 7 p. 54, 18 in perditione. β ad (*cf. p. 469, 62*): LIV. 37, 45, 18 regum maiestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi quam a mediis ad ima -ari. CELS. 6, 7, 1^A *aurium dolores* interdum . . . ad dementiam mortemque -ant (CASSIOD. var. 3, 23, 4). APVL. Plat. 2, 11 ad mala. FIRM. math. 7, 25, 14 ad omnia impuritatis vitia (DIONYS. EXIG. Conc.^S I 5 p. 298, 7 ad v. voluptatesque [*gr. sine verbo, alia versio I 4 p. 235, 7* provocant]. CASSIOD. inst. 1, 24, 2). PS. AVG. hypomn. 6, 7, 11 ad omne opus mortis. CASSIOD. inst. 1, 1, 8 ad ruinam. in psalm. 54, 3(4) ad facinus. γ *alia*: LIV. 39, 10, 8 nec se eo -ret, ubi omnia infanda patienda . . . essent (*cf.* PRVD. ham. 1 quo te -at rabies tua?). ARNOB. nat. 7, 50 hos secundis -vit ab rebus *idolum?*

2 *-atur tempus* (*sc. finiendo, ad finem ducendo; aliter sub C1a; cf. p. 467, 26*): MAT. Cic. fam. 11, 28, 5 an quod adulescens praestiti . . ., id nunc aetate -ta commutem . . .? VERG. Aen. 8, 443 -ate moras ([SERV.: praecipitanter, id est festinanter, abicite]. 12, 699. *vix addendum p. 465, 68*). OV. trist. 1, 3, 47 morae spatium nox -ta negabat. LVCAN. 7, 353 di -are meam fatis potuere senectam. FIRM. err. 24, 2 ante praefinitum tempus -at diem mundi rotata vertigo (*sc. Christo mortuo*).

3 *-antur, quae qualibet ratione propelluntur, proiciuntur* (*singularia*): PETRON. 118, 6 non . . . res gestae *belli civilis* versibus comprehendendae sunt . . ., sed per ambages . . . -andus est liber spiritus (*i. propellendus ad cursum*). VAL. FL. 1, 756 aras vestemque nemusque sacerdos -at (*relinquendo; intellegimus abeuntem res relictas quasi proicere; ceterum v. Langen ad l.*).

C *praevalente notione festinandi, urgendi, accelerandi, maturandi sim.* (*v. etiam supra l. 5. p. 465, 74. 467, 54. 56. 59. 73. 81*): 1 *-antur res* (*saepius accedit notio temere agendi, e. g. l. 83. p. 469, 6. 16, quam non distinximus a mera vi temporali, e. g. p. 469, 8. 14*; virum *pro virilitate* MART. *sub b*): a *quae (prae)propere peraguntur* (*ambigua pron. neutr. sim. l. 75sqq.*): GRATT. 384 rabies . . . -at letale malum (*i. morbum; si de ipsa morte intellegis, referas ad b*). SEN. dial. 10, 7, 8 -at quisque vitam suam (*sc. optando, ut tempus citius transeat. item spectat ad tempus brevius*: STAT. Theb. 6, 363 quae via solis -et noctem, quae porrigat. *de cursu rhythmi*: MART. CAP. 9, 973 *tempora* rotunda sunt, quae proclivius et facilius . . . -antur [*Aristid. mus. 1, 14 p. 33, 8 W.-I.* μᾶλλον τοῦ δέοντος ἐπιτρέχοντες]). epist. 40, 2 nihil . . . ordinatum est, quod -atur et properat (*item obi. neutr. adi. vel pron.*: SIL. 4, 26 cuncta . . . -at timor. QVINT. decl. 351 p. 381, 22 festinatione . . . omnia. PAVL. NOL. carm. app. 1, 24 omnia . . . in finem -ta ruunt. *cf. p. 469, 3*). 52, 8 qui verba magna celeritate -ant (*cf.* DON. Ter. Andr. 271, 1 *pronomina* non -antur nec dicuntur uno spiritu [*item* 295, 1]. GREG. M. moral. 3, 23 locutio -ta). COLVM. 3, 21, 10. ASCON. Mil. p. 34, 8 iudicia (*cf.* PLIN. epist. 6, 2, 6 paucioribus clepsydris -amus causas quam diebus explicari solebant *apud maiores*). SIL. 10, 641 curas (*i. negotia*). STAT. Theb. 5, 168 -at suspensa fugam *cerva* (RVT. NAM. 1, 296 Lepido -ante f. [*nisi ad b. v. Doblhofer ad l., qui confert Sall. hist. frg. 1, 80* f. maturabat]. *cf. de*

[Adkin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*motu*: Ivv. 15, 78 cursum. Ambr. in Luc. 10, 149 lentandum iter quam -andum arbitror. *aliter p. 467, 34*). Ps. Qvint. decl. 18, 14 quid spiritum dolore -as? Avg. in euang. Ioh. 71, 3 non praetereunter ista tractanda sunt nec debent festinatione -ari. *al.* **b** *quae (prae)mature, cito accidunt vel efficiuntur (ambigua v. sub a)*: Liv. 31, 32, 2 -ta raptim consilia (Apvl. met. 9, 1, 1 -ante consilium periculi tanti praesentia. *cf.* Sil. 3, 166 *Iuppiter* -at consulta *Hannibalis*). Vell. 2, 48, 6 quieta aut certe non -ta ... morte functi sunt (Maxim. eleg. 1, 116). Lvcan. 5, 795 -ant ... suos luctus (*cf. 791sq.* tormenta ... nulla volt differre mora. *alii intellegunt 'ocius finiunt'*). 7, 52 sua ... fata -are cupit (Sil. 1, 691. Ser. Samm. 130 cita. *inde explicanda*: Stat. Theb. 5, 150 iuvenumque senumque -are colos [*per zeugma*: Rvt. Nam. 2, 56 Stilicho aeterni fatalia pignora regni et plenas voluit -are colos]). Sil. 13, 775 gerendi -a tempus. Stat. Theb. 7, 27 pugnas. Mart. 11, 22, 6 faciunt digiti -antque virum (*i. virilitatem praemature adducunt*). Qvint. inst. praef. 2 suadet *Horatius*, ne -etur editio (*spectat ad Hor. ars 390* nescit vox missa reverti *ut*: Cassiod. var. praef. 2 vox -ta). Ps. Qvint. decl. 4, 10 quod suprema mea ipse -em. Flor. epit. 2, 13 -antibus fatis (*absol., vix intrans.*). Tert. apol. 41, 3 *deus* non -at discretionem ... ante saeculi finem. anim. 58, 3 delibari putas iudicium an incipi? -ari an praeministrari? (Avg. c. Cresc. 4, 7, 8 p. 508, 13 ultimum -are i.). Garg. Mart. med. 53 feminarum iusta -ant *amygdala*. Sol. 26, 4 -ta fecunditas (*antea*: lucinae ... properatius tempus). Avg. bapt. 4, 20, 27 p. 253, 27 non audeo -are sententiam (civ. 11, 24 p. 494, 30 D. temerariam. epist. 43, 3, 8 praepropere. *al.* Sidon. epist. 1, 11, 4 festinam. *al.; cf.* Greg. M. moral. 19, 46 -ta sententiae prolatione). *al.*

**2** *-antur animantes (eorumque partes, animus sim.; v. et* Mart. *sub 1b; obi. pers. suppl. l. 30. 34. 54)*: **a** *vario usu*: Verg. Aen. 2, 317 furor iraque mentem -at (*v.* Clavd. Don. *ad l.; cf.* Ambr. exc. Sat. 2, 11 etsi -et amentia). Ov. fast. 4, 674 *Venus* -vit equos *Solis* (*673* properantius ire iussit. *item spectat ad motum corporeum*: Stat. Theb. 7, 480 -antem artus et plus quam possit euntem *Iocastam*. Ps. Avg. serm. ed. Mai 168, 3 -tis pennarum alacritate remigiis *volavit angelus*). Ps. Qvint. decl. 2, 14 rogo, quis -at, urget? (*obi. suppl. potius quam intrans.*). Vlp. dig. 11, 1, 6 pr. ne -entur, quamdiu iuste deliberant (*cf.* 38, 9, 1, 12 si deliberare se adhuc dicant, -andi non sunt). Pavl. dig. 40, 7, 20, 6 ut -ari cogatur heres. Ps. Cypr. singul. cler. 43 numquam nisi -tus exercitus cecidit, qui avidus fortiter facere ducis ... dispositiones inrupit. Ambr. hex. 1, 8, 31 utinam te ipse non impelleres, utinam non -res. Avg. in euang. Ioh. 62, 6 eum *auditorem* -are non debet, sed differre potius disputator. Epist. pontif. Thiel Gelas. 36 utrum haec sua voluntate peregerit aut cuiusquam -tus impulsu. Mvtian. Chrysost. hom. 34, 1 p. 451/2 qui cum studio et ambitione petunt principatus, semetipsos -ant (*gr. p. 233* ἐπιρρίπτοντες ἑαυτούς, *antea opp.* qui necessitate compelluntur. *cf. l. 65*). Greg. M. epist. 9, 213 qui ad eius regimen improvidus et -tus accedit. past. 3, 25 p. 98^C ut ... -tis ... *timorem* infunderet, cum ipse *Christus* ... non nisi perfecta aetate praedicaret. *huc fortasse addendum*: Itala I par. 21, 6 (Lib. geneal. chron. I p. 178, 372) praecapitavit sermo regis ipsum Ioab (*fortasse sec. gr. var. ll.* κατετάχυνεν, κατετάχησεν *pro* κατίσχυσεν, *Vulg.* invitus exsequeretur ... imperium. *sed vide ne nova formatione a* caput *derivatum sit, notionis tamen parum perspicuae, cum sensus aut praevalendi aut exacerbandi exspectetur; ratione absona olim Forcellini 'enumero per capita'*).
**b** *indicatur, ad quid quis impellatur*: *per inf.* (*omisso obi. pers. praeter* Avg., Cassiod.): Verg. Aen. 11, 3 sociis dare tempus humandis -ant curae (Serv.: urgent. *cf.* Stat. Theb. 1, 679 si -ant ... cognoscere curae). Val. Fl. 2, 391 pelago ... parari -at *Iason socios*. Mar. Victorin. ad Iust. 16 ne sane cont⟨end⟩eris mali impulsu⟨m⟩ esse, qui in vitia ire -et, quasi existentis alicuius ... substantia⟨m⟩ (*sic restituendum putamus textum male sanum*). Avg. epist. 159, 5 se -at ... ferre sententiam. Cassiod. var. 12, 28, 8 emptor plurima -atur offerre (*mediopass.; cf. antea*: paratus sit carius comparare). *per praepos.* ad: Vlp. dig. 23, 3, 33 qui eum non -vit ad solutionem. Veg. mil. 3, 4 ad ... audaciam. Interpr. cod. Theod. 11, 35, 1 ad dicendam causam (*item cum gerund.*: Mvtian. Chrysost. hom. 34, 1 p. 451/2 semetipsos ad alios regendos [*inseruit interpres sec. l. 72*]). Cassiod. var. 12, 5, 4 ad incerta. Iord. Get. 36, 184 ad ... bella. *per enunt. fin.*: Avg. c. Maximin. 2, 22, 2 quis te urgebat, quis te impingebat, quis te -bat, ut diceres *eqs.* Oros. hist. 5, 5, 7 Varro, ut praepropera pugna iniretur, collegam ... impulit, trepidantem -vit exercitum. Hyd. chron. II p. 23, 120 -atur instinctu *Maximini*, ut *eqs.* *sec. graec. per dat.*: Mvtian. Chrysost. hom. 34, 1 p. 451/2 -are semetipsos tantae moli ac tantae difficultati regiminis (*gr. p. 233* ἐπιρρίπτοντας ἑαυτοὺς τῷ ... ὄγκῳ).

*p. p. p.* praecipitātus *pro subst. masc. v. l. 46. p. 466, 56.*

*part. praes. pro adi.* **praecipitāns,** -antis (*vi verbali v. p. 465, 7sqq.*). *compar.* -ius. *i. q. (temere) festinans (sec. usum adverbii dictum videtur, ita ut dubitare possis, utrum supplendo verbo q. e. 'est' adi. intellegendum sit, an supplendo verbo q. e. 'fit' sim. adv.)*: Greg. M. epist. 9, 218 p. 208, 16 quid hoc celerius quidve -ius, quam ut exoriatur a summitate principium et ante esse incipiat episcopus quam minister?

*adv.* **praecipitanter.** Gloss.^L[IV[Plac. s 8 potest . . 'huic praecipiti' 'praecipiter' facere iuxta regulam ..., sed quia euphonia offendit, melius -r dicimus quam praecipiter (-pititer *suppl. ed. bis, sed* -piter *per haplologiam explicandum*). *compar. dub. p. 469, 79.* [*coni. dub.*: Cael. Avr. acut. 1, 11, 89 *pro* praecipue.]

*i. q. modo praecipitantis*: **1** *pertinet ad (nimiam) velocitatem*: Lvcr. 3, 1063 currit agens mannos ad villam -r (-cipiter *trad.*). Serv. Aen. 8, 443 *v. p. 468, 52.* Serv. auct. Aen. 10, 232 praecipites: nomen pro adverbio -r. Clavd. Don. Aen. 2, 315 p. 190, 15 quicquid ... -r urgetur, maiore vi coactum non quo voluerit, sed in eam partem cadit, in quam ruinae pondus adduxerit. Cassian. conl. 4, 11, 2 -r fertur ad vitia *concupiscentia*. Epist. pontif. 632 Schwartz p. 20, 31 -r ambire, quae non licent. 761 Schwartz p. 155, 19 quos vis sociare -r haereticis. Avell. p. 453, 22 quod eis ad buccam venerit, inconsideranter effundere et -r evomere. Gild. Brit. 34 chron. III p. 45, 19 *retibus* -r involvi solent pingues tauri. 75 chron. III p. 69, 11 humanam suggestionem -r ad nequitiam festinantem. Sedvl. op. pasch. 4, 11 vitans turbas -r infusas. Cassiod. inst. 1 praef. 9 -r emendantium impolita praesumptio (1, 15, 1). Coripp. Ioh. 7, 77 gentes ... suosque -r agunt (Greg. M. epist. 9, 32 ita -r et leviter ab episcopo agi non debuit). Greg. M. moral. 3, 23 loqui -r incipiunt et effrenate coepta effrenatius exsequuntur (*opp.* tarde). 5, 66 ut nequaquam intellegentiae oculos ultra se -r aperiat (*opp.* reverenter). 31, 59 nec formidolose se subtrahat nec -r opponat (*ibid.* praecipitationem, praeceps). 31, 60 *persecutionis impetui* fortiter, sed non -r obviare. in I reg. 4, 63 qui ... fervorem concupiscentiae -r excipiunt. Pass. Petr. Paul. long. 45 quare ... coegisti eos -r occidi? **2** *pertinet ad casum*: Non. p. 91, 1 caduciter: -r (*affertur Varro Men. 576* nimbus aquai c. ruentis, *cf. p. 465, 9. inde* Gloss. V 639, 51).

*deriv.*: praecipitantia, praecipitatio, praecipitator, *?* 2. praecipitatus, ?praecipitus.

*?* **praecipitus,** -a, -um. *si recte legitur, retrograde a* praecipito (praecipitatus). *i. q. praecipitatus*: Vvlg. sap. 17, 18 sonus validus -arum petrarum (*sic m. pr. quinque codd.*, praecipitatarum *m. sec. et alii plerique*, precipitantium *unus*, praecipitatorum saxorum *Complut.² et Tolet.*, *gr.* καταρριπτομένων).

**[praecipium** *v. p. 462, 74.*] *Adkin.*

***praecipuus,** -a, -um. *a* prae *et* capere. *scribitur* pre- *in titulis* Decret. centon. Ostr. (CIL XI 5750) 9. Inscr. Année Epigr. n. 150, 6 (*Hippone, saec. IV med.*). CIL III 6730, 1 (*a. 380*). CE 1369, 1 (*aet. Ennodii?*). *al., in cod. vet.* Verg. Aen. 8, 177 *M*; -cep- *in titulis Gallicis* CE 697, 1 (*a. 512*). CIL XII 2089, 6 (*saec. VI*), *in codd. rec.* Avg. civ. 16, 43 p. 193, 22 D.; -pius Cod. Theod. 8, 18, 1, 1 *R ante corr. et raro in codd. rec.* *de formis*: *nom. sing.* -os *non trad. restituitur in parte edd.* Plavt. Trin. 1115; *voc. sing.* -e *non nisi* Opt. Porf. epist. ad Constant. 1 Ennod. opusc. 1, 50 p. 275, 2. *compar. et superl. desunt* (*cf.* Virg. gramm. epit. 5 p. 31, 5sq. est gradus quasi possitivus superficie, sed qualitate superlativus ut '-us egregiusque' et 'cernuus'; dicimus enim '-us omnium' *eqs.*), *sed ad posit. -us accedunt* magis Sacr. Leon. 844, multo Cassiod. Ios. antiq. 6, 202, nimio Lvcif. non parc. 1 l. 41 D., summe Apvl. met. 1, 24, 2, valde Expos. mundi 68 Cassiod. Ios. antiq. 7, 337; *cf.* tam *e. g.* Plin. nat. 9, 54. 24, 116 Apvl. met. 4, 28, 2. *et sim. al.* *de notione*: Pavl. Fest. p. 80 excipuum quod excipitur, ut -um quod ante capitur. Hier. in Matth. 6, 11 l. 774 sogolla, quod Symmachus 'ἐξαίρετον', id est '-um' vel 'egregium', transtulit, licet in quodam loco 'peculiare' interpretatus sit (*sim. et hebr. et gr.* in psalm. 134 p. 92, 8 in Tit. 2, 14 p. 588^A. *cf. etiam* quaest. hebr. in gen. p. 66, 12). in Tit. 2, 14 p. 588^B panem ... ἐπιούσιον (*Matth. 6, 11*), id est -um, egregium, peculiarem. p. 589^A quidquid ... egregium est et -um, extra omnia est et super omnia. *ad singulos locos v. infra, maxime l. 75sqq. nec non p. 477, 43sqq.* *legitur in versibus raro inde a* Plavto, Ter., Verg., Ov. (*deest e. g.* Hor., Tib., Prop., Lvcano). *in orat. prosa inde a* Catone, Cic., Caes., Nep., Liv., *frequentissime apud* Plin. nat. [*confunditur saepius cum* praecipue, *e. g.* Verg. Aen. 5, 249 (*restituitur e. g.* Apvl. Socr. 1 p. 115, *sed vix recte* Cic. leg. agr. 2, 61 Liv. 42, 31, 2; *falso trad.* Plin. nat. 19, 81), *ceterum e. g. cum* praecipitium Cic. Att. 11, 3, 2; *falsa var. l. pro* perspicuus Apvl. met. 11, 21, 8; *restituitur e* praeteritus Amm. 30, 8, 1.]

*fere i. quod (qui) prae aliis capitur, ponitur, habetur sim.*:
**I** *potius praeferendo, praeponendo; sc. aut de eximiis, praestantibus aut de principalibus, potissimis (inde etiam respectu frequentiae, e. g. p. 476, 15sqq.; cf. et p. 478, 78sqq.), quod non distinximus nisi l. 82 et p. 471, 26; maxime vi elativa et superlativa (cf. et supra l. 45sq.), rarius comparativa (e. g. sub B2b et B2c; cf. etiam l. 46sqq.); synonyma potiora*: egregius *e. g.* Hier. epist. 64, 1, 5, excellens *e. g.* Liv. 9, 16, 13, eximius *e. g.* Vell. 2, 29, 3, magnus *e. g.* Val. Max. 4, 3 praef., maximus *e. g.* Verg. Aen. 11, 214, primus *e. g.* Qvint. inst. 2, 15, 1 (*cf. et* Schol. Iuv. *p. 472, 22sq.*), summus *e. g.* Manil. 2, 801; *cf. explicationes*: Serv. Aen. 12, 33 primus: -us (*add.* auct.: ante omnes). Serv. auct. georg. 1, 30 sola: magna, -a, id est supra alios deos marinos. Gloss. ἐξαίρετος. primus, nobilis. optimus. utilis. ἐξαίρετον. maximum.

A *comparatione non expresse illustrata*: **1** *de rebus*: **a** *incorporeis*: **α** *bonis, commodis sim. (adiecimus neutra et ambigua)*: Ⓘ *variis (exempla selecta inde a* Nep.*)*: Ⓐ *spectat magis ad gradum qualitatis*: Plavt. Rud. 190 (*lusu verborum*) hancine ego partem capio ob pietatem -am? (Opt. Porf. carm. 3, 11 rector Olympi tempora -a servat p. serena. *cf.* Avg. civ. 22, 29 p. 625, 20 D.

*[Breimeier]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A strictius et technice de hominibus, qui praeconandi officio sollemni funguntur (maxime apud Romanos, aliter e. g. PLAVT. Bacch. 815 CAES. Gall. 5, 51, 2 LIV. 32, 20, 1 CVRT. 10, 6, 2. ad rem v. Schneider, RE XXII 1, 1193 sqq. et Hinard, Latomus 35, 1976, 730 sqq.): 1 -is officium, negotium indicatur vel e contextu apparet: a agit in negotiis publicis (inde sim. in ecclesiasticis OPTAT. 3, 4 p. 81, 17 RVSTIC. Conc.$^S$ I 4 p. 35, 12 [aliter p. 499, 46]. auctiones sim. v. sub b): α in ludis, sacrificiis, funeribus, pompis sim. (cf. p. 496, 34 sqq.): LIV. ANDR. trag. 41 quinquertiones -o in medium vocat (formam prae⟨vo⟩co vel prae⟨di⟩co restituere temptant Bücheler et Lindsay, sed v. Ax, De hiatu, Diss. 1917, 82). PLAVT. Asin. 4 face nunciam tu, -o, omnem auritum poplum (cf. Poen. 11 [= ENN. scaen. 1?] exsurge, -o, fac populo audientiam. SVET. Dom. 13, 1 Capitolino certamine cunctos ... tacere ... iussit Domitianus voce -is). CIC. leg. agr. 2, 93 hostiae ad -em et ad tibicinem immolabantur (agit in sacrificiis sim. ut: LIV. 29, 27, 1 silentio per -em facto. PAVL. FEST. p. 88 -es clamantes populum sacrificiis favere iubebant [sim. SERV. auct. Aen. 5, 71]. SVET. Nero 34, 4 Eleusiniorum sacrorum initiatione ... scelerati voce -is summoventur. ARNOB. nat. 5, 25 p. 280, 17 M. Eumolpidae caduceatores, hierophantae atque -es). har. resp. 26 ludis voce -is a liberis semovebantur servi. fam. 5, 12, 8 -es ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas imposuerint victoribus eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium -em adhibeant, ne sua voce se ipsi victores esse praedicent (item respicitur certamen ipsorum -um: SEN. epist. 76, 4 in theatro habet tubicen quoque Graecus et -o concursum [v. Friedländer, Sittengesch.$^9$ II 165, 2]. MVTIAN. Chrysost. hom. 14 p. 333/4 -o nihil aliud curat ..., nisi quomodo exiens non erubescat, qui certaturus est [si recte huc traximus]. ad rem v. Ziehen, RE XVIII 1, 17, 27 sqq.). VARRO ling. 5, 160 'ex aedibus efferri' indictivo funere -o ... dicit (item agit in funere: FEST. p. 254. PAVL. FEST. p. 106 indictivum funus, ad quod per -em evocabantur). VERG. Aen. 5, 245 Aeneas cunctis ex more (SERV. 244: per -em) vocatis victorem magna -is voce ... declarat (item victorem pronuntiat: AVR. Fronto p. 25, 14 v. d. H. [in imag.]. PANEG. 9, 13, 1. adde CIC. fam. supra). SVET. Claud. 21, 2 vox -is ... invitantis more sollemni ad ludos (cf. VIR. ill. 51, 4 [si recte trad.] ludos Iunonis Samiae per -em pronuntiavit). MACR. Sat. 1, 16, 9 sacerdotes per -em denuntiabant, nequid tale ageretur (sc. opus feriis. ad rem v. supra p. 428, 52 sqq.). CORIPP. Iust. 4, 236 -o clamoribus instat pompam Iustini consulatum ineuntis ordinans. CIL IX 5906, 3 Ti. Claudio Celeri -i ex lacinia (v. vol. VII 2, 834, 65 sq.) Cl(audi) Saturnini (ad gladiatores refertur etiam -ων in tit. graecis, v. Inschr. von Smyrna I, 1982, n. 414 et Robert, Opera min. sel. I, 1969, 702 sq.).

β in variis conventibus, contionibus convocandis vel gerendis: TAB. cens. Varro ling. 6, 86 censor -i[s] sic imperato, ut viros vocet (sim. convocat populum, exercitum: ibid. 6, 87 in templo ..., postea de moeris. LIV. 1, 28, 2. 1, 59, 7 populum advocavit. 4, 32, 1 -bus per vicos dimissis. 33, 28, 4 voce -is. PAVL. FEST. p. 38. BARNAB. 12, 6 Moyses per -es convocavit populum [gr. κηρύγματι]. v. etiam infra l. 60). RHET. Her. 4, 55, 68 Graccho -o faciebat audientiam (LIV. 43, 16, 8. cf. 27, 19, 4 silentio per -em facto [28, 27, 1. 45, 29, 3]). CIC. Verr. II 5, 38 cum esses praetor renuntiatus ..., non ipsa -is voce excitatus es ..., ut eqs.? (item agit in renuntiatione creatorum: leg. agr. 2, 4. Mil. 96 vocem sibi -is ... defuisse. VARRO rust. 3, 17, 1 coepti sunt a -e recini. SEN. epist. 118, 3 cum ... vocem -is exspectent. SVET. Dom. 10, 4 GELL. 12, 8, 6). leg. agr. 2, 48 -i huic ipsi ... acerbam praedicationem legis futuram puto (cf. ASCON. Corn. p. 48, 6 sq. -o ... verba legis recitare populo coepit eqs.). de orat. 2, 260. VARRO ling. 7, 42 cum recitatur centuria ad suffragium, a -e dicitur: '...' (cf. LIV. 24, 8, 20 -o, Aniensem ... in suffragium revoca). LIV. 1, 47, 8 patres in curiam per -em ... citari (sim. 3, 38, 8. cf. SVET. Claud. 36 senatum per -es ... convocavit). 29, 37, 8 cum ... -o cunctaretur citare ipsum censorem in censu equitum (de eadem re VAL. MAX. 2, 9, 6). 33, 32, 4 ad spectaculum consederant Graeci, et -o ... ita pronuntiat (sc. Graecos liberos declarat; in eadem re: 33, 33, 7 una voce -is liberatas ... urbes [Polyb. 18, 46, 15 διὰ κηρύγματος ἑνός]. al. VAL. MAX. 4, 8, 5 FLOR. epit. 2, 7, 14 sq.). al. SVET. Iul. 84, 2 consul ... per -em pronuntiavit senatus consultum. Aug. 84, 2 nonnumquam ... -is voce ad populum contionatus est Augustus. al.

γ in rebus iuris: (I) agit quolibet modo: CIC. Verr. II 2, 75 -o dixisse litigantes pronuntiat (eadem formula: QVINT. inst. 1, 5, 43 'dixere' ... pronuntiet. PS. ASCON. Verr. p. 223, 21. ceterum: DON. Ter. Phorm. 208, 5 cum -o pronuntiasset 'ilicet' [cf. vol. VII 1, 328, 66 sqq.]). LIV. 3, 47, 8 silentium factum per -em (cf. 8, 33, 2 silentio ... per -em temptato. APVL. met. 3, 2, 6 -e publico silentium clamante. AVG. in psalm. 21 serm. 2, 30 l. 21). QVINT. inst. 6, 1, 7 Athenis adfectus movere etiam per -em prohibebatur orator (cf. APVL. met. 10, 7, 2 patronis denuntiat -o neque principia dicere neque miserationem commovere). 11, 3, 156 cum ... -o ... dicere de causa iusserit (APVL. met. 3, 4, 1 me ... -o ... iubebat incipere). APVL. flor. 9, 10 -o proconsulis et ipse tribunal ascendit eqs. 9, 12 -is vox garrula ministerium est. AMM. 28, 2, 13 impiorum hominum globus imitatus rationalis officium ipsumque iudicem ... lugubre clamante -e ... domum cuiusdam primatis ut proscripti iussique interfici ... obsederunt (sim. terrorem efficit: PRVD. ham. 440 -um voce trementes exanimare reos. AVG. epist. 43, 13 inter -um terribiles voces). AVG. in euang. Ioh. 13, 16 l. 5 sq. per -em loquitur iudex, et in actis tamen non scribitur '-o dixit', sed 'iudex dixit' (sim. 45, 9 l. 52 sq. serm. 12, 7). al. (II) vocat in ius, citat partes, testes sim.: COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 ⌊-o reum⌋ vocet ad te, sc. quaestorem, et eum de muris vocet -o (⌊ ⌋ Augustinus, praetores trad., -o viros Schoppe; alii alia). CIC. Flacc. 34 citat -o voce maxima legatos ([SCHOL. Cic. Bob. p. 100, 30 excitaverat]. LIV. 8, 32, 2. 38, 51, 12 reum [PS. ASCON. Verr. p. 225, 20 et iudices et rei et accusatores et defensores citabantur a -e praetorio]. al.; cf. QVINT. inst. 6, 4, 7 vox ... -is ... ipsum, qui egerit causam, citat [SVET. Tib. 11, 3 conviciatorem]. APVL. met. 3, 3, 1 -is amplo boatu citatus accusator). EDICT. imp. Ant. Pii Marcell. dig. 4, 1, 7 citatum parum exaudita voce -is defuisse. APVL. met. 10, 7, 1 iussus -o pronuntiat, patres in curiam convenirent; quibus ... residentibus rursum -is vocatu primus accusator incedit. GEST. Pilat. 1, 2 cur eum sub -is voce non ingredi fecisti? ([gr. ὑπὸ πραίκωνος]. cf. AMM. 22, 3, 4 inducto sub -bus Tauro). COD. Theod. 1, 16, 6 pr. frequens -is inclamatio. (III) adest in poena exercenda sim.: HOR. epod. 4, 12 sectus flagellis ... triumviralibus -is ad fastidium (cf. fortasse l. 78 sqq.; alias explicationes temptant PORPH. et SCHOL. ad l.). LIV. 26, 15, 9 (in supplicio sumendo) Fulvius ... -i imperavit, ut lictorem lege agere iuberet (sim. 26, 16, 3). 28, 29, 10 -is ... vox citantis nomina damnatorum. SEN. contr. 9, 2, 10 (describitur supplicium capitis) fit a -e silentium eqs. COD. Iust. 2, 11, 16 (a. 240) fustibus caesum, cui per -em ita dictum est: '...' (rationem poenae sim. pronuntiat ut: LAMPR. Alex. 36, 2. 51, 7 SPART. Sept. Sev. 2, 6. PS. AMBR. epist. 1, 8 Agnetem ad lupanar duci sub voce -is eqs. [cf. p. 508, 19 sq.]. PASS. Macc. 6, 3 Mar. Marth. [BHL 5543] 18. huc fortasse spectat etiam HOR. supra).

δ cetera exempla: CIC. Verr. II 3, 183 -o, qui adire iussit (item aditum imperat vel prohibet sim.: CVRT. 10, 6, 2 LAMPR. Alex. 18, 2).

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caes. Gall. 5, 51, 2 hostes . . . -bus circummissis pronuntiari iubent, . . . sine periculo licere *transire* (*pronuntiant de deditione, incolumitate hostium sim. ut*: Liv. 5, 21, 13 -es edicere . . ., ut ab inermi abstineatur [*sim.* 6, 3, 8]. 9, 12, 7. 37, 32, 13. 45, 6, 7 Cvrt. 4, 4, 14. *al.*). Liv. 2, 37, 8 facto . . . senatus consulto, ut urbe excederent Volsci, -es dimittuntur, qui . . . eos proficisci . . . iuberent (*cf.* 2, 38, 4). Itala gen. 41, 43 (cod. 101) praedicavit -o ante eum *Ioseph Aegypto praepositum* (Vvlg. clamante -e. *in eadem re*: Cypr. Gall. gen. 1293 clamosus. Ps. Orig. tract. 5, 27 B. *ceterum magistratibus clamore reverentiam parant*: Serv. auct. Aen. 11, 500 Avg. in euang. Ioh. 4, 7. Cassiod. var. 6, 3, 2 *praefectum praetorio* hodieque [*i. ut olim Ioseph*] resonat vox -is. *al.*). Ivst. 6, 6, 9 *Archidamus* per -em corpora interfectorum ad sepulturam poscit (*inde* Oros. hist. 3, 2, 3). Veg. mil. 1, 25 (*in munitione castrorum*) per -em indicatur, quae centuria prima . . . opus . . . conpleverit. *al.*

**b** *agit in auctionibus, venditionibus, locationibus sim., sc. publicis vel privatis. cf.* Schol. Hor. sat. 1, 6, 86 -es dicebantur, qui stabant ad hastam et nuntiabant pretia allata. *huc spectare videntur contextu manco* Tab. cer. Pomp. Année Epigr. 1978 n. 139 (*a. 40*) sub -e (*item* 121 [*a. 61*]. *al.*). Pap. Corp. 198, 2, 13 (*a. 269*).

α *usu vario*: Plavt. Bacch. 815 nescis nunc venire te; atque in eopse adstas lapide, ut -o praedicat (Cic. Verr. II 3, 40 decumas . . . partis. off. 3, 55 ita . . .: 'domum *eqs.*' *cf.* Quinct. *infra*). Stich. 194 ut faciam -is compendium itaque auctionem praedicem, ipse ut venditem. Hort. frg. 1 -o ibi adsit, cum corona, quique liceat veneat. Cic. Quinct. 50 de quo homine -is vox praedicat et pretium conficit (Phil. 2, 103 quis hastam . . . venditionis vidit, quis vocem -is audivit? Apvl. met. 8, 23, 3 magna . . . voce -is pretia . . . nuntiantis. 9, 10, 4 me . . . voce -is venui subiciunt. Tert. apol. 13, 5 sub . . . voce -is [*inde fortasse restituendum etiam* nat. 1, 10, 22]). S. Rosc. 133 (*textu corrupto, sed certe agitur de -e pretium enuntiante ut l. 16. 27*). Verr. II 3, 40 -o decumas pronuntiavit. leg. agr. 1 frg. 3 venibit . . . sub -e tota Propontis (*eodem verbo*: Tab. cer. Pomp. Année Epigr. 1973 n. 141 *et* 142 [*a. 61*]. *ceterum*: Lex met. Vipasc. [cil ii 5181] 17 sub -e *vendere. cf.* Tert. *supra*). 1, 6 videntur prope hasta -is insectari Cn. Pompei exercitum, qui venire iubeant eos . . . agros, in quibus ille . . . bellum gerat. 2, 56 decemviri . . . vectigalia . . . ne -e quidem publico teste vendent. nat. deor. 3, 84 per -em vendidisse (Ivst. 8, 3, 8 ut per -es susceptores *operum locandorum* sollicitarent). Att. 13, 3, 1 Catvll. 106, 1. Varro ling. 5, 15 -o dicitur locare, quod *eqs.* (*locum explicat Kaufmann, Altröm. Miete, 1964, 260sq.*). Hor. ars 419 -o, ad merces turbam qui cogit emendas. *al.* *cum gen. rerum*: Cassiod. Ios. antiq. 19, 145 -es rerum venalium (*gr.* τῶν κηρυσσόντων). Inscr. Année Epigr. 1955 n. 165 (*Ostiae*) -o vinorum.

β *in certis formulis ipsam auctionem sim. circumscribentibus* (*huc vergit e. g. l. 33. 34*): Cic. Quinct. 49 victus vestitusque . . . sub -e⟨m⟩ cum dedecore subiectus est (dom. 52 rex . . . cum bonis omnibus. Lex met. Vipasc. [cil ii 5181] 18 mancipia. *cf.* subicere -i: Cic. Sest. 57 *regem* -i publico. Att. 12, 40, 4 Liv. 6, 14, 10 Sen. dial. 5, 22, 5. subicere voci -is: Cic. Phil. 2, 64 bona . . . Pompei. off. 2, 83 Cod. Theod. 5, 12, 18). Att. 15, 26, 4 ad eam summam, quae sub -e fuit maxima (Lex met. Vipasc. [cil ii 5181] 7 *cum res* sub -e fuerint).

**c** *agit in variis negotiis, sc. privatis*: Plavt. Merc. 663 *conducam* -um . . . quantum est . . ., qui illam investigent, qui inveniant (*item investigantur familiares*: Sen. contr. 9, 5 [thema] *quaerere* per -em [Phaedr. app. 14, 30]. 9, 5, 3. 5. Petron. 97, 1 -o . . . haec proclamavit: 'puer . . . aberravit *eqs.*' 97, 3. 98, 2. Fortvn. rhet. 1, 18 [19] libello proposito vel per -em nuntians *eqs.*). Ivv. 1, 99 *dispensator divitis* iubet a -e (praetore *var. l.*) vocari *sportulas accepturos*. Lex met. Vipasc. frg. 2, 15 *occupator puteorum* per -em denuntiato sociis, ut pro sua quisque portione impensas conferat. Amm. 31, 1, 2 voces . . . -um . . . assidue mandantium congeri ligna ad Valentini lavacri succensionem. Hier. epist. 22, 32, 1 cum ad agapen vocaverint, -o conducitur.

2 *officio, negotio -is non perspicuo, non indicato*: **a** *-o est apparitor publicus* (*certiora; ambigua v. sub b*): α *usu vario*: Lex Corn. de XX quaest. (cil i² 587) 1, 12 co(n)s(ules) . . ., de eis, quei cives Romanei sunt, -em unum legunto (*al. ibid., etiam iuxta* sublegere; *legunt quaestores* 2, 11. 12. *al.*). 1, 13sq. quei in ea decuria -o appareat, quam decuriam -um . . . quaestoribus ad aerarium apparere oportet (*sim.* 1, 21sq. 1, 29sq. *nec non* 1, 36sqq.). 2, 32 -bus magistratus . . . mercedis . . . tantundem dato *eqs.* (*cf.* Lex Vrson. [cil i² 594] 62, 36 merces . . . esto: . . . -i *nummi tot. ibid. postea*: in -es sing(ulos) *tot*). *al. ibid.* (*fere iuxta* viatores). CIL I² 686, 4 A. Rubrius A. f. praec(o) (*Capuae, a. 71 a. Chr.; nisi latet cognomen*). Cic. Verr. II 2, 27 scribae, accensi, medici, haruspices, -es manus erant *Verris* (*in serie simili*: 2, 33. 3, 54. 3, 137. leg. agr. 2, 32 apparitoribus, scribis, librariis, -bus, architectis *decemvirum. ibid. iterum.* Lex Vrson. [cil i² 594] 62, 13 *duumvirum.* 62, 17 *aedilium.* 62, 24 [*inter eos, qui militia vacant; cf.* Tarr. Pat. dig. 50, 6, 7]. S. C. Frontin. aq. 100, 1 *praefectorum aquis publicis.* CIL VI 36910, 7 [*a. 50*]. *al.*). Varro ling. 6, 89 *consul* accenso, illic, *sc. censor*, -i dicit *eqs.* 6, 95. Inscr. Année Epigr. 1968 n. 33 (*Romae, saec. I a. Chr. ex.?*) -o ⟨ab aer⟩ario ex tribus ⟨decur⟩eis (*cf.* CIL VI 1945, 2 -o ex tribus decuris, qui cos. cens. pr. apparere solent, apparuit Caesari Augusto. XIV 2221, 2). Liv. 45, 29, 2 *Macedonibus Romani imperii* formam . . . praebuit tribunal . . ., -o, accensus. Hier. epist. 125, 16, 2 si -em addideris, putes incedere praefecturam. Cod. Theod. 12, 1, 74, 2 nisi . . . ius gladii habuit vel -um. Cod. Iust. 1, 27, 1, 34 *dentur* in schola -um hominibus decem annonae xi. Inscr. Dessau 6721 coll(egium) praec(onum). *al.* -*es fere pro ipsis honoribus ponuntur*: Sidon. epist. 7, 12, 1 Syagrio tuo pro totiens mutatis -bus praeconia non negasset *stilus noster.* β *per gen. vel adi. indicatur, cui magistratui vel institutioni appareant*: Cic. Verr. II 3, 66 a . . . -e praetoris. CIL VI 1847, 3 (*saec. II ex.*) -o cos. (*item* 1943, 2, *i.* consularis *vel* consulis. *cf.* Vir. ill. 65, 5 -o . . . consulis). 1847, 4 quaestorius. 1869, 8 aedilium curul(ium) (1946, 2. 30692 b *et* c scribis, librariis et -bus aedil. cur. scholam . . . refecerunt). 1944, 12 -is et apparitor(is) Aug. 1949, 2 tribunicius. 8533, 2 familiae castrensis (30911, 5). Inscr. Année Epigr. 1904 n. 109 (*Praeneste*) -o apparito⟨r⟩ ipsius (*sc. XVviri sacris faciundis*).

**b** *cetera exempla* (*apparet contemptus e. g. l. 19sqq. 22. 27sqq.*): Lvcil. 411 dictum -is . . . Grani (*eiusdem facete dicta narrat* Cic. Planc. 33. *idem laudatur*: Brut. 160. 172. Schol. Cic. Bob. p. 158, 12 famosi quondam -is . . . et adprime dicacissimi. p. 158, 24. *vix etiam* CE 53, 4, *cf. l. 25*). Cic. Quinct. 11 neque parum facetus scurra, Sex. Naevius neque inhumanus -o *eqs.* 12 ab atriis Liciniis atque a -um consessu. Verr. II 2, 122 ab isto et -o . . . *senatorium* ordinem mercatus est (*sim. opp. ordines nobiliores*: Pis. frg. 15. Planc. 33 [*opp.* equiti Romano]. Ivv. 3, 157 Schol. Hor. sat. 1, 6, 41sq. Cic. Bob. p. 159, 7sq. *al.*). Pis. 62 inferius etiam est, quam ut . . . -e . . . dignum esse videatur. Lvcr. 4, 564. CIL I² 1702, 2 (*condicionis ingenuae est ut e. g.* X 6472, 3 Inscr. Ephem. epigr. IX 698 a, 2 [*Tusculi*]. *libertinae e. g.*: CIL I² 1210, 7 A. Granius M. l. Stabilio -o. Schol. Hor. p. 1, 2). Hor. sat. 1, 6, 86 si -o parvas aut . . . coactor mercedes sequerer (*cf.* epist. 1, 7, 56 -em tenui censu. *contra officium quamvis ignobile, tamen fructuosum est*: sat. 2, 2, 47. Petron. 46, 7 docere aut tonstrinum aut -em aut . . . causidicum. Mart. 5, 56, 11 *puerum* -em facias vel architectum. 6, 8, 5 Qvint. inst. 1, 12, 17 Ivv. 7, 6. *al.*). Plin. nat. 33, 29 purpura latiore tunicae usos . . . etiam -es, sicut patrem L. Aelii Stilonis Praeconini. Ivv. 6, 439 *muliere facunda disserente* nec -o loquetur. CIL VI 1953, 3 -o de Subura. 1955, 2 L. Tossius . . . Amphio -(o) dissign(ator) (*cf.* X 5429, 4 -o idem dissignator. *spectant fortasse ad p. 495, 62*). 37153, 7 -o a foro. *al.*

3 *notione aucta -o repraesentat iuris dictionem vel administrationem civilem sim.* (*opp.* tuba *militum l. 45. 50. ceterum cf. p. 497, 83*): **a** *in formula* vox -is: Flor. epit. 4, 12, 31 (*4, 12, 29 provinciae* viribus parantur, iure retinentur) *Varus* incautus edixerat, quasi violentiam barbarum lictoris virgis et ⌊-is voce⌋ posset inhibere (⌊ ⌋ praeconiis *var. l.*). Ambr. paenit. 2, 8, 72 (*agitur de electione Ambrosii*) a -is voce ad psalmistae adsuefactus canticum (*antea*: raptus de tribunalibus). Cod. Iust. 3, 12, 9, 1 (*a. 469*) *die dominico* -is horrida vox silescat. Cassiod. var. 7, 4, 1 ubi . . . bella suspecta sunt nec solum vox -is insonat, sed tubarum crepitus . . . insultat (*antea*: pacatis regionibus ius dicere). 11, 8, 1 quid -um voces, quid . . . sententias praesulum . . . sustinetis? 12, 5, 6 falsarius vocem -is exhorreat: fur fora non rideat. **b** *solum ponitur*: Sidon. carm. 5, 563 sub iudice vestro pellitus ravum -em suscipit *rex Getarum* (suspicit *var. l.*). 7, 467 me . . . princeps . . . ad lituos post iura vocat voluitque sonoris -em mutare tubis.

**B** *laxius transfertur* (*maxime usu christiano, sc. sub 1b et nonnulla sub 3; fere mero colore adnuntiandi, praedicandi; colore laudandi e. g. l. 58sqq. 76sqq. p. 499, 36, futura praedicendi e. g. p. 499, 38. 41sq. 60 et* Gloss.[L] I Ansil. pr 267 -o: qui ante canit. 268 qui ante dicit):

1 *ad homines* (*ad angelos* Itala, Iren., Ps. Avg. *sub* αβ, Avg. *p. 499, 20, ad Christum p. 499, 4. 16* [*sed cf.* Avg. *p. 499, 60*]):

**a** *varia ratione -i conferendos*: α *accedit gen.*: Cic. Arch. 24 tuae virtutis Homerum -em *invenisti* (*verba Alexandri ad Achillem, quae sim. tradunt*: Vopisc. Prob. 1, 2. Hier. vita Hilar. 1 meritorum. *gr. e. g. Arrian. anab. 1, 12, 1*). de orat. 1, 236 est . . . iuris consultus ipse per se (*i. sine eloquentia*) nihil nisi leguleius . . . acutus, -o actionum, cantor formularum. Hippocr. mul. 1 1. 1 M. -o veritatis et sine mendacio didascalus . . . Ippograte inluminavit artem medicinae (*cf. p. 499, 13sqq.*). Pass. Thom. 13 Z. mulier praegnans . . . partus dolore consumpta secretorum suorum ⌊-o ipsa⌋ efficitur (⌊ ⌋ praeceps, praetiosa *var. ll.*). Ennod. epist. 4, 2, 1 p. 98, 5 magnitudinis tuae fidelis -o est *Amantius presbyter.* Ps. Orig. in Iob 1 p. 420B (*ad Iob 1, 14sq.*) dolorum atque gemituum nuntius, malorum atque amaritudinis -o, tribulationis atque angustiae praedicator. *al.* β *sine gen.*: Itala apoc. 5, 2 (Victorin. Poetov. *ad l.*) -o . . . praeconavit, anne aliquis dignus esset aperire librum *eqs.* (*gr.* ἄγγελον, *Vulg.* angelum). Iren. 1, 13, 6 ecce iudex (*i. deus iudicans*) in proximo, et -o me iubet meae defensioni adesse. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 5, 1 (= Leo M. serm. app. 15, 1) praeveniens . . . iudicem -o *Gabriel archangelus promittens Mariae filium* (*nisi ad b*). Ennod. epist. 7, 6, 1 p. 176, 7 -is voce contestor neminem damnare posse, quod sequitur. Cassiod. or. frg. p. 475, 16 tot -es facti sunt, quot tuis, *sc. regis proeliantis*, virtutibus affuerunt. var. 12, 2, 1 illi *provinciales* reppererunt affectiosos iudices, nos, *sc. praefectus praetorio*, adquisivimus integerrimos -es.

**b** *fidem, religionem eiusve doctrinam praedicantes* (*fere syn. e. g.* apostolus *l. 82. et p. 499, 31*, testis *p. 499, 28*): α *accedit gen.*: ① *personae*: Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 554, 21 apostolos ut alterius dei -es a Iudaeis vexatos *esse* (5, 7 p. 593, 3 damnatoris dei -o est [*sc. Paulus ut*: Prvd. c. Symm. 1 praef. 1]. Comm. instr. 2, 19, 8. Drac. laud.

[Breimeier]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dei 3, **226** Petrus. CARM. de resurr. 294 -es . . . dei plerique *Iudaei* saepe fugastis. *al.*). ARNOB. nat. 1, 55 *mirabilia* geri . . . ab eius *Christi* -bus (1, 56. 2, 12. AVG. serm. 287, 1, 1 Ioannis -is et praecursoris Christi [*de eodem*: PETR. CHRYS. serm. 91, 5]). AVG. in euang. Ioh. 22, 14 *Christus* quodammodo -o patris. serm. 196, 2, 2 huius iudicis -em (*i. Iohannem baptistam ut*: PETR. CHRYS. serm. 92, 5. 127, 2 -o i., praecursor Christi. *al.; ceterum*: GREG. M. in euang. 17, 8 p. 1143A -es . . . i. sumus *sacerdotes*). PASS. Petr. 1 p. 23, 7 S. cum Symone mago aliisve . . . antichristi -bus . . . certamina (QVODV. prom. 4, 11, 19. *v. et l. 21*). VEN. FORT. Mart. 1, **126** Hilarius . . ., -o Tonantis. *al.* (ii) *rei* (*gen. obi. praeter l. 20. 22sq.*): TERT. pudic. 10 p. 239, **21** Iohannes *baptista* . . . paenitentiae erat -o. ITALA II Petr. 2, 5 (cod. h = VVLG.) Noe iustitiae -em. IREN. 1, 15, 6 *quidam* -o veritatis invectus est in *haereticum* (PHYSIOL. rec. B 21, 17 -o v. Paulus. RVFIN. epist. Clement. 6, 3 legatum te *Iacobum* et -em esse v. [*gr.* πρεσβευτής *tantum*]. SERM. Corp. Vind. 21 p. 335, 4 *Stephanus*. ORIG. in Matth. 17, 13 p. 620, 10 *Christum*. CAES. AREL. serm. 130, 4 ego . . . qualiscumque -o v. *al. cf. p. 498, 62*). 4, 23, 2 (*de eunucho reginae, v. act. 8, 27sqq.*) -o futurus in Aethiopia Christi adventus. LACT. inst. 1, 4, 4 ut . . . -es essent maiestatis *dei prophetae*. AVG. serm. 265, 1, 2 ascendit iudex caeli, *sc. Christus*, sonuit -o caeli, *sc. angelus*. QVODV. prom. 4, 11, 19 *antichristum* -es mendacii sui habiturum. VINCENT. LER. 9, 7 ille terrarum -o *Paulus* (*cum gen. rei, cui praedicatur, ut*: EVSEB. EMES. serm. 29, 1 Petrus . . . -o mundi). CANON. Turner I p. 22 rec. I -es pietatis *episcopi* (*rec. II* praedicatores. *cf.* CONC. SI 5 p. 364, **20** impietatis -em Nestorium). CE 1838, 3 (*saec. VI*) *hic iacet episcopus noster*, vox organi, -o verbi. *al.* *sine voce, sc. mera praesentia*: PS. EVSEB. GALLIC. hom. 18, 2 l. 42 G. *Christus* testes . . . et -es subactae mortis exhibuit (*sc. secum resurgentes, Matth. 27, 52sq.*).

*β sine gen.*: (i) *usu vario*: ITALA I Tim. 2, 7 (Hier. in Is. 55, 4sq.) in quo *Christo* ego *Paulus* positus sum -o et apostolus (*aliae vers. et Vulg.* praedicator. *item de apostolis sim.*: AVG. in euang. Ioh. 31, 11 l. 7 *misit ad nos* -es suos. VEN. FORT. carm. 2, 13, 6 Paulus . . ., tuba gentibus una, et qui praedo prius, hic modo -o manet. ARATOR act. 1, 906. 2, 1061. *al.*). IREN. 1, 30, 10 *unumquemque deorum elegisse* suum -em ad semet gloriandum et deum adnuntiandum. LACT. inst. 5, 1, 21 ut . . . veritas idoneis -bus indigeat (*i. praedicatoribus eloquentibus*). AVG. in euang. Ioh. 4, 8 l. 9 aliquis multum praeveniens -o . . ., id est propheta (*de Iohanne baptista ut*: serm. 291, 2 PS. ORIG. tract. 5, 30 B. SACR. Leon. 234 magnifici -is. *al.*). 45, 8 l. 12 *Christus* venturus -es mittebat (*de prophetis sim. ut*: in psalm. 33 serm. 1, 7 l. 10. serm. 2, 7. *al.*). COMM. instr. 2, 35, 5 bucina -um clamat lectore legente. MARCELL. chron. II p. 97, 512, 2 perfidos . . . -es *hymnum quaternitatis psallentes*. VITA Caes. Arel. 2, 49 (*de ipso Caes. Arel.*) talem . . . -em seu intercessorem. GREG. M. past. 2, 4 p. 31A *sacerdos praedicationis nescius est* -o mutus. ISID. eccl. off. 2, 11, 5 dudum lectores -es vel proclamatores vocabantur. *al.* *sine voce, sc. motu corporis*: VEN. FORT. carm. app. 1, 54 p. 372 *Mariae* in adventu exiluit de ventre Iohannes, infans nec natus munere -o novus. (ii) *iuxtaponuntur* -o *et* iudex (*v. e. g. l. 5sqq. 82 nec non p. 498, 78; cautius inducitur l. 52sq.*): ZENO 2, 7, 4 (2, 8, 8 L.) illa *Elisabeth* -em portat, haec *Maria* iudicem (*item de Iohanne baptista*: AVG. in euang. Ioh. 4, 1 iudicis sui, quem tamquam -o praeibat [*sim.* CAES. AREL. serm. 216, 3 velud . . . -o]. 4, 5 l. 25 quomodo duo adventus iudicis, sic duo -es [*sc. Iohannes et Helias ut*: 4, 6 l. 34 PS. ORIG. tract. 5, 30B. *al.*]. PETR. CHRYS. serm. 88, 3. *et saepius*). AVG. in euang. Ioh. 5, 11 l. 9 quid te impedit malitiosus -o, si est benevolus iudex? (*dicitur de sacerdotibus sim. ut*: 5, 13 l. 23. GREG. M. past. 2, 4 p. 31A -is . . . officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis . . . clamando gradiatur. CAES. AREL. serm. 14, 4. *al.*). serm. 232, 3, 3 propheta erat Christus . . .? iudici . . . nomen -is imponitis. *al.*

2 *ad animalia* (*sc. aves*): TERT. bapt. 8 p. 207, 26 post aquas diluvii . . . pacem caelestis irae -o (*om. T*) columba terris adnuntiavit (*de eadem* adv. Val. 2 p. 179, 8 divinae pacis -o). HYMN. Ambros. I 1, 5 -o diei iam sonat (*item de gallo, sc. sec. Matth. 26, 74*: PRVD. cath. 1, 54 -o lucis proximae [SCHOL.: -o vocimissarius]. PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 51, 3 -o . . . matutinus).

3 *ad res* (*corp. et incorp.; per comparationem l. 74. p. 500, 1*): **a** *accedit gen.* (*huc, si recte trad.*: COD. Theod. 12, 1, 52 si non aut arma gesserunt aut expeditioni militari praefuerunt aut sub -e administrationis facti sunt senatores [praeconio *Gothofredus, Valesius*]): PRVD. perist. 10, 772 *lingua* interpres animi, enuntiatrix sensuum, cordis ministra, -o operti pectoris. AVG. in psalm. 139, 3 tamquam . . . -o psalmi est titulus psalmi, veluti dicens: 'ecce veniet; inde dicturus sum, de Christo cantaturus'. PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 37, 2 *Christo mortuo* currunt per . . . mundum . . . umbrae, impii facinoris -es. ENNOD. dict. 8, 9 p. 448, 19 splendorem familiae prodit lingua, quam tribuitis *institutores*: fit -o generis magistri beneficium. CASSIOD. var. 6, 7, 4 huic . . . dignitati -em largitatis nostrae, publicae felicitatis indicium, locum . . . primiceriatus adiungimus. GREG. M. in euang. 1, 6 p. 1081C quid . . . terrores, quos cernimus, nisi sequentis irae -es diximus? **b** *sine gen.*: AVG. in psalm. 21 serm. 2, 2 l. 34 -o erat *psalmus* nuntians iudicem futurum (*cf.* CASSIOD. in psalm. 138 concl. l. 507 altissima surditas . . . nec tot -bus superata [*i. psalmis duas Christi naturas tractantibus*]. *in comparatione*: 139, 1 in hoc psalmo quasi -is voce iudex . . . advenire praedicitur). PS. ORIG. tract. 5, 30 B. *Christus* habebit et alium -em, tubam angeli . . ., sed et Heliam (*inde* ISID. in gen. 30, 20). EVSEB. EMES. serm. 24, 27 sol ipse -o est ab oriente usque ad occasum: praedicat eum, qui se fecit. CASSIOD. in psalm. 104 praef. l. 31 quibus *psalmis* tam dulcis -o praemittitur (*i. vox* alleluia *ut*: 150, 1 l. 1 salutaris ille -o. *cf. 114 praef.* spiritalis gallus).

*? II fere i. q.* ἀθλητής, πύκτης *sim.* (*usus fort. ex certamine ipsorum -um explicandus, cf. p. 495, 75sqq. nec non 496, 10*): MVTIAN. Chrysost. hom. 19 p. 359/60 non intueris -es, quomodo sacculos arena replentes ita exercitantur? (*gr. p. 142* ἀθλητάς [πύκτας *var. l.*]).

*in lusu verborum cum* praedo: TERT. adv. Val. 2 p. 179, 8 VEN. FORT. carm. 2, 13, 6. *iuxta* praeconare: ITALA gen. 41, 43 (PS. Orig. tract. 5, 27 B. *inde* PS. ORIG. tract. 5, 30 B.). apoc. 5, 2 (Victorin. Poetov. in apoc. 5, 1), praedicare *e. g. p. 497, 7. 21.*

*deriv.*: praecon(i)arius, praeconium, praeconius, praeconizo, praecono(r).

*cf. Onom.*

**2. praeco** *v.* precor. *Breimeier.*

**praecoc(c)ia** (*n. plur.*), **praecocis** *v.* praecox.

**praecoco, praecoctus** *v.* praecoquo. **praecocus** *v.* praecox.

**[praecoepit, praecoeptum** *perperam coni. pro* -cep- ITIN. Alex. 38 *et* HIL. trin. 11, 24, *v. supra p. 450, 25. 453, 12; vix vocem subesse suspiceris* PS. THOM. euang. 4, 3 *puer quidam* coepit (*var. l.* praecepit [*sc. aliis pueris?*]) dirigare fontem. 5, 2 coepit (praecepit *var. l.*) eum docere: ut quid blasphemas?**]**

**praecōgitātio,** -ōnis *f.* *a* praecogitare. *i. q. actio praecogitandi*: TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 554, 10 cohibuit -em *Christus* (*v. l. 38*). ISID. synon. 2, 28 -o futuras molestias attenuat, praevisio malorum lenit adventum. *cf. falsam var. l.* AMBR. fid. 3, 10, 64 *sub* praecognitio.

**praecōgito,** -āvī, -ātum, -āre. *a prae et* cogitare. *inter verba activa coniug. primae affert* CHAR. gramm. p. 474, 9 B.

*i. q. antea cogitare* (*quodammodo abundanter iuxta adv.* ante LIV. *sub 1a*): 1 *pro obi. est quod cogitatur, antequam fit vel evenit* (*enunt. secund. pro obi. exhibent* ITALA *et* GREG. M.): **a** *-antur praeparanda*: *res*: LIV. 40, 4, 13 *Theoxena* ad multo ante -tum revoluta facinus venenum diluit. ITALA Marc. 13, 11 (gat. = VVLG.) cum duxerint vos tradentes, nolite -are, quid loquamini (*gr.* μὴ προμεριμνᾶτε, *aliae vers.* solliciti esse nec praemeletare *vel* cogitare; *cf. Luc. 21, 14* [*ibid.*] non praemeditari. *item cum enunt. interrog.*: GREG. M. in I reg. 3, 110). HIER. epist. 43, 2, 2 cura superflua in annos multos ⌊duratura⌋ -at (⌊ ⌋ *neutr. plur.; vix recte vol. V 1, 2300, 39*). COD. Theod. 8, 4, 20 pr. ut . . . liberum sibi . . . -rent abscessum *ab officio*. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 77 ut quod fuerat -tum . . . adimpleret (*gr.* προβεβουλευκότος). *animantes*: TERT. adv. Val. 36 p. 210, 19 quos . . . -vit *Propator* cum protulit, tunc Ecclesia nuncupata est (*eadem fere* IREN. 1, 12, 3 [*gr.* προελογίσατο]). **b** *-antur praecavenda*: SEN. epist. 76, 34 -ti mali mollis ictus venit. *addas, nisi ad a trahere malis*: QVINT. inst. 12, 9, 20 -are plura et animum ad omnes casus componere. HIPPOCR. progn. 1 quos *aegrotos medicus* scit evasuros multo magis poterit custodire ante plurimum tempus -ans singula (*gr.* προβουλευόμενος πρὸς ἕκαστα).

2 *pro obi. est quod cogitatur, antequam alia cogitantur* (*fere technice in sermone philos. accedente abl. compar. de iis quae cogitantur antea esse quam alia* [*vix intellegas dat., ut locum ad 1a referas; cf. enim usum similem vocis q. e.* praenosco]): CHALC. comm. 123 antiquissimam . . . deorum dicit *Plato terram* . . ., quia locus est animalium capax, regio porro et locus -etur his, quae in loco sunt, necesse est.

*deriv.*: praecogitatio. *Korteweg.*

*?* **praecognātus,** -a, -um. *a prae et* cognatus, *si recte trad.* RVFIN. Adamant. 5, 14 *caecus Iesum filium David appellavisse videtur*, quod ipsa tanquam -ae naturae commemoratio[nem] misericordiam de proximo provocaret. *i. q. maxime cognatus intellegunt viri docti; cogitare possis potius de cognatione iam antiquitus (sc. inde a David) intercedente, sed textum corruptum sic emendare malim*: ipsi t. per cognatae n. commemorationem. *Bk.*

**praecognitio,** -ōnis *f.* *a* praecognoscere. *i. q. actus vel effectus praecognoscendi* (praescientia *pro syn. exhibent* BOETH. *et* FVLG. RVSP.): AMBR. fid. 3, 10, 64 (*ad Ioh. 1, 30* quia prior me erat) *Christus* 'erat' in -e (-cogitatione *var. l.*) quidem corporis, sed aeternitate virtutis. PS. AVG. serm. 302, 2 (*nisi est medii aevi*) sacrarum lectio scripturarum divinae est -o non parva beatitudinis. BOETH. cons. 5, 4, 11 W. ENNOD. opusc. 2, 33 p. 297, 25 quisquamne causarum ex -e sancit eventum? FVLG. RVSP. praedest. 1, 2 Esau ex futurorum operum -e damnatum. 1, 15 deus . . . hoc scit in aeterna -e, quod futurum est, ut fiat in opere.

**praecognitor,** -ōris *m.* *a* praecognoscere. *i. qui praecognoscit* (*de deo vel Christo*): IREN. 4, 29, 2 quotquot scit non crédituros deus, cum sit omnium -r (TRACT. Pelag. 4 p. 94 hoc . . . argumentum -r o. dominus ante prospexit). AMBR. fid. 2 prol. 14 si discens *est Christus*, non *est* -r. FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 62, 5.

**praecognitus** *v.* praecognosco.

**praecognōscentia,** -ae *f.* *a prae et* cognoscentia. *t. t. phil. de cognoscentia, quae ante cognoscentiam est, sed post eam intellegitur*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 57 p. 1084A -am . . . cognoscentia prae- *[Baumgartner]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cedit (*vel* -a[m] . . . cognoscentia⟨m⟩, *v. Hadot, Christl. Platonismus, 1967, 398 adn. 300; ceterum cf. locum sequentem*). 4, 23 p. 1129$^{D}$ omnia . . . quae voces nominant post ipsum *deum* sunt; . . . eodem modo praeexsistentia, praeviventia (-vid- *trad.*), -a *sunt* haec, quae conficiuntur; . . . haec omnia apparentibus secundis et intellecta sunt et nominata; (p. 1130$^{A}$) postquam enim apparuit cognoscentia, et intellecta et appellata est -a; eodem modo et praeexsistentia et praeviventia.

***praecognōsco**, -nōvī, -nitum, -nōscere. *a* prae *et* cognoscere. *legitur imprimis p. p. p.* -tus, *sc. singulis locis apud* PLANC. *et* SVET. *et saepius inde ab* ITALA, *maxime apud Christianos; raro occurrunt formae act. inde a* MAR. VICTORINO, RVFINO, AVG.; *vox deest poetis; cf.* praenosco.

*i. q. ante cognoscere, ante scire* (*item fere* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. PR 261–263). *plus minusve abundanter accedit adv.* ante AVG. civ. 20, 15 p. 442, 30 D. pecc. mer. 2, 15, 22. *al.* CONSVLT. Zacch. 2, 11 p. 70, 14 BOETH. (*v. sub 2b*); *cf.* in ante EPIST. pontif. *sub 1a. pendent acc. (nom.) dupl.* RVFIN. apol. Orig. 1 p. 555$^{A}$ AVG. pecc. mer. 1, 39, 70 in psalm. 57, 5 ORIG. in Matth. ser. 81 p. 192, 18, *acc. c. inf.* AMBR. in Luc. 2, 3 AVG. pecc. mer. 2, 15, 22 GREG. M. moral. 26, 2, quod AVG. in euang. Ioh. 42, 16, *enunt. interrog.* PS. PROSP. vocat. gent. 2, 29 OP. imperf. in Matth. 13 p. 711 BOETH. arithm. 2, 20 p. 104, 16; *cf.* talis . . . ut *p. 502, 11; accedunt praepos.* ad *l. 62,* in *c. abl. p. 502, 14. 16. 33 (an etiam* in *c. acc. l. 74?)*.

1 *pro obi. est, quod cognoscitur, antequam evenit vel est (antequam quis animadverti voluit* EVGIPP.): **a** *-unt homines* (*daemones* AMBR., *quilibet cogitans* FAVST. REI. [*in sententia generali*]; *non nisi p. p. p.* -tus *praeter* ORIG.): PLANC. Cic. fam. 10, 15, 4 quodsi latro -to nostro adventu . . . se recipere coeperit, Bruti erit officium occurrere ei (OROS. hist. 3, 2, 6 -to a. hostium [*Iust. 6, 7, 3* cum a. hostium praesensissent]). SVET. Aug. 97, 1 mors . . . evidentissimis ostentis -ta est. AMBR. in Luc. 2, 3 *daemones* -tum habebant esse venturum *Christum*. AVG. civ. 18, 32 p. 299, 24 D. quid . . . hoc (*sc. Hab. 3, 2*) est, nisi -tae novae . . . salutis . . . admiratio? in euang. Ioh. 93, 4 qui de his futuris . . . instruxerat eos *discipulos*, ne ignaros . . . animos mala inopinata . . . turbarent, sed -ta et patienter accepta ad bona sempiterna perducerent. CONSVLT. Zacch. 2, 11 p. 70, 14 ut in fide tamquam in immobili rupe sistentem . . . *fluctus perfidiae* -ti ante non moveant (*cf. p. 70, 16* pro cautione cognoscere). EPIST. pontif. 622 Schwartz p. 16, 4 nec cui velut insperatum videri potest, quod est in ante -tum. FAVST. REI. grat. 2, 3 p. 63, 26 non ad praenoscentis, sed ad -ti pertinebit reatum omne delictum. ENNOD. epist. 6, 5, 1 p. 152, 22 non est fiducia mea -tis nudata successibus. EVGIPP. Sev. 30, 4 *hostes oppidum oppugnaturi* putantes se -tos quieverunt. ORIG. in Matth. ser. 117 p. 247, 19 quod -ens apostolus consilium Corinthiis dat, ut *eqs. al.*

**b** *-it deus vel Christus* (*et res ad eos pertinentes*): **α** *animantes* (*item numerum hominum sim.; sec. Rom. 8, 29 [v. infra l. 84] sublucet passim respectus praedestinandi, eligendi [quae verba iuxta ponuntur l. 57sqq. 67. 72; distinguitur autem* praedestino *l. 59. 80]; ad meram cognitionem spectant e. g. l. 70sq.*): ⓘ *p. p. p.* -tus: ITALA I Petr. 1, 20 (Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 23 *al.* = VVLG.) *sanguis Christi* -ti . . . ante constitutionem mundi (*gr.* προεγνωσμένου. *ibid. iteratur in codd. quibusdam Italae et Vulg.; respiciuntur fideles*: AVG. civ. 22, 2 p. 555, 17 D. *credendum non est*, quod eos tunc cognoverit deus -tos a. c. m. [*ad Gal. 4, 9* cogniti a deo *ut*: in euang. Ioh. 98, 2 gen. ad litt. 4, 9 p. 106, 6]. trin. 13, 15, 19 -ti et praedestinati et electi a. c. m.). PELAG. in Eph. 1, 11 'praedestinati': ante destinati per fidem, sive -ti. RVFIN. apol. Orig. 1 p. 555$^{A}$ qui hominem dicunt . . . Iesum -tum et praedestinatum. Orig. in Rom. 7, 8 p. 1124$^{B}$ videbitur et qui praedestinatus est, propterea praedestinatus esse, quia -tus est (*et bis ibid.*). AVG. civ. 20, 15 p. 442, 30 D. *dei* praescientia . . . liber est vitae, in quo *sancti* scripti sunt, id est ante -ti. in euang. Ioh. 14, 8 est . . . quidam populus natus ad iram dei et ad hoc -tus. 42, 16 (*ad Ioh. 8, 47* ex deo non estis) non solum . . . vitiosi erant . . ., sed etiam -ti, quod non fuerant credituri. c. Iulian. op. imperf. 3, 198, 1 donec deo -tus sanctorum numerus compleretur. pecc. mer. 2, 15, 22 neminem . . . esse, qui tantum velit, quantum res exigit, ante -tum est. in psalm. 134, 8 *Iacob id* non suis meritis tribuat; ante est -tus, ante praedestinatus, ante electus. CONC. Carth. a. 411 (Corp. Christ. 149 A) 1, 55 l. 233 *Christus* traditorem suum . . . non solum cognitum in discipulorum numerum pertulit, verum etiam -tum in discipulorum numerum adsumpsit (*de eodem*: ORIG. in Matth. ser. 81 p. 192, 18 *discipulus* ne forte ipse esset, qui -tus erat proditor). PROSP. in psalm. 106, 39 ecclesia catholica in electis suis, -tis a deo, . . . non minuitur. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 20 p. 673$^{C}$ filii promissionis . . ., -ti et praeordinati in regnum dei (ORIG. in Matth. 13, 27 p. 255, 20). 2, 29 *deus* sicut praescivit . . ., ita semper -tum habuit, quantus piorum numerus . . . ad aeternam beatitudinem pertineret. *al. masc. pro subst. de electis* (*cf.* FAVST. REI. *sub a*): ORIG. in Matth. 13, 27 p. 255, 24 (*ad psalm. 70, 6*) ut sit protector -torum deus. ⓘⓘ *formae activae*: RVFIN. Orig. in Rom. 7, 8 p. 1127$^{A}$ sicut non omnes praedestinavit *deus*, ita neque omnes -vit (*sc. eligendo*). AVG. in psalm. 57, 5 deus -vit homines peccatores. ORIG. in Matth. 17, 4 p. 587, 30 *pater parabolae Matth. 21, 28sqq., i. deus*, accedens ad primum *filium* . . ., quem -vit et praefinivit, *sc. ecclesiam* (*gr.* προέγνω. *respic. Vulg. Rom. 8, 29* quos praescivit et praedestinavit. *item* in Matth. ser. 81 p. 193, 32 deum sanctificantem quos -it et quos praedestinavit vocantem).

**β** *res* (*non nisi p. p. p.* -tus *praeter* OP. imperf.): IREN. 3, 16, 7 -ta sunt . . . omnia a patre, perficiuntur autem a filio (*ibid. iterum.* AMBR. fid. 1, 15, 97). *ibid.* exspectans eam horam, quae est a patre -ta (*ibid. iterum; cf. ibid.* tempus passionis [5, 1, 1]). AMBR. spir. 2, 2, 20 *patris et fili et spiritus sancti* consilium non de rebus incertis aliquibus, sed -tis et statutis. AVG. anim. 1, 12, 15 p. 315, 28 si peccata nondum facta . . ., sed -ta et futura puniuntur. octo quaest. 2 susceptio hominis . . . ab eo *verbo* -ta est. pecc. mer. 1, 39, 70 divino spiritu . . . talis vita humana -ta atque praedicta est, ut non iustificetur in conspectu dei omnis vivens (*psalm. 142, 2*). CASSIAN. conl. 17, 25, 14 cum sit ei *censurae dei* ante ortum uniuscuiusque -tus finis. LEO M. serm. 67, 2 quia multum diversum . . . est id, quod in Iudaeorum malignitate -tum et quod in Christi est passione dispositum. OP. imperf. in Matth. 13 p. 711 *deus* -it quid volumus. FVLG. RVSP. praedest. 1, 16 in quo *parvulo* nulla peccatrix -ta est aetas. ORIG. in Matth. ser. 88 p. 203, 9 *si Petrus Christum* deprecatus fuisset, ut repelleretur ab eo -ta ipsi denegatio eius. *al.*

2 *pro obi. est, quod cognoscitur, antequam alia cognoscuntur vel fiunt* (*non nisi p. p. p.* -tus [*neutr. pro subst.* PROSP.] *praeter* GREG. M. moral. 26, 2 *et* RVSTIC.; *vi praeverbii haud raro minus perspicua*): **a** *quod sequitur non pendet e cognitis*: IREN. 3, 12, 7 *Petrus* -tum . . . eis *Iudaeis* deum custodivit. EPIST. Alex. l. 33 H. priora facta iam -ta praetereo. AVR. VICT. Caes. 7, 2 qua *potentia* . . . -tis moribus potitus *Otho*. AVELL. p. 156, 19 quantum famae mobilitate -tum est. *accedit respectus agnoscendi, probandi*: PROSP. c. coll. 21, 3 apostolica . . . sedes, quod a -tis sibi non discrepat, cum -tis probat et, quod iudicio iungit, laude non dividit. **b** *quod sequitur pendet e cognitis*: RVFIN. Basil. hom. 5, 15 p. 1779$^{B}$ qui prudenti . . . prospectu rerum mortalium instabilitate -ta cor suum . . . praeparat. OROS. hist. 7, 4, 2 -ti . . . gentium tumores comprimebantur. CASSIAN. inst. 4, 7 *qui monachus fieri vult*, imbutus . . . prima institutione humilitatis . . . atque in ea longa exercitatione -tus admiscendus ex hoc congregationi fratrum alii traditur seniori. BOETH. diff. top. 4 p. 1216$^{B}$ ut progrediatur, ratio ex ea pendet, quod (*immo* quae?) natura generis ante -ta est (herm. sec. 2, 7 p. 154, 23 quoniam *id* . . . ostendimus, ad ipsa Aristotelis verba veniamus, in quibus per haec a. -ta facilis poterit evenire cognitio. in Porph. comm. sec. 1, 5 p. 150, 4 nisi sint haec a. -ta, illa . . . non possunt cognosci). RVSTIC. c. aceph. p. 1233$^{A}$ quia intellectu -entes duas *Christi* naturas, deinde admoventes unitionem, unam continuo effici dicimus. GREG. M. moral. 2, 26 *diabolus* in extremo filiorum mortem intulit, ne . . . minus percuteret rerum amissio, -ta morte filiorum. 26, 2 *arrogantes* requirere . . . de errore despiciunt, si quando se errasse veraciter -unt. *abl. absoluto sine subst.* (*cf.* cognito *vol. III 1515, 9sqq.*): BOETH. arithm. 2, 20 p. 104, 16 -to . . ., quid in planis numerorum figuris vis ipsa quantitatis naturaliter operetur, ad solidos numeros non erit ulla cunctatio.

3 *absolute de deo cognoscente ante omnium constitutionem*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 23 ipse *deus* . . . praeexistens, praevivens, -ens.

*deriv.*: praecognitio, praecognitor. *Baumgartner.*

**praecolligo**, -ere. *a* prae *et* colligere. [*perperam editum est Migne 64, 983$^{B}$. 994$^{D}$ pro* praesyllogizare, *v.* BOETH. top. Arist. lat. 148b8. 156a7.] *i. q. antea colligere* (*sc. intellegendo*): RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 117, 19sq. -it . . . sanctitas tua recte ab ipsis initiis et finem ecclesiasticae causae; ego vero ex litteris, quas modo accepi, non eundem -am.

**praecolo**, -cultum, -ere. *a* prae *et* colere. [*falso coniciebatur olim* AVELL. p. 616, 14 triumphis . . . -uisse *concordiam pacis* (praecolisse *trad.*, praetulisse *Guenther*).]

*i. q. antea colere* (*notionem comparativam q. e. prae aliis colere, ornare sim. noluimus agnoscere, v.* STAT. *sub* **2.** praecultus *et* AVELL. *supra*): 1 *ante alias actiones, status sim., sc. praeparando* (*p. p. p.* -tus *vergit in vim adi. notionis q. e. praeparatus; indicatur cui rei quid paretur l. 65. 71*): CIC. part. 80 animi habitus ad virtutem quasi -ti et praeparati rectis studiis (AVG. quant. anim. 32, 68 multis aliis, quae tibi desunt, animus ad haec intuenda . . . -endus est). AVG. epist. 138, 1, 1 si auriculis eorum minus fidei pietate -tis sermo iste non sufficit. util. cred. 10, 24 p. 31, 5 adhibendo iis fidem, quae ad -endum et ad praecurandum animum sunt divinitus constituta. 17, 35 p. 45, 26 *animos* rationi -it fides. 2 *ante suum tempus, sc. praepropere, inconsulte*: TAC. ann. 14, 22, 2 quibus *hominibus* nova et ancipitia -ere avida . . . ambitio est.

**praecolōro**, -āre. *a* prae *et* colorare. *i. q. ante, sc. in parte adversa, colorare* (*vim praeverbii temporalem intellegunt alii*): VINCENT. LER. 25, 5 qui mala gramina et noxios succos medicaminum vocabulis -ant, ut nemo fere, ubi suprascriptum legerit remedium, suspicetur venenum (*25, 3 haereticorum pagina* veteris testamenti sententiis . . . colorata).

**praecommodo**, -āre. *a* prae *et* commodare. *i. q. antea commodare* (*cf.* GLOSS. II 418, 28 προκιχρῶ: -o): COD. Theod. 14, 27, 2 (= Iust. 11, 29, 1) *tot* solidos ex dinummio vectigali . . . -ari decernimus, ita ut ex titulo navium . . . repensetur. CORIPP. Iust. 1, 7 -o linguam: vos, divae, date verba.

*[Korteweg]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**[praecommovēbunt** *e codd. interpolatis receperunt edd. nonnulli* Sen. Thy. 302 (prece commovebo *E*; prece commovebunt *L. Müller et vol. III 1945, 3; coni. alii alia*).]

**praecompōno,** -positum, -ere. *a* prae *et* componere. *i. q. antea componere, fingere* (*sc. simulandi causa*): Ov. fast. 6, 674 -to nuntius ore venit. *Korteweg.*

**praecōnābilis,** -e. *a* praeconare. *i. q. praedicabilis, laudabilis*: Paschas. verba patr. 93, 11 l. 5 F. opera ... eius *Macarii* magna et vitam -em cognoscentes videre eum ... festinamus.

**praecōnārius** *v.* praecon(i)arius.

**praecōnātio,** -ōnis *f.* *a* praeconare. *i. q. praedicatio* (*gr. resp.* κήρυγμα): Iren. 3, 3, 3 quae est ab apostolis in ecclesia traditio et veritatis -o (praeconiatio *edd. vet.*). 3, 12, 3 manifestam ... -em (*v. act. 3, 12sqq.*) Petrus ... praeconavit eis. Chrysost. hom. III 840[A] crux prophetarum -o, crux annuntiatio apostolorum *est.*

**[praeconcinnātō** mendacio *ex emend. vetere olim legebatur* Apvl. met. 5, 27, 1 (freconcinnato m. *F*, e re concinnato m. *edd. plerique*).]

*?* **praeconcitus,** -a, -um, *sc. p. p. p. ex* prae *et* concitus *compositum. i. q. antea commotus, antea excitatus, praemissus sim.*: Descens. Christi 7, 2 (rec. B; *loq. latro cum Iesu crucifixus ad inferos perveniens*) ego ⌊denique veni -us⌋; ipse vero post me venit continuo (⌊ ⌋ d. v. concitus *vel* eum praeveni concitus *var. ll.*; *rec. A et gr. aliter*).

**praecondio,** -īre. *a* prae *et* condire. *i. q. antea condire* (*sc. ante coquendum*): Apic. 8, 8, 12 leporem ⟨pipere⟩ sicco sparsum: ... hunc -es ...; piper, ... thymum ... liquamine collues, postea in furnum, coques (*dum coquitur alio condimento spargitur, deinde cum pipere sumitur*).

**praecondo,** -ditum, -ere. *a* prae *et* condere. *fere i. q. antea vel ab exordio condere sim.* (*fere destinando, disponendo sim., sed significando, figurando* Leo M., Prosp.; *p. p. p.* -tus *excepto* Prosp.): Avg. gen. ad litt. 7, 23 p. 222, 5 in illo *angelico spiritu* inest animae humanae creandae -ta ratio, sicut in homine futurae prolis suae, ut corporum quidem humanorum parentes homines sint, animarum autem angeli (p. 222, 16 multo minus ... in aliqua corporali creatura causalis a. r. -ta est). 7, 28 p. 227, 20 deum ab exordio saeculi ... simul omnia creavisse, quaedam conditis iam ipsis naturis, quaedam -tis causis. Leo M. serm. 26, 1 (*agitur de Luc. 2, 8sqq.*) apud dominicorum praesules gregum hodie euangelizandi forma -ta est, ut nos quoque cum caelestis militiae dicamus exercitu: 'gloria in excelsis *eqs.*' (Prosp. vocat. gent. 2, 11 p. 696[B] in Isaac ... contra spem sterilium senum nato omnium gentium vocatio et tota Christi f. -itur). Avell. p. 403, 10 ecclesia, in qua utique generaliter -ta est remissio peccatorum.

**[praecōnfessio** *perperam editum est Migne 64, 983[B] pro* prius confiteri, *v.* Boeth. top. Arist. lat. 148b7.]

**praecōnfiteor,** -ērī. *a* prae *et* confiteri. *i. q. antea confiteri, concedere* (*gr. resp.* προδιομολογεῖν): Boeth. top. Arist. lat. 110a37 hic ... locus convertitur et ad construendum et destruendum ...; destruenti ... nichil oportet ex concessione disputare ...; construentibus autem -endum, quoniam *eqs.* (*var. l.* prius confitendum; *postea*: prius concedendum).

**praecōnfundo,** -ere. *a* prae *et* confundere. *i. q. antea confundere* (*sc. cogitatione sim.*): Chalc. transl. p. 49[B] -i mentis aciem necesse est et aestuare ... de igni *definiendo* (*gr.* προαποϱηθῆναι περὶ πυϱὸς ... ἀναγκαῖον).

**praecōnia** *v. sub* praeconium *et* praeconius.

**praecōniālis,** -e. *a* praeconium. *i. q. ad praeconium pertinens, laudabilis*: 1 *vi instrum. de eis, quibus aliquid praeconatur, laudatur sim.* (*sc. de dictis, vocibus praeter l. 60*): Cassiod. var. 7, 5, 1 (*agitur de aula pulchra*) haec nostrae sunt oblectamenta potentiae, imperii decora facies, testimonium -e regnorum (praeconale *var. l.*). in psalm. 7, 18 haec confessio -is accipienda est, quae gaudenti animo domini virtutibus exhibetur (*opp. confessio paenitentis ut* 34, 18[21]). 39, 16(20) 'euge' verbum ... -e est (110, 3 confessionem ..., quae v. -bus explicatur). 80, 4(3) laudes domini -i ... voce cantare. 135, 5 narrationem -em. 145, 9(8) istis decem sententiis -bus (*sc. psalm. 145, 6sqq.*). 2 *vi passiva de eis, quae laude digna sunt, fere i. q. laudandus sim.*: Cassiod. var. 9, 25, 3 (*ad senatores*) -es viri. anim. 11 l. 43 H. (*agitur de membris corporis*) omnia -ia creata sunt, si peccatis polluentibus non redderentur obscena. -e est *c. inf.*: Cassiod. var. 8, 1, 2 pietati vestrae -e est diligere, quorum patres contigit vos amasse.

*adv.* **praecōniāliter.** *i. q. modo praeconiali, laudabiliter*: Cassiod. var. 10, 11, 5 quicquid -r egeris, ... *regiae stirpis* matrimonio dignissimus aestimaris (*antea*: gloriosis actionibus). in psalm. 17, 48(49) in ... mundo -r vindicatur ecclesia, quando ... infideles ad verae religionis penetralia perducuntur.

**praecōn(i)ārius,** -a, -um. *a* 1. praeco; *cf.* praeconium(-us). -niar- Pass. Caecil. *i. q. ad praeconem pertinens, praeconius; non nisi in iunctura* vox -a: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 1, 12 p. 620 Herodes ... circa muros -a (praeconia *ed. Schüssler 1, 26*) voce declarari iussit populi se bono ... advenisse (*gr. 1, 295* κηρύσσειν). Pass. Caecil. 21 cum ... caederent eum *martyrem*, vox -a (praeconia *var. l.*) clamabat haec super eum dicens: 'deos ... blasphemare noli'. *cf. var. l. pro* praeconius: Ps. Greg. Tvr. Thom. 6 Z. Pass. Caesar. (bhl 1511) 13.

**[praecōniātio** *olim legebatur* Iren. 3, 3, 3, *v. sub* praeconatio.]

**praecōnio,** -āre. *a* praeconium. [*falsa var. l. pro* praecinere Hier. in Nah. 2, 1sq. l. 25; *pro* praeconare *praebent edd. vet.* Iren. 1, 10, 3. 3, 1, 1. *al.*] *i. q. praeconare, praedicere*: Comm. apol. 275 Moyses -at illis *Iudaeis*: 'ante tuos oculos pendebit vita necata' (*respicitur deut. 28, 66*).

*****praecōnium,** -ī *n.* (*de fem. v. infra*). *a* 1. praeco. *scribitur*: pre- CE 699, 10 (*saec. VI?*). 1975, 3 (*saec. IV*). Inscr. christ. Diehl 1743 (= Tun. Merlin 1704) *et saepius in codd.*; -cun- *in pap. Paris.* Alc. Avit. hom. 25 p. 145, 32 *et hic illic in codd. medii aevi.* *notatur* p. coniis CIL X 6850, 9 (*aet. Theoderici*). Not. Tir. 67, 5 -um. *forma* -a *pro sing. fem. accipi videtur* Sacr. Gelas. 848 M. Epist. Austras. 39 (*cf. ibid.* 37). *syllaba* -co- *corripitur locis* CE *supra allatis.* *de notione*: Exc. Bob. gramm. I 554, 24 -um ἢ κήρυξις. Gloss. -um: praedicatio alicuius rei. -a: laudes. vocis -um: laudem. *sim. al.* Gloss.[L] V Aa p 947 -a: laudes vel gloriae. *ceterum v. l. 46sqq.* *legitur inde a* Plavto, Catone, Cic., Paneg. in Mess., Prop., Ov.; *in versibus adhibetur fere plur.* (*sing.* Plavt. Men. 1155 Prvd. perist. 10, 564 Comm. instr. 2, 15, 1. 2, 20, 13 CE 1975, 3), *qui in sermone soluto occurrit inde a* Cypr. Fort. 11 mortal. 10 Paneg. 4, 15, 2. *abiit fortasse in gr. byz.* πρεκώνιν, *v. Kambylis, Glotta 45, 1967, 227sq.* [*confunditur in codd. maxime cum* praecordia, *e. g.* Ov. trist. 1, 6, 35 Stat. Theb. 2, 176 (*falsa var. l.* Vvlg. III Esdr. 3, 21, *an etiam* Ps. Evseb. Gallic. hom. 37, 1 l. 17G.*? e coni. dub.* Licent. carm. ad Aug. 45) *et cum* praeco (*v. p. 495, 37. 499, 70*).]

I *proprie de actione praedicandi, divulgandi, quae fit verbis dictis vel scriptis sim.*: A *strictius de officio praeconis, qui victum praeconando quaerit* (*addidimus imagines notabiliores*): Plavt. Men. 1155 *rogo*, -um mi ut detis, *sc. auctionis futurae* (*item respicitur auctio*: Cic. Rab. Post. 45 *Postumi bona* nummo sestertio a me addicuntur? o meum miserum acerbumque -um! Lex met. Vipasc. [cil ii 5181] 10 scripturae -i: qui -um conduxerit, praeconem ... praeb⟨eto⟩. *addas l. 34. 39*). Cic. de orat. 2, 86 hominis ..., ut tu ... de quodam clamatore dixisti, stultitiae suae quam plurimos testes domestico -o colligentis. Att. 13, 12, 2 Ligarianam praeclare vendidisti: posthac quicquid scripsero, tibi -um deferam. fam. 6, 18, 1 qui facerent -um, vetari esse in decurionibus (*in eadem re: ibid. iterum.* Lex Iul. munic. [cil i[2] 593] 94 que⟨i⟩ -um dissignationem libitinamve faciet [*item* 104]. *ceterum*: Svet. gramm. 3, 2 pater eius *Praeconini* -um fecerat). 7, 24, 1 *Tigellium* addictum ... esse Calvi Licinii Hipponacteo -o (*respicitur Calv. carm. frg. 3*). Svet. Nero 24, 1 *Nero in ludis* victorem ... se ipse pronuntiabat; qua de causa et -o ubique contendit. Apvl. met. 6, 7, 3 tuo, *Mercuri*, -o praemium investigationis publicitus edicere (*sim.* -o *aliquis investigatur vel citatur*: Fortvn. rhet. 1, 18[19] *bis.* Ivlian. epit. novell. 6, 2 patriarcha legitimis eum *episcopum* -is revocet [*Novell. Iust. 6, 2* inclamationibus]. 105, 3 -is ... absentes partes vocare [*Novell. Iust. 112, 3 pr.* praeconum vocibus]). Gloss.[L] V Abba prae 21 -um: gloria, praedicatio alicuius rei et ⌊laus antecedens theatrum⌋ (⌊ ⌋ *huc traximus sec. Ernout-Meillet s. v.* praeco, *qui adnuntiationem fabulae a praecone factam intellegunt; sim.* Aa p 946, *ubi Theander supplet* ⟨proscaenium⟩: theatrum, *sc. duas glossas distinguens*).

B *laxius de quorumlibet actione* (*agunt* rumor Ov. epist., carmina Ov. Pont. *sub 1a*, fama Coripp. *sub 1b; ceterum v. p. 506, 74sqq.*): 1 *usu vario*: a *in bonam partem, sc. cum colore laudandi*: Cic. Arch. 20 mandari versibus aeternum suorum laborum ... -um *omnes patiuntur.* fam. 5, 12, 7 -um, quod ... Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit. Paneg. in Mess. 177 non ego sum satis ad tantae -a laudis. Ov. am. 3, 12, 9 formae -a feci (epist. 15[16], 141 magna ... de te rumor -a fecit. ars 3, 535 Val. Max. 5, 1 ext. 1). ars 1, 623 delectant etiam castas -a formae. met. 12, 573 videor debere ... -a rebus Herculis. trist. 1, 6, 35 quantumcumque tamen -a (praecordia *var. l.*) nostra valebunt, carminibus vives tempus in omne meis (*inde sim.* CE 1988, 42 [*saec. III/IV*]). Pont. 4, 8, 45 carmina vestrarum peragunt -a laudum. Val. Max. 3, 2, 22 *quendam bene meritum* Graecia omnium saeculorum memoriae litterarum -o inculcat. 8, 14, 1 vir Homerico quam rudi atque inpolito -o dignior. Sen. dial. 9, 1, 13 in usum tuum, non in -um aliquid ... scribe. Lvcan. 4, 813 tibi ... digna damus ... meritae -a vitae; haud alium *eqs.* Plin. nat. 4, 24 *Athenae nullius* -i amplius *indigent.* 16, 62 *fraxinus* Homeri -o et Achillis hasta nobilitata. Sil. 2, 336 tanta accumulat -a leto. Stat. Theb. 2, 176. Cypr. epist. 10, 2 quibus ... vos laudibus praedicem ...? robur pectoris vestri ... quo -o vocis exornem? Ps. Apvl. Ascl. 26 *ut* deus ... frequentibus laudum -is benedictionibusque celebretur. *et saepe.* b *in neutram vel malam partem*: Ov. epist. 16(17), 209 (*loq. Helena*) non ita contemno ... -a famae, ut probris terras impleat illa meis. trist. 4, 9, 19 (*poeta minatur inimico*) nostra per inmensas ibunt -a gentes. 5, 1, 9 ut cecidi, ... perago -a casus *mei.* Pont. 1, 1, 55 (*de confessione culpae meritaeque poenae*) talia caelestes fieri -a gaudent. Apvl. apol. 84, 2 Pudentilla ... sanitatem suam a ... calumniis *accusatorum* quodam -o vindicat. 84, 7 *inhumanum fuit* provulgari eas litteras et potissimum fili -o publicari. Cypr. Demetr. 17 *ut priores* ultiones ... nullo vocis -o revolvamus. Macr. somn. 1, 14, 2 quasi quodam publico -o ... humano generi divinitatem inesse testatur. Cassiod. in psalm. 18, 8(7) *definitione* κατὰ μεταφοϱὰν rem aliquam sub brevi -o quae sit ostendimus (*vix ad a*). Coripp. Ioh. 6, 276 fama per innumeras spargens -a linguas ... *refert* properare Iohannem.

*[Breimeier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**2** *usu christiano*: **a** *generatim respicitur fere praedicatio dei, euangelii, fidei eiusve doctrinae sim.* (*cum colore laudandi e. g. l. 16 et 20, vaticinandi hic illic in iunctura* -um prophetarum, *v. p. 506, 72; praedicat ipse Christus l. 7. 19. al.*): TERT. anim. 3, 3 Christus piscatores . . . ad -um emittens. adv. Iud. 9, 24 *Iohannes baptista Christum esse* agnum dei demonstrando inluminabat mentes hominum -o suo. adv. Marc. 3, 24 p. 422, 10 hoc inauditi . . . regni -um soli Christo reservaverat *deus*. pudic. 10 p. 239, 15 misericordiam dei . . . quasi destructuram -um verebatur *Ionas*. IREN. 1, 25, 3 uti . . . avertant aures suas a -o veritatis (*gr.* κηρύγματος). CYPR. Fort. praef. 5 p. 319, 15 in . . . fratribus . . . ad -um dominicae confessionis . . . armandis (11 p. 338, 23 ediderunt confessionum -a). idol. 15 p. 31, 13 ut Christus . . . non tantum -o vocis sed et passionis testimonio praedicaretur (*item praeconatur deus, Christus*: LACT. inst. 1, 4, 2 de uno deo -um faciunt *prophetae* [1, 4, 8 -um dei singularis]. AVSON. rhop. 27 quis digne domino -a continuabit [-o *trad.*]? PRVD. perist. 10, 564 ampli nominis -um. *sim. al.; cf. supra* CYPR. Fort.). HIL. in Matth. 10, 17 ut . . . excelso loquentium -o audiantur *praedicanda*. 16, 10 post illa indultae et beatitudinis et potestatis tanta -a (*respiciuntur verba Christi Matth. 16, 17sqq.*). OPTAT. 1, 5 p. 8, 9 *baptisma* omni laudis -o dignum est. HIER. epist. 60, 2, 2 ut . . . Nineve . . . illius, *sc. Ionae*, -o salvaretur. AVG. c. Gaud. 1, 34, 44 p. 243, 15 ad docendum . . . populum Israel . . . deus prophetis -um dedit, non regibus imperavit. COMM. instr. 2, 20, 13 dominum -o (-a *trad.*) tanto clamante⟨m⟩, . . . qui iubet *eqs. et saepius.* **b** *speciatim deus de se praedicat* (*cf.* praedicatio *p. 545, 41*): LACT. inst. 4, 14, 19 *si se deum Christus ipse dixisset*, hoc erat non de uno deo facere -um . . ., sed . . . se ab eo, quem inlustratum venerat, separare. HIL. in psalm. 139, 2 p. 778, 10 *ut Christus*, cum ex susceptione carnis infirmitatis in eo sermo esset, -um quoque mox non infirmandae ex aliquo divinitatis adsisteret.

**II** *transfertur*: **A** *ad mercedem praeconis* (*cf.* indicium *vol. VII 1, 1150, 82sqq.*): CATO agr. 146, 1 (*in lege oleae vendendae*) qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit omnis pecuniae centesima accedet, -um praesens *nummorum tot.*

**B** *ad ea, quae praedicatione efficiuntur*: **1** *potius de ipsis dictis, scriptis eorumve argumentis* (*exempla notabiliora; de sono classici l. 39; huc vergunt quaedam sub IB allata, ut l. 6, p. 504, 75*): **a** *generatim*: α *usu vario*: PROP. 3, 3, 41 (*Calliope per imaginem dissuadens carmen heroicum*) nil tibi sit rauco -a (praeconica *var. l.*) classica cornu flare (flere *trad.; sunt, qui -a pro adi. habeant, ut vol. III 1279, 23*). OV. trist. 2, 65 invenias vestri ⌊-a nominis⌋ illic, *sc. in met.* (primordia laudis *var. l.*). Pont. 3, 1, 45 ut sint -a nostra vera. SEN. dial. 12(11), 8, 2 Caesaris tui opera, ut per omnia saecula domestico narrentur -o, . . . conpone. LVCAN. 1, 472 fama . . . nuntia belli innumeras solvit falsa in -a linguas (CE 1408, 9 haec tibi quae cecini non sunt -a f.). PLIN. nat. 25, 78 Iubae volumen . . . extat de ea herba et clarum -um. 31, 41 clarissima aquarum omnium . . . frigoris . . . palma -o urbis Marcia est. APVL. met. 5, 10, 8 *ne* populis tam beatum eius *Psyches* differamus -um. flor. 16, 38 quid addi potest ad hoc -um viri consularis? *al.* β *usu christiano*: IREN. 1, 27, 4 adulterant veritatem et -um ecclesiae laedunt (*cf.* 5, 20, 2 relinquunt -um ecclesiae. AVG. op. monach. 32, 40 p. 592, 5 qui hoc dicit, adversus sanctae scripturae manifesta -a . . . armatur). 4, 41, 4 apostolum . . . omnia consonantia veritatis -o docuisse. 5 praef. manifestato -o ecclesiae, quod prophetae . . . praeconaverunt . . ., perfecit . . . Christus *eqs.* (CASSIOD. in psalm. praef. p. 10$^C$ ut perfecta eorum *psalmorum* -a comprobentur. PRIMAS. in apoc. p. 830$^B$ utriusque testamenti. *cf.* AVG. epist. 102, 14 p. 557, 1 cum tanta manifestatione de illo compleantur -a prophetarum [137, 16 p. 119, 2 APON. 3 p. 48]. SACR. Leon. 247 = Gelas. 902 M. inplesti). ARNOB. nat. 1, 65 p. 63, 5 M. Christus . . . portans . . . -um salutare credentibus. AVG. civ. 22, 7 p. 565, 27 D. legebantur . . . -a praecedentia prophetarum (COMM. apol. 53 legitis multorum -a ⟨vatum⟩. EPIST. pontif. 385 Conc.$^S$ I 2 p. 99, 2 legimus eius a *vobis* . . . scripta -a). c. Faust. 13, 18 p. 399, 25 si etiam veris de Christo -is iam superfluo creditur. *et saepius.* *de precatione quadam*: ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 31 sollemnis huius -i (*cf. l. 16* supplicationem cum laude divina, *l. 26* praedicationis).

**b** *speciatim, sc. -a respiciunt singulos quosdam locos, sententias sim.* (*sc. fere sacrae script. praeter* PLIN.): PLIN. nat. 18, 300 sunt qui accendant in arvo et stipulas, magno Vergili -o (*georg. 1, 84sqq.*). 25, 58 *medici drachmas* quaternas dedere, claro Herophili -o, qui helleborum fortissimi ducis similitudini aequabat *eqs.* TERT. resurr. 19 p. 51, 6 dispectio tituli et -i ipsius (*sc. vocabulorum* resurrectio mortuorum, *de quibus 18 p. 49, 16* edictum dei). IREN. 5, 18, 1 illud solum verum est ecclesiae -um, quoniam *eqs.* CYPR. epist. 60, 2 p. 692, 10 (*ad Romanos de Rom. 1, 8*) *Paulus* -o futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocabat. AMBR. Isaac 5, 49 *sponsa* tanto secura -o (*cant. 4, 12sqq.*). HIER. epist. 27, 3, 3 postquam domino terga praebuit *asellus*, coepit Esaiae consonare -o: 'beatus, qui *eqs.*' (*Is. 32, 20*). NICET. spir. 7 verbum . . . filius intellegendus est, secundum Iohannis -um: '. . .' ([*Ioh. 1, 3*]. MAR. MERC. Conc.$^S$ I 5 p. 35, 30 s. Pauli -um, qui ait: '. . .' [*act. 17, 30sq.*]. FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 2, 2 quos s. beati Pauli -um 'deus vult salvos fieri *eqs.*' [*I Tim. 2, 4*]. ISID. eccl. off. 2, 13, 3. *cf.* GREG. M. moral. 1, 1 iuxta sponsi -um [*sc. cant. 2, 2*]). AVG. serm. 185, 3 *Christo* -um vocis angelicae factum est: 'gloria in excelsis *eqs.*' (*Luc. 2, 14*). PS. AVG. c. Fulg. Rev. Bénéd. 58, 1948 p. 192, 22 legis -o praemonente: '. . .' (*Sirach 33, 15*). VICT. VIT. 1, 11 ut Daviticum -um conveniret: '. . .' (*psalm. 38, 2sq.*). *al.*

**2** *potius de laude, fama sim., qua quis fruitur* (*pauca minus dubia praebemus huius usus, a quo et IB1a et IID1 aegre discernitur*): TERT. nat. 2, 16, 5 potuerunt . . . novorum apud Romanos pomorum ⟨repertores⟩ meruisse -um divinitatis (*cf. 2, 16, 6* deos haberi). AVSON. 178, 5 p. 42 P. inviolata tuens castae -a vitae *Pudentilla*. Mos. 404 quos . . . facundia . . . contulit ad veteris -a Quintiliani. CLAVD. DON. Aen. 4, 320 p. 400, 19 omnium castarum -a superans *Dido*. CLAVD. 28, 117 falsa pii -a sumpsit *Augustus*. MART. CAP. 5, 436 (*loq. Rhetorica*) quae . . . *in litibus* mihi de discriminum fatis promeriti eventus -a compararim (*antea*: gloriam). OROS. hist. 7, 18, 6 Aurelius Alexander . . . imperator creatus . . . digno aequitatis -o fuit (*vix ad D1*). *al.*

**C** *ad quaelibet, quae sine voce, sine verbis aliquid praedicant, testantur, celebrant sim.* (*sc. fere de actionibus, de ipsis hominibus* INSCR.; *paulo aliter, sc. de laude ab elementis sim. deo oblata* AMBR. epist. 77, 4 Z.; *ceterum v. quae ad D monuimus*): SEN. contr. 4 praef. 6 declamavit Pollio Asinius intra quartum diem, quam filium amiserat: -um illud ingentis animi fuit. TERT. apol. 50, 5 *Dido* rogo secundum matrimonium dedit: o -um castitatis! CYPR. mortal. 10 post opera magnifica, post misericordiae suae, *sc. Tobiae*, multa et gloriosa -a (*respicitur Tob. 1, 3sqq.*). TRACT. Pelag. 4 p. 107 ille . . . dilectus a domino discipulus et, quod tanti muneris -o dignus esset, specialiter adnotatus. CASSIAN. inst. 11, 10, 1 post innumera virtutum -a (*sim.* 11, 11). VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 3 p. 105$^B$ ille *Manichaeus humanam naturam Christi negans* deitatis -a, iste *Photinus deitatem negans* humanitatis allegat (*antea*: virtutes . . . infirmitates). GREG. M. dial. 2, 3, 1 -o . . . eximiae conversationis celebre nomen eius *Benedicti* habebatur. INSCR. christ. Diehl 1743 (= Tun. Merlin 1704) ⟨vi⟩duitatis et ve⟨r⟩ecundie -um, castita⟨t⟩is et p⟨i⟩etatis exe⟨mplum⟩. *al.*

**D** *ad causam vel materiam praedicationis, laudis sim.* (*saepe accedit gen. subi. aut gen. indicans, ex qua re laus orta sit; locos, ubi gen. potius qualitatem actione praedicatam indicat, v. sub C*): **1** *de actionibus vel qualitatibus laudandis, laude dignis sim.*: **a** *exempla varia*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 337, 14 *bonitas dei* etiam hoc -o suo addidit, quod . . . domicilium homini commentata est (*-um pertinet ad deum ut*: HIL. in psalm. 148, 6 p. 863, 16 *inanima* per institutionis ordinem . . . -um creatoris ostendunt. IVLIAN. in Iob 37, 22 pro immensitate -orum eius. *al.*). resurr. 11 p. 39, 16 hucusque de -o carnis adversus inimicos . . . eius. SOL. 1, 125 *pater capitis damnatus* donatus filiae in memoriam tanti -i reservatus est (*1, 124* alere eum uberibus suis deprehensa est; *Plin. nat. 7, 121* miraculo). 35, 4 Callirhoe . . ., fons . . . ex ipso aquarum -o sic vocatus. FIRM. math. 2, 30, 1 ad imaginem te divinitatis . . . forma, ut sis semper -o bonitatis ornatus (*al. apud eundem; vix ad I, cf. enim* 6, 25, 5 sapientia et -o b. ornatos. *6, 26, 5* dignitate b. ornari. *sim.* 5, 1, 16 -o simplicitatis ornatos). HIER. epist. 54, 2, 1 utinam -a feminarum imitarentur viri (CASSIOD. inst. 1, 1, 9 multa de -is huius f., *sc. Ruth*, . . . copiosa laude celebravit *Bellator*). VITA Hil. Arel. 2 l. 8 -orum sublimium redundat ubertas (*item de virtutibus, miraculis sancti*: 31 l. 11 -um . . . triumphalibus meritis praeponendum. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 161 -a maxima. 6, 504 ut . . . -a laudes [*antea*: mirabere gesta]. *al.*). CASSIOD. hist. 10, 27, 2 princeps multis -is adornatur, maxime vero clementia, mansuetudine *eqs. et saepius.* **b** -um est *sim. c. inf.*: CASSIOD. var. 3, 51, 2 *inter improbos* magnum -um videtur esse ad talia crimina pervenire. 4, 2, 1 per arma fieri posse filium grande . . . constat esse -um. 6, 15, 3 ubi est vel intrasse -um. GREG. M. moral. 1, 1 immensi est -i bonum etiam inter malos exstitisse (*opp.* culpae est).

**2** *de hominibus, in quibus aliorum laus consistit*: CASSIOD. var. 1, 32, 1 (*ad urbis praesulem*) tuum -um est populus quietus. 5, 43, 1 germanam nostram, generis Hamali singulare -um. compl. in II Cor. 1, 12 *Paulus* -um suum dicens esse Corinthios, sicut et ipsorum probabatur apostolus (*ad II Cor. 1, 14* gloria vestra sumus sicut et vos nostra).

*appendix syntactica*: **1** *accedit gen. indicans*: **a** *quis (quid) praedicet, laudet*: α *gen. animantium* (*exempla selecta*): CIC. fam. 7, 24, 1 Calvi Licinii. PLIN. nat. 16, 62 Homeri. 18, 300 Vergili. APVL. flor. 16, 38 viri consularis. IREN. 2, 34, 1 eius *Christi* (5, 20, 2. *cf.* HIER. in Matth. 20, 29sqq. l. 1140 salvatoris [*nisi ad b*β]). 4, 36, 8 apostolorum (PS. AMBR. serm. Sess. 3, 1 p. 122$^A$ ISID. eccl. off. 2, 13, 3). HIL. in Matth. 12, 23 prophetarum (AVG. civ. 22, 7 p. 565, 27 D. epist. 102, 14 p. 557, 1. QVODV. prom. 1, 35, 48 prophetae David. LEO M. epist. 10, 1. *al.*). *al.* β *gen. rei*: OV. epist. 16(17), 209 famae (VITA Fulg. p. 103 L.). VAL. MAX. 3, 2, 22 litterarum. PLIN. nat. 31, 41 urbis. IREN. 1, 27, 4 ecclesiae (5 praef. 5, 18, 1. 5, 20, 2). CYPR. Demetr. 17 vocis (epist. 10, 2 idol. 15 HIER. epist. 58, 1, 1. AVG. serm. 185, 3 angelicae. VAL. CEM. hom. 14, 1. *al.; cf.* AVG. in psalm. 8, 8 omnium verborum linguarumque). AVG. op. monach. 32, 40 sanctae scripturae (VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 4 p. 106$^A$. *cf.* PS. AVG. c. Fulg. Rev. Bénéd. 58, 1948 p. 192, 22 legis [LEO M. epist. 10, 1 PRIMAS. in apoc. p. 830$^B$]. CARM. adv. Marc. 4, 193 veteris . . . verbi. *sim. al.*). *al.*

**b** *quid (quis) praedicetur, laudetur*: α *gen. rei* (*cf. p. 507, 19*): CIC. Arch. 20 suorum laborum -um (PS. EVSEB. GALLIC. hom. 72,

[*Breimeier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 G.). Ov. am. 3, 12, 9 formae (ars 1, 623. 3, 535). trist. 2, 65 vestri -a nominis (CYPR. laps. 2 boni [*nisi ad c*]. PRVD. perist. 10, 564. *al.*). 5, 1, 9 casus. SEN. contr. 4 praef. 6 ingentis animi. VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 morum Alexandri. LVCAN. 4, 813 vitae (CE 709, 1. *de praedicatione christ.*: CARM. adv. Marc. 3, 97 GREG. M. past. 3, 8 p. 59$^{A}$). STAT. Theb. 2, 176 famae. TERT. adv. Marc. 1, 26 p. 326, 22 bonitatis (HIL. in psalm. 146, 5 divinae). 3, 24 p. 422, 10 regni (IVVENC. 1, 436. *cf.* 1, 420 salutis). 5, 13 p. 622, 4 legis. resurr. 39 p. 82, 19 resurrectionis (HIER. epist. 51, 4, 5). IREN. 1, 25, 3 veritatis (4, 41, 4 HIL. trin. 9, 1 l. 33. *al.*). CYPR. epist. 60, 2 futurorum. DICT. 1, 12 fidei ... Antenoris (*usu christ.*: PS. AMBR. serm. Sess. 2, 2 p. 120$^{B}$ [*nisi ad aβ*]. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 3, 6 G.). *al.* *β gen. animantium*: APVL. met. 5, 10, 8 eius *Psyches*. PANEG. 7, 3, 1 utriusque vestrum. LACT. inst. 1, 4, 8 dei (SACR. Gelas. 42 M. *de eodem*: CASSIOD. in psalm. 33, 2[1] ipsius. 43, 9 l. 154 domini [118, 62 CE 712, 11. *al.*]. VEN. FORT. Mart. 3, 489 Christi. *sim. al.*). VIGIL. TRID. ad Ioh. 1 p. 552$^{C}$ martyrum. *al.*

c *qua re -um consistat* (*cf. gen. indicantes qualitatem vel actionem laudabilem p. 505, 11. 506, 7 sqq. 45, appellationem honorificam p. 506, 11*): PANEG. in Mess. 177 laudis ([*nisi ad b, quo potius pertinent* OV. Pont. 4, 8, 45 NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 2]. *sed certe gen. inhaerentiae*: PS. APVL. Ascl. 26 OPTAT. 1, 5 p. 8, 9 EPIST. pontif. 216 Hil. coll. antiar. p. 165, 3. *al.*). APRING. in apoc. 4, 8 vaticinii.

2 *accedunt epitheta indicantia*: **a** *quis (quid) praedicet, laudet*: CIC. Rab. Post. 45 meum (*cf.* OV. trist. 1, 6, 35 nostra [4, 9, 19. *al.*]. APVL. met. 6, 7, 3 tuo. *sim. al.*). de orat. 2, 86 domestico (*i. suo; aliter, sc. familiari sim.* SEN. dial. 12[11], 8, 2). VITA Cypr. 1, 3 alieno. HIL. trin. 1, 17 euangelici ac profetici (5, 6 CONC.$^{S}$ I 5 p. 168, 31). 1, 28 apostolicis (5, 6. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 4 p. 106$^{C}$ prophetico atque a. *al.*). OPTAT. 7, 1 p. 165, 13 divinum (AVG. epist. 258, 4 p. 608, 15 in psalm. 7, 14). PETR. CHRYS. serm. 91, 7 angelico. VICT. VIT. 1, 11 Daviticum. **b** *genus praedicationis* (*pauca selecta*): CIC. fam. 7, 24, 1 Hipponacteo. VAL. MAX. 8, 14, 1 Homerico. ARNOB. nat. 1, 65 p. 63, 5 M. salutare. PS. SEN. epist. Paul. 14 rethoricis. VICT. VIT. 3, 69 vaticinante. **c** *quid (quis) praedicetur, laudetur*: PROP. 3, 3, 41 classica (*si recte pro adi. habemus, v. p. 505, 39*). CASSIOD. hist. 11, 17, 3 imperatoria (*Socrat. 7, 21 p. 784$^{B}$* βασιλικοὺς ... λόγους). *ceterum nimirum pron. poss., e.g.* DRAC. laud. dei 3, 737 tua. GREG. M. moral. 22, 17 suis.

3 *accedunt praepos.* (*sive ad solum subst. sive etiam ad iuncturas verb. pertinentes*): PLIN. nat. 25, 78 Iubae ... extat de ea herba ... -um (PRVD. apoth. 397 tot -a de te. AVG. epist. 146 -a de me tua. c. Faust. 12, 7 -a prophetarum ... de domino. *al.; cf. et p. 504, 57. 505, 14. 26*). NICET. virg. laps. 20 multis super castitatem tuam -is *dictis*.

4 -um est *sim.*: **a** *cum enunt. secund.*: IREN. 5, 18, 1 illud solum verum est ecclesiae -um, quoniam propria conditio ... portavit eum *Christum*. PALLAD. hist. mon. I 35 p. 321$^{A}$ de quo tale refertur -um, quod ... numquam habuerit *eqs.* (*gr. p. 137, 7 B.* οὐ φέρεται ὅτι).
**b** *cum inf.*: *v. p. 506, 55 sqq.*

5 *accedit oratio recta*: *v. p. 505, 78 sqq.*

*deriv.*: praeconialis, praeconio; *cf.* praecon(i)arius.

**praecōnius**, -a, -um. *a* 1. praeco, *cf.* praeconium. *in titulis notatur* praec, *v. sub 1a.* *legitur semel apud* CIC., *in titulis nonnullis aet. imp. et inde a* TYCON., *maxime in vitis sanctorum; de* PROP. 3, 3, 41 *v. p. 505, 39.*

*i. q. ad praeconem pertinens*: 1 *adi.*: **a** *iuxta varia subst.*: CIC. Quinct. 95 *vir*, cuius vox in -o ⌊quaestu prostitit⌋ (quaestum praestitit *var. l.*, *unde* cui vox in -o quaestum praestitit *olim R. Klotz*). CIL XI 3294, 6 decurialis decuriae Iuliae -ae consularis (XIV 2265, 5. *fere eadem scriptura breviata*: VI 1944, 9 ordo d. I. praec cos *et* 9026/27, 5 <d>ec praec co<...> [*sed vulgo solvitur* praeconum]).
**b** vox -a: *α de voce ipsius praeconis*: sub voce -a (*spectat ad officium praeconis in iure*): PASS. Caesar. (BHL 1511) 13 consularis interrogavit his verbis sub v. -a (praeconaria *var. l.*). coron. 8 *tribunus* iussit eos sub v. -a (praeconis *var. l.*) introduci (Stephan. [BHL 7845] 12. *cf. ibid.* 16 iussit ... eum adduci sub v. -a praeeunte). *ibid.* tribunus ... sub v. -a dicens (Mar. Marth. [BHL 5543] 18. Secundian. [BHL 7550] 8 iussit ... eos ... fustibus caedi sub v. -a dicens: '...'. *ibid. iterum. cf. ibid.* 7 respondit ad eos sub v. -a). Secundi (BHL 7558) 4 proconsul ... iussit eum ... sub v. -a caedi dicens: '...' (*cf. l. 68 et* ANON. Vales. 14, 82 frustati per publicum sub v. -a ducerentur). *aliter*: PS. GREG. TVR. Thom. 6 Z. totam civitatem vox -a (praecona, praeconaria *var. ll.*) replet dicens: 'audite *eqs.*' (*cf. gr. p. 5, 6 B.* ὁ δὲ βασιλεὺς κήρυκας ἀπέστειλε κηρῦξαι). *β de voce quorumlibet praeconantium*: TYCON. in apoc. 177 B. (*ad 8, 13* aquilam ... dicentem voce magna: vae *eqs.*) verbum dei significat ... plagas novissimi temporis voce -a nunciantem (*inde Caes. Arel. in apoc. 6 p. 231, 5* magna v.). GREG. TVR. vit. patr. 17, 2 p. 729, 15 *ut episcopus mandata non servantibus* imminere mortem proximam voce -a testaretur. VITA Amator. (BHL 356) 26 *turba agrestium* -a voce confitens eum *Amatorem* dei amatorem esse.

? 2 *fem. pro subst. de tabulis gesta laudantibus* (*tabulas a praecone publice propositas intellexit De Rossi conferens tabulas auctionarias [Cic. Catil. 2, 18]*): PASS. coron. 9(22) *Diocletianus* praecepit omnes curas *Asclepii* in eodem templo in -as (praegomas, praegonas, precogas *sim. var. ll.*) aeneas cum caracteribus infigi.

*cf. Onom.*

**praecōnizo**, -āvī, -ātum, -āre. *a* 1. praeco (*ad formationem cf.* paganizo *sim.*). [*falso edd. vet. pro* praeconare IREN. 5 praef. IGNAT. Philad. 7, 2. *cf. etiam p. 509, 3.*] *i. q. praeconare, praedicere*: GEST. Pilat. 4, 3 dicit Iesus: Moyses et prophetae -verunt de morte et resurrectione mea (praeconizati sunt, praecinerunt, annunciaverunt *var. ll.; gr. rec. A* (προ)εκήρυξαν).

**praecōno**, -āvī, -ātum, -āre *et* **praecōnor**, -ātus sum, -ārī. *a* 1. praeco. *depon.*: PS. AVG. serm. 61, 2. 214, 3 (*v. infra l. 72*). CONC.$^{S}$ I 3 vers. Tur. p. 7, 19. 15, 3. 26, 18 ARNOB. in psalm. 92 APRING. in apoc. 5, 2 VEN. FORT. vita Germ. 53, 145; *vix* IREN. 5, 12, 3 (*act. var. l., quod genus exstat 30$^{ies}$ apud eundem*). *legitur inde ab* ITALA, IREN. [*langob. vet.* apregonar; *hisp.* pregonar; *port.* pregoar. *cf. M.-L. 6711. Battisti-Alessio I 260. Corominas$^{2}$ IV 634. Machado$^{3}$ IV 420. St.*] [*falso trad.* SEN. epist. 95, 46 pr(a)econarique (ire conarique *Bücheler, cf. confusionem inversam infra l. 49*). *dub. trad.* PS. AMBR. serm. 48, 7 p. 703$^{C}$ *Agnetem* trahi ad lupanar ... sub voce -antis ducis (*v. Max. Taur. serm. 56 p. 645$^{B}$, ubi* praeconis. *ad rem cf. p. 496, 80*). *e coni. dub.* PLAVT. Merc. 17 (-tus *pro trad.* perconatus *proponit Lindsay, probat Enk*).]

*fere i. q. praedicare*, κηρύττειν (*quod in* GLOSS. *et gr., ubi nihil adnotavimus, respondet*): 1 *usu vario* (*de ipsis apparitoribus eorumve vices agentibus l. 31. 40. 69. p. 509, 2. 15, in edicto promulgando p. 509, 16, cf. l. 43; ceterum maxime de euangelio vel deo christiano praedicando sim., sc. fere cum colore adnuntiandi, declarandi sim.; in notionem vaticinandi vergit e. g. l. 59. 79. p. 509, 7 [sed opp.* praenuntiare *infra l. 77]; pro subi. sunt res l. 42 sqq. 75. 79; accedit dat. l. 34 sqq. 47. 50. al.*): **a** *sine acc.*: ITALA gen. 41, 43 (Ps. Orig. tract. 5, 27 B.) praeco ante eum *Ioseph* -vit (*cod. 101* praedicavit, *Vulg.* clamante praecone. *eodem spectat* LIB. iubil. 40, 8 -verunt in conspectu eius). IREN. 3, 12, 6 apud Iudaeos -antes apostoli (*cf.* 4, 41, 3 Esaias in Iudaea -ans). 4, 36, 5 variis gentibus -bant *prophetae et apostoli* (*item cum dat. pers.*: IGNAT. Philad. 7, 2 spiritus mihi -vit dicens haec: '...'). PS. AVG. serm. ed. Mai 168, 2 per musicam David propheticam -vit dicens: '...' (*psalm. 2, 7. eadem structura*: PS. ORIG. tract. 5, 30 B. [*inde* ISID. in gen. 30, 19]. IGNAT. *supra*). QVODV. prom. 2, 33, 71 spretis ... -antis verbis (*sc. Hieremiae; fortasse pro subst.*). MART. CAP. 1, 63 *regiam Iovis* ingressuros ... nominatim vocabat Fama -ans. PS. ORIG. hom. Migne suppl. 4, 853 *Herodes* audivit ... angelos -antes. *subi. est res*: PS. AMBR. paenit. 16 p. 989$^{D}$ *Nabuchodonosor* non desiit solum deum verum ex toto corde decretisque -antibus confiteri (*v. Dan. 3, 96*). PETR. CHRYS. serm. 137, 3 verbum iudicat, vox -at (praetonat *var. l.; antea*: Iohannes vox est, *postea*: praeco).

**b** *cum acc.*: *α rerum*: ITALA Is. 61, 1 (Iren. 3, 9, 3) misit me *prophetam* ... -are captivis remissionem et caecis visionem (*Cypr. testim. 2, 10* praedicare, *sim. Vulg.*). IREN. 2, 30, 6 veritatem -verunt *prophetae* (ire conaverunt, ire conati sunt *var. ll.*). 3, 1, 1 *euangelium apostoli* -verunt. 3, 9, 1 paenitentiam ... eis ... -bat *Iohannes baptista* (3, 10, 1). 4, 20, 8. 12 sermones, qui -bantur. 4, 33, 13 resurrectionem *Christi*. 4, 34, 4 haec (*sc. Is. 57, 1*) ... in prophetis ... -bantur (*sim.* 4, 36, 2. RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 220, 42 illud, quod per prophetae vocem -atur ...: '...' [*Is. 50, 6*]). 5, 12, 3. 5, 30, 3 manifeste ... -ari nomen ⌜antichristi (5, 30, 4 [*quater*]). PS. HIER. epist. 19, 10 p. 198$^{D}$ *multa, quae* -bantur, effecta sunt. PS. AVG. serm. ed. Mai 168, 1 humanis vocibus ... deitas -atur. PS. ORIG. tract. 16, 23 B. *Christum* -antem, quae ... noluerat ... audire *Israel*. CONC.$^{S}$ I 3 vers. Tur. p. 7, 19 propheta Christi sacramentum ... -tus est dicens: 'egressus es *eqs.*' (*gr. I 1, 1 p. 14, 14* προανακέκραγε. *eadem structura*: p. 15, 3 [*gr. I 1, 1 p. 22, 10* διακηρύττει]). ARNOB. in psalm. 96 p. 465$^{B}$ prophetas ... adventum domini -antes. 97 p. 466$^{C}$ iubilate ... conspectum domini -antes saeculis. PS. FVLG. RVSP. serm. 70 p. 943$^{B}$ cui, *sc. Christo*, debemus semper gratias -are. *in figura etymologica*: IREN. 3, 12, 3 manifestam ... praeconationem Petrus ... -vit eis (*sc. act. 3, 12 sqq.; cf.* 5 praef. praeconio ecclesiae, quod prophetae ... -verunt). *β animantium*: IREN. 2, 30, 9 quem *deum* prophetae -ant (4, 35, 2. *ironice de statua adoranda*: CHRYSOST. hom. I 859$^{C}$ qualis deus, qui ut disci possit, publice -atur? [*ad Dan. 3, 4* praeco clamabat *eqs.*]). 4, 24, 2 *apostoli* in circumcisione (*i. Iudaeis*) -bant filium dei (DIDYM. serm. [Rev. Bénéd. 73, 1963] p. 10 l. 22 pater ... f. desuper -bat, *sc. post baptisma. cf. l. 77 sq. 83 et* PS. AVG. serm. 214, 3 = PS. FVLG. RVSP. serm. 3 p. 861$^{B}$ ipsum -at *Stephanus* [-atur *Ps. Aug.*]. PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 36, 2 agnum ... angelus -vit. ARNOB. in psalm. 92 hunc -ta sunt flumina scripturarum). *accedit acc. vel nom. praedic.*: IREN. 4, 36, 2 quem ... dominum -bant *apostoli* incredulis. 4, 36, 5 alii ... adventum praenuntiabant filii dei, alii vero praesentem eum *Christum* ... his, qui longe erant, -bant. 5, 21, 1 ex eo (*sc. e gen. 3, 15*) ... *Christus* -batur observans caput serpentis. 5, 22, 1 quem ... lex -verat deum (*nisi ad l. 67. item dubites de* APRING. in apoc. 5, 2 operatorem horum *universorum* deum magestatis intellegunt et -antur). 5, 25, 1 regem se vult -ari *apostata*. PS. CYPR. tract. 25 filium ..., quem Isaias dominum Sabaot [ut] -ret. *ad structuram cf. etiam p. 509, 19.*

**c** *pro obi. accedunt aliae structurae*: *α oratio recta* (*cf.*

[*Breimeier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*p. 508, 37. 54. 59*): ITALA apoc. 5, 2 (cod. g) audivi angelum fortem -antem voce magna: 'quis dignus *eqs.*' (*Vulg.* praedicantem. *cf.* VICTORIN. POETOV. *ad l.* praeco ... -vit [praeconicavit *var. l.*], anne aliquis dignus esset *eqs.*). PS. AVG. serm. 61, 2 iterum atque iterum -ari: '...' (*sc. Ioh. 14, 27. sim. afferuntur verba scripturae*: CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 26, 18 -bitur et per nos ... Paulus: '...' [*gr. I 1, 1 p. 32, 20* κεκράξεται, *alt. versio I 2 p. 43, 30* clamabit]. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 221, 12 ante -tum est: '...'). *β acc. c. inf.*: IREN. 1, 27, 3 patriarchas ... non participasse salutem, qui in Marcione fuit serpens -vit. ZENO 1, 13, 2 (1, 3, 3 L.) sabbatum ..., quod violandum ... non esse -at *Iudaeus.* GREG. TVR. glor. mart. 83 p. 545, 21 dei illa munere ... praestita *esse* -vi. *γ enunt. secund.* (*v. etiam l. 3*): IREN. 1, 10, 3 quemadmodum factus est 'qui non erat populus populus' (*Rom. 9, 25*) ... -are *prudentiae est.* 3, 21, 4 *spiritus* -vit, quis et qualis esset adventus domini. CASSIOD. Ios. antiq. 14, 402 Herodes ... iussit -ari iuxta murum, quod bono populi praesto esset. NOVELL. Iust. 14, 1 -amus ..., quia *eqs.* (*gr.* προαγορεύομεν).

2 *praevalente colore laudandi sim.* (GLOSS. V 135, 26 -are laudare): GREG. TVR. Mart. 2, 44 Maroveus ... aderat, non inmerito Helari beatissimi discipulus -andus. VEN. FORT. carm. 3, 21 tit. domino ... apostolicis actibus -ando ... Avito papae Fortunatus (*sim.* epist. [carm. 5, 5] 1. vita Albin. 1, 1). vita Germ. 53, 145 *muliere caeca sanata* adstantes sancti Germani -ti sunt merita.

*deriv.*: praeconabilis, praeconatio. *Breimeier.*

**praecōnspicābilis,** -e. *a* prae *et* conspicabilis. *i. q. valde conspicabilis* (*sc. quod omnes vident; an cogites de vi praeverbii temporali, i. quod praevideri potest?*): CASSIOD. in psalm. 96, 6 ('viderunt omnes populi gloriam eius') 'viderunt' hic non carnalibus oculis, sed cordis lumine debemus accipere; ... sive, ut quidam volunt, -is (-i *cod. unus; var. l.* perspic- *testari videtur Migne*) domini significatur adventus.

**praecōnsūmo,** -ptum, -ere. *a* prae *et* consumere. *i. q. antea consumere*: OV. met. 7, 489 *Minos Atheniensibus bellum inlaturus noluit prius cum Aeginetis pugnare atque* suas ibi -ere vires. trist. 4, 6, 30 *multum est* vires afferre recentes, nec -ptum temporis esse malis.

**praecontemplātio,** -ōnis *f.* *iuxta* praescientia *sec. gr. formavisse videtur interpres derivatum verbi a* prae *et* contemplari *componendi. i. q. actio antea contemplandi quae futura sunt*: CASSIOD. hist. 1, 14, 12 scivit de illo *Christo* deus praescientia et -e, quia *eqs.* (*gr. Theodoret. 1, 4, 12* προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ).

**praecontēstor,** -ātum, -ārī. *a* prae *et* contestari. *i. q. antea contestari* (*sensu passivo, cf. vol. IV 690, 75*): NOVELL. Iust. 83, 1 si ... quaedam -tae sunt lites, *antequam hac lege interdictae sunt* (*gr.* προκατήρχθησαν, *Iulian. epit. novell. 77, 2* iam contestatae sunt).

**praecontrecto,** -āre. *a* prae *et* contrectare. *i. q. antea contrectare*: OV. met. 6, 478 spectat eam *Philomelam* Tereus -atque videndo (-tract- *var. l.*).

**praeconvinco,** -ere. *a* prae *et* convincere. *i. q. antea convincere, refellere*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 147, 42 abominamur ... Cyrilli capitula ... -entes eas, quae in ipsis sunt, blasphemias (*sc. praevenientes iudicium totius ecclesiae*).

**praecoquē** *et* **praecoquis** *v.* praecox.

***praecoquo,** -xī, -ctum, -ere. *a* prae *et* coquere. *scribitur* -cocuntur PLIN. nat. 18, 288. NOT. Tir. 103, 50sqq. -it. -xit. -tum. [*falsam var. l. pro* praecox *v. ibi.*]

*i. q. antea coquere*: **1** *calore naturali; coquitur aliquid ante suum tempus, praemature*: VITR. 2, 3, 2 summum corium *laterum* sol acriter cum -it, efficit ut *interiora postea arescentia corium rumpant* (*Cet. Fav. 10* cito desiccat). PLIN. nat. 18, 288 *nimio vapore* acini ... -untur in callum. *loco dubio*: PLIN. nat. 14, 81 quidam ex quacumque dulci *uva*, dum ⌊-ta⌋, alba, faciunt *passum* (⌊ ⌋ *codd. praeter antiquissimum M, qui exhibet* praecotu; *sunt qui intellegant adi. notionis q. e. valde maturus*; percocta *coni. C. F. W. Müller, Krit. Bemerkungen, 1888, 16; restituasne* praecoci *coll. Colum. 12, 39, 1 ad passum faciendum* uvam praecoquem bene maturam legere*?*).

2 *calore admoto ad conficienda medicamenta vel alimenta; coquitur aliquid: antequam denuo coquitur*: APIC. 8, 8, 1 in aqua -itur *lepus* modice, deinde componitur in patina [ac] coquendus oleo in furno. *antequam subministratur sim.* (*vi praeverbii minus conspicua; gr.* προέψειν *confert Vietmeier, Cael. Aur. als Übersetzer, Diss. 1937, 86*): CAEL. AVR. acut. 1, 10, 73 ex melle atque oleo ... -ta *alica* (*antea*: decocta). 1, 15, 132 *mulsum adhibendum est*, sed -to melle. 2, 18, 107 quo *suco* sit -tus mali punici cortex (*cum abl. ut*: chron. 1, 5, 161. 5, 10, 125). 2, 18, 109 in qua *aqua* fuerint -tae palmulae (2, 24, 136 in quo *mulso* -ta vel praeinfusa fuerit ruta. 3, 4, 42 *Heraclides* utitur mulso, in quo -it ficum. chron. 4, 3, 26 spongiae ... expressae ex decoctione ... liquoris, in quo -ta sint mala punica. *al. apud eundem*). 2, 29, 160 amylum cum aqua -tum ... admiscuerunt. *al. apud eundem.*

**praecoquus** *v.* praecox. **praecor** *v.* precor. *Korteweg.*

***praecordia,** -ōrum *n. plur.* (*sing. fem. et neutr. v. infra*). *a* prae *et* cor. *scribitur* prec- VERG. Aen. 2, 367 *et* 7, 347 *cod. M, et saepius in codd. medii aevi.* NOT. Tir. 44, 60. *de formis: inter neutr. pluralia tantum afferunt* PROB. app. gramm. IV 196, 10 CHAR. gramm. p. 37, 13 B. *al.*; *sing.* -um *exhibet* ORIBAS. syn. 4, 41, 3 La p. 43 (*praecedit ibid. plur.* -is), -cors *sec. adi.* discors, excors *sim. fingitur apud* VINDIC. *p. 512, 17*; *fem. sing.* -a, -ae (*cf. gr.* καρδία) *exhibent* ITALA gen. 49, 6 (Lugd., *nisi n. plur. sec. gr. cum verbo sing. iungitur, sed cf.* -am *ibid.* 50, 21). BARNAB. 8, 3. 9, 1 (*sed neutr. acc. plur.* 14, 5). PLIN. phys. Bamb. 80 tit. 80, 1 ORIBAS. syn. 5, 17, 5 Aa p. 60. *al.* ISID. orig. 10, 102 (*textu non sano?*). PASS. Theclae A 24 p. 64, 5. *al.*; *formae fem. plur. traduntur falsa var. l.* COLVM. 12, 11, 2 (*SA*). MARCELL. med. 21, 12 PS. APVL. herb. 79 l. 10; *acc.* -as *pro nom. adhibitum vix recte tueri videtur Martin* COMM. instr. 2, 29, 4 (*cf. acc. plur.* -a apol. 902). *de notione*: CHAR. gramm. p. 37, 13 B. haec -a ὑποχόνδρια (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 550, 12 σπλάγχνα τὰ ὑποχόνδρια). ISID. orig. 11, 1, 119 -a sunt loca cordis vicina, quibus sensus percipitur (*v.* SERV. Aen. 7, 347 *infra sub IA1a*); et dicta -a eo quod ibi sit principium cordis et cogitationis. GLOSS. ὑποχόνδρια. καρδιότης. σπλάγχνα. cor est. interiores partes. GLOSS.[L] V Abba PRAE 16 partes proximae cordi. *cetera v. infra suis locis, imprimis sub IIB.* *legitur singulis vel binis locis apud* PLAVTVM, CATONEM, LVCIL., CAEL. or. frg., *tum frequentius in poesi inde a* CIC. Arat. (*3*), VERG. (*6*), CIRI (*2*), HOR. (*6*), TIB. (*1*), PROP. (*2*), OV. (*20 vel 21*), *in prosa oratione apud* CIC. *philos.* (*3*), LIV. (*1*), SEN. contr. (*2*), VAL. MAX. (*7*) *et saepius inde a* CELSO. [*abrut.* precordie; *sard. sept.* prikoggi. *cf. M.-L. 6713 et Faré, Postille. St.*] [*loco manco* STAT. silv. 2, 2, 147.]

*i. q. pars corporis, quae circa cor vel sub corde est* (*v. quae praemonuimus sub II; usu proprio praeter IA2 et C*): **I** *generatim. maxime de pectore (quae vox saepe iuxta ponitur) vel eius inferiore vel intima parte, cf.* -a intima: VERG. Aen. 7, 347 OV. epist. 16, 135 met. 4, 507. 6, 251 APVL. met. 10, 3, 5. *al.*, ima: SEN. dial. 3, 1, 4 epist. 20, 1. 45, 7 APVL. met. 2, 16, 6. 8, 27, 6. *al.*, penita: APVL. met. 9, 26, 4; *de pectore exteriore v. e. g.* CIRIS 346 OV. met. 1, 549 *et p. 511, 43*; tota -a: CAEL. or. frg. (17 M.) Quint. inst. 4, 2, 123 APVL. met. 6, 31, 5. 10, 2, 5 *et p. 511, 12sqq.*

**A** *hominum* (*rei personatae p. 511, 2sqq.*): **1** *vi plus minus corporali* (*in imag. e. g.* HOR. epod. 11, 15 OV. met. 4, 507 PRVD. cath. 7, 20): **a** *exempla varia* (*selecta inde a* SEN.): PLAVT. Merc. 124 genua hunc cursorem deserunt; perii, seditionem facit lien, occupat -a. CAEL. or. frg. (17 M.) Quint. inst. 4, 2, 123 temulento sopore profligatum, totis -is stertentem (*cf. in imag.* PRVD. cath. 7, 20 animus ... pigris stertat ut -is). CIC. Tusc. 1, 96 *veneno poto* extremo spiritu, cum iam -is conceptam mortem contineret *Theramenes.* VERG. georg. 2, 484 sin ... frigidus obstiterit circum -a sanguis, *quominus arcana naturae prodam* (*cf.* SCHOL. Hor. ars 465 Empedocles ... dicebat tarda ingenia frigido circa -a sanguine inpediri [*cf. frg. B 105* αἷμα ... περικάρδιον]. *ceterum cf.* VERG. Aen. 10, 452 frigidus Arcadibus coit in -a sanguis. LVCAN. 2, 557 STAT. Theb. 2, 669. *al.*). Aen. 7, 347 *Amatae Allecto* unum de crinibus anguem conicit inque sinum -a ad intima subdit (*349* inter vestis et levia pectora. SERV.: quae sunt loca cordi vicina, quibus sensus percipitur. *cf.* OV. met. 4, 507 -a ... intima movit *Tisiphone*). CIRIS 346 assiduis mulcens -a palmis (*341 et 345* pectus). HOR. epod. 11, 15 meis inaestuet -is libera bilis (*sat. 1, 9, 66 et carm. 1, 13, 4* iecur). 17, 26 levare tenta spiritu -a (*cf. de sede spiritus*: LIV. 42, 16, 3 vivere *eum* ... ex calore et spiritu remanente in -is. VAL. MAX. 4, 6, 2 spiritum ... ex ipsis -is et visceribus hausit [*postea*: pectore]. APVL. met. 8, 27, 6. *al.*). *al.* OV. met. 8, 791 *Fames* se in -a condat sacrilegi. *al.* SEN. dial. 3, 1, 4 *iratis* exaestuante ab imis -is sanguine. CVRT. 4, 16, 13 cum avide *aquam* turbidam hausissent, tendebantur extemplo -a premente limo. APVL. met. 10, 28, 3 parvulae ... delicata ac tenera -a conficit protinus virus infestum. AVG. civ. 14, 24 p. 51, 7 D. paululum -is contrectatis tamquam de sacculo ... proferunt *quae comederunt.* *al.* **b** *-a telis transigere, figere sim.*: VERG. Aen. 9, 413 hasta ... fisso transit -a ligno. OV. epist. 9, 157 exegit ferrum sua per -a (*Althea ut met. 8, 532* per viscera. *cf.* SEN. contr. 7, 5, 2 adactum in -a gladium. VAL. MAX. 6, 8, 3 egit). 10, 107 non poterant figi -a *Thesei* ferrea cornu *Minotauri* (*postea*: pectore. *cf.* 12, 185 *sub 2a*). met. 6, 251 rupit -a ferro (*item* 13, 476). VAL. MAX. 3, 2, 13 gladio -a sua transverberavit. *sim. al.*

**2** *-a sunt sedes cogitationum, virtutum, affectuum sim.* (*hic illic transit in vim ipsius mentis, affectus sim., imprimis* PROP. 2, 4, 21 APVL. met. 4, 2, 2 *et sub b*; *cf. explicationes supra l. 12. 41 et seriem vocum similium* DRAC. laud. dei 2, 42 pectora, cor, sensus, animam, -a, mentem [*sim.* Orest. 558]): **a** *usu pagano* (*exempla post* OV. *selecta*): LVCIL. 590 ego ubi quem ex -is ecfero versum (*cf.* PROP. 2, 1, 41 nec mea conveniunt duro -a versu Caesaris in Phrygios condere nomen avos [*antea*: pectore]). VERG. Aen. 2, 367 victis redit in -a virtus. 9, 596 *Numanus* tumidus ... novo -a regno. CIRIS 272 ille mea ... oppugnat -a Minos (*268* nostris qui moenibus assidet hostis). HOR. epod. 5, 95 inquietis adsidens -is pavore somnos auferam. sat. 1, 4, 89 condita cum verax aperit -a Liber (*Porph.* quae in penitiora mentis condiderat). TIB. 1, 1, 63 non tua sunt duro -a ferro vincta (*postea*: corde. *cf.* OV. epist. 12, 185 si forte preces -a ferrea tangunt. PS. QVINT. decl. 10, 2 isti ferreum pectus et dura -a [*sim.* HIER. epist. 14, 3, 2]. *al.*; *ad rem v. Pease ad Verg. Aen. 4, 366*). PROP. 2, 4, 21 *puer* saepe uno mutat -a verbo. OV. met. 11, 149 nocitura ... erant domino *Midae* stultae -a mentis (*iuxta* mens: SEN. dial. 6, 26, 4 detectas m. et aperta -a. VAL. FL. 3, 632 tali mentem pars maxima flatu erigit et vana gliscunt -a lingua. *al.*). *al.* STAT. silv. 2, 1, 13 stat pectore demens luctus et admoto latrant -a tactu (*cf. vol. VII 2, 1013, 80sq.*). APVL. met. 4, 2, 2 apud

[*Kendel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mea non usquequaque ferina -a ... arbitrabar *eqs.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 6 totum spirant -a Phoebum. *al.* *per prosopopoeiam de rebus incorp.*: VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 Gillian, quem propemodum ipsius liberalitatis -a constat habuisse. VOPISC. Car. 2, 6 (*de re publica*) eo usque gravata est ..., ut mortalitatis mala -orum timore sentiret.

**b** *in sacr. script. et usu christiano* (*fere vi vocis q. e.* cor; *gr. resp.* καρδία *nisi alia adnotavimus*): ITALA gen. 49, 6 (Lugd.) non veniat anima mea super eos *Symeonem et Levi* et super constantia eorum non contendat -a mea (*gr.* ἥπατα, *Ottob.* viscera, *Tert. adv. Marc. 3, 18* iecora, *Vulg. sec. var. l.* gloria). 50, 21 (Lugd.) locutus est ad -am eorum (*Ottob.* in corde, *Vulg. non resp.*). Luc. 10, 27 (Tert. adv. Marc. 5, 8; *cf. Matth. 22, 37 Marc. 12, 29*) diliges dominum de totis -is et totis viribus et tota anima ([*cf. cod. e* corde ..., anima ..., visceribus, *Vulg.* corde ..., anima ..., viribus]. TERT. ieiun. 2 p. 276, 26 de t. -is credam. *cf.* ex t. -is: EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 14. HERM. vulg. mand. 9, 2 [*Pal.* animo]. 12, 5 [= Pal.]. *al.*; -is t.: PS. CYPR. rebapt. 1 PS. HIL. libell. 1 p. 71, 14 AVG. conf. 1, 15, 24. *al.*). *al.* TERT. apol. 30, 6 *v. sub B.* adv. Iud. 7, 6 quod -a singulorum variis modis a diabolo obsessa fide Christi sint reserata. mart. 2, 2. HERM. vulg. mand. 4, 3 omnium cogitationes -orum novit deus (*gr.* καρδιογνώστης ... ὢν, *Pal. 4, 3, 4* qui omnium viscera et cor praeviderat. *cf.* PASS. Theclae A 24 p. 64, 5 -e [-orum *var. l.*] scrutator). BARNAB. 4, 8 ut dilectio Iesu consignetur in -is vestris. 9, 1 aures -ae vestrae (SACR. Gelas. 408 M. = Greg. 79, 9. MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 898[B]). *al.* PS. HIL. hymn. 1, 12 *Christus* interna nostri pectoris illuminans -a. AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 35 AVG. conf. 9, 12, 29 serm. 208, 2. *al.*

**B** *animalium, signorum* (APVL. met. 4, 2, 2 *v. sub A2a*): CIC. Arat. frg. 17 *Booti* subter -a fixa videtur stella micans radiis, Arcturus (*gr. 94* ὑπὸ ζώνῃ. *item signorum*: Arat. 109 *Canem* tegit obscurus subter -a venter [*gr. 329* γαστέρα *tantum*]. 457 umeros ... et -a [*gr. 671* στήθεα]). fin. 5, 92 cum ... anulus *Polycratis* in -is piscis inventus est (*cf. Herod. 3, 42* ἐν τῇ νηδύι). APVL. met. 4, 21, 1 lanceam mediis iniecit ursae -is. 6, 31, 5 totis ... vacuefacto *asino* -is. *al.* TERT. apol. 30, 6 cur -a potius victimarum quam ipsorum sacrificantium examinantur.

**C** *in descriptione mundi transfertur ad eius partem mediam, intimam* (*cf. Schwarz, Hermes 100, 1972, 614*): MANIL. 1, 17 impensius ipsa scire iuvat magni penitus -a mundi. 3, 61 per mediam, mundi -a, partem disposita *astra*.

**II** *in medicina et descriptione corporis animantium.* *quaerenti, quae pars corporis quibus locis significetur, iam explicationes antiquae inter* φρένες *p. 512, 12,* διάφραγμα *p. 512, 15,* ὑποχόνδρια *p. 512, 4,* exta *l. 83 sqq. variantes indicant vim vocis ne apud medicos quidem sibi constare; tamen imprimis significari videtur ea regio interior vel exterior corporis inter os pectoris et umbilicum sita, quae gr. appellatur* τὰ ὑποχόνδρια.

**A** *exempla varia minus definita* (*selecta post* SCRIB. LARG.): LVCIL. 642 *medicus* prius quam venas hominis tetigit ac -a (*affert* NON. p. 408, 30 tangere: inspicere. *cf. eandem imaginem Pers. 3, 107* tange ... venas et pone in pectore dextram). CELS. 1, 3, 20 ubi amari ructus cum dolore et gravitate -orum sunt, *eqs.* 2, 3, 1 si -a eius sine ullo sensu doloris aequaliter mollia in utraque parte sunt; quod si paulo tumidiora sunt *eqs.* (3, 20, 3. 3, 20, 6. 3, 24, 1 CAEL. AVR. acut. 2, 9, 50). 2, 4, 3 habere ... -a inflammata, dolentia, dura, tumida, intenta (2, 4, 6. 2, 7, 24. 2, 7, 30. *al.*). *et saepe.* SCRIB. LARG. 258 ad -orum tensionem (= MARCELL. med. 22, 19). 265 ad iecinoris, -orum duritiam (*sim.* MARCELL. med. 24, 2). PETRON. 56, 2 medicus, qui scit, quid homunciones intra -a sua habeant et quando febris veniat. PLIN. nat. 20, 42 *cepas* inutiles esse -is et concoctioni. *et saepius.* SER. SAMM. 431 languida si duro turgent -a morbo, *eqs.* (*fortasse sec. Plin. nat. 20, 251* stomachi dolores). *al.*

**B** *explicationes et loci melius definiti* (*sc. fere eo quod distinguuntur partes corporis aliae*): **1** *respicitur regio pectoris circa cor sita vel quae sub saepto transverso comprehendit iecur, stomachum, lienem* (*gr. resp.* ὑποχόνδρια, *nisi alia adnotantur*): CATO agr. 157, 7 si lienes turgent et si cor dolet et si iecur aut pulmones aut -a (*cf. Oribas. coll. med. 4, 42* τὸ διάφραγμα καὶ τὰ ὑποχόνδρια). CELS. prooem. 42 uterum quidem ... spirante homine posse diduci; simul atque vero ferrum ad -a accessit, *eqs.* (4, 1, 4 *transversum saeptum*, quod -is u. diducit). *ibid.* mortui ... -a et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari (2, 15, 2 visceribus ... aut -is. 6, 18, 9[A] ad -a et ad v. *sed fere syn.* THEOD. PRISC. eup. faen. 44 parti *dextrae vel sinistrae* -orum ..., utrisque visceribus [*Cass. Fel. 30 p. 62, 7 resp.* spleni ... epati]). 2, 2, 3 si dolor -orum est aut totius pectoris (4, 8, 2 in p. -isque. 4, 14, 1 -orum totiusque p. PLIN. nat. 11, 207 *infra.* MARCELL. med. 22, 20. *al.*). 2, 7, 31 magis ..., qui *tumor* in -is, quam is, qui in ventre est (2, 8, 30. 3, 7, 2[C]. SCRIB. LARG. 198 stomachi v. que et -orum. 260 ad -orum tensionem, v., stomachi duritiem [*sim.* MARCELL. med. 21, 14]. PLIN. nat. 11, 207 pectus, hoc est ossa, -is et vitalibus natura circumdedit, at ventri ... ademit. 23, 83 purgationes ventris ..., purgare -a. *al.* PLIN. med. 2, 4, 3. *al.*). 4, 1, 6 stomachus ... circa -a cum ventriculo committitur (SCRIB. LARG. *v. supra.* PLIN. nat. 22, 21 cordis vitiis, s., iocineri, -is. 23, 99 -is, s., iocineri. GARG. MART. med. 2, 30 s. et -is. CAEL. AVR. gyn. 1, 77. *al.*). *al.* PLIN. nat. 30, 42 -a vocamus uno nomine exta in homine (*cf.* PLIN. med. 2, 4, 1 in universo -a appellantur, quae aliqui in plura vocabula dividunt, vocantes modo stomachum, interdum iecur, interdum -a [*inde* PLIN. phys. Bamb. 80, 1]). *al.* THEOD. PRISC. log. 81 et spleni et epati conveniens *emplastrum* in fervore utrorumque -orum (*cf. p. 511, 51. 71*). ORIBAS. syn. 5, 17, 5 Aa p. 60 ypocondria ..., id est -a (*La* ypocondria *tantum*, *gr.* τὸ ὑποχόνδριον. *item* 5, 50,1 Ab p. 87 ALEX. TRALL. 3, 52). *al.*

**2** *respicitur ipsum saeptum transversum* (*hucine p. 511, 65? vix et p. 511, 80*): CIC. Tusc. 1, 20 iram in pectore, cupiditatem supter -a locavit *Plato* (*Tim. 70[e]* εἰς τὸ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου). PLIN. nat. 11, 197 exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana, quam -a appellant, quia a corde praetenditur, quod Graeci appellaverunt φρένας (*cf. Arist. part. anim. 672b10* διάζωμα). 11, 209 *vulva* ova generantium adnexa -is (*Arist. hist. anim. 511a7* ὑπόζωμα). VINDIC. gyn. p. 439 rec. D sub his *extremis partibus pulmonis* posita sunt -a, quem grece diafraima vocant (*sim. cett. rec.*, rec. G frena[n]s vel diafragma; *apud* gyn. ed. Schipper p. 15, 29 *praecedit additamentum fortasse medii aevi*: membranis, quod precors vocamus [*plur.* -a *ibid.* p. 15, 37]). *Keudel.*

**praecorrumpo,** -uptum, -ere. *a* prae *et* corrumpere. *i. q.* *antea corrumpere:* *donis, promissionibus sim.*: OV. met. 9, 295 *Lucina* quidem venit, sed -ta *a Iunone, ut partum impediret.* 14, 134 *Phoebus virginem* -ere (per- *var. l.*) donis ... cupit. *erroribus*: CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 109, 24 pauci quidam -tam habentes voluntatem de doctrina Nestorii (*altera versio I 2 p. 83, 33* ante corruptam habentes sententiam, *gr. I 1, 3 p. 29, 3* προδιαφθαρέντες τὴν γνώμην). *Ramminger.*

**praecors** *v.* praecordia.

**b** *praedicative* (*notabiliora*): ACC. trag. 271 -a⟨m⟩ pecua vellebant. CIC. Verr. II 5, 39 ut omnium bona -am tuam duceres (Ov. ars 1, 125 ducuntur raptae genialis -a puellae. SEN. Herc. O. 1789 ego -a ducar. *cf.* SEN. dial. 4, 9, 4 adde . . . rupta foedera et -am [in -am *vulgo*, pro -a *Gertz*] validioris quidquid non resistebat abductum. HIL. AREL. vita Honorat. 24 l. 6 educit me secum suam -am). CATVLL. 64, 153 dilaceranda feris dabor . . . -a (Ov. met. 7, 31 SEN. Herc. O. 1195). SALL. Iug. 14, 11 regnum . . . -am fecit (Ov. am. 1, 7, 44 me -am fecerat ira suam. epist. 12, 113 SEN. Phaedr. 543. FIRM. math. 3, 11, 14 templorum donaria -am suam. RVFIN. hist. mon. 1 p. 400[A]. CASSIOD. hist. 10, 20, 3 milites . . . -am circa mulierum ornamenta faciebant zonas aureas [*Sozom. 8, 23, 3* ληϊζομένων]). VERG. georg. 2, 60 avibus -am fert uva racemos (Ov. Ib. 320 CLAVD. rapt. Pros. 3, 181). Aen. 9, 485 canibus data -a . . . iaces (SEN. Herc. f. 1186 Phoen. 15. STAT. Theb. 10, 265 ingens -a solo ceu iam exanimes . . . iacent. MART. 7, 27, 4 EPIST. Alex. l. 396 H.). CVLEX 216 -a Charonis agor. Ov. epist. 4, 116 soror (*sc. Ariadne*) est -a relicta feris (APVL. met. 4, 4, 5 IVST. 4, 3, 3). SEN. Tro. 980 Ithaco obtigisti -a. PLIN. nat. 8, 91 *delphini* abigentes eos *crocodilos* -am . . . interimunt. STAT. Theb. 9, 517 *Hippomedon* ibit -a feris. FLOR. epit. 4, 12, 25 Drusus equos pecora torques eorum ipsosque -am (-a *var. l.*) divisit et vendidit. *al.*

**c** *cum praepos.* (*exempla selecta*): ad: CIC. Verr. II 2, 17 paratus ad -am (ITALA psalm. 16, 12 [Sangerm. *al.* = VVLG.]). Manil. 40 non avaritia . . . ad -am . . . devocavit (*cf.* CAES. Gall. 6, 35, 4 evocari). SALL. epist. Mithr. 16 ad -am peteris (LIV. 31, 41, 7; *cf.* VITAE patr. Iurens. 87M. ad -am expetit). LIV. 3, 63, 4 castra hosti ad -am relinquunt. 4, 34, 2 discurrere ad -am (5, 21, 14. 9, 31, 16. 27, 42, 13 CVRT. 4, 15, 10). 4, 55, 4 dilapsis ad -am militibus (5, 41, 5). 22, 42, 6 *argentum* obiectum ad -am. *et saepe.* in *c. acc.*: CIC. Verr. II 2, 43 petatur heredi-

[*Gatti*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tas ... in -am praetoris. Liv. 6, 14, 12 aurum ex hostibus captum in paucorum -am cessisse (Sen. dial. 2, 5, 6 Cvrt. 7, 6, 16 Tac. ann. 15, 45, 1 Lact. inst. 2, 4, 5. *al.*). 35, 36, 6 Aetoli ... in -am versi (*medio-pass. ut*: Treb. Claud. 11, 6. *aliter*: Tac. hist. 2, 44, 1 capti in -am vertuntur. 3, 49, 2. Cod. Iust. 4, 40, 4 [*a. 410 vel 413*] in -am lucrumque). Sen. benef. 7, 27, 1 ruentium in -am (Apvl. flor. 2, 10. *cf.* Zeno 2, 18, 2 [1, 39, 4 L.] irruit). Lavs Pis. 200 *hostem* in -am venientem (*aliter*: Lact. inst. 6, 4, 16 in -am ... liberi venient. Drac. Romul. 6, 21). Sil. 1, 455 in -as ... dabat ... urbem (Ps. Qvint. decl. 13, 8. Itala Iudith 4, 12 [Complut. *al.*] ne darentur in rapinam infantes ipsorum et mulieres in -am [Vvlg. 4, 10 in -am, ... in divisionem]. 9, 4 [Corb. *al.*]. Hier. psalt. sec. Hebr. 124, 6 [*Vulg.* in captionem]. Vvlg. Ier. 30, 16 Philipp. in Iob 17. *al.*). Qvint. decl. 260 p. 67, 5 si in latrocinia se -asque miserint (*aliter, sc. in -am dicitur mitti quod spoliatur*: Cod. Theod. 11, 1, 34 Greg. Tvr. Franc. 5, 14 p. 213, 7 Isid. Sueb. 87 chron. II p. 301). Tac. hist. 2, 56, 1 dites dominos in -am ... destinabant. 2, 84, 1 in -am correpti. Tert. fug. 11, 3 in -am esse (Itala Is. 10, 2 [Tert. adv. Marc. 4, 27]. *al.*). *et saepe.*

**d** *dat.* (*fere fin.*): Cic. Verr. II 3, 70 istum sibi quaestui -aeque habuisse bona ... aratorum (Sall. Iug. 31, 10. Lact. epit. 66, 2 ac ludibrio. Schol. Cic. Bob. p. 169, 25). 3, 85 civitas ... -ae tibi et quaestui fuit (5, 80 dom. 62 Varro rust. 2, 9, 3 Sall. Catil. 21, 4. 48, 2 Iug. 69, 3. 90, 2. *al.*). Lvcr. 5, 875 aliis -ae lucroque iacebant. Sall. hist. frg. 1, 51 rem publicam -ae, non libertati repetitam. Liv. 2, 25, 5 *oppidum* captum -ae datum (7, 16, 4 Tac. ann. 1, 57, 5. Clavd. 5, 37 ludibrio -aeque). 7, 16, 4 nec -ae magis quam pugnae paratos esse. 27, 44, 4 castra ... -ae relicta. 43, 19, 12 -ae alia militum cessere. Manil. 5, 524 *v. p. 526, 61.* Plin. nat. 8, 219 lepus omnium -ae nascens. *al.*

2 *homoeoprophora et lusus verborum*: praesidium Plavt. Asin. 294 Varro rust. 2, 9, 3 Caes. civ. 1, 55, 1 Liv. 23, 42, 10 *et* 13, praedator Plavt. Pseud. 426 Sall. Iug. 44, 1 Vvlg. Ier. 30, 16 (*item cum vocibus eiusdem stirpis v. sub* 1. praedo *et* praedor), praemium Plavt. Pseud. 1225 Trag. inc. 30 Liv. 31, 28, 6, praetor Cic. Verr. II 1, 131. 2, 43. 3, 99. 3, 201. 5, 63 Prop. 2, 16, 2 Ivv. 11, 195 (*cf.* praetoria -a Cic. Verr. II 3, 72), praedīco Caes. civ. 2, 44, 2, praepedio Liv. 8, 38, 13, pretium Svet. Nero 26, 1. *polyptoton sim.*: Plavt. Rud. 1261sq. Truc. 567 Cic. Verr. II 5, 44 Tib. 2, 3, 35sqq. Ov. am. 2, 17, 5sq. ars 2, 406 Nvx 108sq. Liv. 3, 29, 2. *al.*

*deriv.*: 1. praedo, praedo(r). *Gatti.*

**praedābundus,** -a, -um. *a* praedari. *i. q. praedans, populans, rapiens* (*sc. ita ut actio continuata vel inclinatio animi significetur; cf.* Prisc. gramm. II 137, 17 in 'bundus' vero desinentia similitudinem habere significant, ut ... '-us' similis praedanti): Sall. Iug. 90, 2 *Marius Manlium* ire iubet dicitque se -um post paucos dies eodem venturum. Liv. 2, 26, 1 exercitum Sabinum -um ad Anienem amnem pervenisse. Cvrt. 8, 1, 5 inconposito agmine solutisque ordinibus Attinas -us sequebatur. Tac. ann. 3, 39, 1 *milites* -i ... vagabantur (*cf. 3, 39, 2* caesis populatoribus). 11, 18, 1 *Gannascus* levibus navigiis -us Gallorum ... oram vastabat. Flor. epit. 4, 8, 2 Menas et Menecrates ..., quos *Sex. Pompeius* classi praefecerat, -i (praebendi *trad.*) per litora cuncta volitabant. *van Leijenhorst.*

**praedamnātio,** -ōnis *f.* *a* praedamnare. *i. q. actio praedamnandi vel status praedamnatus*: 1 *praevenitur dei iudicium perfectum*: Tert. apol. 27, 6 desperata condicio eorum *daemonum* ex -e (*cf. p. 530, 8*). cult. fem. 1, 4 nulla nunc muliebri pompae nota inusta sit -is de exitu auctorum (*sc. angelorum qui peccaverunt*). 2 *praevenitur iudicum sententia*: Schol. Cic. Bob. p. 78, 22 ne huius *Sullae* -o sit illa sententia, quae in Autronium dicta est.

**praedamno,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* damnare. *in codd. scribitur hic illic* -dampn-, *e. g.* Val. Max. 6, 9 praef. Ps. Avg. alterc. l. 516 S.-H. Not. Tir. 40, 58 -at. *forma perf. brev.* -asses Ps. Avg. alterc. l. 516 S.-H. *legitur ter apud* Liv. *et singulis locis apud* Val. Max., Calp. ecl. (*ceterum nusquam in versu*), Svet., *sed saepius inde a* Tert.; *longe praevalent formae passivae.*

I *vi praeverbii vigente i. q. antea damnare* (*cf.* Gloss. -to[s]: προκαταγνωσθέντος [-τας *Stephanus*]): A *actio -andi fit ante ipsam damnationem veram*: 1 *praeiudiciis*: **a** *antequam sententia dicatur in quibuslibet causis*: α *cum obi.* (*sc. -antur homines praeter l. 74*): Liv. 5, 11, 12 (*10* praeiudicium iam de reis ... ab ipsorum collegis factum esse) eos tot iudiciis confessos -tosque venire ad populi iudicium. Svet. Aug. 56, 3 (*referuntur verba Augusti*) ne, si ... deesset *causae in senatu agendae*, destituere ac -are amicum existimaretur. Schol. Cic. Bob. p. 116, 2 *accusator* adseverans vere hanc a senatu caedem praedam⟨natam⟩, cum decreverit eqs. (*pro obi. est facinus ut* p. 116, 18 illo decreto senatus non factum Milonis -tum, sed generaliter ipsam vim notatam). p. 117, 22 qua *rogatione Pompeiana* cum vellent accusatores videri -tum Milonem. Heges. 1, 44, 6 Antipater obsecrat, ne se -tum haberet (*Ios. bell. Iud. 1, 621* προκατεγνωκέναι, *Ps. Rufin.* ne quid de me praeiudices). Avg. c. Cresc. 4, 6, 7 p. 507, 4 *concilium* primum ..., quo -tus est Primianus; alterum ..., quo perfecte pleniusque damnatus est (*opp. ut* 4, 7, 8 p. 508, 3. 4, 9, 11 p. 512, 10 quibus *criminibus* eum et -verunt et damnaverunt). Svlp. Sev. dial. 3, 12, 1 episcopi ... -tos se conquerentes, actum esse de suo omnium statu, si eqs. Leo M. serm. 59, 2 Iesum ... clamoribus *Iudaeorum Pilatum* *adeuntium* -tum. *respiciuntur Christiani Christum -tum sequentes*: Hil. trin. 3, 10 *nos fideles* non flagellis -amur, non sputis sordidamur (*sc. Christus -atur, quod nobis non damnationi, sed saluti est*). β *absolute i. q. praeiudicando damnare* (*si recte huc traximus*): Tert. idol. 17 p. 51, 4 *Christianus qui munere publico fungitur* neque iudicet de capite alicuius ... neque damnet neque -et (*aliter Rigaltius, qui legislatorem intellegit* [*cf. B3c*]).

**b** *ante dei iudicium*: α *sec. II Petr. 2, 4 et Iudam 6 -antur angeli mali* (*eorum res l. 11*): Tert. apol. 23, 14 *daemones* renuant ob malitiam -tos se in eundem iudicii diem cum omnibus cultoribus ... suis. cult. fem. 1, 2 l. 46 nisi ... hic iam praeiudicaverimus res eorum *angelorum malorum* -ando, quas in illis *angelis* tunc damnaturi sumus (*v. I Cor. 6, 3*). adv. Marc. 2, 10 p. 349, 27 quem *angelum peccatorem* ... -ando *deus* testatus est ab institutionis forma libidine propria ... exorbitasse. 4, 26 p. 509, 29 *deus* a primordio temptatorem angelum -vit. Avg. civ. 8, 22 p. 353, 32 D. *daemones* in hoc ... carcere -ti sunt. 21, 23 p. 528, 28 *daemones a deo* sic esse interim -tos, ut carceribus caliginis ... traderentur servandi atque ultimo iudicio puniendi. β *-antur homines eorumque vitia*: Tert. idol. 4 p. 33, 22 Enoch simul et cultores idoli et fabricatores in comminatione -at (*affertur locus libri Henoch*). adv. Marc. 4, 15 p. 467, 10 si tantummodo dehortantem a divitiis ostenderem creatorem, non etiam -antem divites (*cf.* patient. 7 p. 11, 16 *Christus* semper pauperes iustificat, divites -at). Ambr. in psalm. 1, 53 non expedit non venire *ad iudicium dei*, ne ... -ti videamur. Aster. ad Renat. l. 452 illa sanctorum vocibus accusata et apostolicae auctoritatis iudicio -ta 'radix omnium malorum avaritia' (*I Tim. 6, 10*). Pelag. in I Tim. 5, 24 ('quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium') dum plagis praesentibus -antur (*item* Ps. Primas. *ad l.* p. 669[C], *qui addit*: quod in futuro iudicio accipiendum est). Ps. Evseb. Gallic. hom. 44, 3 G. iam etiam in praesenti vita -tus, *qui male ieiunat* (*affertur Is. 58, 5*).

2 *ipso facinore* (*quod fere pro praeiudicio habetur*): Ps. Avg. alterc. l. 516 S.-H. (*ad Synagogam*) quod *regnum* et tu ... habere potuisses, si non te criminis furore et profano parricidio -asses. Consvlt. Zacch. 2, 10 p. 70, 4 absolvi ... in confessione credentes *Iudaeos*, quos incredulitas in auctoribus -vit. Canon. Turner II p. 274 rec. III tamquam depositus a sancta synodo et propter huiuscemodi praesumptionem iam -tus *episcopus, qui in aliena provincia ordinavit* (*rec. IV al.* damnatus, *gr. Mansi 2, 1313*[D] καθῃρημένον *tantum*).

B *actio -andi fit ante alias actiones*: 1 *quaslibet*: **a** *respicitur prior quaedam sententia iudicantis*: α *populi in contionem vocati*: Liv. 4, 41, 11 *M. Postumius* damnatur; ... collegam eius ... totam culpam ... in -tum collegam transferentem omnes tribus absolverunt. β *concilii vel papae anathematizantis*: Synod. Hil. coll. antiar. p. 58, 6 *quosdam* concilii sententia pulsos et ... pro suis facinoribus -tos. Cod. Theod. 16, 5, 2 Novatianos non adeo comperimus -tos, ut *eqs.* Conc.[S] I 5 p. 82, 13 Bonosus, a Damaso ... episcopo -tus. Epist. pontif. 937 Conc.[S] IV 2 p. 156, 36 epistola ad Marim Persam apertissime -ta (*156, 35* constat ... eiusdem damnationis sententia comprehensam *epistulam*). p. 167, 12sqq. cui damnationi Theodorum quoque ... fuisse subiectum, qui -tae haeresis sectator ... effectus est; neque enim aliter *nostri temporis Arianos* ... anathematis poena damnatos accipimus, nisi quia in -tis ... erroribus inveniuntur ipsi quoque damnati. Prosp. chron. I p. 468, 1261 Pelagianis iam a papa Innocentio -tis. Edict. reg. Hunir. Vict. Vit. 3, 12 quae *fides* cuncto -ta est concilio. Isid. orig. 8, 5, 70 haereses ... et ab apostolis et a sanctis patribus vel conciliis -tae (per- *var. l.*).

**b** *respicitur quaelibet reiectio, exsecratio* (*nisi quaedam ad II trahere malis*): Prosp. vocat. gent. 2, 13 primus ille populus dei ... a ... -ti populi societate (*i. a posteris Cain*) ... abstinebat. Vict. Tonn. chron. II p. 196, 517, 2 hunc *episcopum* Anastasius ante ordinationem suam ut synodum Calchedonensem -ret coegit. Edict. reg. Hunir. Vict. Vit. 3, 12 ut -antibus errorem indulgentia non negetur. Conc. Tol. a. 589 Mansi 9, 984[C] *ad ecclesiam catholicam convertentes* vos pestem perfidiae Arianae ... -are.

2 *antequam damnanda examinentur, temptentur, explorentur sim.*: **a** *usu communi -ant homines contemnentes, reicientes* (*structura pass. nimirum neglegitur qui -at*): Liv. 27, 18, 8 hostem -ta spe aequo dimicandi campo captantem tumulos (*sim. de desperantibus*: Val. Max. 6, 9 praef. *ut* meliora de nobis ... cogitemus, memores stultum esse perpetuae infelicitatis se -are). Calp. ecl. 6, 30 malueram ... vel -tus abire, quam *cantu tecum certare*. Tert. apol. 3, 2 cum sit iustius occulta de manifestis praeiudicare, quam manifesta de occultis -are (*cf. nat. 1, 4, 10* adiudicare ..., praeiudicare). Lact. inst. 5, 1, 2 nec -ari quemquam incognita causa licet (*antea*: ut non prius damnet, quam universa cognoverit). Consvlt. Zacch. 3, 3 p. 101, 10 non ab his *monachis pravis* (*i. secundum eos*) ... *ceterorum* integritatem ... -andam *esse*. **b** *audacius -at ipsa res, quae temere pro crimine habetur*: Tert. apol. 3, 8 inquisitione ... neglecta ... nomen *Christiani* expugnatur et ignotam sectam, ignotum et auctorem vox sola -at, quia nominantur, non quia revincuntur.

3 *antequam ipsa damnanda fiant, exsistant*: **a** *vario usu*: Tert. ieiun. 15 p. 293, 13 *Paulus* -ans iam haereticos perpetuam abstinentiam praecepturos (*cf.* praescr. 35 l. 4 haereses ... -tae *ab apostolis*. *[Martinet]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. AMBR. serm. Sess. 2, 1 quos *pravos doctores* Paulus ... divini[s] sermoni[bu]s adulteros ... -vit). adv. Marc. 2, 23 p. 366, 16sqq. bene adhuc agentes -ret iam propter futura delicta? sed dei boni non erat nondum merentes -are. 3, 3 p. 379, 17 si priorem venisse et priorem de posteris pronuntiare hoc fidem cludet (*corruptum?*), -tus erit et ipse *Christus* iam ab eo *creatore*, quo posterior est agnitus. CONC. Carth. a. 345–348 (Corp. Christ. 149) p. 9 l. 208 quod in laicis deprehenditur, id (*sc. faeneratio*) multo magis debet in clericis -ari (*inde* CONC. Carth. a. 419 *ibid.* p. 102 l. 41. *al.*). GAVDENT. serm. 16, 11 G. neque ante diri facinoris perpetratum iusti iudicis poterat sententia -ari *Iudas.* **b** *-at deus praedestinando*: SERM. Corp. Christ. 101B p. 839, 74 et electus sine periculo desidiosus erit et -tus sine remedio laborabit. **c** *-at lex praecavendo, ne quid fiat*: LIB. col. I grom. p. 221, 7 L. (*inde* Ps. AGENN. grom. p. 60, 20) ne eas ripas sequendas sperarent ..., lex limitum eas -vit.

**II** *vi praeverbii* *minus perspicua fere i. q. damnare, reicere sim.* (*exempla certiora*): Ps. CYPR. epist. 2 p. 272, 11 (*nisi est medii aevi*) quae *contra fidei regulam scripta* peto velociter tollas ac -es. p. 272, 18 *haeresis* baptisma -andum. POTAM. epist. ad Athan. p. 1418^C obmutescat haeresis aeterno silentio -ta. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 52, 21 *haereticos* ex eorum scriptis sacrilegis -are. p. 53, 9 ea, quae ab ipso *Marcello prave* ... inventa ... sunt, -ate. CONSVLT. Zacch. 2 praef. p. 48, 18 ut libelli superioris more religionis nostrae aemuli -entur. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 142 solum -amus, quod ... tacuerit. EDICT. reg. Hunir. Vict. Vit. 3, 5 ut omousion ... adprobarent, aut certe quod ... in Ariminensi concilio ... amputatum est, -rent.

*appendicula syntactica*: **1** *pro obi. sunt animantes passim (refl.* VAL. MAX. 6, 9 praef. Ps. AVG. alterc. l. 516 S.-H.; *cum acc. duplici* Ps. AMBR. *l. 1), res* LIV. 27, 18, 8 TERT. apol. 3, 2 cult. fem. 1, 2 l. 46 *al.; absolute usurpatur* TERT. idol. 17 p. 51, 4 (*obi. ἀπὸ κοινοῦ positum intellegas potius* TERT. cult. fem. 1, 2 l. 46 adv. Marc. 2, 10 p. 349, 27); *pro obi. substituitur enunt. secund.* CAEL. AVR. chron. 3, 8, 142 *l. 24.* **2** *crimen indicatur per abl.* AVG. c. Cresc. 4, 9, 11 p. 512, 10 Ps. AVG. alterc. l. 516 S.-H., *per praepos.* ob TERT. apol. 23, 14, propter TERT. adv. Marc. 2, 23 p. 366, 16 CANON. Turner II p. 274 rec. III, ex SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 52, 21, pro *ibid.* p. 58, 6, *ponitur loco subiecti* TERT. apol. 3, 8 CONSVLT. Zacch. 2, 10 p. 70, 4. **3** *poena indicatur per gen.* VAL. MAX. 6, 9 praef., *per abl.* POTAM. epist. ad Athan. p. 1418^C PELAG. in I Tim. 5, 24.

*deriv.*: praedamnatio. *Martinet.*

**[praedārius** GLOSS. *falso pro* praesidiarius.]

**praedātīcius,** -a, -um. *a* praedari (praedatus). *i. q. ad praedam pertinens*: GELL. 4, 18, 12 *Scipio* aegre passus quod ... rationem pecuniae -ae posceretur ([-ae *ed. Aldina*; praedaceae, predacte *sim. codd.*]. 13, 25, 28 'ex manubiis', id est ex pecunia -a [predantia *var. l.; ad rem cf. 13, 25, 29* pecunia ... ex praeda vendita contracta]).

**praedātio,** -ōnis *f.* *a* praedari. [*val.* prădăciune. *cf. M.-L. 6716. St.*] [*confunditur in codd. cum* praedicatio LACT. inst. 5, 9, 5 (*v. etiam* ITALAM *sub 1aβ*); *falsa var. l.* -e *pro* praesidiis CIC. p. red. in sen. 32.]

**1** *i. q. actus praedandi* (*cf.* SYNON. Cic. p. 440, 18 pestis. pernicies. populatio. -o. GLOSS. II 359, 8 λεηλασία -o. *iuxta ponuntur* rapinae PAVL. FEST. *et* AVG., latrocinia VELL.; *accedit* in *c. acc. l. 59, gen. obi.* CHRON., *gen. subi.* SCHOL. Cic. *al.*): **a** *proprie*: **α** *respicitur populatio, quae fit bello, incursionibus barbarorum sim.*: PAVL. FEST. p. 17 *Ambrones* rapinis et -bus se suosque alere coeperunt. VELL. 2, 73, 3 latrociniis ac -bus infestato mari *a Sex. Pompeio* (*cf.* HEGES. 3, 20, 1 ut crebrae -es terroribus ... mare clauderent). FRONTIN. strat. 1, 6, 1 -i intentos hostes. TAC. ann. 3, 74, 2 qua -o *Tacfarinatis* in Lepci⟨ta⟩nos *erat.* 12, 29, 3 *regnum* quod Vannius ... -bus et vectigalibus auxerat. AMM. 27, 12, 11 *Sapor* Armenios aperta -e vastabat (LEX Visig. 8, 1, 9 provincias nostras non volumus hostili -e vastari *ab iis qui in expeditionem eunt*). SCHOL. Cic. Gron. D p. 283, 15 excursio dicitur -o hostium, quando equites invadunt possessiones *eqs.* VVLG. Iudith 15, 8 *Iudaei* omnia quaeque erant illorum *Assyriorum* abstulerunt secum, ... ut ... omnes divites fierent de -bus eorum (*i. -bus suis potius quam Assyriorum; an de ipsis spoliis?*). CHRON. Gall. chron. I p. 654, 67 -o Galliarum. **β** *respiciuntur quaelibet latrocinia, rapinae sim.*: FILASTR. 108, 2 homines ... rapaces, vastatores, ... -i vacantes, *qui gigantes appellabantur.* SCHOL. Iuv. 3, 306 (*308* 'huc omnes *latrones* tamquam ad vivaria currunt') quotiens latrones ... a solitis locis deiciuntur, Romam quasi ad certas -es refugiunt (*an rectius Wessner in indice 'loca praedationibus apta'?*). Ps. ASCON. Verr. p. 212, 19 'pecunia Siciliensis' est ... ex -bus capta (*in administranda provincia ut* p. 234, 28 -es Dolabellae [proditionem *trad., v. Stangl, Pseudoasconiana, 1909, 128*]). VVLG. Is. 9, 5 omnis violenta -o cum tumultu et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem (*actionem potius quam ipsam praedam intellexit interpres, v.* HIER. *ad l.* diaboli violenta -o et ... turbae, quibus humanum sibi subiecerat genus, gehennae ignibus deputatae sunt. *hebr. significatur caliga, sed Aquila vertit ἐπαγωγή*). AVG. in psalm. 77, 27 furta, rapinae -esque. *?praedantur bestiae* (*loco dubiae fidei; cf. etiam* LACT. *sub b*): ITALA Ezech. 34, 5 (Cypr. epist. 57, 4 *cod. R*) *pecora* facta sunt in -e omnibus bestiis agri (depred[ic]atione *C*, comestura *cett., ut epist. 68, 4 omnes, melius cum gr. κατάβρωμα congruentes; cf. tamen paraphrasin Tert. fug. 11, 3* in praedam esse omnibus b. a.; *Vulg.* in devorationem).

**b** *in imagine vel translate*: LACT. inst. 5, 9, 5 *persecutores Christianorum non velut lupi* 'atra in nebula' (*Verg. Aen. 2, 356*), sed aperta -e grassantur (*v.* AMM. *sub a*). HIER. in Is. 9, 3–5 *v. sub aβ.*

**2** *metonymice i. q. praeda, spolia* (*cf. locos* VVLG. *sub 1a allatos; de alio genere metonymiae v.* SCHOL. Iuv. *sub 1aβ*): ITALA num. 31, 32 (Lugd., *sim.* Monac.) facta est abundantia -is, quam praedaverunt viri bellatores (*gr.* προνομῆς, *Vulg.* praeda). deut. 20, 14 (Aug. quaest. hept. 6, 21) omnia pecora ... praedaberis tibi et edes omnem -em inimicorum tuorum (*gr.* προνομήν, *Lugd.* copias, *Vulg.* de spoliis).

***praedātor,** -ōris *m.* *a* praedari. NOT. Tir. 92, 23. *legitur inde a* PLAVTO, VAL. ANT. (*v. l. 46*), CIC. [*val.* prădător; *it.* predatore; *francog. vet.* preeur, *med.* proyeur; *prov. vet.* preador. *cf. M.-L. 6717. Battisti-Alessio IV 3055. Wartburg IX 287. St.*] [*e coni. dub. pro* praemiatores NAEV. com. 17, *pro* praedictae AVIAN. fab. 30, 7.]

*i. qui praedatur* (*in appositione vergit in vim adi. q. e. praedatorius, rapax* BELL. Afr. *sub 1aβ* [*aliter ibid.* SALL. Iug.], OV. *et* STAT. *sub 1b; v. etiam sub* praedatrix; *saepius adhibetur cum contemptu; fortasse convicii loco est* STAT. Theb. 12, 342): **1** *proprie*: **a** *de hominibus; pertinet ad*: **α** *fraudatores, fures, latrones, quoslibet lucri cupidos*: PLAVT. Pseud. 426 (*Pseudolus loquitur*) praesensit *Simo incepta nostra*: nihil est praedae -bus. CIC. Catil. 2, 20 *Catilinae socios* in eodem genere -um direptorumque pono. TIB. 2, 3, 41 -r cupit immensos obsidere campos, ut multa innumera iugera pascat ove. PHAEDR. 2, 1, 2 (*cf.* tit.) super iuvencum stabat deiectum leo; -r intervenit partem postulans (*opp.* innoxius viator; *venatorem intellegunt quidam vix recte*). CALP. ecl. 1, 40 *nullas* insidias -r ovilibus ... afferet. STAT. Theb. 12, 342 (*Argia de Eteocle*) ille nefandus -r, *qui fratrem regno et vita privavit.* AVR. VICT. Caes. 35, 7 avaritiam peculatum provinciarumque -es ... sectabatur *Aurelianus* (*Vopisc. Aurelian. 39, 5* fures provinciales). GAVDENT. serm. 13, 29 G. -is ... rapacitas (*28* qui aliena cotidie rapit). AMBR. hex. 5, 5, 14 alterius -em, *sc. avarum* (*in comparatione cum piscibus rapacibus, v. sub b*). IVLIAN. in Am. 5, 10–11 l. 193 is ab his *locupletibus* pretiosa quaeque -r auferret. 9, 14 pangerent vineas nec -em timerent. COD. Theod. 8, 8, 9, 1 *si executor* regionis visceribus -r insidens deprehensus fuerit remorari. **β** *milites praedatum missos et quicumque vi militari fines aliorum populantur* (*fere plur.; huc referam* GLOSS. II 358, 57 λαφυραγωγός -r): CIC. Pis. 84 perpetuos defensores Macedoniae, *sc. Denseletas*, vexatores ac -es effecisti; vectigalia nostra perturbarunt, urbes ceperunt *eqs.* BELL. Afr. 61, 5 -es equites Numidas ... adorti ... occiderunt *Caesariani.* SALL. Iug. 44, 1 exercitus ... iners, inbellis ..., -r ex sociis et ipse praeda hostium. hist. frg. 3, 33 -es Valeriani (*sc. legionum Valerii consulis*). 4, 15 prae⟨da⟩tores facibus sibi praelucentes. LIV. 2, 11, 5 ut eliceret -es, edicit suis ... expellerent pecus. 3, 5, 13 (*e* VAL. ANT., *v.* hist. 19) ex -bus Aequorum, qui populabundi ... vagabantur, ... caesos *esse tot* (AMM. 18, 6, 10. *cf.* LIV. 7, 39, 11 vagis [10, 20, 5. *sim. de gentibus quibusdam Germanorum* PANEG. 8, 9, 3 ille vagus, ille -r]. 10, 2, 10 in palatos -es proelium [10, 20, 5 vagos -es in agris palantes]). 27, 29, 7 ad naves raptim -es recepti *sunt. al.* FRONTIN. strat. 3, 10, 6 AMM. 17, 4, 4. 18, 6, 16 catervas ... -um. 19, 8, 4 *ad urbem capiendam* accitis ... regis imperio -bus universis (*si recte trad.; sunt qui coni.* proeliatoribus *sim.*). VVLG. Ier. 30, 16 qui te, *Israel*, vastant vastabuntur cunctosque -es tuos dabo in praedam. INTERPR. cod. Theod. 5, 7, 2 si pretium pro captivo suo -r acceperit (*Cod. Theod. 5, 7, 2, 1* quos barbaris vendentibus emptos esse docebitur). *al.* **γ** *venatores, aucupes* (*cf. l. 27 et 67*): OV. met. 12, 306 *Centaurus* Abas, -r aprorum (venator *cod. rec. aliquot*). CASSIOD. var. 5, 42, 6 pari in se cursu festinant et -r et praeda *in circo* (*1* venator). in psalm. 101, 8 ne ... a -e capiatur *passer.*

**b** *de animalibus* (*sideribus* MANIL.): OV. met. 6, 516 pedibus -r obuncis deposuit nido leporem Iovis ales. MANIL. 2, 229 pestis (positis *sim. trad.*) ... duorum, *Tauri et Arietis*, -rque Leo. AMBR. hex. 5, 5, 13 *piscis* minor ... est esca maioris et ... maior a validiore invaditur et fit esca alterius -r alieni. EVGRAPH. Ter. Eun. 832 'ovem lupo commisisti': praedam, inquit, -i dedisti (*sc. virginem stupratori; v.* PETRON. *sub 2a*). *? de equo quo venator vehitur*: STAT. Theb. 4, 316 raptis ... natis -is equi sequitur vestigia tigris (*huc traximus coll. 9, 685* venator ... equus; *an pendet gen. alter ab altero?*).

**c** *cognomen Iovis* (*de re dubitat Latte, Röm. Religionsgesch. 154, 2*): SERV. Aen. 3, 222 ('ipsum ... vocamus in partem praedamque Iovem') 'ipsum', id est regem deorum, aut certe -em, ⌊hoc est, cui de praeda debetur aliquid⌋ (*inde* ISID. orig. 10, 219); nam Romani moris fuit, ut bella gesturi de parte praedae aliquid numinibus pollicerentur: adeo ut Romae fuerit unum templum Iovis -is.

**2** *transfertur ad*: **a** *stupratorem* (*cf.* EVGRAPH. *sub 1b*): PETRON. 85, 3 ne quis -r corporis admitteretur in domum *iuvenis formosi.* **b** *Christum, qui mortem vicit*: AVG. serm. coll. Morin p. 22, 16 (= Ps. FVLG. RVSP. serm. Migne suppl. 3, 1347) praeda mortis, -r mortis. CASSIOD. in psalm. 54 concl. *infernus* qui se capere praedam credidit, -em suum potius deceptus excepit *quasi piscis hamum.*

*f.* **praedātrīx,** -īcis. *i. quae praedatur*: *subst.*: STAT. silv. 1, 5, 22 Herculei -x ... alumni (*i. nympha quae abduxit Hylam*). *in appositione fere pro adi., i. q. rapax sim.* (*non nisi de animalibus rapto*

[van Leijenhorst]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*viventibus*): AMM. 14, 2, 1 in amphitheatrali spectaculo feris -bus obiecti sunt *captivi*. 26, 6, 10 *Procopius* subsidebat ut p⟨ra⟩edatrix bestia viso, quod capi poterat, protinus eruptura. EVSTATH. Basil. hex. 8, 3, 5 quaedam *aves* ... sunt gregales, exceptis -bus (*gr.* ἁρπακτικῶν). 8, 6, 5 -um avium mores aemulari (*gr.* γαμψωνύχων).

*appendix synt. et stil. ad masc. et fem.*: 1 *indicatur quod praedae est vel unde praeda capitur per praepos.* ex SALL. Iug. 44, 1, *gen.* Ov. met. 12, 306 MANIL. 2, 229 PETRON. 85, 3 STAT. silv. 1, 5, 22 AVR. VICT. Caes. 35, 7 AMBR. hex. 5, 5, 13. 14. AVG. serm. coll. Morin p. 22, 16 (*an et* CIC. Pis. 84?), *pron. poss.* VVLG. Ier. 30, 16 CASSIOD. in psalm. 54 concl. 2 *iuxta ponuntur* direptor CIC. Catil. 2, 20, vexator CIC. Pis. 84, pestis MANIL. 2, 229; *cum acumine quodam opponitur* praeda SALL. Iug. 44, 1 AVG. serm. coll. Morin p. 22, 16 SALV. gub. 7, 42 CASSIOD. var. 5, 42, 6 in psalm. 54 concl. (*ceterum cf.* PLAVT. Pseud. 426 VVLG. Ier. 30, 16 EVGRAPH. Ter. Eun. 832).

*deriv.*: praedatorius. *compos.*: suppraedator.

**praedātōrius,** -a, -um. *a* praedator (praedari). *i. q. ad praedatorem (praedatores) vel ad praedationem pertinens*: PLAVT. Men. 344 nunc in istoc portu stat navis -a, aps qua cavendum nobis sane censeo (*iocose in imag. de meretrice ut*: 442 periit probe *Menaechmus*: ducit lembum dierectum n. -a. *proprie*: LIV. 34, 36, 3 oram ... -is navibus infestam [*cf. 34, 32, 18* n. piraticis]. 40, 28, 7 [*codd.* praedatores]. *cf.* LIV. 29, 28, 5 *Romanorum* -as classes, quibus escensiones in agros maritimos factae erant). SALL. Iug. 20, 7 *Iugurtha* non ... cum -a manu, sed magno exercitu conparato bellum gerere coepit (TAC. ann. 4, 24, 3. AMM. 21, 3, 1 manus -as fusius discurrentes. HEGES. 1, 26, 1 -ae manus princeps [*item* 3, 22, 1; *respondent gr. 1, 204* ἀρχιληστήν, *3, 450* τοῦ ληστρικοῦ στίφους *et Ps. Rufin. Ios. bell. Iud. 1, 8 p. 611* latronum, *3, 16 p. 730* latrocinalis agminis]. 4, 4, 3 occupaverat omnem murorum ambitum -a manus [*gr. 4, 97* τοῖς ληστρικοῖς, *Ps. Rufin. 4, 4 p. 740* latrones]). DIOM. gramm. I 476, 3 quotiens *Inuus* -a vice grassaretur. AMM. 14, 6, 16 *nobiles Romani* familiarium agmina tamquam -os globos post terga trahentes (*al. v. vol. VI 2, 2055, 70sq.*). 31, 5, 8 turmae -ae concursabant. CASSIOD. Ios. antiq. 13, 278 *Antiochus* -o modo invadit Hyrcani provinciam ... non audens aperte pugnam committere (*gr.* ληστρικῶς).

**praedātrīx** *v.* praedator. **praedātum** *v.* praedor.

**[praedātūra** *non legitur nisi falsa var. l. pro* pedatura ZENO 1, 14, 5 (2, 6, 10 L.). VVLG. III Esdr. 5, 39.**]**

**1. praedātus,** -ūs *m.* *a* praedari. *i. q. praedatio*: PLAVT. Cist. 366 quam ob rem me meumque filium cum ⟨matr⟩e remque nostram habes perditui et -i? *van Leijenhorst.*

? **2. praedātus,** *adi. a* praeda *derivandum, v. p. 587, 58.*

**3. praedatus** *v.* 3. praedo.

? **praedēcēdo,** -ere, *a* prae *et* decedere, *v.* praediscedo.

***praedēcessor,** -ōris *m.* *a* prae *et* decessor. [*confunditur saepissime cum* prodecessor, *ut vocem omnino exstitisse negaverit Lietzmann, Rhein. Mus. 57, 1902, 635, sed eam testatur iam cod. Veron. saec. VI* FACVND. defens. 5, 4, 26; PAP. Marini 1 *aetatis esse recentioris videtur, v. Tjäder p. 69; ceterum cf. quae Mus. Helv. 41, 1984, 36sqq. exposui.*]

*i. q. antecessor, decessor, praecessor* (*significatur is, qui eodem munere* [*plerumque in ecclesia, in re publica* COD. Iust., NOVELL. Iust.] *ante functus est vel proximus* [AVG. c. Gaud., TITVLVS Gaudent. serm.] *vel secundus* [LEO M., ALC. AVIT.] *vel quilibet; fortasse in appositione determinativa, ut vergat in vim adi. q. e. praecedens* EPIST. pontif. [*cf. p. 427, 27*]): 1 *exempla certiora*: AVG. c. Gaud. 1, 39, 54 p. 254, 20 Felicianus ... ab universis vobis praecipue tui -is favore susceptus (*de eodem 1, 37, 52 p. 252, 6* tuus decessor Optatus). TITVLVS Gaudent. serm. 21 (*nisi est medii aevi*) de vita ... Filastri episcopi -is sui. LEO M. epist. 6, 2 Anysio -i tuo (*ibid. de eodem* prodecessoris tui [*v. Coll. Thess. ed. Silva-Tarouca p. 54, 30*; prae- *edd. vet.*]; *distinguitur* decessor, *sc. proximus*). EPIST. pontif. 285 Migne 20, 465^A anteriores tanti ac tales viri, -es mei episcopi. FACVND. defens. 5, 4, 26 papa Gelasius melior ... dictorum sui -is (*sc. Leonis*) interpres. 2 *in traditione ancipiti vel dubia* (*sc. fere variat cum* prod-): SIDON. epist. 4, 18, 4 Perpetuus episcopus, dignissimus tanto -e (*sc. Martino*) successor. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 20 -r (*si fides editioni princ. habenda*) ... meus ... Mamertus sacerdos, cui ... successit *pater meus et postea ego*. COD. Iust. 8, 11, 22 (*a. 472*) a decessore vel -bus suis. NOVELL. Iust. 134, 1 aliqui -um (*coni. Beck,* praedictorum *trad.*; *gr.* προηγησαμένων, *sed vitium fortasse ipsi interpreti tribuendum est*). GREG. M. epist. 5, 59 p. 372, 27sq. -um nostrorum, qui vices suas eius *episcopi Arelatensis* -bus concesserunt, ... mandata. 5, 60 p. 375, 4. *al.* (*ceterum huc pertinere posse quaedam sub* prodecessor *allata non negaverimus*).

**praedēclāro,** -ātum, -āre. *a* prae *et* declarare. *i. q. ante commemorare*: NOVELL. Iust. 59, 3 -tis ... ascetriis et canonicis (*gr.* προδηλουμέναις).

**praedecōrus,** -a, -um. *a* prae *et* decorus. *i. q. valde decorus*: CHALC. transl. p. 24^E unum eminens et -um facinus in monumentis veteribus invenimus (*gr.* πάντων μὴν ἓν ὑπερέχει μεγέθει καὶ ἀρετῇ).

**praedēfīnio,** -īvī, -ītum, -īre. *a* prae *et* definire. *scribitur* -diff- PRISC. LYD. solut. 7 p. 82, 27 (*cf. vol. V 1, 343, 3sqq.*). [*variat in codd. cum* praefinire RVFIN. Orig. princ., ORIG. in Matth. *al.* (IREN. 4, 20, 1 *v. p. 642, 49*).]

*i. q. ante definire, constituere*: 1 -*it deus* (*sive praedestinando sive statuendo*): ITALA act. 10, 42 (cod. e) *Christus* -tus erat a deo iudex viventium et mortuorum (*gr.* ὁ ὡρισμένος ... κριτής, *Iren. 3, 12, 7* praedestinatus, *Vulg.* constitutus). RVFIN. Orig. princ. 2, 9, 1 -to aliquo apud se numero eas *creaturas fecit* (praefinito *var. l.*). CONC.^S I 5 p. 358, 22 episcopum ... e ... vita migrasse et -tum sibi diem implevisse (*translatum ex versione gr. Conc.^S I 1, 7 p. 120, 16* προορισθεῖσαν, *cf. exemplar lat. ibid. p. 119, 35* diem sibi praefinitum). OP. imperf. in Matth. 2 p. 640 mysterium regis a deo -ti ad salutem gentis Iudaeae. ORIG. in Matth. ser. 55 p. 125, 21 ideo quod nondum fuerat -tum a deo, nemo poterat scire (praefinitum *var. l., quae vox sola trad. deinceps saepius*). 2 -*unt homines* (*decernendo* CONC., *explicando* PRISC. LYD.): CONC.^S II 3, 2 p. 53, 25 consentio in omnibus ..., quae -vit sancta ... synodus super Dioscorum (*sed versio antiqua correcta* praefinivit; *Rustic.* definivit). PRISC. LYD. solut. 7 p. 82, 27 his ... -tis dicendum *est*, quomodo *eqs.* (*cf. 4 p. 65, 20* his ... ita diffinitis).

**praedēfungor,** -functus sum, -fungī. *a* prae *et* defungi. *i. q. ante defungi* (*sc. vita*): NOVELL. Iust. 38, 3 nepotes ... masculi ex -to filio (*gr.* προτελευτήσαντων).

**praedēlasso,** -āre. *a* prae *et* delassare. *i. q. ante delassare*: Ov. met. 11, 730 moles, quae primas aequoris undas frangit et incursus quae -at aquarum.

**praedēlēgātio,** -ōnis *f.* *a* prae *et* delegatio. *i. q. delegatio praevia* (*sc. indictio tributorum ante delegationem legitimam promulgata; v. vol. V 1, 430, 38sqq.*): COD. Theod. 11, 5, 3 ut ante kal. Mai. -o manifestetur in locis, ne ... conlatores ... ante delegationem missam ea cogantur exsolvere, quae *eqs.* (*cf. suffixo mutato gr.* προδηληγάτον *Preisigke, Wörterb. III 247 iuxta* δηληγατίων *ibid. I 335*).

**[praedēmo** *coniciebatur olim* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 160 *pro* praesumo *q. v.*]

**praedēmōnstro,** -āvī, -āre. *a* prae *et* demonstrare. *i. q. ante demonstrare, praenuntiare*: IREN. 4, 20, 12 ut per eos *prophetas deus* praefiguraret et -ret futura (praemonstraret *var. l., sed v. Lundström, Neue Stud. zur lat. Irenäusübers., 1948, 75sq.*). RVSTIC. c. aceph. p. 1192^C -vimus ..., quia non ex duabus personis dominum dicat. *loco dubio*: TERT. adv. Iud. 3, 10 *verbis Is. 2, 3sq.* 'ex Sion ... exiet lex ... et iam non discent pugnare' *significamur* nos qui ... ista observamus obliterata veteri lege, cuius abolitionem futuram ⸤actu ipso -bat⸥ (⸤ ⸥ *sic Kroymann sec. cod. Trecensem; lectionem cet. codd.* actus ipse demonstrat *tuetur Tränkle*).

**praedēnsus,** -a, -um. *a* prae *et* densus. *i. q. valde densus*: PLIN. nat. 18, 53 panicum ... -is acervatur granis. 18, 142 farrago ex recrementis farris -a seritur. 18, 171 terram.

? **praedēnūntio** *v. p. 372, 65sqq.*

? **praedēsīgno,** -ātum, -āre. *a* prae *et* designare. *i. q. ante designare*: ITALA act. 3, 20 (Tert. resurr. 23) *deus* mittat ⸤-tum vobis⸥ Christum (⸤ ⸥ *ed. vulgo*; praesignatum v. *cod. Trecensis*, -tum nobis *cett.*; *gr.* προκεχειρισμένον ὑμῖν, *cod. d* praedestinatum, *cod. h* praeparatum, *Vulg.* qui praedicatus est). *Ramminger.*

**praedēstinātiānus,** -ī *m.* *a* praedestinare (praedestinatus). *i. qui haeresim praedestinatorum sequitur* (*v. p. 539, 4sqq.*): GENNAD. indic. de haer. 52 (tit. de -is) -i sunt, qui dicunt, quod deus non omnes homines ad hoc creavit, ut omnes salventur *eqs.*

***praedēstinātio,** -ōnis *f.* *a* praedestinare. *scribitur in codd. non raro* pre- *vel* praedist-. *explicationes notionis v. sub 1a et 2a. legitur inde a* NOVATIANO *non nisi apud scriptores eccles. et* BOETH. cons. 4, 6, 4 W.; *deest in poesi; plur. sec. schedas nostras non exstat nisi* Ps. AVG. praed. dei 2, 2 (*bis*). PRAEDEST. 3 praef. p. 628^C GREG. M. moral. 29, 77.

*i. q. actio praedestinantis vel (rarius) status praedestinati. respicitur fere dispositio dei (cuiuslibet e. g.* HIER. *sub 1a.* FAVST. REI. *sub 1b*); *ad statum praedestinatorum fortasse spectant* AMBR. epist. 76, 4 AVG. in psalm. 150, 3; *ad singulos actus referas plur., quem exhibent* Ps. AVG. praed. dei 2, 2 *bis.* PRAEDEST. 3 praef. p. 628^C GREG. M. moral. 29, 77; *metonymice de haeresi v. sub 2aβ. iuxtaposita notabiliora*: HIL. syn. 38 secundum praescientiam vel -em (42, 43. HIER. in eccles. 1, 10 ex p. et -e. AVG. civ. 17, 18 p. 243, 9 D. serm. 47, 15. *al.*; *distinguuntur*: AVG. praed. sanct. 10, 19 PROSP. resp. ad Gall. 1, 15. 2, 15. FAVST. REI. grat. 2, 3 p. 63, 12 *p.* gerenda praenoscit, ... -o retribuenda describit, illa praevidet merita, haec praeordinat praemia. *cf. p. 535, 39sqq. 59*). AVG. doctr. christ. 3, 34, 49 in dispositione ac -e dei (FVLG. RVSP. praedest. 3, 13 in aeterna d. ac -e). persev. 17, 45 praedicatione -is et gratiae (praed. sanct. 10, 19 g. vel -e divina. FAVST. REI. grat. 1, 5 p. 20, 19 SERM. Corp. Christ. 101 B p. 839, 50). HIL. Aug. epist. 226, 4 praescientiam et -em vel propositum (PROSP. epist. 1, 8 p. et -em secundum praescientiam receperunt. *distinguit* HIER. *sub 1a*). BOETH. cons. 4, 6, 4 W. de providentiae simplicitate, de fati serie, ... de cognitione ac -e divina.

1 *de qualibet dispositione futurorum*: a *exempla notionem illustrantia*: HIER. in Eph. 1, 9 p. 453^C inter -em et propositum ... hoc asserunt interesse, quod -o alicuius rei multo ante in mente eius, qui destinet, quid futurum sit, praefiguret *eqs.* 1, 11 p. 455^A προορισμός ... id est -o. Ps. AVG. hypomn. 6, 2, 2 -o ... a praemittendo (praevid- *edd. vet.*) et praeveniendo vel praeordinando futurum aliquid dicitur.

[*Baumgartner*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 7, 1 -is ... nomine non aliqua voluntatis humanae coacticia necessitas exprimitur, sed misericors et iusta futuri operis divini sempiterna dispositio praedicatur (*sim.* 1, 26, 2). 1, 20, 2 -o ... futurorum operum eius *dei* aeterna praeparatio (*sim.* 1, 21, 2).

**b** *exempla varia*: NOVATIAN. trin. 16, 7 D. *Christus* ante mundum fuit et gloriam ... tenuit; nec -o ista dicatur; ... sublata ergo -e *eqs.* 16, 8 si haec gloria in -e fuit, -em istam in gloriam novissimus Christus accepit (*et ibid. ter*). HIL. in psalm. 91, 6 p. 350, 22 omnia ... quadam futurarum rerum -e formantur. syn. 38 si quis secundum praescientiam vel -em *Christum* a Maria dicit filium esse ([*Socrat. 2, 30 p.* $281^{B}$ κατὰ πρόγνωσιν]. *sim.* 42. *cf.* 43). FILASTR. 97, 1. AMBR. Abr. 2, 10, 74 in -e fuisse semper ecclesiam dei ..., sed voluntate domini certo reservatam tempori (*cf.* AVG. doctr. christ. 3, 34, 49 ipsa *ecclesia* promissionis vel -is firmitate iam data est, quae danda suo tempore a patribus credita est). hex. 2, 5, 21 rerum perfectio non in consummatione operis, sed in suae (*sc. dei*) -e est voluntatis (*item -o ipsi actioni opponitur*: in Luc. 5, 31. AVG. in euang. Ioh. 105, 6 sicut tunc -e, ita et nunc perfectione. 105, 8. in Iob p. 569, 13 in -e, non in actione. GREG. M. moral. 28, 14 [*sim.* 29, 25]. *cf. infra l. 78*). HIER. in eccles. 1, 10 dicendum, quod ex praescientia et -e dei iam ea facta sint, quae futura sunt (*sim.* AVG. doctr. christ. 3, 34, 49 c. Maximin. 2, 16, 3. *item quaedam -e iam facta dicuntur*: AVG. civ. 12, 14 p. 532, 17 D. tamquam in -e dei iam facta fuisse omnia. in psalm. 84, 3. *al.* CASSIOD. in psalm. 32, 14 l. 266 dum omnia *ventura* ... in -e fuerint constituta. *al.*). AVG. in Iob p. 569, 12 in -e dominus vidit viam, quo se converterent. PS. AVG. praed. dei 2, 2 -um aliae sunt alligationis, aliae conditionis (*cf. postea*: unumquodque ... alligatum est suo operi per -em dei). AVELL. p. 595, 23 (*Hormisda papa Iustino Aug.*) electos vos venerabili -e divinitatis. PROSP. resp. ad Gall. 1, 1 -em dei nullus catholicus Christianus negat (FVLG. RVSP. praedest. 3, 12. *cf.* 3, 1 veritatem -is divinae negare). FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 85, 21 nemo ... moram ex moderatione permittit, qui ex -e punire disponit. GREG. M. moral. 29, 77 ordinem caeli nosse est supernarum dispositionum occultas -es videre. *al.*

2 *specialia*: **a** *spectat ad electionem sanctorum* (*vel reprobationem impiorum; ad rem v. Auer in Lex. für Theol. und Kirche*$^2$ *VIII 664sqq., Kähler in Religion in Gesch. und Gegenw.*$^2$ *V 483sqq.*): α *exempla notionem illustrantia* (*cf. etiam p. 534, 66sqq.*): AVG. civ. 20, 15 p. 442, 26 D. *liber vitae* -em significat eorum, quibus aeterna dabitur vita. persev. 14, 35 haec est -o sanctorum ..., praescientia scilicet et praeparatio beneficiorum dei (*cf.* praed. sanct. 10, 19 -o est gratiae praeparatio). 18, 47 aliquando eadem -o significatur ... nomine praescientiae (*de Rom. 11, 2* praescivit; *inde* GRAMM. suppl. 185, 29). 19, 48 quid ... nos prohibet, quando ... legimus dei praescientiam et agitur de vocatione electorum, eandem -em intellegere? PS. AVG. hypomn. 6, 1, 1 -em dicimus eo, quod deus quosdam hominum ... praedestinet ad vitam regni caelorum. HIL. Aug. epist. 226, 4 praescientiam et -em vel propositum ad id valere contendunt, ut eos praescierit vel praedestinaverit vel proposuerit eligere, qui fuerant credituri. FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 22, 1 haec est in sanctis causa -is divinae, praeparatio scilicet iustificationis et adoptionis indebitae. praedest. 3, 4 haec electionis aeterna praeparatio ipsa est divina -o. β *exempla varia selecta*: AMBR. epist. 76, 4 cum in adoptionem filiorum dei ... simus praedestinati (*cf. Eph. 1, 5*); quam -em probavit *Christus*. TRACT. de indur. cord. Phar. 48 l. 15 in ⟨di⟩lectione creatoris potius quam in -e omnem summam perfectionis consistere. RVFIN. Clement. 1, 45, 5 *Christus* secundum -em patris pios quosque ... perunguet. Orig. in Rom. 1, 3 p. $846^{A}$ (*de Rom. 8, 30*) praecedit ... praescientia dei, per quam noscuntur, qui in se labores et virtutes habituri sint, et ita -o sequitur, nec tamen rursus -is causa putabitur praescientia (*gr.* ἀνοτέρω ... τοῦ προορισμοῦ ἡ πρόγνωσις). AVG. epist. 149, 22 si ad illam -em et vocationem, quae secundum propositum ... est, pertinerent *parvuli*. 187, 37 secundum -em, secundum quam et apostolus dicit, quod elegerit nos deus. in euang. Ioh. 45, 12 (*de Rom. 8, 29–33*) secundum istam -em, secundum istam dei praescientiam, secundum electionem ovium ante constitutionem mundi. in Gal. 40, 19 -o ... eius *populi novi testamenti* apud deum et ipsa Hierusalem caelestis antiqua est. persev. 14, 35 si ... a perditionis massa non sunt gratiae -e discreti (*sim.* PROSP. resp. ad Gall. 2, 7). in psalm. 150, 3 -o nostra non in nobis facta est. serm. coll. Morin p. 499, 20 vivit homo male et forte in -e dei lux (*i. aeternitas*) est, et vivit alter bene et forte in -e nox (*i. damnatio*) est. EVCHER. instr. 1 p. 85, 27 *in Iudaeis excaecatis* non -o divina intellegenda est, sed praescientia. PROSP. resp. ad Gall. 1, 6 -em ... dei sive ad bonum sive ad malum in hominibus operari ineptissime dicitur. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 16, 24 unum in origine perditum, alterum in -e ... electum. p. 16, 29 qui in adquisitionis -e est. 1, 5 p. 20, 19 *apostolus* nequaquam sub nomine -is et gratiae otio manus relaxat (*inde* SERM. Corp. Christ. 101 B p. 839, 50 nec -i acquiescit nec soli gratiae credit). 1, 9 p. 29, 8 salutem hominis non in -e factoris, sed in operatione famulantis ... collocavit *deus*. ISID. sent. 2, 6, 1 gemina est -o sive electorum ad requiem sive reproborum ad mortem. *et saepe.* *per metonymiam de doctrina haeretica praedestinatorum q. d.*: FAVST. REI. grat. prol. p. 3, 9 (*ad papam*) in condemnando -is errore concilium summorum antistitum congregastis. γ *in titulis librorum*: PROSP. resp. ad Gen. praef. p. $187^{A}$ in libris ... Augustini episcopi, quorum titulus est 'de -e sanctorum' (*afferunt etiam* FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 29, 1 FACVND. defens. 9, 5, 34). VITA Fulg. p. 133 L. de veritate -is ⌊et gratiae⌋ libellos tres confecit (ISID. vir. ill. 27 duo ... libri de veritate -is). *cf. quae appellantur* PS. AVG. praed. dei *et* praed. et grat.

**b** *spectat ad dicta veteris testamenti, quibus novum et praefiguratur et praefinitur* (*per locutionem* in -e dicere *sim. praeter l. 15*): CANON. Turner I p. 335 l. 121 (*ad prov. 8, 25* primum creatus) si ... confitearis id in -e humani corporis dictum, ... dei filium monstras genitum *eqs.* (*conferendum videtur*: p. 357 l. 79 in -e carnali [*i. incarnationis filii?*] futura enuntians ei *Adae deus*). AMBR. fid. 2, 4, 37 *Christus* locutus est in profeta et in euangelio, ipse tamquam in -e euangelii per Esaiam dicit: 'ipse, qui loquebar, adsum (*Is. 52, 6*)', hoc est: adsum in euangelio, qui loquebar in lege. parad. 5, 27 alterum (*i. Iudaeorum*) in sermone, alterum (*i. Christianum*) in -e divino populum deus adloquebatur oraculo (*cf.* AMBR.[?] sacr. 4, 3, 11 *coepisse Christianos* in -e, ... *Iudaeos* in nomine). AVG. in psalm. 3, 9 l. 45 hoc ... in -e a propheta dicitur. 3, 10 recte in -e dicitur de diabolo et angelis eius.

3 *appendix* (*ad 1 et 2*): **a** *pendent structurae, quibus indicatur*: α *quis (quid) praedestinetur* (*sc. per gen.; pron. l. 24, adi. l. 26*): NOVATIAN. trin. 16, 9 D. Christi. HIL. in psalm. 91, 6 p. 350, 22 futurarum rerum (*cf.* HIER. in Eph. 1, 9 p. $453^{C}$ alicuius rei). AMBR. fid. 2, 4, 37 euangelii. AVG. civ. 20, 15 p. 442, 26 D. eorum. in euang. Ioh. 105, 7 claritatis. persev. 14, 35 sanctorum (20, 53 praed. sanct. 1, 2. 10, 19. *v. etiam sub 2aγ*). 20, 51 beneficiorum. in psalm. 150, 3 nostra. PS. AVG. praed. dei 3, 3 mortis. 3, 4 ultionis. *ibid.* remunerationis. CANON. Turner I p. 357 l. 79 carnali (*i. incarnationis?*). *al.* β *quis (quid) praedestinet* (*sc. per gen., pron., adi.*): AMBR. hex. 2, 5, 21 voluntatis *dei* (*cf.* in Luc. 5, 31 consilii. GREG. M. moral. 29, 77 supernarum dispositionum [*nisi gen. inhaer.*]). HIER. in eccles. 1, 10 dei (AVG. civ. 12, 14 p. 532, 17 D. doctr. christ. 3, 34, 49. *et saepe*). RVFIN. Clement. 1, 45, 5 patris. AVG. anim. 3, 10, 13 eius (*item gen. pron. al.*). 3, 10, 14 suam (*sim. al.*). persev. 14, 35 gratiae (19, 48. *nisi ad l. 19*). praed. sanct. 10, 19 divina (AVELL. p. 625, 18 PRAEDEST. 3 p. $628^{C}$. *al.*). AVELL. p. 595, 23 divinitatis. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 29, 8 factoris. γ *ad quid aliquis praedestinetur*: NOVATIAN. trin. 16, 8 D. -em istam in gloriam. ISID. sent. 2, 6, 1 ad requiem, ... ad mortem.

**b** *locutiones praepositionales notabiliores*: in -e (*v. etiam sub 2b*): NOVATIAN. trin. 16, 8 D. (*bis*). AMBR. Abr. 2, 10, 74 in Luc. 5, 31. *al.* AVG. conf. 13, 34, 49 epist. 217, 13 in euang. Ioh. 8, 9. *et saepe.* secundum -em: HIL. syn. 38. 42. 43 FILASTR. 97, 1 RVFIN. Clement. 1, 45, 5. AVG. epist. 187, 37 (*bis*). in euang. Ioh. 42, 16. 45, 12 (*ter*). *al.* ex -e: HIER. in eccles. 1, 10 PS. AVG. quaest. test. II nov. 57 p. 473, 21 PROSP. resp. ad Gall. 2, 1 FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 31, 23. *al.* *varia*: NOVATIAN. trin. 16, 9 D. ante hanc -em Christi. AVG. anim. 3, 10, 14 contra suam -em facere. praed. sanct. 10, 19 de sua -e promisit.

**praedēstinātor**, -ōris *m.* *a* praedestinare. *i. qui praedestinat* (*de deo praeter l. 55; accedit gen. obi. l. 50*): PRAEDEST. 3, 1 p. $631^{B}$ nulla ... ratio patitur, ut, ubi alter (*sc. deus*) -r est, ibi alter (*sc. homo praedestinatus*) praevaricator esse dicatur. p. $631^{C}$ si quasi iustus *deus* iniusta humani operis facta condemnat, huius iniustitiae alium -em ostendite. 3, 6 p. $640^{B}$ cui vultis hoc crimen *Iudae* ascribi? ipsi Iudae traditori an deo -i? (*cf. ibid.* hoc peccatum dei -is esse. *ibid. postea*: -is dei astutiam). *per ironiam transfertur ad sectatorem haereseos praedestinatorum q. d.*: PRAEDEST. 3, 8 p. $646^{D}$ te interrogo, o sanctissime -r, ut unum e duobus facias: aut ... fateberis te vinci aut deum blasphemare convinceris.

**praedēstinātum** (*sc. plur.* -ta) *et* **praedēstinātus** *v.* praedestino.

*praedēstino, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* destinare. *scribitur in codd.* pre- ITALA Rom. 8, 29 (cod. d, *sed* prae- 8, 30) *et saepius in recc.*, -dist- ITALA act. 3, 20 (cod. e, *sed* -dest- 10, 41). HEGES. 1, 30, 1 (*M*$^2$). VVLG. Rom. 1, 4 (*F*). *al.* NOT. Tir. 89, $66^{a}$ praedestinat. *formae perf. breviores*: -asse *sim.* AVG. persev. 18, 47 in psalm. 51, 1 FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 22, 4. 2, 1, 2. *al.* (-visse *sim. non invenimus*), -arat: AVG. anim. 3, 10, 14 (-verat ITALA act. 4, 28 [IREN. 3, 12, 5]. OROS. hist. 6, 22, 6. *al.*). *de notione* (*v. etiam quae sub II attulimus*): GLOSS. II 416, 13 προαποστέλλω. 419, 37 προορίζω: -o, praefinio. V 135, 30 -bit: dirigit (*pro* -et) vel ambulabit. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. PR 326 praeparare (*sim.* 329); *ratione obscura explicantur ibid.* PR 325 -are: praestolare. 327 praesentare (*referasne ad* POSSID. *p. 538, 6?*). 328 -ari: prae esse, ire. *legitur inde a* LIV. (*semel, si recte trad., v. sub IA*), *ceterum imprimis apud Christianos inde ab* ITALA, IREN., NOVATIANO, *in poesi non nisi* PRVD. cath. 12, 68; *deest* TERT. *et* CYPR.; *praevalent formae pass.* (*maxime p. p. p.*). [*confunditur in codd. e. g. cum* praeformare IREN. 3, 22, 3, *restituitur pro* praestinare PANEG. 7, 7, 1 (*falso trad.* APVL. met. 4, 15, 3. 10, 13, 4), *falso trad. pro* destinare NEP. Eum. 2, 4 praeoccupare [prae]destinavit.]

*i. q. antea destinare, constituere*, προορίζειν (*quod gr. respondere solet nec infra affertur; fere abundanter accedunt adv.* ante ITALA Rom. 8, 29 [*addidit* Aug. epist. 186, 25. *al.*]. Eph. 1, 5 [Hil. in psalm. 91, 9]. PELAG. in Eph. 2, 7. *al.*, olim ITALA Iudas 4 [Fulg. Rusp. ad Eug. frg. 3. *al.*]. MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 1; *cf. etiam* ante saecula ITALA I Cor. 2, 7 [cod. d. *al.*]. AMBR. fid. 3, 10, 64. *al.*, ante constitutionem mundi MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 4 AVG. bapt. 4, 3, 4 p. 225, 1. *et saepe; sim. al.*): I *vario usu respiciuntur quae statuuntur*:

[Baumgartner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***praedium,** -ī *n.* [*a* praes *derivandum, sed fort. ita, ut primo formatum sit adi.* *praedius, -a, -um (*v. p. 578, 29*), *cuius neutr. deinde pro subst. adhibebatur. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 40 -a dicta, item ut praedes, a praestando, quod ea pignore data publice mancupis fidem praestent. ISID. orig. 15, 13, 5 (*inde* GROM. p. 369, 8 L.) -um, quod ... patrifamilias maxime praevidetur, id est apparet, quasi praevidium; vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, ut praedae nomine habebant. DIFF. ed. Beck p. 34, 54 -um eo quod ab hostibus veluti praeda captum possidebatur vel dividebatur. DIFF. ed. Brugnoli 45 -um velut praedivitatem (*v. sub hac voce*). *scribitur* pred- *e. g.* CIL II 3015 VIII 22774 XIV 3482. XV 179 (*aet. Commodi*). *et saepe in inscr., cf.* pered- CIL XV 1203 (*aet. Hadr.*) *et litt. gr.* πρεδ- PAP. Tjäder 18/19 B 22. *abbreviatur* p INSCR. Dessau 3240 (*a. 77; v. p. 579, 28*). CIL XV 56 (*aet. Traiani ut*: 542). *al.*, pr CIL XV 2157 (*a. 113*). 1452 (*a. 125*). *et saepissime in lateribus*, pra CIL XV 727 (*aet. Aur. ?*), prae CIL XV 225 (*aet. Aur.*). XII 5678, 1. *al.*, pre CIL XV 681 (*a. 123*). *al.*, praed CIL XV 709 (*ante a. 123?*). *al.*, pred CIL XV 541 (*aet. Commodi*). *al.*, prad CIL XV 621 (*aet. Aur.*), paed CIL XV 402, ? prd CIL XV 156 (*sed v. adnot.*). NOT. Tir. 37, 53. *de genere: inter neutra affert* PS. ASPER gramm. suppl. 41, 28; *pron. masc. ad* -um *refert* CASSIOD. var. 1, 18, 2; *fem.* -a ITALA lev. 18, 3 (Lugd., *v. sub ID*); *add. fortasse* praecha (*v. p. 428, 48*; -a *restituendum suspicatur Gatti in schedis coll.* GLOSS. V 296, 47 fundum: possessio vel -a [*de numero dubitamus*]; *cf. p. 522, 77*); *falso* -a *legit Rönsch, Collect. phil., 1891, 157 in* HIST. Apoll. 26 (*omnes rec. exhibent* -o). *de formis* (*pro exemplo sive numeri plur. sive vocis tres casus habentis, sc.* -um, -ii, -o, *affert* VARRO ling. 8, 48 *et* 63): *formae contractae* -di CIL VIII 10713 *et* -dis R. GEST. div. Aug. 16 (*exemplar Ant.; per i longam ut*: CIL IV 1136 VIII 2841. 8378; *sed* 8421 -dIs. 1932 -dIis). SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 11. *et saepe.* *recipitur in serm. iuris graeco: Schol. Basilic. 29, 6, 13, 1* πραέδιον (*ter; de -o q. d.* '*dotali*'). *legitur in oratione prosa inde a* CATONE, LEGE agr. *aliisque legibus*, S. C. de Asclep., CIC., VARRONE, ALF. dig.; *saepissime in inscr.; in versibus apud* PLAVT., TER., HOR. sat., PERS., MART., IVV. *al.* [*in codd. confunditur maxime cum* praesidium, *e. g.* CIC. leg. agr. 2, 78 Att. 7, 17, 1 PLIN. nat. 2, 200 (praesidium *legendum* CAES. Gall. 6, 34, 1, *restituendum* SALL. or. Lep. 26), prandium PLAVT. Stich. 203 Truc. 214 CIC. Att. 13, 45, 3; *falso trad. pro* praebia FEST. p. 238. 241; *loco lacunoso e. g.* CIC. S. Rosc. 132 EDICT. imp. Dom. de veteran. (CIL XVI p. 146 n. 12 = Pap. Corp. 104) ext. 19.]

*i. q. pars quaedam terrae, soli, fundus sim.* (*ad rem cf. Hug, RE XXII 1213sqq.; gr. ubi resp.* χωρίον, *infra non adnotatur*). *usu originario de fundo cautionis causa (quasi) pignori dato dictum* (*v. imprimis sub IB1 et cf.* bona -a *l. 27*) *maxime significat id, quod fructus capiendi causa aut colitur aut locatur sim.; aedificia in fundo sita comprehenduntur e. g. l. 43. p. 581, 11. 49* (*cf. etiam l. 28. 64*), *significari videntur p. 581, 68* (*disting.* aedificia S. C. de Asclep. [Degrassi, Inscr. lib. rei p. 513] 5; *cf.* ITALA act. 4, 34 [cod. e] -orum aut domorum).

*definitur*: IAVOL. dig. 50, 16, 115 'fundus' est omne, quidquid solo tenetur; 'ager' est, si species fundi ad usum hominis comparatur; 'possessio' ab agro iuris proprietate distat ...; possessio ergo usus, ager proprietas loci est; '-um' utriusque supra scriptae *speciei* (rei *suppl. edd.*) generale nomen est. PS. ASCON. Verr. p. 252, 16 bona -a dicuntur bona satisdationibus obnoxia ..., -a vero domus, agri ([*ad p. 579, 58*]. *asyndeton bimembre intellegendum videtur, nisi subest adi.* *praedius *notionis q. e. ad praedem pertinens, ut significentur* '*bona obnoxia*'. *ceterum cf. explicationem ibid.* p. 253, 1sq. -a sunt res ipsae, praedes homines, id est fideiussores, quorum res bona -a uno nomine dicuntur). *cf. etiam*: SYNON. Cic. p. 425, 33 fundus. -um. rus. ager. suburbanum. villa. vicus. p. 440, 22 -a. agri. rura. possessiones. GLOSS. χωρίον. κτῆμα. possessio. villa. agrum vel possessio. valde dives possessio. -a: ἔγγαια κτήματα. fundi. *iuxta voces affines*: fundus *e. g.* PLAVT. Truc. 214 (*resp.* f. et aedes). CIC. Quinct. 85 S. Rosc. 20. leg. agr. 3, 14 (f. *comprehendit* -a). CELS. dig. 18, 1, 59, agri *e. g.* CATO agr. 1, 4 CIC. Flacc. 71 VELL. 2, 74, 2 PLIN. epist. 3, 19, 1, rus CIC. S. Rosc. 133 (*distinctius* CE 1417, 6). possessio *v. p. 97, 61sqq.*, horti NEP. Cim. 4, 1. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 4. SEN. dial. 9, 8, 5, saltus TAB. aliment. Vel. (CIL XI 1147) 6, 60 (*per distinctionem ut*: 6, 78). *distinguuntur singula genera -orum, maxime* rustica *vel* urbana, *cf. e. g.* VLP. dig. 50, 16, 198 'urbana -a' omnia aedificia accipimus, non solum ea, quae sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt vel alia meritoria in villis et in vicis, vel si praetoria voluptati tantum deservientia; quia urbanum -um non locus facit, sed materia; proinde hortos quoque, si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum est urbanorum appellatione contineri. *ubi adi. omittuntur, plerumque intellegenda sunt -a rustica, sed non desunt, quae referenda videntur ad -a urbana, e. g.* CIC. dom. 146 ALF. dig. 19, 2, 30 pr. (*cf. l. 19*). *alia distinctio*: GAIVS inst. 2, 21 -a stipendiaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae populi Romani esse intelleguntur; tributaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur. *plura afferuntur in appendice.* *ad -a veteranorum spectant* HOR. sat. 2, 6, 56 R. GEST. div. Aug. 16 VELL. 2, 74, 2.

I *proprie; pertinet magis ad*: A *proprietatem, possessionem sim. -orum* (*-a locata, conducta et inscriptiones tegularum possessorem indicantes v. sub C; cf. p. 582, 36*): 1 *-a emuntur, veneunt*: PLAVT. Stich. 203 perquirunt quid siet causae ilico: alienum aes cogat an pararit -um ([prandium *P*]. CATO agr. 1, 1 -um quom parare cogitabis, ... uti ne cupide emas. PLIN. nat. 14, 50 neglecta indiligentia -a paraverat. PELAG. in II Tim. 1, 9). CATO agr. 1, 1 (*v. l. 60*) emas (CIC. fam. 13, 8, 2 CIC. fil. Cic. fam. 16, 21, 7 PLIN. nat. 18, 26 MART. 6, 50, 4. TAC. hist. 1, 27, 2 -a vetustate suspecta [*de eadem re: Suet. Otho 6, 2* domum]. POMPON. dig. 18, 2, 15 pr. *al.*; *cf.* emptor -orum: *vol. V 2, 537, 51sqq.*; emptio -orum: GAIVS dig. 17, 1, 2, 6. *al.*). 1, 4 qui in his agris -a vendiderint (CIC. Verr. II 1, 28 Sull. 56 fam. 13, 8, 2. *al.* VARRO ling. 6, 74 HOR. sat. 2, 7, 110 MART. 3, 48, 2 IAVOL. dig. 39, 1, 23. *al.*; *cf.* PAPIN. dig. 31, 78, 1 venditionem ... -orum [*al.*]. PAVL. dig. 19, 1, 21, 1 -i venditor [*al.*]). S. C. de Asclep. (Degrassi, Inscr. lib. rei p. 513) 5 quae -a, aedificia, ⟨bona eorum venierunt⟩ (CIC. Att. 11, 4, 1 -a non venisse. fam. 14, 6 SCAEV. dig. 18, 1, 81, 1. *al.*). CIC. Caecin. 11 quaedam -a atque adiuncta mercatur (PLIN. nat. 13, 92 tanti [*antea*: latifundii]. LEX Malac. [CIL II 1964] 4, 67 eos praedes ..., ea -a. MART. 6, 5, 1). Flacc. 74 emptiones falsas, -orum proscriptiones ... fecisti. ASCON. tog. cand. p. 66, 2 quod propter aeris alieni magnitudinem -a manciparit (*cf.* QVINT. inst. 6, 3, 44 paterna emancupare -a). PLIN. epist. 3, 19, 1 -a agris meis vicina ... venalia sunt (7, 11, 6). *al.* 2 *alia exempla*: CIC. Quinct. 28 expulsus atque eiectus e -o Quinctius (85 dominum expulsum esse de -o. SERV. auct. ecl. 9, 11 de -is suis fuerat Vergilius expulsus). 84 *lex* invitum de -o detrudi vetat (89 *bis*). 85 dominum ... -a tenere (MART. 3, 31, 2 urbani ... tenent -a multa lares [*plures possessiones potius intellegas quam aedis unius magnitudinem*]. PAPIN. dig. 50, 15, 5 pr. *al.*). *ibid.* -um, non bona, ...
[*Wiesinger*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alterius possidere (*ibid. iterum.* S. Rosc. 17. 145 *bis.* GAIVS inst. 2, 72. *al.; cf.* possessor -orum: *v. p. 102, 57 sqq.*; possessio -orum: PAPIN. dig. 20, 1, 1, 4. *al.*). S. Rosc. 21 tria -a vel nobilissima Capitoni propria traduntur (26 vacua. PAPIN. dig. 10, 2, 35. *al.*). 49 *invasor Roscio* nullum -um reliquit (*aliter, sc. dando heredibus*: Cluent. 141 PAPIN. dig. 31, 77, 32. *al.; deserendo*: POMPON. dig. 39, 2, 39, 1). 133 habet ... rus amoenum et suburbanum, plura praeterea -a (Cluent. 198. Flacc. 71 in hisce agris ... -a habere. Phil. 2, 41. Att. 7, 14, 3 in ora maritima. fam. 9, 20, 1. NEP. Cim. 4, 1 -a hortosque. Att. 14, 3 LIV. 40, 51, 2. *al.; cf. p. 580, 6. 33*). *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 9, 3 -a rustica dare (HOR. sat. 2, 6, 56 militibus promissa ... -a. SEN. epist. 42, 7. MART. 11, 18, 26 quo tempore -um dedisti, mallem ... prandium dedisses. SVET. Nero 33, 3. AFRIC. dig. 32, 64 per fideicommissum. *al.*). ALF. dig. 32, 60, 3 -is legatis ... neque topiarium neque saltuarium legatum videri (POMPON. dig. 30, 38, 1 SCAEV. dig. 15, 1, 58. *al.*). VELL. 2, 74, 2 qui iussa divisione -orum ... agros amiserant. VAL. MAX. 4, 2, 7 cum mater Cornelia fidei commissa -a non redderet (*cf. l. 13 et* SCAEV. dig. 34, 4, 31, 1 *heredi* -a legavit et fidei eius commisit. *sim. al.*). 6, 5, 1 senatus Camerinis locum in Aventino adsignavit et -a restituit. SEN. benef. 4, 37, 2 petit, ut sibi cuiusdam -a donaret (PAPIN. dig. 41, 2, 48. *al.*). dial. 10, 3, 1 -a sua occupari a nullo patiuntur. SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 11 *ut Galillenses* de -is Patulcensium recederent vacuamque possessionem traderent. TAC. ann. 14, 60, 4 *Octavia* -a Plauti, infausta dona, accipit (AFRIC. dig. 20, 4, 9, 3 in dotem. *al.*). IAVOL. dig. 39, 1, 23 dominus -orum (IVLIAN. dig. 22, 1, 25 pr. ex qua *parte* d. -i est. POMPON. dig. 39, 2, 39, 1. *al.; v. et p. 580, 7. 9. 581, 50*). *al.* *loca in possessionem divinam traduntur*: INSCR. Dessau 3240 (*Capuae, a. 77*) p(raedia) D(ianae) T(ifatinae) (*si recte solvitur; cf. antea*: locor. dicatorum Dianae Tifat.). CIL II 3015 Lucius et Cornelia ... in locum decime sacre dive Diane -um dicarunt. CE 916, 1 (= INSCR. christ. Diehl 1785, 1) haec tibi mens Valilae devovit -a, Christe (*Valila Gothus a. 471 Tiburtinae ecclesiae donum dedit*). GREG. TVR. Franc. 3, 18 p. 120, 3 *regina Chrodigildis* -a ecclesiis, monasteriis vel quibuscumque locis sanctis necessaria praevidit.

**B** *obligationes et iura -orum* (*de -is vendendis sim. v. sub A1*): **1** *-um (quasi) pignori datur, accipitur sim.*: **a** *vario usu*: CATO or. frg. 47 (106 M.) vinum redemisti, -a pro vini quadrantalibus sexaginta in publicum dedisti, vinum non dedisti (LEX agr. [CIL I$^2$ 585] 84 quei ex h(ac) l(ege) -a dederit. *cf. l. 57. p. 577, 62*). LEX par. fac. Put. (CIL I$^2$ 698) 3, 14 pars dimidia *pecuniae* dabitur, ubei -a satis subsignata erunt (CIC. leg. agr. 3, 9. CIL XIV 3471, 6 [*saec. I*]. *cf. l. 72 sqq.*). CIC. Verr. II 1, 144 D. Bruti, cuius -a suberant, periculum (subierant *var. l.; ad rem cf.* PS. ASCON. *ad l.* satisdatorem ... fuisse *Brutum*). leg. agr. 3, 9 (*v. sub 2*) obligata (TAB. aliment. Baeb. [CIL IX 1455] 1, 4 SVET. Vesp. 4, 3. VLP. dig. 46, 3, 45 doti. PAVL. dig. 34, 1, 12 pignoris iure. SCHOL. Cic. Bob. p. 106, 9 loco pigneris. *al.; v. iam* LEX *l. 68 sq.; cf.* obligatio -orum *vol. IX 2, 88, 5 sqq.*). Att. 5, 1, 2 sunt aliquot satisdationes secundum mancipium, veluti Mennianorum -orum. fam. 13, 8, 2 -a in aestimationem accepit (*ad rem cf. Kunkel, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 90, 1973, 160 sqq.*). LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 11 -orum cognitores (4, 23). TAC. ann. 6, 17, 3 facta ... mutuandi copia sine usuris, per triennium, si debitor populo in duplum -is cavisset (*cf. l. 62*). SCAEV. dig. 10, 2, 39, 5 -a pignori data (*al.* PAPIN. dig. 20, 5, 1 accepit. VLP. dig. 2, 14, 52, 2 -i p. nexi. *sim. al.; cf.* PAPIN. dig. 2, 14, 42 -i pignerati).

**b** *iungitur cum* praes (*v. etiam p. 578, 74*): **α** *artius*: LEX agr. (CIL I$^2$ 585) 46 praevides -aque soluti sunto (LEX Tarent. [CIL I$^2$ 590] 1, 9 praedes -aque ad IIII vir(os) det quod satis sit. CIC. Verr. II 1, 142 in bonis praedibus -isque vendundis *eqs.* [PS. ASCON. *v. p. 578, 27*]. LEX Malac. [CIL II 1964] 3, 36 praedes -aque sine d(olo) m(alo) accipito, quoad recte cautum sit. 4, 52 e lege praediatoria praedibus -isque vendundis dicere *oportet*). CIC. Verr. II 1, 142 praedibus et -is populo cautum est ([PS. ASCON. *v. p. 578, 31*]. *item* 1, 143. LEX Malac. [CIL II 1964] 4, 60). LIV. 22, 60, 4 *cum* dandam ex aerario pecuniam mutuam praedibusque ac -is cavendum populo censerent. LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 18 de obligatione praedum -orum cognitorumque.

**β** *nexu laxiore* (*antecedit* praes *praeter l. 69. 71*): LEX agr. (CIL I$^2$ 585) 48 ⟨quei ob eu⟩m agrum locum manceps praesve factus est quodque ⟨pra⟩edium ob ⟨eam rem ... obligatum est⟩. 74 *nisi* -um ante ea ob eum agrum locum in publico obligatum erit in publicu⟨mve praes datus eri⟩t. 84 quo minus ex h(ac) l(ege) -um, queiquomque velit, supsignet ... praesque, queiquomque ... fieri volet, fiat. LEX par. fac. Put. (CIL I$^2$ 698) 1, 7 qui redemerit, praedes dato -aque subsignato. LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 35 *si* praedibus minus cautum esse videbitur, -a subsignato. 4, 10 ⟨qui⟩ praedes accepti sint quaeque -a subdita subsignata obligatave sint. 4, 22 quicumque ... praedes facti sunt erunt quaeque -a accepta sunt erunt. *al. in eadem lege.*

**2** *alia exempla (sc. notabiliora et generalia selecta)*: CATO orig. 125 ne -a in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur. CIC. leg. agr. 3, 9 optimo ... iure ea sunt -a, quae optima condicione sunt (*comparantur* libera *et* serva, soluta *et* obligata, immunia *et* illa quae pensitant). 3, 10 *lex* quae ius melius Sullanis -is constituat quam paternis. Flacc. 79 haec -a in censum dedicavisti. part. 107 ex lege -i quaeritur *eqs.* (VARRO ling. 5, 27 l. -orum urbanorum. POMPON. dig. 47, 12, 5 -orum vendundorum. CIL VI 8432, 7). off. 3, 65 de iure ... -orum sanctum ... est iure civili (PAVL. FEST. p. 64 circumluvium ius -orum. CELS. dig. 50, 16, 86. POMPON. dig. 8, 3, 20, 3 *aquam* hauriendi ius non hominis, sed -i est. 10, 2, 47 pr. *si* de iure -i controversia sit. 43, 24, 21, 3 ius aliquod -i. GAIVS dig. 20, 1, 11, 3 epit. 2, 1, 3. *al.; ad rem v. Bund, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 73, 1956, 160 sqq.*). *al.* LEX VRSON. (CIL I$^2$ 594) 98, 34 qui in ea colon(ia) ... domicilium -umve habebit. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 4 quorum hortorum, -orum, locorum dominis ... aqua data ... est. FRONTIN. aq. 107, 1 ius impetratae aquae neque heredem neque ... novum dominum -orum sequitur. *al.* TAB. aliment. Vel. (CIL XI 1147) 1, 5 professus est -a rustica deducto vectigali HS *tot* (*sim. passim*). 6, 60 saltus -aque (6, 78 s. sive -a. *sim. saepius*). NERAT. dig. 8, 3, 2 pr. rusticorum -orum servitutes (IVLIAN. dig. 45, 1, 56, 4. POMPON. dig. 8, 1, 15 pr. nec hominum nec -orum s. 18, 1, 66 pr. *al.; cf.* 50, 17, 205 servitutem in -o imponere. *al.*). 20, 2, 4 pr. quae in -a urbana inducta illata sunt, pignori esse credantur ...; in rusticis -is contra observatur. *al.* CELS. dig. 18, 1, 59 non liberum, sed qualis esset, fundum praestari oportere; idem et in urbanis -is dicendum est. SVET. Claud. 12, 2 ius nundinarum in privata -a a consulibus petit. IVLIAN. dig. 8, 3, 28 itinere ad -um commune duorum legato *eqs.* 23, 5, 7 pr. fundum Titii servientem dotali -o. *al.* POMPON. dig. 7, 1, 32 *in traditione aedis vel fundi* excipere potest id, quod personae, non -i est. *al.*

**C** *-a colenda vel administranda*: **1** *in universum*: CATO agr. 1, 7 -um quod primum siet, si me rogabis, sic dicam: ... vinea est prima ..., secundo loco hortus inriguus (*affert varia genera -orum*). 4 in bono -o si bene aedificaveris, *eqs.* 9 hoc (*sc. suburbanum, de quo egit*) est -um, quod ubi vis expedit facere. CIC. S. Rosc. 43 tot -a, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio ... colenda ... tradiderat (*ibid.* in -is colendis operae plurimum ... consumere. 44 colendis -is praefuisse. ALF. dig. 32, 60, 3. COLVM. 1 praef. 12 ipsi -a nostra colere dedignamur. *al., v. vol. III 1673, 69 sqq.; cf.* EPIGR. Bob. 3, 1 -a, ... senta inculta licet). VARRO rust. 1, 5, 3 quae in ... -o colendi causa sint facienda. 2 praef. 6 qui habet -um, habere utramque debet disciplinam, et agri culturae et pecoris pascendi. *al.* LIV. 45, 18, 3 locationes -orum ... rusticorum (VLP. dig. 5, 3, 27, 1 urbanorum). PAVL. FEST. p. 280 qui -a locant (COLVM. 1, 7, 7 PLIN. epist. 9, 37, 1 AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. *al.*). VAL. MAX. 8, 7 ext. 6 si -orum potius quam ingenii culturae vacasset. COLVM. 1, 1, 18 cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico -o non erit opus. 1, 1, 19 suburbanum -um commodissimum esse (*opp.* longinqua ... rura). PLIN. epist. 6, 30, 4 rusticorum -orum administratio poscit durum aliquem et agrestem. POMPON. dig. 20, 2, 7 pr. in -is rusticis fructus, qui ibi nascuntur, *eqs.* SCAEV. dig. 40, 7, 40, 5 quod neque a conductoribus -orum neque a vilicis pensiones exegerit (COD. Iust. 5, 62, 8 [*a. 225*]. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 568. *cf. p. 581, 20. 30*). CIL XIII 2243 (*saec. II*) actoris -orum (V 5005 [*saec. III in.*]. COD. Theod. 15, 3, 3. *al.*). XIV 4570, 10 (*a. 205*) vilico ... -orum (VI 30983. *cf. l. 43 et* AVSON. 415, 1 p. 273 P. meis qui vilicatus -is). III 536, 11 (*aet. Alex. Sev.*) proc(uratorem) at -a Galliana (COD. Iust. 2, 12, 16 [*a. 293*]. *al.*). *al.*

**2** *agitur de sumptu, reditu, pretio sim.*: TER. Phorm. 680 argentum ... mecum attuli, fructum quem Lemni uxoris reddunt -a. 789 ex eis -is talenta argenti bina statim capiebat (CIC. parad. 49 sescena sestertia. VARRO rust. 2, 3, 10 de -o in dies singulos denarium mille). CIC. S. Rosc. 20 magnitudo pecuniae demonstratur; bonitas -orum ... commemoratur (49). 108 -a tantae pecuniae. Q. Rosc. 33 cum iacerent pretia -orum (TERT. fug. 12, 9 ex -orum p. ITALA act. 5, 3 [cod. d *al.*, *Vulg.* agri]. *al.; cf.* PAPIN. dig. 36, 1, 60, 3 -a maioris pretii). Tull. 15 pecuniam ... vult in -o ponere (Caecin. 16 in -is conlocari. APVL. apol. 93, 3 *ut p.* redderet in -is vili aestimatis). leg. agr. 2, 78 fundos, quorum subsidio ... Cumanorum ac Puteolanorum -orum sumptus sustentare possint (*cf.* PAPIN. dig. 6, 1, 48 s. in -um ... facti [6, 1, 65 pr.]). fin. 2, 85 -orum ... mercede (Att. 15, 20, 4 PAPIN. dig. 36, 1, 60, 5). Att. 11, 2, 2 in quos ... sumptus abeunt fructus -orum? (IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 11 *si* hereditatem restituit heres et fructus -orum retinet vel ipsa -a. *al.*). *al.* ALF. dig. 19, 2, 30 pr. quanti dominus -orum locasset. R. GEST. div. Aug. 16 quam *summam* ⟨p⟩ro Italicis -is numeravi. LIV. 45, 15, 2 qui -um -ave rustica pluris sestertium triginta milium haberent. COLVM. 3, 3, 3 in -is *Senecae* vinearum iugera ... reddidisse *tantum.* PLIN. nat. 7, 151 annuis victibus large sufficiens -um. 8, 170 quaestus ex iis *asinis* opima -a exsuperat. 13, 92 *v. p. 578, 73.* 17, 8 maiore singularum *arborum* reditu quam erat apud antiquos -orum (GELL. 15, 1, 3 *magni* r. urbanorum -orum, sed pericula sunt longe maxima. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 5. *al.; cf.* CIL X 1880 in -is Augustalium ..., quae eis ... *Laecanius dedit*, ut ex redi(t)u (e)orum ... epulentur). PLIN. epist. 2, 15, 2 me -a materna parum commode tractant. 3, 19, 8 sum ... prope totus in -is, aliquid tamen fenero. 8, 2, 1 alii in -a sua proficiscuntur, ut locupletiores revertantur, ego, ut pauperior. CELS. dig. 50, 16, 88 dicimus centies aureorum habere, qui tantum in -is ceterisque similibus rebus habeat. *al.* *inde spectat ad reditum, qui studiis in -o actis efficitur*: PLIN. epist. 4, 6, 3 si certa et fructuosa -a concupiscis (*cf. antea*: solum mihi Laurentinum meum in reditu ...; ibi enim plurimum scribo *eqs.*).

**3** *exempla inscriptionum, quibus -i destinatio sim. illustratur* (*cf. etiam l. 73*): **a** *varia quaedam*: TAB. cer. Pomp. Année Epigr.

[Wiesinger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1973 n. 167 (*a. 40*) *locasse* horreum . . ., quod est in -is Domitiae. CIL IV 1136 in -is *Iuliae* . . . locantur balneum . . . tabernae pergulae *eqs.* (*item de balneo*: CIL VIII 20579 [*aet. Sept. Sev.*]. XIV 4015. Inscr. Année Epigr. 1933 n. 49 [*Afr.*]). Test. Dasum. (cil vi 10229) 89 -um, in quo‹d . . . reliquiae› meae inlatae fuerint (*item ad usus sepulcrales pertinet*: CIL VIII 2841 mesolaeum . . . in -is suis . . . factum est. Inscr. Année Epigr. 1937 n. 146 [*Afr.*]. *al.; huc referunt*: CIL VI 31982, 4 [*saec. IV ex.*]). CIL VI 461 (*aet. Sept. Sev.*) in -is suis sacrarium dei Liberi cum aedicula *marmorarunt* (Inscr. Année Epigr. 1927 n. 103 [*Romae; saec. III ex.*]. *huc referas* Inscr. Afr. Gsell I 2986). 29791 in his -is insula Sertoriana . . . filiae meae cinacula . . ., tabernas *volo esse.* **b** *in tegulis (in amphora l. 25) significatur aut situs figlinae aut ortus argillae (ad rem v. Steinby, RE Suppl. XV 1502, 1sqq. 1508, 61sqq.; exempla paucissima): forma sollemnis* ex -is: CIL XV 2157 (*a. 113*) ex pr(aedis) Al(lieni) Proc(li) (*item determinatur per gen.*: 1020 [*a. 123*] ex pr(aedis) Dom(itiae) Luc(illae). 1452 [*a. 125*] ex pr(aedis) T. Stat(ili) Max(imi) Severi Hadr(iani). 353 [*a. 161*] ex pr(aedis) Narniensium a Venere. 179 [*aet. Commodi*] opus doliare ex predis d(omini) n(ostri) Aug(usti) ex figlinis Domitian(is) minor(ibus). *al.*). 1477 (*a. 123*) ex p(raedis) Titiae Quartillae, cond(uctione) Dom(iti) Ision(is) (761 [*aet. Commodi*]. *cf. l. 30*). 96 (*a. 123*) ex praed(is) C. C(uriati) Cosan(i) Caepioniani(s) Paetin(o) et Aproniano cos. (*item cum adi.*: 14 [*ca. a. 123*] Astivianis. 301 [*a. 124*] Mamm(eianis). 462 [*ca. a. 135*] Quintane(n)sib(us). 541 [*aet. Comm.*] Staton(iensibus) [*item in amphora* Inscr. Année Epigr. 1981 n. 475c]. 675 [*saec. II ex. ?*] dominicis. *al.*). 1434 (*a. 128*) ex pr(aedis) Q. Ser(vili) Pudent(is), cur(ante) ‹H›edyn(e) ser(vo) (*sim.* 1435. 1436). 1437 (*a. 131*) ex pra‹e›d(is) Q. Ser. Pud. suc(cura) Hedyt(is) s(ervi) (1438). *et saepissime. forma minus usitata* de -is: CIL XV 542 (*aet. Traiani*) d(e) p(raedis) Suborta(nis) . . . q(uae) c(onduxit) L. Lab(erius). 543 (*a. 123*). 1027 (*a. 123*). 1045 (*a. 127*). 888 (*aet. Hadr.*). 430 (*saec. II ex.*). 773 (*aet. Commodi vel Sept. Sev.*). *al. singulariter* in -is: CIL XV 681 (*a. 123*).

**D** *varia argumenta (pauca selecta; de paradiso* Avg. serm.): Cic. Quinct. 90 cognostis in -a privata Quincti Sex. Naevium non venisse. S. Rosc. 18 cum hic filius adsiduus in -is esset (Att. 1, 6, 2. 7, 17, 4. *al.*). Verr. II 2, 7 vos propinquis vestris -is maxime delectamini (Catil. 2, 20). leg. agr. 3, 14 quoad angulos conformando ex multis -is unam fundi regionem normamque perfecerit. dom. 146 bonorum direptio . . ., tectorum excisio, . . . depopulatio -orum (*cf.* Vlp. dig. 43, 13, 1, 7 -a . . . depopulari *flumine*). ad Q. fr. 2, 9, 3 illorum -orum scito mihi vicinum Marium lumen esse. Hor. sat. 2, 3, 168 Servius Oppidius . . . duo -a, dives antiquo censu, gnatis divisse duobus fertur. Sen. dial. 9, 8, 5 quod illis *deis* nec -a nec horti sint. epist. 89, 20 ne provinciarum quidem spatio contenti circumscribere -orum modum. Petron. 53, 2 in -o Cumano *Trimalchionis* . . . nati sunt pueri xxx. Proc. dig. 41, 1, 56 pr. ut nihil excederet longitudo *insulae enatae* regionem -i mei. Ivv. 9, 54 tot -a . . . Apula. Tac. Agr. 7, 1 classis Othoniana . . . matrem Agricolae in -is suis interfecit -aque ipsa . . . diripuit. ann. 15, 40, 2 quia -is Tigellini Aemilianis proruperat *incendium* (*item spectant ad incendia*: Traian. Plin. epist. 10, 34, 2 admoneri . . . dominos -orum, ut et ipsi inhibeant *ignes*. Fast. mag. Ost. a. 115 [Inscr. Ital. XIII 1 p. 203]. Svet. Nero 38, 1). Plin. epist. 4, 1, 4 oppidum est -is nostris vicinum. 9, 15, 3 aliquam partem -orum, sed pro gestatione percurro. Svet. Vesp. 2, 1 educatus sub paterna avia Tertulla in -is Cosanis. Inscr. Ephem. epigr. 9 n. 351 (*Hisp.; saec. II/III*) in h(is) -is vivas cum tuis omnib(us) multis annis (*de hoc acclamationum genere v.* CIL VIII 20873 *adnot.*). Itala Matth. 26, 36 (codd. b, c *al.*) venit . . . in -um, quod dicitur Gedsamani (*Vulg.* villam, *aliae vers.* locum *vel* agrum. *sim.* Marc. 14, 32 [cod. a *al.* = Vvlg.]. *cf.* Avg. cons. euang. 3, 4, 10 p. 281, 6 hoc *dicit* et Lucas non expresse nominato -o [*idem affert Ioh. 18, 1* hortus]). Firm. math. 8, 6, 14 *quorum genitura* Capra in occasu fuerit, ex -is habebunt substantiae facultates. Avson. Mos. 299 quis potis . . . pandere tectonicas per singula -a formas? Avg. serm. 188, 3, 3 in latissimo fructuosorum nemorum -o (*i. paradiso*). Novell. Iust. 24, 1 latrocinantibus et homicidis -is (*i. latronum receptaculis*). Vita Abr. 7 (Rev. Bénéd. 50, 1938 p. 236, 8) congregati sunt in unum hi, qui habitabant -o (*Ephraem gr. ed. Assemani II* 5[E] κώμης. *cf. p. 228, 1* habitatores vici illius). CE 1417, 6 ‹stru›xit congest‹o p›redia rure nova (‘-a *aedificia accipio*’ Bücheler). *al. laxius de regione*: Itala lev. 18, 3 (Lugd.) e -a Chanaan, in quam ego induco vos (*gr.* γῆς, *Vulg.* regionis).

**II** *in comparatione et translate*: Plavt. Truc. 214 *amantis* fundi et aedes obligatae sunt ob Amoris -um (*A*; moris prandium *P*, *de quo v. Kruse, comm. 1974, ad l.; sed fundum ob fundum obligari habes etiam p. 579, 69*). Cic. Verr. II 2, 7 quasi quaedam -a populi Romani sunt vectigalia nostra. Att. 2, 9, 1 qui regna quasi (*Klotz,* qui *codd.*, *alii alia*) -a tetrarchis . . . dederunt. fam. 9, 7, 2 nonnulli dubitant, an *Caesar* per Sardiniam veniat; illud enim adhuc -um suum non inspexit. Plin. nat. 9, 124 *margarita* in mancipatum venit ut -um aliquod. Mart. 12, 72, 3 deseris urbanas, tua -a, Pannyche, lites. Avg. doctr. christ. 2, 21, 32 *sidus, quod appellamus Luciferum, a Caesare nomen duxisset,* nisi . . . Venus praeoccupasset hoc nominis -um. serm. 177, 2 sint haec *terrestria* ad necessitatis usum, non ad caritatis affectum: sint tamquam stabulum viatoris, non tamquam -um possessoris. Qvodv. temp. barb. 1, 8, 13 redemit Christus animas, custodite, quod ille redemit; integro Christo integrum assignate -um.

*appendix iuncturarum nominalium* (*attulimus notabiliora*): 1 *varia* (*fere per adi.; gen. v. l. 17. 26. 35*): Cic. Quinct. 85 privata (90 Svet. Claud. 12, 2 Cod. Theod. 7, 8, 10). S. Rosc. 21 propria (Scaev. dig. 32, 101 pr. Oros. hist. 7, 40, 6. *al.*). 42 rustica (Cael. Cic. fam. 8, 9, 3 Nep. Att. 14, 3 Liv. 45, 15, 2. 45, 18, 3 Colvm. 1, 1, 18 Mart. 6, 5, 1 Plin. epist. 6, 30, 4. *al., saepe apud iurisconsultos*). 43 fructuosa (fin. 2, 85 Sen. epist. 42, 7 Plin. epist. 4, 6, 3. *cf.* Scaev. dig. 31, 89, 7 infructuosum). Verr. II 3, 199 urbanis (Att. 7, 17, 1 Varro ling. 5, 27 Nerat. dig. 20, 2, 4 pr. Gell. 15, 1, 3. *al., saepe apud iurisconsultos*). leg. agr. 3, 9 libera (*v. vol. VII 2, 1283, 76*). *ibid.* serva (Pavl. dig. 19, 1, 8, 1. *cf.* 19, 1, 8 pr. serviens). 3, 10 paternis (Qvint. inst. 6, 3, 44. Plin. epist. 7, 11, 5 maternis paternisque. *al.; cf.* 2, 15, 2 materna). Att. 15, 20, 4 dotalium (*v. vol. V 1, 2054, 40*). R. Gest. div. Aug. 16 Italicis (Plin. epist. 6, 19, 6 Gaivs inst. 2, 31, 63 Cod. Theod. 3, 5, 8. *cf.* Plin. nat. 28, 28 Italiae). Pavl. Fest. p. 8 anteurbana. Colvm. 1, 1, 19 suburbanum (Scaev. dig. 32, 38, 4. *al., fere apud iurisconsultos*). Afric. dig. 17, 1, 34, 1 hereditarium (Scaev. dig. 31, 89, 7. *al. in sermone iuris*). 19, 2, 35 pr. alienum (20, 4, 9, 3 Papin. dig. 6, 1, 48 Vlp. dig. 11, 4, 3 Cod. Theod. 5, 18, 1, 4. *al.*). Gaivs inst. 2, 14 stipendiaria (2, 21 Papin. frg. Vat. 259 Cod. Theod. 3, 5, 8 Inst. Iust. 2, 1, 40). *ibid.* tributaria (2, 21 Edict. imp. Diocl. frg. Vat. 316 Cod. Theod. 3, 5, 8 Inst. Iust. 2, 1, 40). 2, 21 provincialia (31. 46. 63 Vlp. dig. 39, 1, 3 pr. Cod. Iust. 3, 34, 3 [*a. 223*]). Call. dig. 50, 6, 6, 11 fiscalibus (Pap. mil. Fink 91, 1 recto col. I 9 [*a. 221*]. *cf.* Lex Burg. Rom. 6, 5 fisci). Papin. dig. 19, 2, 53 publicorum (50, 8, 5 pr. Vlp. dig. 50, 8, 2, 1 Pavl. dig. 50, 1, 21, 7 Hermog. dig. 50, 4, 1, 2 Cod. Theod. 7, 8, 10. Cod. Iust. 11, 32, 2 [*imp. Carac.*]. 12, 40, 5, 1 [*a. 413*]). Vlp. dig. 27, 9, 5, 3 pupillare (Pavl. dig. 27, 9, 13, 1. 27, 9, 14). 39, 2, 15, 27 vectigali (Pavl. dig. 13, 7, 16, 2). Cod. Theod. 4, 12, 3 emphyteuticaria (Cod. Iust. 4, 66, 2, 1). 5, 15, 15 emphyteutica (11, 19, 4 Cod. Iust. 5, 71, 13 [*a. 293*]. 5, 37, 23 [*a. 333*]. 11, 62, 11 [*a. 412*]). Sidon. epist. 4, 25, 2 ecclesiastica (Cod. Iust. 1, 2, 14, 3. 9 [*a. 470*]. Greg. M. epist. 1, 42 p. 65, 30. *cf.* 9, 215 p. 202, 13 ecclesiarum).

2 *exempla appellationis* (*v. etiam sub IC3b*): **a** *per adi.*: Cic. leg. agr. 2, 78 Cumanorum ac Puteolanorum -orum. 3, 10 Sullanis. Att. 1, 6, 2 Arpinatibus. 5, 1, 2 Mennianorum -orum vel Atilianorum. 11, 14, 3 Fufidianis. fam. 13, 8, 3 Laberiana. Nep. Att. 14, 3 Arretinum et Nomentanum. Petron. 53, 2 Cumano. Ivv. 9, 54 Apula. Tac. ann. 15, 40, 2 Aemilianis. Plin. epist. 8, 20, 3 Amerina. Tab. aliment. Vel. (cil xi 1147) 4, 51 Valerianis. 6, 66 Coeliana. Svet. Vesp. 2, 1 Cosanis. Papin. dig. 31, 77 Tusculano. CIL V 5005 (*a. 201*) Tublinat(ium). XIV 4570, 6 (*a. 205*) Rusticelianorum. Epist. prox. tabul. (cil vi 10233) 13 Amarantianis. CIL III 536, 11 (*aet. Alex. Sev.*) Galliana. VI 788 Helvidianorum. 8683 Lucilianorum. 30983, 5 Galbanorum. *al.* **b** *per gen.* (*v. etiam l. 4*): Plavt. Truc. 214 Amoris (*transl.*). Cic. Quinct. 85 Quincti (90). Sull. 56 P. Sitti. Pers. 4, 25 Vettidi. Sent. procos. Sard. (cil x 7852) 11 Patulcensium. Inscr. Dessau 3240 (*v. sub IA2*) D(ianae) T(ifatinae). CIL IV 1136 I‹uli›ae Sp. f. Felicis. Plin. nat. 2, 199 Vetti Marcelli. Tac. ann. 14, 60, 4 Plauti. 15, 40, 2 Tigellini. CIL VIII 19328 Caeciliae Maximae. 20873 M. Hortensi Gaudenti. 20934 M. Cinci. XIV 4015 Aureliae Faustinianae. Inscr. Année Epigr. 1933 n. 49 (*Afr.*) Cominiorum. *al.*

*deriv.*: ? praediarium, praediator, praediatura, praediatus, praediolum.

*compos.*: domnipraedius.

**1. *praedo,** -ōnis *m.* *a* praeda (*cf.* Isid. *infra*). Not. Tir. 48, 37. *de mensura*: o *nom. sing. in versu brevis est* Lvcan. 10, 21 Val. Fl. 7, 50 *et saepe, sed longam usurpant* Clavd. 3, 305 (*more suo, v. Birt, ed. p. CCXI; de* 11, 11 *v. l. 74; brevis est* 15, 69). Drac. laud. dei 3, 79 (*brevis* 3, 329 *al.*). *de notione et differentiis*: Pompon. dig. 50, 16, 118 hostes hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decrevimus: ceteri latrones aut -es sunt (*sim.* Vlp. dig. 49, 15, 24). Vlp. dig. 5, 3, 25, 3 *v. p. 585, 27.* Serv. Aen. 10, 774 -es sunt, qui populandam alienam invadunt provinciam (*inde* Isid. orig. 10, 219, *qui pergit*: -o ab abigendo praedas dictus; et -o qui praedam habet; praedator, hoc est cui de praeda debetur aliquid [*e Serv. p. 532, 71*]). Synon. Cic. p. 426, 26 grassator. accusator. raptor. -o. Gloss. -o: πειρατής. -es: qui (quae *trad.*) praedant. Gloss.[L] I Ansil. pr 377 -o (-co *trad.*): expoliator. *legitur inde a* Plavto, Ter., Rhet. Her., *frequentatur a* Cic. *in oratt.* (*maxime* Verr.). [*it.* predone; *francog. vet.* preon; *prov. vet.* predon. *cf. Battisti-Alessio IV 3057. Wartburg IX 287. St.*] [*falso trad.* Sen. dial. 4, 17, 2 (*pro* praeda). Clavd. 11, 11 (*ad Honorium*) tu cum . . . -o citatum cornipedem reges (*imperatorem venantem poeta ne Fescennina quidem libertate* -em *appellare potuisse videtur*; praeda *var. l.*, freno *Heinsius haud inepte, v. Koch, ed. 1893 p. XXXI*).]

*i. qui praedam capit, praedator. iuxta ponuntur vel in contextu variant imprimis* fur Plavt. Pseud. 895 Truc. 106 Marcell. dig. 13, 6, 16 *al.* (*v. p. 583, 68sq.*), hostis Cic. Verr. II 2, 17 *et saepe* (*v. p. 583, 27; opponuntur l. 63. p. 584, 1*), pirata Cic. Verr. II 3, 186. 4, 23 *al.* (*v. p. 583, 33. 49; potius distingui videntur p. 583, 56*), latro Cic. Pis. 24 *al.* (*v. p. 583, 43. 58*), raptor Ov. fast. 4, 591 Val. Fl. 8, 267 Drac. laud. dei 2, 817 *al.* *praeda vel unde praeda capitur indica-*

[*Wiesinger*]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*tur per gen. rerum corp. vel animantium* Cic. Verr. II 2, 17 horum *aratorum eqs.* 5, 122 sociorum. dom. 140 templorum. *al.* Mart. 14, 217, 1 volucrum. Tert. apol. 44, 2 lavantium. *al., gen. rerum incorp.* Cic. Verr. I 2 iuris urbani. II 4, 75 religionum (*v. p. 584, 58*). Apvl. met. 8, 13, 5 nuptiarum. Ivst. 23, 2, 6 regni. Petr. Chrys. serm. 152, 3 pietatis. Drac. laud. dei 3, 329 pudoris, *pron. poss. pro gen. e. g.* Cic. Pis. 96 Sen. Oed. 718, *praepos.* Petr. Chrys. serm. 127, 3 in domesticos -o. Arator act. 2, 436 sexum, de quo -o fuit. *apponitur substantivo, ut de vi adi. q. e. praedans cogitare possis, p. 585, 41. 60 sq.*

I *pro praeda sunt corporea vel quaelibet commoda ad rem familiarem pertinentia*: A *strictius*: 1 *de iis, qui praedando victum quaerunt* (*praevalet nimirum plur.; de sing. collect. v. infra l. 50*):

**a** *de piratis* (*addidimus etiam exempla quaedam minus definita*): Plavt. Bacch. 282 *lembus* erat communis cum hospite et -bus. Mil. 118 capiunt -es navem (Cic. Verr. II 5, 72. Manil. 32 a -bus captas urbes. off. 2, 55 captos a -bus redimunt. *al.* Svet. Iul. 4, 1). Poen. 897 *puellas* emit . . . parvolas de -e Siculo (*cf.* Rud. 40 *virginem* de -e vir mercatur pessumus. Ter. Eun. 114 Argvm. Plaut. Persa 3). Trin. 1088 sum per maria maxuma vectus, capitali periclo per -es plurimos me servavi. Caec. frg. 5 (tit. *affert* Char. gramm. *e. g.* p. 274, 13 B. Plautus in Caeco vel in -bus) ita sunt -es: prorsum parcunt nemini. Cic. Verr. II 1, 9 -um duces (1, 12. 5, 91. *al.* [*in* Verr.]. Val. Max. 2, 10, 2). 1, 154 in bello -um (5, 42 [*bis*]. Manil. 63 Flacc. 14 Caes. civ. 2, 23, 3. 3, 104, 3 Rvf. Fest. 12. *al.; adde* Val. Max. 6, 9, 8 *sub 2*). 3, 186 ager Syracusanus -um incendiis . . . vastatus est (5, 92). 4, 94 non hostium adventu . . . neque . . . -um impetu (5, 62. 90 Vlp. dig. 50, 17, 23). 4, 104 quod *fanum* neque -o violarit . . . neque umquam hostis attigerit (*item iuxta ponitur*: leg. agr. 2, 80 Rab. Post. 29. *al.* Gaivs dig. 44, 7, 1, 4. Maecian. dig. 35, 2, 30 pr. vis hostium, -um, latronum. *et saepe*). 5, 70 *Centuripini*, qui nomen numquam timuissent maritimi -is, unum . . . horruissent Apronium, terrestrem archipiratam (Nep. Them. 2, 3. Liv. 7, 25, 4 -es m. cum terrestribus congressi [*sc. Graeci cum Gallis*]. Val. Max. 6, 9, 15. Arnob. nat. 6, 23 a piratis maritimisque -bus [*item coniunguntur*: Rvf. Fest. 12]. Isid. orig. 10, 220). 5, 98 -um naviculae pervagatae sunt (Flacc. 29. *cf.* Verr. II 5, 136 navis cum esset . . . capta -um [Manil. 33 Liv. 31, 22, 7]. Flacc. 29 classes -um [Sen. contr. 7, 1, 11]. Sall. hist. frg. 3, 8 -um myoparonibus). *et saepe in oratt.* (*maxime* Verr.). Tusc. 2, 67 nat. deor. 3, 82. 83 Harpalum, qui . . . -o felix habebatur (*v. Pease ad l.*). fat. 5. off. 3, 107 si -bus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est. phil. frg. V 95 cum in -um Etruscorum manus incidissent. Lex Gabin. Calp. (CIL I$^2$ 2500 = Année Epigr. 1980 n. 858) 14 praedon⟨es q⟩uei orbem ⟨ter⟩rarum *vastarint*. Caes. civ. 3, 19, 2. 3, 110, 3 *ad milites* accedebant collecti ex -bus latronibusque Syriae Ciliciaeque (*sim. coniunguntur*: Maecian. dig. *supra*. Call. dig. 4, 6, 9). 3, 112, 3 *naves* more -um diripere. Liv. 10, 2, 9. R. Gest. div. Aug. 25 mare pacavi a -bus (*gr. liberius*: θάλασσα⟨ν⟩ πειρατευομένην κτλ.). Sab. Macr. Sat. 3, 6, 11 *quidam* navigans . . . a -bus circumventus. Pavl. Fest. p. 78 *Europam* a -bus raptam. Sen. contr. 7, 1, 8 maria iam quiescunt, -es iam miserentur, piratae iam parcunt. Vell. 2, 32, 4 -es . . . fugavit *Pompeius*. *al.* *sing. collect.*: Lvcan. 2, 727 Magne . . ., cum super aequora toto -em sequerere mari (*aliter, sc. usu generali vel repraesentativo, v. l. 27 nec non 67. al.*).

**b** *de latronibus, furibus* (*exempla minus dubia; cetera v. sub a*): Rhet. Her. 2, 21, 33 necesse est *hominem* aut a -bus aut ab inimicis occisum esse; . . . -es in illo loco visi numquam sunt *eqs.* (*et iterum bis ibid.*). Cic. S. Rosc. 146 quis umquam -o fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut *eqs.* (*sim. distingui videntur*: Verr. I 13 urbes piratis -busque patefactae). Tull. 50 furem, hoc est -em et latronem luce occidi vetant XII tabulae (*item iuxtaponitur vel variat in contextu*: Apvl. met. 7, 5, 6 *infra*. Rvfin. hist. 3, 6, 2 l. et sicarios ac -es [*gr.* στασιώδεις καὶ λῃστρικούς]. *al.; distinguitur* Cypr. zel. 7 *infra*). Varro rust. 1, 12, 4 *periculosae sunt* illis, qui in humilibus ac cavis locis aedificia habent . . . repentinae -um manus (Sen. Oed. 286). 2, 10, 3 *pecus* a bestiis ac -bus defendere. Hor. sat. 1, 2, 43 decidit acrem -um in turbam. Ov. fast. 2, 370 per devia rura iuvencos . . . -es . . . agunt. 3, 63 domum veniunt -um sanguine laeti *Romulus et Remus*. Colvm. 1, 7, 1 si caeli maior vis aut -is incessit. 9, 5, 3 *murus* metu -um sublimior. 9, 6, 4 ut impediatur rapina -is (*antea*: furibus. *cf.* Cic. Tull. 50 *supra nec non* Qverol. p. 21, 21 R. fures . . . ac -es. p. 22, 25). 10, 34 *Priapus qui* -i falce minetur. CE 1037, 6 (*saec. I vel II*) splendentem supprime cultum: sic -o hinc aberit. Apvl. met. 7, 5, 6 ego sum -o famosus Haemus ille Thracius (*syn.* latro; *de eodem*: 7, 12, 1). 8, 2, 4 -um infestis mucronibus. Tert. apol. 44, 2 lavantium -o (*i. fur balnearius*). Cypr. ad Donat. 12 ne -o vastet. epist. 66, 6 *quanto* meliores vobis (*sc. schismaticis*) sunt brutae pecudes et . . . -es? zel. 7 in latrone conquiescit scelus homicidio admisso et -is (-i *var. l.*) rapacitatem statuit possessa praeda. Lact. inst. 2, 4, 23 -es rerum sacrarum. *al.*

2 *de militibus praedantibus barbarisque sim., qui vi militari fines aliorum populantur* (*cf.* Serv. *p. 582, 65; opponuntur bellum gerentes l. 83 sqq.; quaedam aegre separantur a B1bγ*): Liv. 2, 12, 5 (*verba Mucii*) intrare . . . castra hostium volo, non -o nec populationum in vicem ultor, *sed regem occisurus*. 3, 3, 3 non populationem nec -um parvas manus, sed . . . exercitus et legiones adesse *hostium* (*item distinguuntur*: 25, 9, 3 -um magis quam exercitus . . . species. *cf.* 3, 7, 1 *Fortuna* Volscis Aequisque -um potius mentem quam hostium dedit [7, 28, 3 -um magis quam h. animi inventi. *cf. infra l. 82*]. 34, 13, 5 -um magis quam bellantium . . . more). 38, 40, 14 alibi -o, alibi praedae vindex cadit. *al.* Val. Max. 6, 9, 8 Siculi . . . -um ac fugitivorum bello liberati sunt. 9, 12 ext. 1 Hennam *urbem*, quam -es tenuerant. Qvint. inst. 8, 3, 69 *incolae civitatis expugnatae* acti ante suum quisque -em catenati. Spart. Sept. Sev. 19, 6 *post mortem Severi* invadentibus multis rem p. res Romana -bus direptui fuit. Ivst. 24, 1, 6 -es in fugam verterunt. 41, 4, 7 *Arsaces* cum -um manu Parthos ingressus. Amm. 14, 2, 16 viso . . . exercitu . . . represso gradu parumper stetere -es. 27, 9, 6 digressi -es oppida . . . populatione vexantes. Rvt. Nam. frg. (Maia 27, 1975, 4) A 16 -o sagatus. *al.*

B *laxius adhibetur ad quoslibet praedantes, lucri cupidos* (*saepe convicii loco, v. imprimis l. 16 sqq. 50 sqq. et cf. Opelt, Schimpfwörter, 1965 passim* [*v. indicem*]): 1 *homines, deos*: **a** *in universum* (*saepe de mulierum raptoribus, e. g. l. 20. 25. 40*): α *cum contemptu vel conviciose*: Plavt. Men. 1015 vos scelesti, vos rapaces, vos -es, *qui erum rapitis*. Pseud. 895 (*verba lenonis*) in aedibus sunt fures (*sc. cocus servique*), -o in proxumo est (*sc. Pseudolus*). Verg. Aen. 7, 362 (*verba Amatae*) *me* relinquet perfidus . . . abducta virgine -o (Serv. *ad l.* quasi piratam dicit hominem diu in mari morantem. *item de Aenea*: 10, 774 [*verba Mezentii*]. 11, 484 [*preces matrum*] Tritonia virgo, frange manu telum Phrygii -is [Clavd. Don. *ad l.* p. 488, 10 Phrygius et -o deformationis causa sunt posita]). Ov. met. 5, 521 (*Ceres ad Iovem*) *non* -e marito filia digna tua (*sim.* fast. 4, 591. *item de Plutone*: Clavd. rapt. Pros. 2, 272 [*verba Proserpinae*] ferales torvi -is habenas). Petron. 15, 5 ut semel *apud cociones* deposita vestis inter -es strangularetur. Val. Fl. 1, 723 (*loquitur Pelias*) sunt hic etiam tua vulnera, -o (*qui filium abduxisti. item de Iasone*: 7, 50. 8, 151. 267). Homer. 292 *Menelaus* fixisset corpora telo -is Phrygii, ni *eqs.* (*cf. l. 23; item de Paride*: Stat. Ach. 1, 45 incesti -is). Ambr. in Luc. 7, 52 audis aliquem sacerdotem dici, rapinas eius cognoscis: vestitum ovis habet, facta -is, foris ovis, intus lupus est (*Matth. 7, 15*). Vvlg. Iob 12, 6 abundant tabernacula -um et audacter provocant deum. β *in neutram partem* (*vix huc referas venatorem intellegens p. 585, 41* [*de* Clavd. 11, 11 *v. p. 582, 74*]): Plavt. Pseud. 1029 (*verba Pseudoli*) metuo . . ., ne capta praeda capti -es fuant. Truc. 106 (*loquitur ancilla meretricis*) *iuvenes temptant* de -bus (*sc. meretricibus*) praedam capere, at . . . nos rursum . . . referimus gratiam furibus nostris. Sen. Oed. 718 *Cadmus* -em venerans suum (*Iovem, sororis raptorem ut*: Flor. Verg. 2, 9 M. corniger -o . . . virginem portans). Stat. silv. 2, 3, 35 deceptus -o (*Pan nympham persequens*). Avson. Mos. 282 *Glaucus piscator* inter captivas fluitavit -o catervas. Clavd. Don. Aen. 6, 360 p. 555, 13 ut quod hominis manus non potest conprehendere, ipsis *ferreis manibus* teneat -o (*ex undis aliquid petens*). Avg. in psalm. 38, 11 l. 35 thesaurizas; . . . non dico, ne forte, cum vis esse -o, sis praeda *eqs.* Drac. Orest. 507 (*verba Agamemnonis*) victor eram regressus ab hoste -o (credo *trad.*) decennalis. Romul. 10, 368 laudatur Iason, quod . . . terras sic felix -o vagatur (*cf. l. 81*).

**b** *in re publica vel in bello dicitur cum contemptu de iis, qui improbi, avari sim. sunt vel dicuntur* (*saepe conviciose de adversariis*): α *de Verre eiusque sociis*: Cic. Verr. I 2 depeculatorem aerari, . . . -em iuris ⌊urbani⌋ (*om. codd. aliquot perperam*; Ps. Ascon. *ad l.* p. 206, 25 in praetura urbana. *ad rem cf.* II 1, 154 qualis in bello -um -o ipse fuerit, qui in foro populi Romani pirata nefarius reperiatur). II 2, 17 horum *aratorum sim.* . . . hostis -oque (*cf.* 5, 122 sociorum). 2, 141 -is improbissimi statua. 3, 76 cum illa sua -um copia manuque. *ibid.* ad istum -em frumentarium. 4, 23 isti -i ac piratae Siciliensi. 4, 75 sacrorum omnium et religionum hostis -oque (4, 95 Lact. inst. 2, 4, 37). *al.* (*apud* Cic. Verr.). β *de aliis magistratibus, imperatoribus sim. in cives iniquis*: Cic. dom. 24 (*vigente imagine*) cum senatum a gubernaculis deiecisses, . . . ipse archipirata cum grege -um . . . navigares (*item respiciuntur Clodius vel eius socii*: 140 omnium templorum atque tectorum totiusque urbis -em. Sest. 27 omnium rerum divinarum humanarumque -o. parad. 27). p. red. in sen. 11 intra moenia nefarius hostis -oque versatus (*Gabinius ut*: prov. 11 illius helluonis et -is audaciam. *v. etiam locum sequentem*). Pis. 24 qui latrones . . ., si quidem vos, *Piso et Gabini*, consules, qui -es, qui hostes . . . nominabuntur? (*cf. de ipso Pisone*: 57 quae te, -o amentissime, nisi praedae . . . cupiditas . . . rapiebat? 96 depeculatorem, vexatorem, -em, hostem). Phil. 13, 29 fregi . . . exsultantis -is *M. Antonii* audaciam. or. frg. A IX 14 istum . . . in exercitu Sullano -em, in introitu gladiatorem (*C. Antonium; ad l. cf.* Ascon. tog. cand. p. 68, 33 propter equitum turmas quibus Achaiam ab eo vexatam esse significavimus). Plin. paneg. 94, 3 -is avidissimi faucibus (*Domitiani*). Paneg. 2, 25, 5 spes . . . nulla -is explendi (*Maximi tyranni*). Symm. epist. 6, 14, 1 -is annosi merita (*i. Rufini; de eodem*: Clavd. 3, 305 avidus -o). *al.* γ *de hostibus externis, ducibus sim. alias gentes vi subigentibus, spoliantibus* (*v. quae ad A2 monuimus*): Liv. 4, 32, 12 Romanus odio accensus impium Fidenatem, -em Veientem . . . compellans. 34, 24, 3 (*Aristaenus in Aetolos*) mare interiectum ab istis -bus non tuetur nos (2 latrones). Lvcan. 10, 21 proles vaesana Philippi, felix -o (*Alexander*). Tac. ann. 3, 73, 2 quod desertor et -o hostium more ageret (3 latro Tacfarinas). Arnob. nat. 6, 21 cum sacrilegis -o inrisionibus loqueretur (*Dionysius Aesculapium barba aurea spolians*). Vvlg. Ier. 4, 7 -o gentium se levavit . . .; civitates

[*Wiesinger*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuae vastabuntur (*sec. IIB intellegit* HIER. *ad l.*). CLAVD. 15, 69 si quid *frumenti* ... -o reliquit (praeda *var. l.; item de Gildone*: 15, 162. 21, 358). *al.*

**c** *in iure de iis, qui mala fide possident, rem alienam invadunt* (*cf.* AVG. *sub IIA*): CIC. S. Rosc. 15 patrimonium domestici -es vi ereptum possident. 24 -o iste nefarius (*T. Roscius; cf. 23* in praedia huius invadit). fam. 4, 7, 5 (*M. Marcellum hortatur, ut ex exilio redeat*) impetum -um in tuas fortunas fieri nolo. RVT. LVP. 1, 13 (*antea*: Simonem domo sua ... vi ... esse exturbatum) *familiam* vinctam in publicum proiecit ⌊-o⌋, ne ... maleficium ... lateret (⌊ ⌋ *nisi recte* credo *coni. Stanger*). IVLIAN. dig. 46, 3, 34, 9 si -o id, quod a debitoribus hereditariis exegerat, petenti hereditatem restituerit, debitores liberabuntur. AVR. Fronto p. 13, 14 v. d. H. *hereditas* -bus exposta. GAIVS dig. 5, 3, 39, 1 -i probe dicetur non debuisse in alienam rem supervacuas impensas facere (*opp.* bonae fidei possessor *ut*: 9, 4, 13 [*syn.* qui mala fide possident]. VLP. dig. 5, 3, 25, 17 [*e Iuliano*]. 5, 3, 31 pr. PAVL. dig. 5, 3, 28. *al.*). 43, 16, 10 si de fundo proprietarium et fructuarium -o expulerit *eqs.* (*ibid. opp.* dominus *ut* PAPIN. dig. 12, 6, 55). APVL. apol. 93, 2 fuitne hoc -is? (*1* si avaritiae causa mulierem concupissem). 100, 1 me, quem isti -em dicunt. MARCELL. dig. 13, 6, 16 et si fur vel -o commodaverit, habeat commodati actionem (*inde* TRYPH. dig. 16, 3, 31, 1 VLP. dig. 16, 3, 1, 39. *vix ad A1, cum distingui videatur* latro *apud* TRYPH.; *ad rem cf.* VLP. dig. 5, 1, 64 pr. et -i ... commodati ... competere actionem). PAPIN. dig. 3, 5, 31 pr. VLP. dig. 5, 3, 11, 1 pro possessore ... possidet -o. 5, 3, 13, 8 nemo ... -o est, qui pretium numeravit (*item* 50, 17, 126 pr.; *cf.* PAVL. dig. 41, 2, 5 non pro emptore possides, sed -o es). 5, 3, 25, 3 quod ... ait senatus 'eos qui bona invasissent', loquitur de -bus, id est de his qui, cum scirent ad se non pertinere hereditatem, invaserunt bona. 5, 3, 25, 6 non puto hunc esse -em, qui dolo caret, quamvis in iure erret. 29, 4, 1, 9 si forte quasi -o possideat hereditatem fingens sibi aliquem titulum ab intestato possessionis. *et saepius.*

**2** *animalia* (*cf. p. 584, 40*): COLVM. 9, 15, 3 multitudinem -um (*sc. fucorum*) co⟨nv⟩alescere patiendum *non* est, ne universas opes alienas (*sc. apium*) diripiant. MART. 14, 217 (*tit.* accipiter) -o fuit volucrum. PETR. CHRYS. serm. 19, 3 *vulpes* avium domesticarum -o. MAX. TAVR. serm. 18, 3 M. (*in comparatione*) isti avaritiae lupi -um vestigia subsecuti sunt (*respiciuntur leones ut*: DRAC. Romul. 8, 360 [*eadem* satisf. 143]. *cf.* MART. *infra*). SEDVL. carm. pasch. 1, 233 -is in ore (*sc. piscis, qui Ionam voravit; cf.* op. pasch. 1, 20 feri -is in utero). DRAC. Romul. 8, 581 *catulis amissis tigris* raptoris sectatur iter, vestigia ... insequitur ⌊-is⌋ equi, sessoris anheli (⌊ ⌋ *potius pro appositione accipiendum quam pro gen. poss. ab* equi *pendente; cf. p. 532, 68*). ARATOR act. 2, 858 (*in imag.*) pastoris inertis fraude perit, quod -o (*sc. lupus*) capit. *conviciose in leonem, qui duos pueros dilaniavit*: MART. 2, 75, 9 crudelis, perfide, -o, a nostra pueris parcere disce lupa.

**II** *pro praeda sunt incorporea* (*non huc spectant p. 584, 52. 58*): **A** *vario usu*: CIC. de orat. 3, 3 cuius ordinis (*sc. senatus*) a consule ... tamquam ab aliquo nefario -e diriperetur patrimonium dignitatis. APVL. met. 8, 13, 5 punita sum funestum meorum nuptiarum -em (*sc. Thrasyllum*). PETR. CHRYS. serm. 152, 3 *Herodes* impietatis auctor, pietatis -o. DRAC. laud. dei 3, 329 adulter, latro maritalis, genialis -o pudoris. VEN. FORT. carm. 2, 13, 6 *Paulus* qui -o prius, hic modo praeco manet (*cf. p. 549, 60*). *in imagine iuris (v. IB1c) de schismaticis* (*sc. Donatistis*): AVG. in epist. Ioh. 7, 11 recedite -es, ... invasores possessionis Christi; in possessionibus vestris, ubi dominari vultis, titulos potentis ausi estis infigere *eqs.* (*v. p. 104, 40*). **B** *de diabolo, daemonibus sim.*: TERT. adv. Val. 2 p. 179, 8 illa *columba* e⟨s⟩t a primordio divinae pacis praeco, ille *serpens* a primordio divinae imaginis -o. LACT. inst. 5, 19, 2 qui -um suorum instigationibus parent, quos deos esse opinantur (*inde* LVCIF. moriend. 10 l. 2 D. qui -um tuorum daemonum instigationibus pareas). PS. ORIG. in Iob 2 p. $451^{B}$ -es exercitus tui. PRVD. cath. 11, 38 *idola colentes* -is in ius venerant (SCHOL.: diaboli; *item loco sequente*). ham. 390 aegras animas morborum pestibus urget -o potens. 521 conluctamur -bus (*sc. spiritibus iniquis; respicitur Eph. 6, 12*). perist. 1, 108 spurcum latronem martyrum virtus quatit ...; -o vexatus relictis se medullis exuit. LEO M. serm. 40, 2 renuntiatur atrocissimo -i. MAX. TAVR. serm. 72, 2 l. 20 M. -um spiritalium temptationibus subiacemus (*cf. l. 36* spiritales ... piratae). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 19, 2 G. remanet -o deceptus et raptor orbatus. SEDVL. carm. pasch. 3, 307 -o furens ac noxius hostis ... fugit (*cf.* op. pasch. 3, 25 -o furibundus et turbidus). PAVL. PETRIC. Mart. 6, 65. ARATOR act. 2, 436 daemon ... repetens ... ad crimina sexum, de quo -o fuit. 2, 641 *ne* templum ... decoris (*sc. animam*) inficiat -is odor. *al.*

*in lusu verborum (exempla potiora)*: PLAVT. Pseud. 1029 ne capta praeda capti -es fuant (Truc. 106 de -bus praedam capere. CIC. Verr. II 5, 59. 5, 63 *v. infra.* 5, 64 Pis. 57. LIV. 38, 40, 14 alibi -o, alibi praedae vindex cadit. AVG. in psalm. 38, 11 ne ..., cum vis esse -o, sis praeda. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 408. ARATOR act. 2, 1164 -o venis, sed praeda iaces). CIC. Verr. II 5, 54 consilium ... praetoris ..., an -is ... societas? (5, 63 naves ..., quae praedam praetori, non quae -bus metum adferrent. DIOM. gramm. I 446, 22 si non praetorem te, sed -em creavimus [*exemplum paronomasiae ex auctore incerto; praecedunt loci duo Ciceronis*]. MART. CAP. 5, 532). TERT. adv. Val. 2 p. 179, 8 divinae pacis praeco ..., divinae imaginis -o (VEN. FORT. carm. 2, 13, 6).

*deriv.*: praedonius, praedonulus.

**2. praedo** *v.* praedor.

**3. praedo,** -datum, (-dare). *a* prae *et* dare. *apud* CAEL. AVR. *solum, sc. praeter gerund.* -andum acut. 3, 16, 134 *non nisi p. p. p.* -tum (*forma* -datum *trad. codice semel* [CAEL. AVR. gyn. 1, 80, *sed* 1, 51 *trad.* -ditum, *v. infra*], *ceteris autem locis editione princ. tantum*).

*i. q. antea dare, antea facere; pro obi. sunt*: **1** *cibi potusque praebendi*: CAEL. AVR. acut. 3, 16, 134 *Aristoxenus* -andum dicit potum atque clysteribus utendum communiter omnibus depurgativae ... virtutis. 3, 17, 163 *Praxagoras* dat ... radices ... comedendas, -to aut superdato oleo. chron. 3, 7, 95 *Themison* post cenam imperat vomitum -to passo aut vino dulci. *n. plur. p. p. p.* -ta *pro subst.*: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 213 *ut* cibum demus ... per intervalla frequentius, praesentientes iam fuisse digesta -ta. **2** *varia praebenda vel efficienda*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 21 -to (-tio *ed. princ.*) initio, cui perfectio consummata respondeat. 2, 1, 17 cuius *passionis* -ta atque demonstrata significatione necessario curationem ordinamus. gyn. 1, 51 rusticator, priusquam semina iaciat, terram praeditis (*cod.*; 'i. -datis' *ed. p. 133*) primo purgamentis exercet (*gr. Soran. p. 28, 15 sq. Ilb.* τὴν γῆν προεκκαθάρας καὶ τὴν ἀλλοτρίαν ὑπεξελόμενος ὕλην). 1, 80 *venter* pari circulorum ductu *fasciandus est* ...; tunc inter scapulas atque humeros ducenda ligatio et -tis verticulis erit connectenda (*gr. ibid. p. 41, 2* κατὰ περιειλημένης φασκίας).

**4. praedo,** -didi, -ere, *verbum finitum sec.* 1. praeditus *novatum non exstat nisi additamento quattuor codd. fictum ad continuandam seriem compositorum* NOT. Tir. 12, $69^{a}$ -didit (*praes.* -dit *var. l.*). *vix huc trahas p. p. p.* -ditus CAEL. AVR. gyn. 1, 51, *v. sub* 3. praedo; *ad adi.* praeditus *fere pro part. verbi adhibitum v. supra p. 572, 36 sq.*

*Wiesinger.*

**praedoceo,** -cui, -ctus, -ēre. *a* prae *et* docere. [*vix recte trad. vel ed.* MAX. TAVR. hom. 22 p. $272^{A}$ (perd- *exhibent loci gemini* PS. AVG. serm. 136, 3 SERM. Corp. Vind. 21 p. 248, 23), PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 2, 2 (*Migne*; perd- *cod. Paris. et ed. Sichardi*); *e coni. dub. restituit Heraeus* AMM. 26, 8, 3 ni rumore ... imminens exitium ille -tus *evasisset* (perductus *trad.*, perdoctus *edd.*).]

*i. q. antea docere (sc. explicando, nuntiando, praecipiendo sim.; qui docetur, non indicatur nisi subiecto struct. passivae sub 1; quae res docetur, indicatur per inf.* IREN. 4, 12, 5 PS. AVG. hypomn. 3, 1, *acc. c. inf.* AMM. 24, 3, 10 BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 13 categ. 1 p. $191^{A}$, *enunt. secund.* AMM. 14, 9, 3 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 18, *obi. acc.* AMM. 14, 2, 15 [*in struct. pass.; addasne l. 34?*]. PRVD. cath. 12, 72 BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 435, 7; *cf.* ad futura ITIN. Alex. 22):

**1** *p. p. p.* -tus (*in vim. adi. vergit maxime* PLIN. *sub b*): **a** *in re militari*: SALL. Iug. 94, 1 illi, qui escensuri erant, -ti ab duce arma ... mutaverant. ITIN. Alex. 22 *Alexander* suorum viribus fotis et ad futura -tis agmen ... ducebat. 25 *milites* -ti ... aditum ... dabant *curribus* (*Arrian. anab. 3, 13, 6* ὥσπερ παρήγγελτο αὐτοῖς). IVL. VAL. 3, 6 -ti Macedonum ordines. AMM. 14, 2, 15 horum *latronum* adventum -ti speculationibus fidis rectores militum ... armatos ... eduxere. 24, 3, 10 quo itinere nos ituros Persae -ti. OROS. hist. 2, 6, 5 eo opere -tis fossoribus etiam Euphraten ... derivavit *Cyrus* (*huc traxit Lindsay* GLOSS.$^{L}$ Corp. P 601 -tis: ante doctis. *eadem* GLOSS. V 378, 10). **b** *vario usu* (*huc fortasse* CORIPP. Iust. 4, 56, *v. sub* 2. praedoctus): PLIN. nat. 18, 334 -tus (*si recte restit.*; praedictus *sim. codd.*) esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. AMM. 14, 9, 3 adhibitis aliis iam, quae essent agenda *ad iudicium fingendum*, -tis. 22, 1, 2 *haruspex* nuntiavit eventus inspectu iecoris ... -tus.

**2** *formae ceterae*: **a** *vario respectu*: IREN. 4, 12, 5 quoniam autem lex -uit hominem sequi oportere Christum, ipse fecit manifestum (*sc. Matth. 19, 17 sqq.*). PRVD. cath. 12, 72 (*de donis trium magorum*) regem deumque adnuntiant thesaurus et *tus* ..., at myrreus pulvis sepulcrum -et. PS. AVG. hypomn. 3, 1 *deus* eum *Adam* et velle et nolle -uit (*trad.; aliter edd. vet.*). **b** *respicitur ordo scriptorum, dictorum*: BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 13 -uimus enim quantitatem in infinitas pluralitates adcrescere. categ. 1 p. $191^{A}$ -uit *Aristoteles* ... nomen ... posse praedicari. herm. sec. 6, 13 p. 435, 7 *id* superior ordo -uit. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 18 sex ... magistri in omni expositione praelibant; -ent enim, quae sit cuiuscumque operis intentio ..., secundum, quae utilitas *eqs.*

**1. praedoctus** *v.* praedoceo.

**2. praedoctus,** -a, -um. *a* prae *et p. p. p.* doctus *pro adi. adhibito.* *i. q. valde doctus*: STAT. silv. 5, 3, 3 ipse ... lamentabile carmen Elysio de fonte mihi ... da, genitor -e (perd- *recc.*). CORIPP. Iust. 4, 56 roboribus flexis ... curvaverat arcus artificum -a manus (*minus probabiliter ad* 1. praedoctus *traxit Stache, comm. 1976 ad l.*).

*Ramminger.*

**praedoleo,** -ēre. *a* prae *et* dolere. *i. q. antea (sc. anticipando) dolere*: VINCENT. LER. 27, 1 praevidebat ... futuros, quos etiam -bat, errores.

**praedomo,** -uī (-āvī GLOSS.), -itum, -āre. *a* prae *et* domare. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. PR 391 -averat: sibi addixerat. 392 sibi iugaverat (*eas glossas iungunt s. v.* praedon- GLOSS. IV 552, 27 *et* GLOSS.$^{L}$ III Abstr. PRAE 67). *i. q. antea domare*: SEN. epist. 113, 27 nullum animal felix esse ..., nisi contra fortuita convaluit et omnis casus, antequam

[*Wieland*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exciperet, meditando -uit (perdomuit *Windhaus frustra*). Evseb. Emes. serm. 23, 4 sicut -ti equi et ad praesepia quieti sunt *eqs.* (*postea*: domuerit). *contextu vix sano et notione parum dilucida*: Plin. nat. 8, 129 *ursi post hiemem* herbam ... arum nomine ... devorant ⌊circaque surculos (circulos *var. l.*) dentium (sentium *var. l.*) -antes (-ant *var. l.*) ora⌋ (⌊ ⌋ friantque s. dentibus -antes ora *Mayhoff, qui in app.* ceu dentientium *temptat sec. Arist. hist. anim. 612a1* τὰ ξύλα διαμασῶνται ὥσπερ ὀδοντοφυοῦσαι, *quod vertit Scaliger: 'ligna quasi dentientes mandunt'*).

[**praedōnāverat** *v.* praedomo.]

**praedōnius,** -a, -um. *a* 1. praedo. *i. q. ad praedones pertinens* (*ad rem cf. p. 585, 4*): Vlp. dig. 5, 3, 25, 5 *si quis* conscius ad se nihil hereditatem pertinere -o more versari coepit (*var. l.* praedonis honore. *antea*: mente praedonis res hereditarias adprehendit). *contextu manco* (*sunt qui cogitent de subst.*): Prob. cath. gramm. IV 42, 18 (*exemplum epitriti tertii, quem sequitur secundus*) -os vindicasti (*sim.* Sacerd. gramm. VI 495, 2).

**praedōnulus,** -ī *m.* *a* 1. praedo *deminutive* (*ad formationem v. Till, Die Sprache Catos, 1935, 78*). *i. q. species quaedam praedonis* (*per contemptum vel ironiam dictum*): Cato epist. frg. 1 saepe utiles videntur -i (*affert* Fest. p. 242 -os Cato hypocoristicōs dixit *eqs.*; Pavl. *scribit* -ol-).

**praedopiont** (-oti- *trad.*): praeoptant Fest. p. 205 (*e Carm. Sal.?*). *de orig. v. sub* opto *vol. IX 2, 824, 82sq.; de forma praeverbii* praed- *v. Leumann, Gramm. 1977, 561.* *Wieland.*

*praedor, -ātus sum, -ārī *et* *praedo, -āvī, -ātum, -āre. *a* praeda (*contra* Varro ling. 8, 19 *declinata* ⟨a⟩ facto, ut a -ando praeda). *scribitur* pred- Itala num. 31, 53 (Monac.) *et saepius in codd. rec.* *de genere et formis*: *inter* verba communia (*quae forma dep. et actionem et passionem significant*) *affert* Ps. Asper gramm. suppl. 51, 3; *cf.* Prisc. *supra p. 327, 82.* *depon. inde a* Plavto (*quater* -tus, *an adi.?*), Catone (*supin.*), Cic. *passim* (*saepe gerund. et supin.*). *passive exstat*: Plavt. Rud. 1242 praeda -tum irier (*v. p. 589, 2*). Vopisc. Prob. 8, 3 (*part. perf. ut* Cassiod. Ios. antiq. 2, 37 Coripp. Ioh. 3, 390 Greg. M. epist. 5, 16 p. 298, 1. *al.*). Fvlg. aet. mund. p. 168, 11 -atur. Vvlg. Is. 24, 3 -bitur (*item* Coripp. Ioh. 2, 402). 33, 1 -beris. Coripp. Ioh. 3, 273 -antur. *act. legitur saepius in* Itala (*maxime* -vit, -verunt), *ceterum* Ivst. 23, 1, 10 -are (-ari *var. l. ut* Vvlg. Is. 8, 3 I Macc. 6, 3. *al.*). Ivl. Vict. rhet. 6, 2 p. 397, 31 -vit (*item* Vvlg. Iudith 2, 13. 16 Conc. Carth. a. 411 [Corp. Christ. 149 A] 1, 189 Cassiod. Ios. antiq. 14, 120. *cf.* Fvlg. aet. mund. p. 153, 14 -arat. Cassiod. Ios. antiq. 11, 305 -asset). Marcell. auct. chron. II p. 106, 539, 4 -at. *de notione*: Synon. Cic. p. 447, 15 vastare. populare. deripere. -ari. Gloss. ληστεύω. πειρατεύω. σκυλεύω. Gloss.[1] I Ansil. pr 315 -vit: diripuit. II Philox. pr 40 -atur: λεηλατεῖ, ἁρπάζει. Abav. pr 14 -at: vastat, diripit. *legitur inde a* Plavto, Catone, Cic. (*maxime in* Verr.), *saepe apud* Liv., *raro in poesi, sc. singulis vel binis locis apud* Verg., Hor., Prop., Ov., Manil., Sen., Sil. *al.*, *ter* Val. Fl.; *abiit in gr. byz.* πραιδεύω (-ομαι, *etiam* πραιτ-). [*val.* prăda; *it.* predare; *francog. vet. et med.* preier, proier; *hisp. vet.* prear, predar; *port.* prear. *cf. M.-L. 6715. Battisti-Alessio IV 3055. Wagner II 304. Wartburg IX 287. Corominas[2] IV 641. Machado[3] IV 416. St.*] [*confunditur cum* praedicare *e. g.* Frontin. strat. 2, 5, 10 Vvlg. Iudith 2, 13, proeliari *e. g.* Vvlg. I reg. 13, 17, -tus *cum* praedaticius Gell. 4, 18, 12, perditus Lex Sal. Merov. 69. *falso trad.* Caes. civ. 3, 22, 3 *equites Thurios* praesidi (*Manutius*, -andi *codd.*) missi. *e coni. dub.* Frontin. strat. 3, 16, 3 (datur *trad.*).]

I *sine obi., i. q. praedam capere, lucrum facere* (*apud* Plavt. *l. 61. p. 588, 25sq. aptius fortasse adi. a* praeda *formatum [fere i. q. praeda ornatus sim.] quam part. coniunctum intellegas*): A *agunt homines*: 1 *bellantes* (*latrocinantes p. 588, 5. 15, in imag. l. 62*): a *nude positum*: α *formis variis*: Plavt. Persa 608 curabo ut -ti pulchre ad castra convertamini. Caes. Gall. 7, 46, 5 *ut* vix se ex manibus -antium militum eriperet. Sall. Iug. 55, 4 effuso exercitu -ari. 91, 4 milites -ari *non* sinere. Liv. 2, 50, 4 *a Veientibus* pecora -antibus *Fabiis* ... obvia acta. 23, 45, 2 non omnes esse in acie; -antes vagari in agro *nonnullos*. 34, 16, 4 effusius ... -ti sunt. *al.* Cvrt. 3, 13, 11 iacebant totis campis opes regiae ...: facies etiam -antibus tristis; ... non sufficiebant -antium manus praedae (Itala iud. 2, 14 [Aug. loc. hept. 7, 5; *Lugd. et Vulg.* diripientium]). Val. Fl. 6, 339 (*loq. Gesander rex Iazygum*) bellare ... -arique iuvat. Frontin. strat. 2, 5, 10 passim -ari coeperunt (*antea*: vastare ... regionem). Vvlg. iud. 5, 19 nihil tulere -antes *reges*. Coripp. Ioh. 2, 61 *Autiliten dux Maurorum* ibat ... succendens, -ansque ferox, mactansque trahensque. 3, 460 meruit ... tyrannus (*sc. Stutias dux perfugarum Romanorum*) omnia sub domino -ans discurrere Mauro. β *supin.*: Cato mil. frg. 6 partem equitatus atque ferentarios -tum (-tos *trad.*) misit (Liv. 5, 16, 3 in agrum Romanum. 29, 1, 14 in Africam. *al.* Frontin. strat. 3, 16, 3. *cf.* Liv. 22, 13, 9 -tum dimisit [24, 20, 16]). Bell. Alex. 10, 2 cum longius a navibus -tum processissent *remiges*. Nep. Alc. 8, 6 *Athenienses e navibus* in terram -tum exisse (Liv. 4, 36, 4 Volscos in Hernicorum agros. 23, 44, 8. *al.*; *cf.* Liv. 1, 54, 2 -tum atque in expeditiones *ire* [28, 24, 8 in agrum circa pacatum. *al.* Ivst. 22, 5, 2 in Italiam]. 3, 60, 4 abeunt). Liv. 3, 30, 4 Sabinum exercitum -tum descendisse in agros Romanos (10, 31, 2). 7, 31, 12 proficiscerentur (22, 3, 6. Frontin. strat. 1, 5, 12 [= 4, 5, 8]). *al. apud eundem.* γ *gerund.*: Caes. Gall. 2, 17, 4 si -andi causa ad eos *Nervios* venissent *finitimi* (4, 9, 3 magnam partem equitatus ... -andi frumentandique c. ad Ambivaritos ... missam. 5, 19, 2 -andi vastandique c. *al.* Liv. 4, 21, 6. 33, 37, 4. *al.* Pavl. sent. 5, 20, 1 incendiarii, qui quid in oppido -andi c. faciunt, capite puniuntur. Ivst. 9, 1, 9 *Philippus* in Scythiam ... profectus est). 3, 17, 4 *perditos homines* spes -andi studiumque bellandi ab agri cultura ... revocabat. Liv. 4, 58, 3 palati ad -andum hostes (34, 16, 3 *milites* in agros duxit. 35, 3, 5 *milites* mittebant. *al.* Veg. mil. 3, 10 p. 91, 3 dispersi ad -andum. Vvlg. I reg. 13, 17 egressi sunt. 14, 15 ierant). 8, 38, 15 inter -andum *dissipari*. 10, 2, 8 dulcedine -andi longius ... procedunt. 22, 3, 9 ab effusa -andi licentia hostem *cohibere*. 33, 19, 4 multitudo ... cupidine -andi palata per agros (Tac. hist. 3, 32, 1). 41, 1, 1 iuventuti -andi cupidae. Val. Max. 8, 7 ext. 7 *miles* -andi gratia domum *Archimedis* inruperat (Pavl. sent. 5, 19 qui noctu manu facta -andi ac depopulandi g. templum inrumpunt). Svlp. Sev. chron. 2, 19, 6 -andi occasionem.

b *indicatur unde vel ubi* (*v. etiam 2b nec non infra l. 81 et usum transit. sub IIB*): Sall. hist. frg. 3, 96 B ne p⟨rae⟩dantibus ex propin⟨quo hos⟩tis instaret (Liv. 5, 5, 3 *Veientes* ex alieno. 24, 47, 12 ex hostium agro. Ivst. 23, 1, 10 ex agris finitimorum -are [-ari *var. l.*]). Liv. 5, 43, 5 per finitimos populos -ari placuit (31, 41, 12 per agros). 22, 31, 3 ac si ⟨in⟩ insulis cultorum egentibus -rentur (Itin. Alex. 26 in sarcinis *Macedonum*). Tac. Agr. 29, 2 *classis* pluribus locis -ta.

2 *variis modis rem familiarem augentes*: a *nude positum*: α *formis variis*: Plavt. Persa 667 (*ad lenonem*) -tu's probe (*668* fecisti lucri). Pseud. 1138 (*loq. leno*) bene ego ab hoc -tus ibo (*sim.* Rud. 1316). Cic. Verr. II 2, 29 amicos in provinciam quasi in praedam invitabas et cum iis ac per eos -bare. 2, 133 quam varie, quam improbe -tus esset *Timarchides*, ... testimoniis cognovistis. Svet. Dom. 12, 1 *Domitianus exhaustus* nihil pensi habuit, quin -retur omni modo. β *gerund.*: Cic. Verr. II 1, 93 cum tibi (*sc. Verri*) exposita esset omnis ad -andum Pamphylia (Vvlg. Ezech. 13, 21 [*deus ad falsas prophetissas*] *Israelitae non* erunt ultra in manibus vestris ad -andum). 5, 1 Verres ... versatus ... in omni genere furandi atque -andi (5, 22 improbum, ... indignum *eqs.* 5, 24). 5, 10 damnatis ... servis quae -andi potest esse ratio? (5, 11 furandi -andique. 5, 60 novam. 5, 145 novam singularemque. *cf. l. 57*). Phil. 4, 9 spes rapiendi atque -andi. Tac. hist. 4, 14, 3 (*Civilis ad Batavos*) *a praefectis Romanis* exquiri ... varia -andi vocabula. ann. 11, 5, 1 cuncta legum et magistratuum munia in se trahens princeps materiam -andi patefecerat (Schol. Cic. Bob. p. 100, 2 m. nullam habuisse -andi L. Flaccum in istis civitatibus *exhaustis*). Cypr. Demetr. 11 *in populo peste sim. moriente* -andi dissimulatio nulla, nulla cunctatio. Cod. Theod. 9, 3, 6 -andi omnem segetem de neglegentia iudicum provinciarum ministris feralibus amputamus.

b *indicatur unde vel ubi* (*cf. 1b*): Cic. Verr. II 1, 130 cum esset omnibus in rebus apertissime impudentissimeque -tus (1, 131 aliquid se inventurum in quo moliri -arique posset. 2, 46 in bonis alienis. 3, 146 in re frumentaria et in bonis aratorum aperte palamque. 3, 204 in ea re -ari praetorem). 2, 45 ex ista ... hereditate ita istum -tum, ut *eqs.* (3, 6 qui fana spoliarit omnia, qui ex tensarum orbitis -ari sit ausus. 3, 51 ex ... locatione columnarum. off. 3, 72 ex alterius ... inscitia. Liv. 6, 41, 11 ex alienis fortunis. Lact. inst. 6, 18, 8 *qui plus accipit quam dederit*, insidiatur quodammodo, ut ex alterius necessitate -etur [*cf. epit. 59, 2* de alienis malis lucra captare]). 3, 182 tuus apparitor ... de aratorum bonis -bitur? (*aliter l. 44*). 4, 3 cum apud tuos Mamertinos inveniare improbissima ratione esse -tus.

B *agunt alia*: 1 *animalia* (*accedit dat. comm. l. 65*): Verg. georg. 1, 130 *Iuppiter* malum virus serpentibus addidit atris, -arique lupos iussit. Plin. nat. 9, 90 *conchas* praecidentes bracchia eorum *polyporum* ultro ... escam ex -ante capere. 10, 14 unum par aquilarum magno ad populandum tractu ... indiget; determinant ergo spatia nec in proximo -antur (*Arist. hist. anim. 619a31* τὴν ... θήραν ποιεῖται. *cf.* Prvd. c. Symm. 1, 77 ut illum *Iovem* ... putarent esse bovem, -ari aquilam). 10, 42 *aves* uncos ungues habentes ... sibi quaeque -antur. 10, 196 alia *animalia* dentibus -antur, alia unguibus, alia rostri aduncitate carpunt *eqs.* (*cf. Cic. nat. deor. 2, 122* capessunt). Hier. epist. 9, 3 *lynces* tam diu meminere -andi, quam diu venter vacuus ... guttur exasperat. 2 *res variae*: Sil. 5, 581 Herminium ... assuetum ... -antibus hamis exhaurire lacus. Qvint. decl. 388 p. 437, 10 (*quaeritur utrum puer a piratis ablatus an fluctibus submersus sit*) an vero eodem tempore et pirata adplicat et fluctus -atur? Drac. Orest. 808 *Hermionen esse* raptam ... Pyrrhi -ante rapina. 3 *Christus, Fortuna*: Vvlg. Is. 8, 1 scribe ...: velociter spolia detrahe, cito -are (*sim.* 8, 3 *ubi var. l.* -ari. *accipitur ut nomen Christi, quod explicat* Hier. *ad l.* ut puer natus ... cito -etur, hoc est, ne ultra patiatur regnare diabolum). CE 1171, 4 (*pater mortui ad Fortunam*) accipe nunc cineres miseri *nati* ... et -ta meis parce venena ⟨dare⟩.

II *accedit obi.* (*iuxta usum absolutum p. 590, 6; gr. resp.* προνομεύω *vel* σκυλεύω, *nisi alia adnotavimus*): A *obi. indicat praedam, fere i. q. rapere, auferre* (*iuxta obi. rei spoliatae p. 589, 13; indicatur unde p. 589, 10. 19. 45. 48*): 1 *agunt animantes* (*lupa* Ov., *diabolus* Regvla mag. *sub a*): a *bellantes, venantes, rem familiarem augentes* (*accedit dat. comm. saepius in* Itala): *fig. etym.* praedam -ari (-are):

[*Wiesinger*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Plavt. Rud. 1242 mihi istaec videtur praeda (*sc. vidulus in mare inventus*) -tum irier (*vi passiva, cf. 1261sq. et Marx ad l.; irier vix recte active intellegunt Hofmann-Szantyr 381; v. etiam vol. V 2, 649, 1sqq.*). Itala deut. 20, 14 (Lugd.) *civitate victa* omnem p. -bis tibi (*Vulg.* p. exercitui divides). Ios. 8, 2 (Aug. loc. hept. 6, 8, *sim.* Lugd.) p. pecorum -beris tibi (*Vulg.* diripietis vobis). Ezech. 38, 12sq. (Wirc.) -are p. et spoliare spolia (*Vulg.* ut ... invadas praedam). *cetera exempla*: Prop. 4, 2, 37 (*loq. Vertumnus*) pisces calamo -bor. Ov. ars 3, 419 ad multas lupa tendit oves, -etur ut unam. Petron. 83, 5 Hylan nympha -ta. Val. Fl. 4, 429 *Phineum Harpyiae* depopulant ipsoque dapes -antur ab ore. CIL VII 451 (*saec. III?*) aprum ... captum, quem multi ... -ari non potuerunt. Itala num. 31, 9 (Lugd.) *filii Israhel* -erunt mulieres Madiam, et praeparaturam eorum, et pecora eorum et omnes possessiones eorum et virtutem eorum -erunt (*Vulg.* ceperunt ... mulieres; depopulati sunt). 31, 32 (*ibid.*) abundantia praedationis, quam -erunt viri bellatores (*Vulg.* praeda, quam exercitus ceperat). deut. 3, 7 (*ibid.*) spolia civitatium -vimus nobis ([*Vulg.* diripuimus]. Ios. 11, 14 [*ibid.*] omnia sp. eius *civitatis* -ti sunt sibi [*Vulg.* praedam ... diviserunt sibi]. II par. 28, 8 [Complut.] sp. multa -ti sunt ex eis *Iudaeis* [*Vulg.* ceperunt ... praedam]. *al.*). I reg. 15, 15 (Quedlinb., Lucif. reg. apost. 2) ea quae -vit populus, optima gregis et boum (*gr.* περιεποιήσατο, *Vulg. aliter*). I Macc. 4, 23 (rec. B) divitias magnas -vit (*gr.* ἔλαβον, *rec. L et Vulg.* acceperunt ... opes magnas). Fvlg. aet. mund. p. 153, 14 *hostis qui arcam Israelitarum abstulit* tormentum putat, si possideat, quod -arat (-tus fuerat *cod. unus*). Clavd. 26, 502 (*senex ad Alaricum*) Hesperiis praeceps elabere terris, ne nova -ari cupiens et parta reponas. Comm. apol. 977 *Israelitae* viduant colonias omnes, auro vel argento locupletanturque -ando (*alii interpungunt post* argento, *ut spectet ad IA1a*). Epist. Austras. 40 p. 147, 7 quos -vit Francorum exercitus ... relaxare. Regvla mag. 90, 86 *monachus desciscens* exutus sanctis vestibus ... ad suasorem diabolum revertatur et non Christi -tus habitus polluatur in saeculo. Coripp. Ioh. 2, 402 inter oves ... aries (acies *Bekker*) -bitur omnis. Greg. M. epist. 4, 17 Tribunus ab hostibus se -tum ac duodecim solidis perhibet comparatum. *al.* *p. p. p.* -tum *pro subst. neutr. fere i. q. praeda*: Vopisc. Prob. 8, 3 cum de -to ... repertus esset equus.

b *qualibet ratione alios capientes, seducentes sim.*: Prop. 2, 1, 55 una meos ... -ta est femina sensus (*sc. amore ut* Ov. am. 1, 3, 1 me nuper -ta puella est. *cf.* Petron. *sub a*). Itala II Tim. 3, 6 (Cypr. unit. eccl. 16) *haeretici* repunt in domos et -antur mulierculas oneratas peccatis (*gr.* αἰχμαλωτεύοντες, *Vulg.* captivas ducunt). Cypr. unit. eccl. 9 *luporum feritas separetur ab ecclesia*, ne columbas, ne oves Christi saeva ... contagione -entur. Rvfin. Orig. in gen. 4, 6 p. 56, 14 ut rapiant et -entur (depr- *var. l.*) aliquos ex fratribus meis et argutis verborum surreptionibus captivos ducant.

2 *agunt res, sc. elementa sim.*: Hor. epist. 2, 2, 55 singula de nobis anni -antur euntes: eripuere iocos, Venerem, convivia, ludum. Manil. 4, 652 Persica fluctus (*i. Oceanus bellum terris inferens*) arva tene[n]t, titulum pelagi -tus ab isdem quae rigat ipse locis. Sen. Oed. 557 flamma -atur dapes (*i. animalia immolata*).

B *obi. indicat, unde praeda capiatur, fere i. q. spoliare, privare* (*iuxta obi. rei raptae l. 56*): 1 *loca* (*dub. trad. loco vix sano* Cic. Sest. 12 *cum Catilina* Italiae callis et pastorum stabula -ari coepisset [-are, -ari *vel* praeclara *tradi vid.*, praeoccupare *C. F. W. Müller, alii alia*]): Val. Fl. 5, 646 (*Mars ad Iovem*) virgineas -er si Cecropis arces, ... iam te gemitu ... tenebit nata querens. Itala Iudith 1, 14 (Corb.) *Nabuchodonosor* -vit civitates eorum ([cod. 130 -vit plateas illarum et ornamenta eius *terrae; Vulg. deest*]. Ivl. Vict. rhet. 6, 2 p. 397, 31. Vvlg. I Macc. 6, 3 [*ubi* Itala rec. B -vit spolia civitatis]). 2, 26 (Corb. *al.*) *Holofernes* -vit stabula eorum *hostium* (cod. 148 -ti sunt et vastaverunt omnia cubilia eorum, *Complut.* diviserunt sibi pecora in praedam, Vvlg. 2, 16 -vit omnem locupletationem eorum [*ut spectet potius ad A*]). 15, 6 (cod. 130 *al.*) -verunt illa *castra* (Corb. illos, *Vulg. 15, 7* praedam ... abstulerunt). I Macc. 11, 61 (recc. LX, *sim.* Vvlg.) *Ionathan* -tus est illam, *sc. Gazam* (*rec. B* spoliavit). Lact. inst. 5, 9, 15 qui vias obsideant armati, maria -entur (*cf. epit. 54, 7* maria infestare. *Cypr. ad Donat. 6* maria obsessa praedonibus). Dares 16 mittuntur Achilles et Telephus ad -andam Mysiam. Amm. 31, 2, 12 hominum genus (*sc. Hunni*) externa -andi aviditate flagrans immani (*nisi spectat ad A1a*). Vvlg. Is. 24, 3 dissipatione dissipabitur terra, et direptione -bitur (Cassiod. Ios. antiq. 13, 116. Coripp. Ioh. 3, 390 -tae ... terrae). Marcell. chron. II p. 103, 530 -antes eam *Thraciam* Bulgares. Cassiod. Ios. antiq. 11, 305 *Alexander Magnus cum* Syriam ... -asset (*gr.* ἐπιδραμών). *al.*

2 *homines eorumve coetus* (*agunt maxime bellantes, latrocinantes*): a *cum solo obi.*: Tac. ann. 12, 49, 1 socios magis quam hostes -atur *procurator Cappadociae*. Itala exod. 3, 22 (Aug. quaest. hept. 2, 6; *ad Israelitas*) *exeuntes* -bimini eos *Aegyptios* (*Vulg.* spoliare). Iudith 2, 23 (Corb. *al.* = Vvlg. 2, 13) *Holofernes* -vit omnes filios Tharsis. Hab. 2, 8 (cod. 176) eo quod t⟨u predasti⟩ gentes multas, -bun⟨t te omnes⟩ reliqui populi (*Vulg.* spoliasti ... spoliabunt). Zach. 2, 12sq. (Ambr. fid. 2, 4, 36 *al.*) gentes quae -verunt (depr- *var. l.*) vos ...; inicio manum meam super eos, qui depraedaverunt vos, et eruam vos, et erunt in praedam, qui -verunt vos (-ti sunt *var. l.*; Ps. Fulg. Rusp. pro fid. 7 l. 306 exspoliaverunt ... et erunt praeda -antibus eos; *Vulg. 2, 8* spoliaverunt, *2, 9 aliter*). *al.* Lact. inst. 7, 17, 9 erit tempus ..., quo mali bonos hostiliter -buntur. Schol. Iuv. 10, 15 cum iussisset Nero omnes -ari, ad domos divitum milites cucurrerunt. Fvlg. aet. mund. p. 168, 11 (*agitur de raptu Sabinarum*) socer aestuat quod -atur, socrus ingemit quod orbatur. Vvlg. Is. 11, 14 -buntur filios orientis *Israelitae* (*allegorice ad propagationem fidei refert* Hier. *ad l.*). 33, 1 vae qui -aris, nonne et ipse -beris? (*postea*: depraedaberis. *de diabolo intellegit* Hier. *ad l.*). Conc. Carth. a. 411 (Corp. Christ. 149 A) 1, 189 presbyter ..., quem -vit, quem torsit, quem suspendit *episcopus quidam Donatistarum*; ecclesiam autem catholicam -vit, pecuniam sustulit *eqs.* Hyd. chron. II p. 22, 100 *Hermericus Gallaecos* -batur assidue (*cf. p. 21, 91* partes Gallaeciae depraedantes *Suevi*). Marcell. auct. chron. II p. 108, 548, 1 Iohannes magister militum in Campania -ans Gothos. Op. imperf. in Matth. 11 p. 691 qui fratres suos conculcant, -antur. Iord. Get. 272 *Gothi* coeperunt vicinas gentes circumcirca -ari (-are *cod. unus*). Greg. Tvr. Franc. 10, 25 p. 518, 16 (*de falso Christo*) coepit quosdam spoliare ac -are (-ari *var. l.*), quos in itinere repperisset. Coripp. Ioh. 3, 273 *incolae Africae* -antur ubique (*cf. 270* hinc fervens bellum, spolians premit inde tyrannus). Greg. M. epist. 5, 16 p. 298, 1 a -tis atque afflictis fratribus munera percepisse. b *indicatur etiam praeda: abl. separ.*: Itala gen. 30, 2 (cod. 101; *Iacob ad Rachel*) *deus* -vit te fructu uteri (*gr.* ἐστέρησέν σε καρπόν, *Lugd.* sterilem fecit fructum, *Vulg.* privavit te fructu). *altero acc.* (*sec.* στερέω? *cf. e. g.* exspoliare *vol. V 2, 1907, 5sqq.*, fraudare *vol. VI 1, 1263, 78sqq.*): Ps. Orig. in Iob 1 p. 426$^{D}$ *daemones* tria praecipua ..., id est spem, fidem, charitatem -ari eum *Iob* conantes.

*syn. vel iuxtapos. selecta*: furari Cic. Verr. II 5, 1. 11, populari Plin. nat. 10, 14 (*cf.* depopulare Val. Fl. 4, 429), rapere Cic. Phil. 4, 9 Rvfin. Orig. in gen. 4, 6 p. 56, 14, spoliare Cic. Verr. II 1, 93. 3, 6 Itala Ezech. 38, 12 (Wirc.). Greg. Tvr. Franc. 10, 25 p. 518, 16.

*in figura etymologica: p. 588, 84sqq.*

*part. praes. pro subst. masc. p. 587, 68. 588, 61. 589, 84; part. perf. pro subst. neutr. p. 589, 34, de adi. v. p. 587, 58.*

*deriv.*: praedabundus, praedaticius, praedatio, praedator (-trix), praedatus (-ūs), praeduus; *cf.* praedatorius.

*compos.*: depraedo. *Wiesinger.*

**praedormio**, -ii, -ire. *a* prae *et* dormire. Macr. exc. gramm. V 637, 15 dormio, dormis; -o, -is (*inter exempla compositionis*).

*i. q. antea dormire* (*translate*): 1 *vi ingressiva* (*sc. moriendo; non nisi perf., ut dubitari possit, an forma praesentis q. e.* praedormisco *potius subicienda sit; sed v. l. 45 et de vi inchoativa verbi q. e.* dormire *vol. V 1, 2031, 16sqq.*): Iren. 4, 22, 1 (*e libro apocrypho*) recommemoratus est dominus ... mortuorum suorum, qui -ierunt *eqs.* (*gr. Iustin. dial. c. Tryph. 72* κεκοιμημένων. *similiter iterum* 4, 33, 12. *idem locus affertur 3, 20, 4* dormierant). 2 *vi durativa* (*sc. latendo*): Ps. Avg. serm. ed. Mai 1, 1 *in paradiso* sobrius decor -it in gemmis *florum* (*sc. priusquam flores se explicant*).

? **praedormīsco**, -iī, -ere *v. l. 40.*

**praedotiont** *v.* praedopiont. *Wieland.*

[praerogativa: **praeducium** facientia verba Gloss. V 323, 20; *legas* praeiudicium *coll. II 418, 36* πρόκριμα: praeiudicium, haec praerogativa.]

**praedūco**, -dūxī, -ductum, -ere. *a* prae *et* ducere. *inter verba activa coniugationis tertiae affert* Char. gramm. p. 477, 34 B. Not. Tir. 7, 34a -it. 7, 49a -xit. [*confunditur in codd. maxime cum* producere, *e. g.* Caes. Gall. 7, 69, 5 Lvcan. 4, 45. 6, 466 (*restituitur* Sil. 10, 410), *ceterum cum* praedicere Plin. nat. 33, 60 *al.*]

1 *usu originario i. q. ante (ob)ducere* (*vi praeverbii locali, sc. a fronte, e transverso sim. [ad interrumpendum l. 64]; ad vim temporalem v. 1aβ; vis praeverbii evanuisse videtur l. 81*): a *structura communi aliquid alicui* (*sc. pro obi. est quod opponitur vel ducendo efficitur; dat. nonnumquam omittitur*): α *-untur varia*: Caes. Gall. 7, 46, 3 a medio fere colle in longitudinem ... murum ... -erant Galli. 7, 69, 5 *Galli* fossam ... et maceriam ... -erant (civ. 1, 27, 3 fossas transversas viis -it. Paneg. in Mess. 83 castris. Sen. dial. 4, 9, 3 *in bello civili* -ctam obsessis parentibus f. Sil. 10, 410 *milites Romani* fossas instant -ere [prod- *trad.*] muris. Tac. ann. 14, 32, 2 f. aut vallum -erunt). Germ. 197 *clavis* succutit ... foribus -cti vincula claustri (*Arat. 193* ἀνακρούουσιν ὀχῆας *tantum*). Lvcan. 4, 45 dux equitem ... iubet ... munitum ... latus laevo -ere gyro *peditibus laborantibus* (latus *i. ipsos equites praesidio missos; equitum latus clipeo tectum intellegit Adnot. ad l. vix recte*). 6, 466 *magae* calido -unt nubila Phoebo (*addas* Stat. *sub b*). Avien. orb. terr. 616 locum ... undique saeptum aggere -cto, *sc. Gades.* β *-untur* lineae (sulci Prvd.; *ad respectum circumscribendi, limitandi fere accedit vis temporalis; in imagine praeter* Plin.; *e coni. dub.* Cassiod. var. 3, 51, 7 [*Salmasius, Plinianae exercit., 1689, 643*$^{A}$; per- *codd. et edd. plerique*, pro- *var. l.*]): Plin. nat. 33, 75 lineas itineri -unt, *quo aqua derivetur.* Tert. adv. Marc. 3, 5 p. 381, 22 video aliquas etiam nunc l. -endas, ad quas erit dimicandum. scorp. 4 p. 152, 29 nunc in unam speciem congressionis certas -imus l. Prvd. apoth. 356 *Iudaeos* legis ... antiquae -ctis pingere sulcis ... sacramentum *Christianum.* *vi praeverbii minus conspicua fere i. q. ducere*: Plin. nat. 33, 60 cum ... plumbo l. -antur. 33, 98 l. ex argento nigras -i plerique mirantur (*inde Isid. orig. 16, 19, 1* l. nigras reddat).

b *structura inversa aliquem aliqua re* (*pro obi. est quod ducendo,*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*operiendo afficitur*): PLIN. nat. 35, 199 qua *creta* circum -ere ad victoriae notam ... instituerunt maiores. STAT. silv. 5, 3, 13 quis sterili mea corda situ, quis ... frigida damnatae -xit (*ed. princ.*, produxa *M*) nubila menti? (*per zeugma iuxta struct. communem; verbum q. e.* donare *apud Plin. nat. 7, 121 similiter cum utraque structura iunctum esse monet Pinkster per litteras* [*cf. etiam vol. VII 1, 1509, 22sqq.*]). CARM. adv. Marc. 2, 34 fulgentis gratia verbi lumina -it menti neque cernere possunt *Marcionitae nimia luce occaecati* (*cf.* obducere oculos *vol. IX 2, 40, 59sqq.*; praeclusit *coni. Oxé, Prolegomena, 1888, 15, coll. Iuvenc. 2, 761*).

2 *vi deflexa*: **a** *in versione prava sec. gr.*: ITALA II Macc. 10, 12 (rec. L) Ptolemeus ... quod erat iustum conservabat et -ens propter iniquitatem quae facta est in Iudaeos pacate agere (*sec. falsam var. l. gr.* συνετήρει προηγούμενος [*v. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 135*] *fortasse notione q. e. praeferre adhibitum; ad part. pro verbo finito positum cf. Hofmann-Szantyr 389; rec. X* preveniens, *recc. BM* anticipans, *Vulg.* praecipue). **b** *in sermone ludi litterarii i. q. praeductali adhibito scribere* (*ad rem v. sub* praeductal; *gr. resp.* παραγράφειν): GLOSS. Journ. Rom. Stud. 72, 1982, 99 cap. 27 -o ad superpostum et scribo et ostendo doctori (GLOSS. III 121, 32 [= p. 646] -o ad praescriptum [περιγράφω *trad.*; *loco gemino 225, 29* describo ad exemplar]). GLOSS. III 71, 20sqq. (= p. 638) -ere nescio; tu mihi -e (*eadem* 377, 55sqq.). 460, 58 -o (*item* 486, 73).

*deriv.*: praeductal, praeductile, praeductor, praeductorius; *cf.* praedux. *Ramminger.*

**praeductal** (-tāle), -is *n.* *a* praeducere. *i. q. instrumentum ludi litterarii litteras praeductas, sc. discipulo iterandas, exhibens* (*praeter Quint. inst. 1, 1, 27. 5, 14, 31 [aliter Sen. epist. 94, 51] res describitur etiam Ps. Athan. ad mon. 1 p. $71^4$, v. infra p. 637, 33; sunt qui aut stilum aut regulam intellegant; cf. etiam* praeductile, praeductorius *sub 2*): GLOSS. Journ. Rom. Stud. 72, 1982, 99 cap. 22 porrigit puer meus pugillares et thecam graphiorum, -e, tabulam et lupinos (*gr.* παράγραφον. *cf.* GLOSS.$^L$ II Philox. PR 46 -l: παράγραφος [*ordine inverso* GLOSS. III 23, 27, *ubi* producta *trad.*]). GLOSS.$^L$ Corp. P 794 -e (pro- *trad.*): instrumentum infantium in scholis (*item* GLOSS. V 383, 19). GLOSS. I p. 42 ⌊-l: minus⌋ (praeduo talminus *trad.*) vel non recte scriptum (*explicationem referimus ad litteras leviter tantum adumbratas*). III 198, 39 περιγράφιον: -l (producta *trad.*; *cf.* 327, 37 περίγραφος).

**praeductile** (-īle?), -is *n.* *a* praeducere. *i. q. praeductal*: GLOSS. III 109, 19 tolle ... pugillares et locellum et -e[m] (*gr. l. 18* παραγραφήν. *vix corrigas cum* p. 639 praeductal). V 323, 13sq. -e: instrumentum ⌊infantium⌋ (*ex* infactum *l. 14 restituendum*).

**praeductor,** -ōris *m.* *a* praeducere (*cf.* praeductorius). *i. qui praeeundo ducit*: IVLIAN. epit. in psalm. 72, 24$^{a-b}$ (tenuisti manum ... meam et in voluntate tua deduxisti me) prosecutor pariter ac praevius, -r atque deductor (reductor *pro* -r *coni. ed. frustra, cum antea homo ductus iumento comparetur, ut conferri possit l. 48*).

**praeductōrius,** -a, -um. *a* praeducere. *i. q. ad praeducendum pertinens*: 1 *adi.*: CATO agr. 135, 5 lora -a (*i. quibus iumenta a praeeunte ducebantur*). 2 *neutr.* -um *pro subst. i. q. praeductal*: GLOSS. III 121, 28 (= p. 646) tabulas, thecam graphiariam, -tori⟨um⟩ (*gr.* παραγραφίδα). *Wieland.*

***praedulcis,** -e. *a* prae *et* dulcis. *legitur singulis locis inde a* VERG., SEN. suas., CELSO, VAL. FL., *sed 21$^{ies}$ apud* PLIN. nat. [*confunditur in codd. cum* perdulcis NEMES. ecl. 1, 22 PAVL. NOL. carm. 27, 52.]

*i. q. admodum vel nimis dulcis* (*cf.* GLOSS. *l. 66sq.*; *de rebus passim, de homine non nisi sub 1aβ [cf. res metonymice pro homine positas l. 68. 75]; quodammodo abundanter accedit* admodum SVLP. SEV. dial. 1, 4, 4; *adhibetur fere pro compar.* dulcior AMBR. Ioseph 2, 5; *opp.* dulcis SEN. suas. 7, 12, austerus PLIN. nat. 14, 64; *accedit abl.* PLIN. nat. 12, 23 [*v. p. 592, 7*]. AMBR. off. 1, 24, 114, ad *cum acc.* HEGES. 2, 9, 1; -e, *sc.* est, *cum inf.* AMBR. Ioseph 2, 5): 1 *usu communi significatur qualitas iucunda, grata*: **a** *in universum, sc. de variis, quae magni aestimantur, diliguntur*: α *de rebus*: VERG. Aen. 11, 155 quantum nova gloria in armis et -e decus primo certamine posset ([SERV. auct.: aut valde dulce, aut quasi immaturum. *huc referuntur* GLOSS. nimium dulce. GLOSS.$^L$ I Ansil. PR 394 satis dulce]. AMBR. exc. Sat. 1, 27 quid ... superest suavitatis, quibus tam -e d., tam carum ... lumen extinctum est? [*sc. frater, qui mortuus est*]. CYPR. GALL. gen. 1201 pudoris). VAL. FL. 4, 161 nomen ... -e mihi ... Otreos (PRVD. apoth. 393 n. -e *Christi* mihi, lux et decus *eqs.*). IVVENC. 1, 305 obsequiis ... -bus *Iesu pueri*. AMBR. Ioseph 2, 5 amare liberos dulce et inpensius amare -e. HEGES. 2, 9, 1 p. 145, 17 perfunctoria spes libertatis, -is ad expetendum, sed plerumque inrationabilis ad adipiscendum. BASIL. hom. p. 69, 10 *filius*, solacium senectutis -e (*Migne gr. 31, 233$^B$* παραμύθιον γήρως *tantum*). CARM. de resurr. 65 -e sui (*sc. dei*) ... signavit pignus amoris. ALC. AVIT. carm. 2, 10 si -es delectat carpere somnos. *iungitur cum subst. notionis quodammodo contrariae* (*per oxymoron; cf.* STAT. *et* SVET. *sub c*): CLAVD. 22, 132 nec te iucunda fronte fefellit luxuries, -e malum ..., blanda quidem vultus, sed qua non taetrior ulla interius. PAVL. NOL. carm. 24, 792 caritatis ... -e ... iugum, quod suave Christo ... adstringit colla (31, 222. *cf. Matth. 11, 30* suave *i.*). PETR. CHRYS. serm. 88, 1 in tali fenore animae non oneris, sed honoris -is currit usura. β *de hominibus*: AMBR. off. 1, 24, 114 ut mihi videatur *David* non minus vivendi genere quam canendi suavitate -is immortalem ... fudisse ... cantilenam. ALC. AVIT. carm. 2, 151 tuo subiectus amori -is coniunx.

**b** *cum respectu saporis* (*odoris l. 21*): α *de cibo vel potione*: PLIN. nat. 9, 45 in Borysthene memoratur praecipua magnitudo *piscis* ... carne -i (*cf. Mela 2, 6* quibus ... optimus sapor). 12, 23 *fructus* solibus coctus -is sapore (-is sapor, -is saporis, -i sapore *trad.*; *cf. Sol. 52, 47* eximiae suavitatis. *item de ficis*: 13, 56 ficus *Aegyptia* [*Theophr. hist. plant. 4, 2, 1* γλυκύτερον πολύ]. 15, 72 Tarenti ... -es nascuntur). 14, 38 Surrentinum genus *vitium* ... -i uva (14, 117 Thasiam u.). 14, 43 *Alexandrina vitis* racemis -bus (*Theophr. hist. plant. 3, 17, 6* ῥάγες ... γλυκεῖαι). 14, 64 Albana *vina* ..., -ia ac rara in austero ([*cf. 23, 35 Albana vina* dulcia]. PAVL. NOL. carm. 27, 52 -is [per- *var. l.*] nectare vini). 15, 17 sunt et -es *olivae*, per se tantum siccatae uvisque passis dulciores. 18, 100 *ex milio* fit et panis -is ([-i *var. l.*]. 22, 27). 19, 16 in quodam rustico ac -i ... cibo. 21, 159 suci. *al.* PAVL. NOL. carm. 2, 10 quas *testas* viscus -e replet bicolore medulla. SVLP. SEV. dial. 1, 16, 1 quas *herbarum radices* -is (-es *var. l.*) ... et saporis eximii fert harena. CE 1531 A, 4 (*saec. V*) *in litore* -is salsam per⟨luit unda Teth⟩yn (*cf.* INSCR. christ. Diehl 1092, 9 [*saec. VI*] -em repperit limfam *in insula*). *in imag. de odore*: PAVL. NOL. (?) carm. 33, 27 *odorem* -i medicantem nectare fibras *pectoris in baptismo*. β *de ipsa* suavitate: PLIN. nat. 13, 60 -is s. *pomi* (*Theophr. hist. plant. 4, 2, 5* ἔχει ... τὴν δὲ σάρκα γλυκεῖαν καὶ ἡδεῖαν σφόδρα). 37, 39 arbores eas psitthachoras vocari, qua appellatione significetur -is s. (*Frg. Gr. Hist. 688 Ctesias F45 p. 501, 9* Ἑλληνιστὶ δὲ σημαίνει γλυκύ, ἡδύ). SVLP. SEV. dial. 1, 4, 4 *herbae* -i admodum s. delectati ... sumus.

**c** *cum respectu eloquii, vocis, cantus sim.* (*sc. amoeni, suavis. cf.* AMBR. *sub aβ; aliter 2b*): PLIN. nat. 11, 55 *suavitatem* -is eloquii portendentes *apes Platoni*. STAT. silv. 5, 3, 82 *id*, quod ... nautis -e minantur *Sirenes* (*v. vol. VIII 1029, 52; vix recte -e pro adv. adhibitum esse putant alii*). SVET. Cal. 33 *tragoedi cuiusdam* vocem ... etiam in gemitu -em. NEMES. ecl. 1, 22 dicat honoratos -is tibia manes. PRVD. perist. 5, 314 psallentis ... -e carmen martyris.

2 *accedente respectu nimietatis significatur qualitas molesta, ingrata sim.*: **a** *ciborum* (*non nisi n. plur. pro subst.*): CELS. 2, 25, 1 aliena ... stomacho sunt ... omnia -ia. PLIN. nat. 24, 3 -ium fastidium sal temperat. **b** *generis loquendi* (*cf. 1c*): SEN. suas. 7, 12 *Surdinus* solebat dulces sententias dicere, frequentius tamen -es et infractas. QVINT. inst. 2, 5, 22 ne recentis huius lasciviae flosculis capti voluptate prava deleniantur *discipuli*, ut -e illud genus ... adament. 8, 3, 56 et tumida et pusilla et -ia et abundantia et arcessita et exultantia sub idem nomen (*sc.* κακοζήλου) cadunt.

*neutr. plur.* -ia *pro subst. v. 2a et* QVINT. inst. 8, 3, 56 *sub 2b.* *Scotti.*

πώρωσις: **praedūrātio** GLOSS. II 426, 63 (perd- *ed. pr.*). *a* praedurare.

**praedūrātus** *v.* praeduro. **praedūrē** *v.* praedurus.

**praedūrēsco,** -uī, -ere. *a* prae *et* durescere, *nisi a* praedurus. [*falsa var. l. pro* praedurus COLVM. 6, 2, 1, *v. p. 594, 22.*] *i. q. (valde) durum fieri*: CHIRON 653 si iam veteruerit *tumor osseus pedis* vel -uerit, urito cauteriis candentibus. 661 cum cicatrices vulnerum soldaverint et -uerint (praedoluerint *cod.*). 699 donec vulnus callicia (*i.* -tia) -uerit.

**praedūro,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* durare (*cf.* praedurus). GLOSS. σκληρύνω. ἀποσκληρύνω. *legitur inde a* COLVM., PLIN. nat., HOMERO, ITALA. [*confunditur in codd. cum* per- *et* produrare, *quod infra notavimus; falsa var. l. pro* praedurus COLVM. 3, 11, 10, indurare VEG. mulom. 1, 50, 2.]

1 *transitive, i. q. (ante) durare, duriorem reddere* (*vis praeverbii temporalis vel etiam localis elucet maxime sub aβ, saepius tamen fere evanescit, ut haud raro cogitare possis de vi praeverbii intensiva cum adi.* praedurus *comparanda; cf. quae de notione vocis et locis quibusdam ad rem coquinariam pertinentibus exposui Mus. Helv. 41, 1984, 39sqq.*). *vergunt in vim mediopass. maxime* ITALA Hebr. 3, 13 SCHOL. Stat. Theb. 8, 432; *accedit abl. passim*, in *c. abl.* ITALA Hebr. 3, 13 HIL. in Matth. 19, 10 APIC. 7, 8, ad *c. acc.* HIL. in psalm. 57, 3 SCHOL. Stat. Theb. 8, 432 PRVD. psych. 446.

**a** *proprie* (*sc. pertinet ad tactum, sed sublucere videtur respectus conservandi alimenti apud* COLVM. *et fortasse etiam* PLIN.): α *in universum*: COLVM. 7, 8, 7 *caseus* muria -tus (perd- *var. l.*; *cf. 7, 8, 4* duratus) atque ... fumo coloratus. PLIN. nat. 23, 139 sucum *mori* expressum ... coquebant ... ad mellis crassitudinem; aliqui murra adiecta et cupresso -tum ... sole torrebant. HOMER. 364 -to transfixit pectora telo (perd- *var. l.*; *gr. Δ 481* χάλκεον ἔγχος). SERV. Aen. 4, 405 'callis' est semita ... callo pecorum -ta (*inde* ISID. diff. 1, 539. orig. 15, 16, 10 [perd- *var. l.*]). PS. AVG. serm. 27, 1 (*de transitu maris Rubri*) -antur elementa nullo rigore (*i. gelu?*) ... et in muro suspenditur unda. β *t. t. in re coquinaria*: *respiciuntur carnes crudae, quarum superficies adhibito calore durior, solidior redditur, antequam percoquuntur* (*inde de holeribus coctis paulum frigendis l. 83*): APIC. 2, 2, 1 *adipes fasiani* -as et facis ex eo tessellas; ... ex hydrogaro coques. 3, 20, 5 sphondylos (*sc. genus holeris*) elixatos -bis. 6, 8(9), 12 pullum -a, condies ... et coques. 7, 4, 2 ofellas ... -as. 7, 8 lumbuli ... -antur in oleo et liquamine, inde

[*Friis-Jensen*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

assantur. 8, 7, 1 antequam -es (perd- *codd.*) porcellum (8, 7, 3. 8, 7, 4 *bis.* 8, 7, 9. 8, 7, 10. 8, 7, 11 [prod- *var. l.*]. 8, 7, 14). *per confusionem praeverbiorum pro* perdurare *adhibitum esse sensu macerandi, molliendi apud* Anthim. 71 *putat Liechtenhan in indice ed. vix recte, v. Mus. Helv. 41, 1984, 40 sq.*

𝔟 *in imagine et translate*: α *-antur homines eorumque partes, cor, animus sim.*: ① *ut non moveantur admonitione, paenitentia sim., fere i. q. obstinatum reddere*: Itala Hebr. 3, 8 (Lucif. non conv. 10; *item* Hebr. 3, 15 *et* 4, 7 *ibid. et* cod. d *al.*) nolite -are corda vestra (*sunt verba psalm. 94, 8, ubi Veron. al.* obdurare; *gr.* μὴ σκληρύνητε *omnibus locis, ut Vulg.* obdurare. Cassian. conl. 6, 11, 8 quorum non -vit cor frequentia peccatorum [perd- *var. l.*; frequentia *nom. potius quam abl.; vix ad 2*]. *cf.* Petr. Chrys. serm. 4, 1 *frater filii prodigi* cordis -at affectum [perd- *var. l.*]). 3, 13 (cod. d, Lucif. non conv. 10 *al.*) nec -etur ex vobis aliquis in errore peccati (*gr. et Vulg. similiter ac supra*). II Petr. 2, 10 (Priscill. tract. 1, 35) pietatem contemnunt audacia -ti et ⌊protervi animi maiestatem⌋ ... non metuunt blasphemare (⌊ ⌋ *restit. Thiele,* propter unanimitatem *trad.; gr.* τολμηταὶ αὐθάδεις, *Vulg.* audaces sibi placentes). Hil. in Matth. 19, 10 *Iudaei* difficile -tam in lege voluntatem ad praedicationem euangelicae humilitatis inflecterent (in psalm. 57, 3 -tae ... ad oboediendum v. crimen). Rvfin. Orig. in num. 19, 4 p. 184, 23 perit *Assur* ... non errore, sed iudicio, nec lapsu motus, sed perseverantia -tus (perd- *var. l., edd. vet.*). Prvd. perist. 5, 178 si tanta callum pectoris -at obstinatio, pulvinar *deorum* ut ... abomineris tangere (*an coll. l. 33 intellegas cutem plagas inflictas sustinentem?*). Chromat. in Matth. 28, 7, 9 E.-L. si infideli animo ac -ta mente delinquentium in nos peccata teneamus. Cassian. conl. 6, 11, 7 qui -ti sunt sceleribus suis. 9, 28, 2 *flere* non possum, et ... oculi mei in modum cuiusdam durissimae silicis -antur. ② *ut non moveantur malis, incommodis sustinendis, i. q. patientem reddere*: Schol. Stat. Theb. 8, 432 *Lacedaemonii* -antur (perd- *var. l.*) ad patientiam agonici certaminis. Prvd. psych. 446 (*443 Voluptas fugit* per acuta frutecta) formido pericli -at (perd- *edd. vet.*) teneras iter ad cruciabile plantas.

β *-atur ipsum malum* (*i. q. graviorem reddere; cf. vol. V 1, 2295, 80*): Ps. Avg. serm. 50, 1 vermibus corpus *Iob* ... tolerabat geminata supplicia, quam fluxae carnis putredinem -bat fecunda calamitas.

2 *intransitive, i. q. durum esse vel fieri* (*vix huc trahas l. 12*): Ps. Cypr. laud. mart. 3 -antibus licet costis *martyris* resultans ungula *tortoris* recurrat in vulnus (*part. praes.* -ans *fere pro adi.* praedurus, *an intellegas costas quae plagas sustinent, perferunt?*). Chiron 234 qui *colus* -verit (*233* duriorem c., *Veg. mulom. 1, 50, 2* intestinum, quod de colo induratum [praed- *var. l.*] fuerat).

*p. p. p.* praedūrātus, -a, -um *vergit in usum adi. notionis q. e. praedurus maxime l. 26. p. 592, 74.*

*deriv.*: praeduratio.

**praedūrus**, -a, -um. *a* prae *et* durus. *scribitur* pre- Anth. 48, 2 (*cod. Salmas.*) *et saepius in codd. rec. compar. et superl. desunt, sed cf.* Colvm. 3, 11, 10 ultra modum -a. *legitur in versibus inde a* Verg., Ov., *in prosa inde a* Colvm., Plin. nat. [*confunditur hic illic in codd. cum* perdurus, *e. g.* Verg. georg. 2, 531 (*v. infra sub 1a*). *falsa var. l.* Mart. 13, 66, 1 -o dente *pro* periuro d.]

*i. q. valde durus* (*cf.* Char. gramm. p. 306, 4 B. [*ex Palaem.*] 'prae' accipitur ... pro valde, ut cum dicimus -um vulnus ..., ut apud Vergilium [*v. sub 2a*] '-um viribus hostem', quod est valde ⟨durum, id est⟩ fortissimum. Gloss.[L] I Ansil. pr 395 sa. [*i.* satis] durum. *praeverbium respondet adv. gr.* σφόδρα *l. 68, contra gr. ponitur l. 66*). *accedit abl.* Verg. Aen. 10, 748 Plin. nat. 9, 85. *al., inf.* Clavd. 17, 241; -um est *alicui rei cum enunt. secund.* Evagr. vita Anton. 77. *masc. plur. pro subst.*: Ambr. in psalm. 1, 9, 6.

1 *corporaliter* (*sc. pertinet ad tactum; paulo aliter* Ambr. *sub c*): **a** *de animantibus eorumque corpore, partibus* (*sc. non mollibus sim., sed immotis, rigidis* Qvint.): Verg. georg. 2, 531 corpora ... agresti nudant -a palaestrae (perd- *M ante corr.; vergit in notionem sub 2a illustratam*). Ov. met. 12, 349 -a ... tempora *Centauri cuiusdam.* Plin. nat. 9, 85 *polyporum caput* -um est sufflatione (*gr. Arist. hist. anim. 524a16* σκληράν). 9, 148 *spongearum genus* spissum ac -um (*opp.* spissum et mollius; *gr. ibid. 548b4* σκληροὶ σφόδρα). 11, 152 locustis, squillis ... sub ... munimento -i eminent *oculi* ([*cf. gr. ibid. 526a9* σκληρόφθαλμα]. 11, 156 *crocodilorum sim.*). Qvint. inst. 11, 3, 69 *in actione caput sit* rectum et secundum naturam: nam ... -o ac rigente *capite* barbaria quaedam mentis ostenditur. Svet. Galba 22 libidinis in mares pronior, et eos nonnisi -os exoletosque (*nisi ad 2a*). Ambr. in Luc. 7, 170 (*in imag.*) Iudaei ... incrassato corde et -a cervice ad perennitatem sui pervenire non possunt (*cf. p. 594, 37 et e. g. Vulg. exod. 33, 5* populus durae cervicis es). *de Marte lorica munito*: Repos. 90 solvite, Bybliades, -i pectora Martis loricaeque moras. **b** *de rebus naturalibus*: Aetna 544 ipsa ... ferri materies -a ... subvertitur igni. Colvm. 3, 11, 10 *rubricam terram* neque umentem fodere possis, quod sit glutinosissima, nec nimium siccam, quia ultra modum -a (-at *recc. aliquot*). Plin. nat. 18, 121 *faba silvestris* -a et quae percoqui non possit. 26, 46 *astragali* radices ... -as. 37, 28 -o fragilique centro *crystalli* (*Sol. 15, 30* ne duritia iusto propensior obnoxium fragilitati magis faciat). 37, 138 iritis ... -a (*item de gemmis*: 37, 154 crateritis ... -a natura [*nisi adi. cum* natura *iungas*]. 37, 167 hammitis ... velut e nitro composita, -a alioqui [*Isid. orig. 16, 4, 29* similis nitro sed durior]. Avien. orb. terr. 1304 adamantas [perd- *ed. pr.*]). Cypr. Gall. gen. 914 *Iacob* -am fesso supponit vertice cautem. **c** *de quibuslibet rebus*: Tac. hist. 1, 79, 3 *cataphractorum equitum* tegimen ferreis lamminis aut -o corio consertum. Clavd. 26, 359 -a cubilia (*352* nec mollia ... strata). Cypr. Gall. gen. 1159 -um ... ferrum (*i. ensem*). Alc. Avit. carm. 4, 324 validam -i tegminis arcam. *de cibo gravi, qui non facile concoquitur* (*in imag.*): Ambr. epist. 20, 5 F. (*4 Esau patri* cibum agrestem ... requirit, frater ... domesticum detulit) bonus cibus omnium Christus est ...; -us cibus rigor legis ..., agrestis cibus observantia litterae (*cf. l. 29*).

2 *incorporaliter*: **a** *cum respectu virium corporis, fere i. q. valde fortis sim.*: Verg. Aen. 10, 748 Partheniumque *obtruncat* Rapo et -um viribus Orsen (hostem *Char. gramm. p. 306, 7 B.*). Clavd. carm. min. 53, 66 *gigas quidam* rotat Haemonium -is viribus Oeten.

𝔟 *cum respectu morum, habitus animi sim. sive i. q. valde saevus, severus sim. sive i. q. valde incultus, horridus sim.* (*quos colores haud facile separaveris*): α *de rebus ad animantes pertinentibus*: Colvm. 6, 2, 1 neque ante tertium nec post quintum annum iuvencos domari placet, quoniam illa aetas adhuc tenera est, haec iam -a; eos autem *eqs.* (-dureos, -duruit eos *sim. var. ll.*). Qvint. inst. 6, 4, 11 impudentiae fortiter resistendum *est*; sunt enim quidam -i in hoc oris, ut obstrepant ... et medios sermones intercipiant. Hil. in psalm. 118 samech 3 p. 488, 16 cum invidia -ae voluntatis *martyris perseverantis*. 144, 14 p. 834, 25 *iustitia hominum* aliquando -a est (*postea*: severa). Ambr. fug. saec. 8, 49 -um atque agrestem sermonem *Esau*. Noe 34, 128 ea, quae sunt malitiae agrestis atque -ae. in psalm. 118 serm. 15, 16, 2 euangelii lenitate rigorem -ae legis inflectis? (*cf.* Ambr. *sub 1c*). β *de ipsis animantibus* (*item de gentibus, oppidis*): Ps. Qvint. decl. 3, 3 -a priscis moribus mater. Hil. in psalm. 52, 12 p. 124, 21 deus non -us ... arbiter fuit, indulgentiam ... impertiens. Avien. orb. terr. 524 Tarentum ..., Amyclaei suboles -a tyranni (*aliter Dionys. perieg. 377* Ἀμυκλαίων ... καρτερὸς Ἄρης). Serv. Aen. 7, 746 ('horrida ... gens') Aequiculam gentem dicit, et morum et vitae qualitate -am (Coripp. Iust. 3, 296. *cf.* Ambr. in psalm. 118 serm. 12, 23, 1 populum ... impietatis immanitate -um [*sc. Iudaeos, cf. p. 593, 74; opp.* molliorem populum]). Ambr. off. 1, 33, 171 (*de Esau et Iacob*) alter -us, alter mansuetus. Nepotian. 15, 5 Pausanias ... exercitum ... -um indulgentius habendo corrupit (*aliter Val. Max. 2, 6, 1*). *accedit inf.* (*cf.* durus *vol. V 1, 2311, 66*): Clavd. 17, 241 idem -us iniquas accepisse preces, rursus, quae digna petitu, largior et facilis (largitor f. *var. l., quam praetulit Birt*). *masc. plur. pro subst.*: Ambr. in psalm. 1, 9, 6 saxosa pectora molliuntur; videmus flere -os, flecti immisericordes.

**c** *cum respectu malorum sustinendorum, fere i. q. valde gravis sim.*: Val. Fl. 1, 235 -i plena laboris cerno equidem (Alc. Avit. carm. 3, 150 -o mulier confecta l.). Char. gramm. p. 306, 4 B. (*ex Palaem.*) -um vulnus (*v. p. 593, 54*). Anth. 48, 2 *Leander* -a⟨e⟩ (praeproperae *Shackleton Bailey dubitanter in app.*) morti fecit amore viam (Mar. Victor aleth. 1, 482 coluber, qui ... *hominibus* -ae m. origo es). *?* -um est *alicui rei cum enunt. secund.*: Evagr. vita Anton. 77 -um ... cuncto videtur operi (*i. actioni operandi, nisi fallimur*), quoties ... laboris merita factis magis quam factoribus astruuntur.

**d** *in gramm. cum respectu soni asperi vel formae insolitae, i. q. a lingua eleganti valde abhorrens*: Qvint. inst. 1, 6, 26 nec plurimum refert, nulla haec an -a sint (*25* ut quaedam pluraliter non dicantur ..., quaedam casibus careant *eqs.*).

*adv.* **praedūrē**. *i. q. valde dure, inculte, horride sim.*: Avien. ora 488 (*485* gens agrestis et ferox) lacte semet atque pingui caseo -e alentes proferebant spiritum vicem ad ferarum.

*deriv.*: *cf.* praeduresco, praeduro. *Friis-Jensen.*

**praeduus** *inter nomina a praesenti tempore verborum derivata affert* Evtych. gramm. V 453, 30 occido occiduus, praedor (-do *var. l.*) -us, caedo incaeduus *eqs. exempla desunt.*

**praedux**, -ducis *adi.* (*subst.?*). *a* prae *et* ducere (dux), *cf.* praeducere. *abl. sing.* -i Sacr. Gelas. *i. qui praeeundo ducit* (*non nisi in struct. abl. absol.*): Sacr. Gelas. 1314 M. ut te protectore et te -i (per- *cod.*) per iusticiae semitas ... gradiat (*cf. 1316* praecedente gracia tua). Drac. laud. dei 2, 23 *sol non lucet* nisi -e iussu imperii ... tui (*item ducit res*: Romul. 3, 15 qua *magistri doctrina* -e). Romul. 10, 131 tu princeps pietatis, Amor, te -e mundo alternant elementa vices.

*?* **praeeffundo** *e coni. dub., v. sub* praefundo.

**praeēl-** *v.* prael-. *Ramminger.*

**praeēminentia, praeēmineo** *v.* praemin-.

**praeemo**, -ere. *a* prae *et* emere. *i. q. antea emere, praemercari*: Pavl. Fest. p. 223 'praestinare' apud Plautum -ere est, id est emendo tenere (*notio praemercandi colligi potuit fortasse e Plaut. Epid. 277* ut ... praestines argento *puellam*, prius quam veniat filius, *v. Powers, Commercial Vocabulary, 1944, 22*).

*deriv.*: praeemptor.

*προαγοραστής*: **praeemptor** Gloss. II 415, 49 (*sic cod. Laud. et ed. Steph.*, praemptor *cod. Harl.*). *a* praeemere (*sed cf.* proemptor). *Friis-Jensen.*

***praeeo**, -iī (-īvī), -īre. [*a* prae *et* ire; *sed usui sub IA descripto*
[van Leijenhorst]



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*alterum verbum ex* prae *et* aio *compositum subesse vidit Schmoll, Theologie und Gemeinde 8, 1965, 63sqq.; quod verbum, postquam formae quaedam mutatis et contractis vocalibus pares factae sunt formis verbi q. e.* prae-eo (*e. g. 2. pers. sing.* -is: *prai-aii-es› *prai-eii-es› *prai-eis), *omnino cum illo confundebatur. Sch.*] *scribitur* praeunte Act. Arv. a. 59/60 e 28. *al. ibid.* (praee- a. 58/59, 43. *al.*), pree- Itala Ezech. 42, 14 (Wirc.). Hil. psalm. instr. 21 (*cod. V saec. VI*). *al.* Not. Tir. 13, 17 -it. 18 -iit. *de formis: abundat part. praes., maxime in abl. abs.; ceterum frequentatur inf.* -ire; *pass. pers. exstat* Cic. dom. 138 -iri. Avg. in psalm. 110, 1 -itur. Greg. M. moral. 30, 17 -itur. *formae perfecti* (*cf.* Prob. cath. gramm. IV 34, 14 *littera* e ante eo posita . . . tempus perfectum ivi vel ii facit, ut . . . anteivi -ivi vel anteii -ii): -ii *sim.*: -iit Plin. paneg. 64, 3 (praebuit *var. l.*, -ivit *Gronov*), -ierunt Liv. 43, 13, 8, -iere Amm. 27, 10, 12 (*ed. Gelenii*, praetere *cod. V*, -ire *Clark*), -ierim Itin. Alex. 1. -ivi *sim.*: -ivit Cypr. Gall. Ios. 532 (*v. app. crit.*; *in var. l. iuxta* -bit Itala Bar. 5, 9 [Legion., Rem.]. Vvlg. Sirach 4, 12 [*GA. 'forsitan recte' ed. comm. pont.*]), -ivimus Plin. epist. 10, 52 (*cod. Bodl. teste Budaeo*, -iimus *ed. Ald.*, praebuimus *ed. princ.*), -iverimus Ivl. Val. 2, 13 (-ierimus, praebuerimus *var. ll.*). *formae contractae*: -īt Act. lud. saec. Aug. (cil vi 32323) 124 (*i longa*). lud. saec. Sept. Sev. 4 (cil vi 32329) 10; -issem Cic. de orat. 1, 41 (-essem *var. l.*); -isse Gell. 1, 11, 10. *al.* *de prosodia: syllaba* prae-, *quae corripitur* Verg. Aen. 5, 186 (*per synaloephen explicat* Max. Victorin. gramm. VI 218, 19sqq.). Ov. fast. 1, 81. *al.*, *longa utuntur* Lvcil. 1160 (*fortasse* prae ire *cum hiatu*). Stat. (*v. p. 596, 24*) Prvd. perist. 10, 158 Drac. Orest. 46; praei *initio senarii* Plavt. Rud. 1335 (*sc. per correptionem iambicam, nisi per synizesin*). *legitur inde a* Plavto, Lvcil., Varrone, Cic., Nigid. *per totam latinitatem.* [*in codd. confunditur cum* praeterire Pavl. Petric. Mart. 2, 627 (*falso trad.* Cvrt. 4, 14, 1; *restit.* Cvrt. 7, 1, 29), perire Epiced. Drusi 408. *al.*, *ceterum cum* praebere Plin. paneg. 64, 3 Ivl. Val. 2, 13. *al.* (*e coni. dub.* Liv. 26, 27, 16. *de* Itala II Macc. 1, 23 *v. p. 386, 78*), praeesse Cic. de orat. 1, 41, praecipere (*de var. l.* Plin. epist. 10, 47, 3 *v. p. 443, 71.* -ire *restit.* Cic. dom. 138). *in versione parum perspicua*: Itala Ezech. 42, 14 (Wirc., cod. 175) qui -eunt (*gr.* οἱ προσάγοντες, *quod vertit Hier. in Ezech. 42, 13/14 l. 361sq.* qui offerunt; *om. hebr. et Vulg.*).]

**I** *i. q. antecedere, anteire* (Char. gramm. p. 344, 10 B. προηγοῦμαι. Synon. Cic. p. 439, 10 praevenit. -it. antecipit. praevertitur. antecedit. praecurrit. Gloss. προδιέρχομαι. προηγοῦμαι. προπορεύομαι [*quod gr. resp., nisi alia adnotavi*]. *saepe opp.* sequi, *syn. est* praecedere):

**A** *dicendo, verbis, sc. quae deinde sunt repetenda vel confirmanda* (*de origine huius usus v. l. 1. structurae congruunt verbo dicendi sub 1a et 2, verbo potius eundi sub 1b; locos ubi* -ire *vergit in notionem docendi, praecipiendi ad C2 traximus*): **1** *t. t. rerum sacrarum in votis, sacrificiis, iure iurando sim.* (*pro subi. sunt fere sacerdotes sim., ipsi magistratus, principes* Act. lud. saec. Aug. [cil vi 32323] 124 [*si recte suppletur*]. Cvrt. 7, 1, 29 Tac. hist. 2, 74, 1 Plin. paneg. 64, 3. 4. 92, 3 *al.*, *scriba* Val. Max. 4, 1, 10, *quilibet homo* Plavt. Rud. 1335 Tac. hist. 1, 36, 2): **a** *more verborum dicendi accedit obi. rei verbis prolatae*: Plavt. Rud. 1335 quid iurem? :: quod iubebo. :: -‹i› verbis quidvis. Cic. dom. 138 illa interiora iam vestra, *pontifices*, sunt, quid dici, quid -iri (praere, praecipere *codd.*), quid tangi, quid teneri ius fuerit. Varro ling. 6, 95 augur consuli adest . . . ac -it, quid eum dicere oporteat. Liv. 8, 9, 4 (*Decius consul ad pontificem*) -i verba, quibus me . . . devoveam (9, 46, 6 *in dedicatione templi.* 10, 28, 14 *in devotione.* 39, 18, 3 -eunte v. sacerdote [*item abl. abs.*: 41, 21, 11. 42, 28, 9]). 31, 17, 9 se facinus perpetraturos -euntibus exsecrabile carmen sacerdotibus iure iurando adacti *sunt* (Val. Max. 4, 1, 10 cum . . . scriba ex publicis tabulis sollemne ei *censori* precationis c. -ret. Plin. paneg. 92, 3). Cvrt. 4, 13, 15 *vates* -ibat preces regi. Tac. hist. 1, 36, 2 *milites commilitonibus* -ire sacramentum *in obsequium Othonis* (2, 74, 1 *Vespasianum* -euntem s.). Plin. epist. 10, 52 -vimus . . . commilitonibus ius iurandum (paneg. 64, 3 *consul* -iit i. i. et ille *imperator* iuravit). Svet. Claud. 22 *ut* eam *obsecrationem* . . . ipse iure maximi pontificis . . . populo -ret *Claudius*. **b** *cum structuris variis*: Cic. dom. 133 ut mihi ⌊-eatis⌋ postemque teneatis, *pontifices, in dedicatione domus* (⌊ ⌋ Arus. gramm. VII 504, 5, pareatis *codd. Cic.*). Act. lud. saec. Aug. (cil vi 32323) 124 matribus . . . ‹M. Agrippa› -īt in haec verba 'Iuno regina *eqs.*' (Act. lud. saec. Sept. Sev. 4 [cil vi 32329] 10; *inde suppletur* 3 [cil vi 32328] 7. *cf.* Act. Arv. a. 58/9 l. 43 in eadem v. quae *eqs.*). Plin. nat. 28, 11 videmus . . . certis precationibus obsecrasse summos magistratus et, ne quod verborum praetereatur aut praeposterum dicatur, de scripto -ire aliquem *eqs.* 28, 12 precationem, qua solet -ire xvvirum collegii magister (*item cum abl.*: Prisc. gramm. III 311, 10 'ὑπηγόρευεν': Romani 'verbis -ire' et 'iurare in verba illius' id est 'quomodo ille dictaret'). **c** *nude* (*sc. in abl. abs.*): Varro ling. 6, 61 aedis sacra a magistratu pontifice -eunte (prae unce *trad.*) dicendo dedicatur (Liv. 4, 27, 1 -eunte A. Cornelio p. maximo [31, 9, 9. 36, 2, 3]. Tac. hist. 4, 53, 3. Lex arae Iovis Salon. [cil iii 1933] 3). Liv. 4, 21, 5 duumviris -euntibus. Act. Arv. a. 27, 8. a. 59/60 e 28. *al.* Cvrt. 7, 1, 29 (*Amyntas ad Alexandrum*) te prae[ter]eunte iuravimus. Traian. Plin. epist. 10, 53 quanta religione . . . commilitones . . . te -eunte diem imperii mei celebraverint (*spectat ad l. 62. in eadem re* 10, 101. 103). Plin. epist. 10, 96, 5 cum -eunte me deos appellarent *Christiani.* paneg. 64, 4 -eunte nullo *aut* . . . alio -eunte *iurare* (*cf.* Capitol. Aur. 4, 4 nemine). CIL XII 1782, 10 (*a. 184*) sacerdote (1567, 11 [*a. 245; plur.*]. 1311, 8). Act. lud. saec. Sept. Sev. 3 (cil vi 32328) 79 -eunte Antonino A‹ug.›. *al.*

**2** *laxius extra religionem* (*accedit obi. rei verbis prolatae*): Cic. Mil. 3 *Clodi fautores* incitati sunt, ut vobis, *iudices*, voce -rent, quid iudicaretis (*cf.* Ascon. Mil. p. 39, 26 suadebat atque etiam -ibat iudicibus hoc . . ., ut quaereretur *eqs.*). Apvl. apol. 100, 1 testamentum . . . a matre factum me . . . verba singula . . . -eunte.

**B** *sese movendo, motione*: **1** *-eunt animantes* (*aliquid praevenientes l. 28*): **a** *praetor* (*subest veriloquium 'prae-itor'; sed* Varro ling. 5, 80, *fortasse etiam* Lvcil. *ad res forenses quoque spectant et vergunt ad C2a*): Lvcil. 1160 ergo praetorum est ante et -ire (*praeverbium nondum prorsus cum verbo coaluisse indicat iuxta pos.* ante *et fortasse prosodia; cf. p. 372, 57sqq. et I. Mariotti, Studi Lucil., 1960, 32sq.*). Varro frg. Non. p. 24, 3 quod -rent populo, praetores *dicebantur.* ling. 5, 80 praetor dictus qui -ret iure et exercitu (*dat., cf.* 5, 87 -ret exercitui; *seq. frg. Lucili supra allatum*). Cic. leg. 3, 8 ‹a› -eundo . . . praetores . . . appellamino. **b** *quilibet*: Cic. rep. 2, 55 ut . . . consulibus . . . *lictores* -rent (Lact. inst. 1, 21, 47 [*sec. Val. Max. 1, 9, 9, ubi* praecedentibus]. *cf.* Ov. *sub 2*). Liv. 22, 2, 5 qua modo -rent duces, . . . sequebantur *milites.* Val. Max. 3, 6, 4 *C. Duilius* -eunte (praecinente *Paris, v. p. 439, 31. 48sqq.*) tibicine . . . domum reverti solitus est. Stat. Theb. 6, 519 cum vacuus domino -ret Arion *equus* (prior iret *nonnulli metro consulentes*). Tac. ann. 1, 50, 3 Caecina cum expeditis cohortibus -ire . . . iubetur; legiones . . . sequuntur. 6, 21, 1 *libertus* per avia . . . -ibat eum, cuius artem experiri Tiberius statuisset. 15, 4, 1 acto raptim agmine . . ., ut famam sui -ret. Itala exod. 13, 21 (Cypr. testim. 2, 5) deus . . . -ibat eos *Iudaeos* (*gr.* ἡγεῖτο, *Monac.* praeerat, *Vulg.* praecedebat. *pendent e. g.* Hil. in psalm. 67, 9 p. 284, 6 -isse deum iter populi sui. Comm. apol. 619). 32, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 31; *populus ad Aaron*) fac nobis deos, qui -eant nobis (*Monac. et Vulg.* praecedant). Esth. 6, 11 (Corb. *al.*) *Aman* -ibat eum per plateam civitatis (*gr. var. l.* προῆγεν αὐτοῦ, *Vulg.* praecedebat). Marc. 11, 9 (cod. b *al.* = Vvlg.) et qui -ibant et qui sequebantur, *sc. Christum* (*gr.* οἱ προάγοντες, *codd. a, k* praecedebant. *sim.* Luc. 18, 39 [cod. c *al.* = Vvlg.]). *al.* Sol. 10, 13 *grus* fidens meatu -it catervas (*cf. Plin. nat. 10, 58* ducem . . . eligunt). Paneg. 3, 30, 2 *Iulianus* nos . . . -ire pedes coepit. Amm. 17, 10, 2 *ductores viarum* -euntes (31, 15, 13). 29, 2, 15 libitinam . . . -ire (*antea*: funus . . . praecedere. *item in funere*: Hier. epist. 39, 1, 5 Iord. Get. 144). *et saepe.* *in imagine de Iohanne baptista praeparante adventum domini*: Itala Luc. 1, 17 (cod. a) -bit in conspectu eius *Christi* (*gr.* προελεύσεται, *cod. c al. et Vulg.* praecedet). 1, 76 (codd. a, b *al.* = Vvlg.) ante faciem domini. Avg. in euang. Ioh. 4, 1 tamquam praeco. 5, 6 -ire iudicem et eum digito ostendere. c. Petil. 2, 37, 87 p. 72, 5.

**2** *-eunt res corporeae*: Verg. Aen. 5, 186 Sergestus capit ante locum *in navium cursu* . . . nec tota tamen ille prior -eunte carina. Ov. fast. 1, 81 novi -eunt fasces *in processu consulari.* Epiced. Drusi 408 venit stella, *i. Lucifero*, non -eunte dies (*var. l.* pereunte. *sim. sidera -eunt alia*: Chalc. comm. 74 quasdam earum *stellarum errantium* sequaces esse . . ., alias vero stellas nonnumquam -ire, nonnumquam deseri [*Theon p. 147, 12* προηγεῖται]. 83 -ire alios planetas, alios subsistere, alios regradari [*nisi ad II*]. Firm. math. 1, 4, 8. *aliter*: Itala Matth. 2, 9 [cod. k] eos *magos* [*gr.* προῆγεν, *Vulg.* antecedebat]). Svet. Nero 25, 1 *Romam introiit* -eunte pompa *coronarum* (*cf.* Paneg. 2, 47, 3 pompam -euntium ferculorum . . . subsecutus *Theodosius triumphans*). Itala psalm. 96, 3 (Veron. *al.*) ignis ante eum *deum* -bit (Hier. in psalm. 96 in conspectu eius, *Sangerm.* procedit, *Hier. psalt. sec. Hebr.* ibit, *Vulg.* praecedet). Hil. in psalm. 118 nun 2 p. 475, 8 lumine -eunte (*antea*: lucernam antefert). Amm. 16, 10, 6 -euntibus *signis militaribus* (Ambr. Iob 4, 7, 26 proeliaturos). 23, 6, 34 *ignis caelitus lapsi* portionem . . . -isse quondam Asiaticis regibus dicunt *Magi.* Serv. ecl. 8, 29 'faces' quae solent -ire nubentes puellas *eqs.* Drac. Orest. 46 *Agamemnon imperat* praedam -ire Mycenis, ipse secuturus. *al.*

**3** *-eunt res incorporeae, sc. in imagine* (*mera vi motionis, cetera v. sub C2b*): Itala psalm. 84, 14 (Veron. *al.*) iustitia *ante eum deum* -bit et ponet in via gressus suos ([*Vulg.* ambulabit]. 88, 15 [Sangerm. *al.*] misericordia et veritas -eunt a. faciem tuam [*Vulg.* praecedent]. Is. 58, 8 [Cypr. testim. 3, 1 p. 108, 22 *al.; Vulg.* anteibit faciem tuam]. Hab. 3, 5 [Iren. 3, 20, 4; *Vulg.* ibit]). Hil. in psalm. 67, 27 *dei* ingressum . . . caelestium coetuum gaudia -eunt. Amm. 27, 8, 3 *dux quidam in Britanniam* ire tendebat -eunte fiducia speciosa. Greg. Ilib. fid. 8, 93 -eunte fulgore *maiestatis divinae.*

**C** *quolibet modo; -it is qui* (*id quod*): **1** *tempore prior (prius) est, antea aliquid facit*: **a** *generatim*: Varro rust. 3, 16, 29 cum examen *apium* exiturum est, . . . huius quod duo solent -ire signa, scitur (*item de signis*: Ivlian. in Am. 1, 1. Cael. Avr. acut. 3, 5, 49 haec communiter antecedunt vel -eunt etiam his, qui in epilepsiam . . . venturi videntur). Nigid. Gell. 19, 14, 6 *vocalis* e et subit et -it; ‹-it› in Euripo *eqs.* (*ibid. bis de litteris. cf.* Mart. Cap. 3, 317 -euntem syllabam [3, 319]. *ibid.* -eunte consonante. 3, 319 [*ter*]. 5, 520 -ire debet trochaeus). Tac. ann. 2, 83, 1 *ut* ludos circenses eburna effigies

[*van Leijenhorst*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*Germanici* -ret, *i. ante ludos inceptos inveheretur* (*itaque simul ad B spectat*). Apvl. apol. 7, 4 hominis actum sermo -it. Tert. anim. 17, 10 *sensibus* causae *perceptionis* libere -eunt (*vergit ad 2 ut*: 43, 7 somnum ratio -it. Aster. ad Renat. l. 186 *animus purus non* cupit terrena aut tanta visum tactumve -euntia). paenit. 2, 4 *deus gratiae* -ire intinctionem paenitentiae iussit. Cypr. patient. 10 p. 403, 24 omnes qui figuram Christi imagine -eunte portabant, *sc. per praefigurationem*. Arnob. nat. 2, 8 *estne ullum negotium*, quod non fide -eunte suscipiant . . . actores? Clavd. Don. Aen. 1, 255 p. 58, 18 lacrimis -euntibus vocem (10, 625 p. 373, 23 verba). Avg. in psalm. 110, 1 *dies aeternus* nec hesterno -itur . . . nec crastino urgetur. Theod. Prisc. log. 7 quae cibos (*i. actionem edendi*) -ire consuerunt. Facvnd. defens. 12, 3, 29 religiosissimus imperator non . . . -ire tentavit sententiam sacerdotum (*nisi ad A2*). *al.* *part. praes. pro adi. vel subst. fere i. q. prior*: Hil. in Matth. 12, 23 *cum domus* venienti habitatori (*abl. var. l.*) -euntium sollicitudine et mundata sit et ornata. Pallad. c. Ambr. fol. 336$^v$, 46 -euntis . . . erroris. Hier. epist. 39, 6, 1 *diabolus* quaerit in remanente *infante* victoriam, quam in -eunte iam perdidit (*maiorem natu intellegit Labourt*). Cod. Theod. 6, 27, 23, 1 *ut supernumerarii* vacantes -euntium gradus . . . mereantur. Const. Sirmond. 10 legum . . . -euntium scita. *al.*

**b** *speciatim in cultu Christianorum spectat ad sollemnia quae vigiliis anticipantur, praecipiuntur* (*syn.* praelibare natalicia, praevenire natalem diem *sim.*): Sacr. Leon. 773 ut eius *Laurenti martyris* natalicia -euntes piis semper intercessionibus foveamur et meritis ([*vix recte inter preces ipsius natalis inserta est, v. Feltoe, 1896, 200 ad l.*]. Sacr. Gelas. 889 M. 915 deus, qui nobis . . . n. gloriosa -ire concedis. 1077). Sacr. Gelas. 898 M. *Iohannis baptistae* nos tribuis, *domine*, -ire sollemnia (971 et suscipimus et -imus. 973). 970 quam *gratiam* glorificationis eius *Laurenti* . . . optatis -imus officiis.

2 *ducem se praebet sive exemplum proponendo sive praecipiendo, docendo vel imperando* (*cf.* Lvcil., Varro ling. 5, 80 *sub B1a. imago motionis hic illic sublucet, usus sub A illustratus maxime l. 37. 45. 55. 59sqq.*): **a** *-eunt animantes* (*cf.* Frontin. *sub b*): Cic. de orat. 1, 41 (*Scaevola ad Crassum*) *verba tua* non tulissem multisque ⌊-issem⌋, qui interdicto tecum contenderent (⌊ ⌋ *codd. aliquot, edd. plerique*; praeessem *ceteri, Wilkins. vulgo ad A2 refertur, sed v. Wilkins ad l.*). Liv. 43, 13, 8 *in supplicatione* omnia, uti decemviri -ierunt, facta *sunt*. Fest. p. 261 'qui hoc censetis, illuc transite . . .'; his verbis -it, *sc. magistratus senatoribus in discessione*. Sen. epist. 94, 50 imbecillioribus . . . ingeniis necessarium est aliquem -ire: hoc vitabis, hoc facies. Colvm. 1, 9, 7 -euntis monitoris *diligentia*. 12, 2, 4 chorus . . . numeris -euntis magistri consensit ([*ad rem cf.* Nicet. psalm. 3 p. 71, 4 B. *Moyses* se ac sorore -eunte . . . canticum . . . perdocuit]. Apvl. met. 1, 1, 4 nullo magistro -eunte). Qvint. inst. 1, 2, 12 lectio . . . non omnis, nec semper, -eunte vel interpretante eget (*item de praelectione rhetoris discipulos docentis*: 2, 5, 3 si legentibus singulis -ire semper ipsi velint *rhetores*). Gell. 14, 2, 12 (*Favorinus ad Gellium*) si de omni . . . officio iudicis -ire tibi me vis. Itala II Macc. 10, 1 (rec. P) domino -eunte illos templum . . . receperunt ([*gr.* προάγοντος, *rec. L* producente, *rec. B* praecedente, *Vulg.* protegente]. Hier. epist. 30, 13, 2. *cf.* Hier. hom. Orig. in Luc. 7 p. 46, 14 sequimini -euntem Iesum. *de diabolo*: Avg. in psalm. 9, 4 si dux et princeps -ret). Arnob. nat. 2, 42 p. 115, 19 M. idcirco *deus* animas misit, . . . ut inflandis bucculas distenderent tibiis, cantionibus ut -rent obscenis? Lact. mort. pers. 46, 10 *milites* ad caelum manus tendunt -euntibus praepositis et pro imperatore precem dicunt. Avg. catech. rud. 18, 3 cum ei *feminae vir* -ret ad deum seque illi praeberet imitandum. Exc. barb. p. 294, 18 Fr. *pro regibus* -ibant eis *Sicyoniis* sacerdotes. Greg. M. moral. 24, 54 homines bene vivendo -ire (*nisi ad 3*). *al.* *accedit obi. intern., quod indicat sive rem praemonstrandam sive viam* (*cf. p. 596, 30. an huc etiam p. 443, 71?*): Itin. Alex. 1 si quid ex eo *opere institutioni futuro* iuverim vel -ierim (*cf.* 3 cum sit *mihi* felicitas maior . . . -isse quod prosit quam composuisse quod placeat). Ivl. Val. 2, 13 Athenienses nos, . . . qui magisteria nostra eidem *Alexandro* -verimus (praebuerimus *var. l.; Hist. Alex. M. I p. 69, 6 Kr.* τυγχάνοντες . . . καθηγηταὶ Ἀλεξάνδρου). Rvfin. hist. 8, 6, 6 *episcopum* viam martyrii -euntem (*gr. aliter*). **b** *-eunt res* (*fere incorporeae; cf. et l. 3. p. 596, 67*): Cic. fin. 5, 58 *ad honestorum cognitionem* natura ipsa -eunte deducimur (Tert. coron. 6 l. 13 quaeris an . . . n. nobis debeat -ire? Boeth. cons. 4, 2, 27 W.). Qvint. inst. 1, 10, 16 in quibus *operibus* plurium conatus -eunte aliqua iucunda voce conspirat (*cf.* Gell. 1, 11, 10 *tibiam* C. Graccho cum populo agente [-i *var. l.*] -isse ac praeministrasse modulos ferunt. Boeth. mus. 1, 1 p. 186, 21 ut cantus tibiae luctibus -ret). Frontin. aq. 64, 1 quem *aquae modum* . . . -eunte providentia . . . Nervae principis invenerimus. Tert. anim. 19, 5 *video hederas* ad superna conari et nullo -eunte suspendi. adv. Marc. 2, 5 p. 339, 26 -eunte definitione . . . ipsius Christi. 3, 2 p. 378, 9. Itala Ioh. 16, 13 (Mar. Victorin. adv. Arium 1, 13) *spiritus veritatis* -bit vobis in veritate omni (*gr.* ὁδηγήσει *vel* διηγήσεται, *cod. a al.* deducet, *aur. al. et Vulg.* docebit). Amm. 26, 6, 12 *Procopius* -eunte perdita ratione facinus adoritur audacissimum. 27, 6, 8 amorem . . . -euntem. 28, 4, 34 *esurientes* -eunte nidoris indagine (*i. fere odoratione*) . . . aulis assistunt. CIL VI 1771, 24 (*saec. IV*) antiquo more -eunte. Avg. conf. 10, 4, 6 hoc mihi verbum tuum parum erat si loquendo praeciperet, nisi et faciendo -ret. *al.*

3 *gradu, qualitate quadam praestat, superior vel superius est* (*accedit saepe abl. respectus*): Chalc. transl. p. 34$^C$ deus tam antiquitate quam virtutibus -ire animam naturae corporis iussit (*gr.* προτέραν καὶ πρεσβυτέραν). Ps. Mar. Victorin. phys. 22 *magorum* stellae signum *fulgore* cetera stellarum -ibat insignia. Clavd. Don. Aen. 10, 430 p. 348, 2 ('nec multum discrepat aetas') *non* dixit . . ., quis alterum numero -ret annorum. Ps. Ambr. serm. 46 (Corp. Christ. 69, 253) 1 quod omnibus -ret, elegit *Salomo sapientiam postulans*. Rvfin. hist. 4, 16, 8 Crescens . . . in puerorum . . . stupris omnes -ibat (*gr.* ὑπερήνεγκεν, *opp.* inferior erat). Avg. virg. 44, 45 fructum centenum -ire triceno. Conc.$^S$ I 5 p. 82, 5 *Christum* vitae merito omne humanum genus -isse. Boeth. cons. 3, 8, 3 W. -ire ceteros honore cupis (Greg. M. moral. 3, 60 virtutum meritis. 18, 13). 3, 8, 7 tigres velocitate (*syn.* superare). Greg. M. in euang. 19, 6 vix eum cras sequimur, quem hodie *virtute* -ire videbamur. *al.*

? **II** *i. q. procedere, progredi* (*huc spectat fortasse* Gloss.$^L$ I Ansil. pr 466 -imus: priora petimus [premimus *latere putat Lindsay*]): Itala II Macc. 6, 19 (recc. LX = Vvlg.) *Eleazarus* voluntarie -ibat ad supplicium (*recc. ceterae* procedebat, *gr.* προσῆγε. *nisi ad I, si referas ad alios eum secuturos*). 11, 10 (recc. LX) *milites* -ibant in apparatu *et hostes fugaverunt* (*gr.* προῆγον, *rec. B* properabant, *P* accedebant [*sec. var. l. gr.* προσῆγον], *Vulg.* ibant). Lact. mort. pers. 46, 9 Maximinus voluit -ire maturius *ad proelium quam Licinius* ([*postea*: procedunt]. *nisi* -ire maturius *abundanter pro* praevenire *dictum*). *addasne p. 596, 53?*

*appendix syntactica ad I*: 1 *is qui (id quod) sequitur indicatur per*: **a** *dat.*: Varro frg. Non. p. 24, 3 populo. ling. 5, 80 iure et exercitu (*item dat. rei*: Tert. anim. 17, 10 quibus *sensibus*. Chalc. transl. p. 34$^C$ naturae. Ivlian. in Am. 5, 18–20 calamitatibus. *al.*). 5, 87 Cic. dom. 133 de orat. 1, 41. *al.* Act. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 124 Val. Max. 4, 1, 10 Cvrt. 4, 13, 15 Ascon. Mil. p. 39, 26 Qvint. inst. 2, 5, 3 Plin. epist. 10, 47, 3. *al.* Svet. Claud. 22 Gell. 14, 2, 12. Itala exod. 32, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 31 p. 527, 14) nobis (Lugd. *al.* nos). *al.* **b** *acc.* (*rei vel personae*): Tac. ann. 2, 83, 1 ludos. 6, 21, 1 eum. 15, 4, 1 famam. Apvl. apol. 7, 4 Tert. anim. 43, 7. Itala Esth. 6, 11 (Corb. *al.*) eum (cod. 130 *al.* ante eum). *al.* Sol. 10, 13 Paneg. 3, 30, 2 Amm. 29, 2, 15. *et saepe.* **c** *praepos.*: ante: Itala psalm. 49, 3 (Aug. in euang. Ioh. 4, 2 *al.*) a. eum *deum*. Sirach 32, 14 (Aug. spec. 23 p. 146, 13 = Vvlg.) a. grandinem. *al.* (*v. etiam p. 596, 68*). *iuxta acc.*: Amm. 27, 10, 12 acies motas . . . a. alios -iere duo iuvenes. *in conspectu*: *v. p. 596, 42. 59.* 2 *ea quae quis -eundo dicit, docet, monstrat, indicantur*: *per acc. obi. int., v. p. 595, 49. 596, 5. 597, 59.* *per enunt. secund.*: Cic. Mil. 3 Varro ling. 6, 95. *adde fortasse* Plavt. Rud. 1335. *per abl.*: *p. 595, 74sq.* Fest. p. 261 Arnob. nat. 2, 42 p. 115, 19 M. *oratione recta*: Sen. epist. 94, 50. *per praepos.* de: Gell. 14, 2, 12.

*part. praes. pro subst. vel adi.*: *p. 597, 14sqq. 41sq. 45. et al.* *deriv.*: praeitor; *cf.* praetor. *van Leijenhorst.*

**praeēsum** Not. Tir. 102, 94 (*praecedunt* adesum. obesum. exesum). *a* prae *et* edere (esum).

**praeeuangelizo**, -āre (-or, -ārī?). *a* prae *et* euangelizare. *i. q. antea euangelizare, praenuntiare sim.*: Iren. 4, 26, 1 *lex* Christi regnum praeformans et hereditatem sanctae Hierusalem -ans et praenuntians, quoniam *eqs.* 4, 34, 3 unde . . . poterant praedicere prophetae regis adventum et eam libertatem, quae ab eo dabatur, ⌊-are⌋ et omnia *Christi facta* . . . praenuntiare et novum testamentum praedicare (⌊ ⌋ *var. l.* -ari *fortasse recte tuetur Lundström, Neue Studien 1948, 59 adn. 2, gr.* προευαγγελίζεσθαι *subesse coniciens*).

**praeexāmino**, -āvī, -āre. *a* prae *et* examinare. *i. q. antea examinare*: Conc.$^S$ I 5 p. 283, 30 haec necessario -vimus, ut si viderimus *eqs.* (*p. 138, 37* ante tractavimus, *gr. I 1, 7 p. 60, 20* προεξητάσαμεν).

[**praeexcelsus** *falso editum est in epistula Symmacho papae perperam adscripta Migne 62, 50$^B$ pro* praecelsus, *v. Ennod. epist. 5, 1, 2 p. 123, 13.*]

**praeexcipio**, -cēpī, -ceptum, -ere. *a* prae *et* excipere. *i. q. antea excipere* (*cf.* praecipere *p. 452, 32sqq.*): Novell. Iust. 12, 3, 1 *hereditas dividatur* -ta ex paterna substantia quarta parte, quam fisco dari praecepimus (*gr.* προεξαιρουμένης).

**praeexclūdo**, -ere. *a* prae *et* excludere. *i. q. antea excludere, reicere*: Conc.$^S$ I 3 Rustic. p. 188, 25 confessione propriae infirmitatis -entes hos, qui contra nos temptant adsurgere (*gr. et alias vers. v. p. 494, 39sqq.*).

**praeexerceo**, -ēre. *a* prae *et* exercere. *i. q. antea exercere*: Iren. 4, 21, 3 *Christus* per . . . prophetas praefigurans et praenuntians futura, -ens suam partem dispositionibus dei et assuescens hereditatem suam obaudire deo.

? **praeexercitāmen**, -inis *n.* *si recte trad., sec. gr.* προγύμνασμα *iuxta* praeexercitamentum *formatum, q. v.* *i. q. praeexercitatio*: Prisc. rhet. p. 551 tit. -a Prisciani grammatici (*sic cod. P saec. VIII, sim. codd. cet., v. Keil in app. crit. Gramm. Lat. III 429, 10. 430, 1. 440, 12; gr. Hermog. progym.* προγυμνάσματα. *sed opusculum* praeexercitamenta *appellat ipse Prisc. p. 599, 3*).

**praeexercitāmentum**, -ī *n.* *sec. gr.* προγύμνασμα *a* prae *et* exercitamentum. *i. q. praeexercitatio*: Prisc. gramm. III 405, 11

*[Ramminger]*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*in epist. tribus libellis praemissa*) itaque ... de figuris ... numerorum breviter collecta demonstrabo ..., praeterea de Terentii metris, nec non etiam de -is rhetoricis, quae Graeci progymnasmata vocant. rhet. 10, 30 p. 559, 4 quidam non posuerunt descriptionem in -is (*sim. ibid.* p. 559, 7, *nisi recte var. l.* praeexercitationes *praetulit Keil; apud Hermog. progym. 10, 50 bis respondet γύμνασμα*). *cf.* praeexercitamen.

**praeexercitātio,** -ōnis *f.* *a* prae *et* exercitatio (*cf. gr.* προγυμνασία, -μνασμα). *i. q. exercitatio praevia, praeparans*: PRISC. rhet. 8, 25 p. 557, 24 doctissimi oratorum ea quoque per se -e usi sunt (*sc. comparatione; gr. Hermog. progym. 8, 42 γύμνασμα, ut etiam ceteris locis*). 12, 34 p. 559, 38 legis quoque lationem in -bus ponunt (*ibid.* p. 560, 1 in -e). RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 52, 9 haec ... velut in -e sunt episcopis dicta (*cf. p. 52, 2* quae *verba* privatim velut in exercitationis experimentum sunt facta. *gr. non exstat*).

**praeexigo,** -ere. *a* prae *et* exigere. *i. q. antea exigere*: QVODV. grat. 2, 1, 2 mementote, quid etiam ego -am a vobis; exigitis a me promissum sermonem, exigo a vobis fraternam orationem; facite igitur prius quod peto, et *eqs.*

**praeexist-** *v.* praeexsist-.

**praeexpendo,** -pendī, -ere. *a* prae *et* expendere. *i. q. antea expendere* (*sc. pecuniam sim.*): NOVELL. Iust. 105, 2, 3 si ... spe lucri maioris etiam -isse contigit, postea vero aut nihil aut minus excipiat (*gr.* προδαπανήσαντες).

**praeex(s)istentia,** -ae *f.* *a* praeexsistere, *nisi usu sub 1 illustrato potius de subst. a* prae *et* exsistentia *composito cogites* (*cf. enim* praecognoscentia).

*t. t. theologiae christianae i. q. status praeexsistens*: **1** *dei, sc. de exsistentia, quae est ante omnem exsistentiam*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 50 p. 1078$^{D}$ hic est deus, hic pater, praeintellegentia praeexsistens et -a beatitudinem suam ... custodiens. 1, 51 p. 1079$^{C}$ immobili -a et non mota iuxta quod potentia fuit. *ibid.* p. 1079$^{D}$ vita autem filius, vita motio, a vitali -a vita exsistentia, in constitutionem ... omnium ..., quae iuxta potentiam pater est. 4, 19 p. 1127$^{B}$ *esse* nec unum dici possit nec solum, sed per praelationem ante unum et ante solum, ... -am potius quam exsistentiam, universalium omnium universale *eqs.* 4, 23 p. 1129$^{D}$ *et* 1130$^{A}$ *v. sub* praecognoscentia. **2** *animae, sc. de anteriore eius exsistentia*: RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 211, 24 in opere apologetico pro Origene et dogmatibus eius, id est -a et restitutione, composito. c. aceph. p. 1189$^{C}$ *dogma* Origenis de -a. DOMIT. ANCYR. Facund. defens. 4, 4, 15 sub occasione eorum quae de -a et restitutione mota sunt dogmatum, sub specie quidem Origenis (*cf. Facund. ibid. 4, 4, 14* animas humanas ante corpora ... praeexstitisse et omnes ... in pristinam beatitatem ... restitui).

*deriv.*: praeexsistentialis.

**praeex(s)istentiālis,** -e. *a* praeexsistentia. *i. q. ad praeexsistentiam pertinens, praeexsistens*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 33 p. 1066$^{A}$ (*antea*: inquirendum, si idem est 'deus' ac 'deo esse') si ... aliud *est* deo esse, aliud deum esse, -e est deo esse; ... potentia enim omnia praeexsistens *est esse* et praeprincipium et ante est quam vere ὄν.

***praeex(s)isto,** -(s)titī, -ere. *a* prae *et* exsistere. *scribitur et* -exsi- (-exsti-) *et* -exi- (-exti-), *v. e. g.* FACVND. defens. 3, 2, 11. 4, 4, 14 *et cf. vol. V 2, 1868, 57sqq.* *formas stirpis perf., quae sunt* CANDID. gen. div. 2 p. 1014$^{C}$ MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 45 p. 1075$^{D}$ 2, 2 p. 1090$^{B}$ AVELL. p. 172, 15. 16. 18 NOVELL. Iust. 39, 2 pr. FACVND. defens. 4, 4, 14, *etiam a* praeexsto *derivari posse vix est quod moneamus.*

*i. q. antea exsistere* (*sc. vi praeverbii temporali*). *quae postea exsistunt indicantur per dat.* ARIVS Candid. epist. 2, 1 p. 1037$^{A}$ MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 29 p. 1062$^{A}$ EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 98, 24 RVSTIC. c. aceph. p. 1232$^{A}$, *acc.* MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 33 p. 1066$^{A}$ (*v. sub* praeexsistentialis), *praepos.* ante CANDID. gen. div. 2 p. 1014$^{C}$ AVELL. p. 172, 16 MAR. MERC. Conc.$^{S}$ I 5 p. 39, 13 FACVND. defens. 4, 4, 14, *enunt. secund. cum* antequam MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 45 p. 1075$^{D}$.

**1** *t. t. theologiae christianae; -unt*: **a** *deus sim.*: IREN. 3, 22, 3 cum ... -ret salvans (*i. Christus*), oportebat et quod salvaretur (*i. homines*) fieri. ARIVS Candid. epist. 2, 1 p. 1037$^{A}$ -it deus filio sine principio (*item* CASSIOD. hist. 1, 15, 3, *gr. Athan. ed. Opitz III p. 2, 6* προϋπάρχει, *ubi altera versio* ante erat). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 56 p. 1083$^{B}$ *verbum* patrem declarat -entem. EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 98, 24 per deum verbum, quod omnibus saeculis -it (MAR. MERC. Conc.$^{S}$ I 5 p. 39, 13 ante saecula). CONC.$^{S}$ I 2 p. 58, 3 (*sim.* I 3 p. 127, 3. *al.*) hodie Christus ... nativitatem suscepit; in deifica enim dignitate -bat (*gr. I 1, 7 p. 94, 18* προϋπῆρχεν, *I 5 p. 95, 5* antea habuerat, *II 3, 1 p. 209, 30* praeerat). *al.* **b** *res*: CANDID. gen. div. 2 p. 1014$^{C}$ simplex quiddam deus *est*, non igitur -ente substantia *est* (*ibid.* magis ... praestat deus substantiam, quam -titit s. ante deum. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 29 p. 1062$^{B}$ *bis.* 1, 41 p. 1072$^{B}$. 2, 2 p. 1090$^{B}$ non quo praecesserit illa s. et -erit). *ibid.* p. 1014$^{D}$ -ente exsistentia aut exsistentialitate (MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 55 p. 1082$^{C}$). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 33 p. 1066$^{A}$ (*v. sub* praeexsistentialis). 1, 45 p. 1075$^{D}$ si conpulsu faciendi et generationis factus est filius, -titit factio et generatio, antequam fuisset filius. 1, 50 p. 1078$^{D}$ praeintellegentia (*v. sub* praeexsistentia). gen. div. verb. 30 p. 1035$^{B}$ dicere motus est -ente silentio; mutatio igitur silenti dicere. AVELL. p. 172, 16sqq. si non -titit Christi caro ante Mariam ..., quomodo duae -titere naturae? ([*gr. resp.* προϋπάρχειν]. RVSTIC. c. aceph. p. 1188$^{A}$ ut duae perfectissimae n. -rent a principio ..., et postea ex his esset una persona. p. 1232$^{A}$ -entes ... unioni). *al.* **c** *homo eiusque anima* (*addas infra l. 26*): FACVND. defens. 3, 2, 11 *mentiti sunt* dicentes: '... ut non -enti homini demonstraret verbum unitum secundum Theodori ... insaniam' (*ex edicto Iustiniani deperdito*); nec tamen ostendunt, ubi Theodorus dixerit, quia homini -enti unitum est verbum. 4, 4, 14 (*v. p. 599, 42*).

**2** *vario usu*: BOETH. anal. pr. Arist. lat. 42b19 (rec. Flor. *et* Carn.) *in syllogismis* uno enim termino addito conclusiones adiungentur uno pauciores -entibus terminis (*gr.* προϋπαρχόντων). CASSIOD. Ios. antiq. 14, 147 *legati* renovantes ... amicitias -entes (*gr.* προϋπηργμένας). NOVELL. Iust. 12, 4 quoniam -ant et ex priori coniuge alii legitimi et proprii filii (*gr.* προϋπῆσαν). 39, 2 pr. ne qua *iam ante secundas nuptias* -erit (praestiterit *var. l.*) suspicionis malignae causa ad secundum maritum (*gr.* προϋπῆν). 89, 7 aliquod incohare bonum, non ea, quae a quibusdam -ant, destruere (*gr.* τὰ ... προϋπηργμένα).

*deriv.*: praeexsistentia.

**praeexspecto,** -ātum, -āre. *a* prae *et* exspectare. *i. q. antea exspectare*: ISID. synon. 2, 28 exspectata mala tolerabiliter feruntur; ... -ta res non admiratur, cum acciderit.

**praeexsto,** -āre. *a* prae *et* exstare. *de perf. v. sub* praeexsisto. *i. q. antea exstare, praeexsistere*: IOH. DIAC. in gen. Spicil. Solesm. I 283 Petrus Alexandriae *episcopus* in primo libro, non -are animam *scripsit*: '... non ex convento, vel ut praeexsistente altero (*sc. anima*) ... factus est *homo*' (*verba tracta videntur e versione ceterum deperdita Edict. imp. Iust. c. Orig. Conc.$^{S}$ III p. 197, 11* περὶ τοῦ μηδὲ προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν μηδὲ κτλ., *ibid. l. 18* ὡς προόντος τινὸς ἑτέρου).

[**praefaber,** *compos. a* prae *et* faber, *falso trad.* MARCELL. chron. II p. 100, 518, 3 missis ... -is construi praecepit *civitatem* (praecipuis fabris *vel* praefectis affabris *Mommsen in appar.*).] *Ramminger.*

**praefacilis,** -e. *a* prae *et* facilis. NOT. Tir. 30, 51 -is. [*adv.* -e *legebatur olim a quibusdam cum codd. rec.* PLAVT. Epid. 687.] *i. q. valde (nimis?) facilis*: PELAG. in II Thess. 2, 2 'ut non cito moveamini ...': -is (perf- *pars codd. et e. g. Migne 30, 872*$^{B}$) est, qui de domini adventu contra euangelicam sententiam commovetur.

**praefacio** *v.* praeficio. *Wieland.*

**praefāmen,** -inis *n.* *a* praefari; *cf.* af-, effamen. *i. q. praefatio*: SYMM. epist. 2, 34, 2 recordaris, hoc te -e epistulam texuisse, nihil hac aetate tractandum pensius domesticis rebus. *Oesterle.*

**praefascinē** *v.* praefiscinī.

**praefascino,** -āre. *a* prae *et* fascinus. NOT. Tir. 112, 85 -at. *i. q. fascino (i. signo avertendi mali) instruere vel a fascinatione tueri*: PORPH. Hor. epod. 8, 18 -andis rebus haec membri *virilis* deformitas adponi solet.

πάνυ βάσκανος: **praefascinus** GLOSS. II 393, 55. *i. q. valde fascinans* (*a* prae *et* fascinus, *nisi potius ex* praefascine *male intellecto deductum*).

**praefatīgātus,** -a, -um. *a* prae *et* fatigatus (-are). *i. q. antea fatigatus*: THEOD. PRISC. log. 53 quae *paralysis* gravior ... fiet, qua de -is (prefatis, profatigatis *var. ll.*) corporibus consequitur. CAEL. AVR. chron. 3, 7, 94 -os sudoribus aegrotantes. *Wieland.*

***praefātio,** -ōnis *f.* *a* praefari. *scribitur in codd. etiam* pref- *et* -fac-. NOT. Tir. 83, 47$^{a}$ -o. *plur. occurrit* QVINT. inst. 8, 3, 31 PLIN. epist. 2, 3, 1. *al.* *neutr.* -ium *non nisi falso trad.* AVSON. 326 tit. p. 115 P. 350 tit. p. 209. *de notione*: ISID. orig. 6, 8, 9 *prooemium* apud nos interpretatum -o nuncupatur, quasi praelocutio. GLOSS. πρόλογος, προγραφή, προλεγομένη λαλιά. προάγων καὶ πρόλογος καὶ προοίμιον. πρόλογος. προοίμιον. προαγόρευσις. προδιάλεξις. praelocutio. *legitur singulis vel paucis locis apud* CIC., LIV., SEN. *rhet.*, VAL. MAX., PLIN. nat., *al.*, *aliquanto saepius apud* QVINT., PLIN. epist., TERT., HIER., RVFIN., *in* SACR. Gelas. *et* Greg.; *in versibus non nisi* MART. 3, 18, 1 COMM. instr. 1, 1, 1. *ceterum cf.* praefatiuncula, prooemium, prologus. [*falso trad.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 113; *restituitur pro* praefatos RVFIN. Orig. in num. 27, 1 p. 258, 4.]

*i. actio praefandi vel id, quod praefando enuntiatur. dicitur et de singulis dictis (saepe sub I, ceterum e. g. p. 602, 13. 39. 49) et de textu longiore. distinguitur* exordium *p. 602, 16, opp.* clausula *p. 602, 8. 39,* subscriptio *p. 602, 62,* verbi finis *p. 601, 47. additur* quasi *p. 602, 15,* velut *p. 602, 54. plerisque locis praeverbium vi temporali accipi potest, sed nonnumquam accedere vel etiam praevalere videtur color invocandi aut praedicandi (v. maxime p. 601, 59. 65sqq. 602, 47sqq. et cf. p. 649, 54sqq.), quem variis modis explicare student viri docti, v. post alios Mohrmann, Vig. Christ. 7, 1953, 1sqq., Dekkers, Mélanges Mohrmann, 1963, 190sqq. de structuris: accedit saepe gen. rei vel personae, qui indicat:* eum, qui praefatur SVET. Claud. 25, 5 TERT. adv. Prax. 21 p. 263, 21. *al.* *id, quod -em sequitur e. g.* CIC. Verr. II 3, 187 LIV. 45, 5, 4 IVL. VICT. rhet. 27 p. 448, 23. *al.* (*inde laxius indicatur actio, ad quam -o pertinet, sub IB2b, ubi breviloquentia quadam etiam gen. rei corp. vel personae occurrit*). *id, quod -e enuntiatur p. 601, 25. 26. 27. 602, 52. al. eum, qui -e appellatur p. 602, 49 (cf. praepos.* ad *p. 601, 11). ceterum verba prolata indicantur oratione recta, sc. intercedentibus adminiculis, passim sub IA1 et p. 602, 81, enunt. secund. p. 602, 3.*

[*Oesterle*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *respiciuntur potius verba voce prolata*: A *usu vario*: 1 *-o antecedit quamlibet actionem*: CIC. Verr. II 3, 187 (*Verres scribam publice anulo donavit*) quae porro -o tuae donationis fuit? illa scilicet vetus atque imperatoria: 'quandoque *eqs.*' VAL. MAX. 5, 1, 11 *M. Antonius* in eum *libertum* animadvertit hac ante -e usus: '. . .' (*sim.* 6, 3, 1a [*de Manlio praecipitato*] cuius iustae ultionis . . . haec -o fuit: 'Manlius eras mihi *eqs.*' *cf. l. 26*). APVL. met. 7, 15, 1 (*loq. asinus*) evocato . . . equisone magna cum -e deducendus adsignor. TERT. anim. 27, 9 in ipsa -e operis (*i. in verbis, quae creationem hominis antecedunt, sc. gen. 1, 26* faciamus hominem. *sim.* monog. 4, 2 *de gen. 2, 18. ceterum cf.* resurr. 6 p. 33, 14 -o patris ad filium: 'faciamus hominem *eqs.*').

2 *-o antecedit alia dicta, orationem sim., quae -e praeparentur (aliter infra l. 48); antecedit*: a *declamationem controversiae, recitationem sim.*: SEN. contr. 2, 2, 8 memini Latronem in -e quadam dicere *eqs.* MART. 3, 18, 1 (*ad scriptorem recitantem*) perfrixisse tuas questa est -o fauces. QVINT. inst. 2, 21, 20 *ab aliis* positam nobis esse materiam frequenter etiam -e testamur. 8, 3, 31 inter Pomponium ac Senecam etiam -bus esse tractatum, an *eqs.* PLIN. epist. 1, 13, 2 an iam recitator intraverit, an dixerit -em. 2, 3, 1 *Isaei* -es tersae, graciles, dulces, graves interdum et erectae. 4, 11, 2 in -e dixit *eqs.* 4, 11, 14. SVET. vita Lucani p. 50, 6 -e quadam . . . initia sua cum Vergilio *comparavit* (*antea*: civile bellum . . . recitavit). b *verba excusanda, praeparatione quadam inducenda*: SEN. contr. 2, 4, 6 (*ad meretricem*) mulier, quae sine -e honeste nominari non potes (VAL. MAX. 1, 8, 8 C. Cassius numquam s. -e publici parricidii nominandus. *cf.* SVET. Dom. 11, 2 numquam tristiorem sententiam sine -e clementiae pronuntiavit). PLIN. nat. praef. 13 vocabulis . . . barbaris . . ., cum honoris -e ponendis. SCHEM. dian. 2 *correctio est*, cum dicturi aliquid, quod arrogans aut iniuriosum esse videatur, praemissa -e mollimus. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 29, 8 *Abraham* temperat -e quod quaerit (*respicitur gen. 18, 30*). c *varia*: QVINT. inst. 4, 1, 74 si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda -o est (*antea et postea saepius* prooemium). 7, 1, 11 opus erit . . . -e, qua . . . promittatur defensio. 11, 1, 67 *in oratione pro Oppio Cicero* longa . . . -e excusavit officii sui necessitatem. GAIVS dig. 1, 2, 1 nefas . . . videtur esse nulla -e facta iudici rem exponere. PAVL. dig. 45, 1, 134, 1 quae -bus convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur. CONC. Aquil. a. 381 (Corp. Vind. 82, 3) 12 libenter . . . accepimus -em tuam (oblationem *Maximin. c. Ambr. fol. 302ʳ, 39. respiciuntur verba initio disputationis prolata ut*: CONSVLT. Zacch. 1 praef. p. 7, 17 in -e propositionis suae. VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 2 p. 198ᴰ [*loq. iudex disputationis*] -is meae nuper in hoc actionis principio habitae . . . meminisse oportet). RVFIN. Orig. in num. 17, 3 p. 158, 28 quae in -e sua Balaam in semet ipsum visus est prophetare (*de initio eius orationis, sc. num. 24, 3sq.; sim. ibid.* 18, 1 p. 167, 12. 18, 2 p. 169, 19). 23, 1 p. 211, 6 sufficiant . . . ista -is loco . . . a nobis esse praemissa (*de -e homiliae ut*: 27, 1 p. 257, 21. CHROMAT. beat. 10 ut . . . verbi finis cum -e concordet. *al.*). ? *singulariter sine respectu praeparandi sim. fortasse de qualibet oratione antecedente*: HIER. interpr. Iob 29, 1 adiecit Iob ad -em dicens (*versu gemino 27, 1* ad prooemium suum; *gr. bis* προοιμίῳ, *Vulg. bis*: addidit . . . adsumens parabolam).

B *in cultu, rebus sacris* (*cf.* GLOSS. III 5, 3 ἱκεσία: supplicatio, -o. *ex hoc usu quodammodo pendere videtur p. 602, 3 et 49*): 1 *paganorum*: LIV. 45, 5, 4 cum omnis -o sacrorum eos, quibus non sint purae manus, sacris arceat. SVET. Claud. 25, 5 cum regibus foedus in foro icit porca caesa ac vetere fetialium -e adhibita (*respici videntur preces sacrificium antecedentes, v. Liv. 1, 24, 6sqq.*). MACR. Sat. 1, 9, 3 Xenon . . . tradit Ianum in Italia primum . . . ritus instituisse sacrorum; ideo eum in sacrificiis -em meruisse perpetuam (*ad rem cf. ibid. 1, 9, 9* invocari . . . primum *et e. g. Cic. nat. deor. 2, 67*).

**praefīdo,** -ere. *a* praefidens, *formatione retrograda, quasi illud adi. sit part. praes. huius verbi.* *i. q. praefidentem esse, valde vel nimium confidere*: Avg. gen. ad litt. 11, 8 p. 341, 14 *ut creatura* non de se -at, sed confidat in deum (serm. 285, 4 meminerimus de nobis ipsis non esse -endum [*antea*: qui de se praesumpserunt]). quaest. hept. 2, 25 p. 105, 22 magi ..., quorum Pharao potentia (-am *var. l.*) -bat. spir. et litt. 7, 11 *superbia* oritur, cum sibi quisque -it (praevidit *var. l.*).

*Friis-Jensen.*

***praefīgo,** -fīxī, -fīxum, -ere. *a* prae *et* figere. *legitur inde a* Caes. (*bis*), Verg. (*novies*), Tib. (*semel*), Ov. *et* Liv. (*binis locis*); *usu translato non ante finem saec. IV, v. sub II; longe praevalent formae p. p. p.* -xus. [*confunditur in codd. cum* perfigere Gaivs dig. 8, 2, 6 Novell. Valent. 35, 12 Ps. Boeth. fid. cath. 70 (*restituitur* Avell. p. 412, 14), *ceterum e. g. cum* praefigurare Avg. epist. 55, 7, praedicere Avg. gen. ad litt. 6, 11 p. 184, 22. *restituitur p. 634, 57; e coni. dub.* Liv. 42, 60, 2 ⌊rumpiis -xa⌋ capita (*Giarratano*; ⌊ ⌋ superfixa *trad.; temptaverunt alii alia*). *falso trad.* -xus *pro* praeficus, *q. v.*, *nec supplendum est* Inscr. christ. Diehl 4770, 5 (praeferri *exhibet lapis, v.* Inscr. christ. urb. Rom. 13627, 10).]

**I** *proprie et in imagine* (*sc. vi praeverbii locali et usu inde derivando*): **A** *pro obi. est id quod imponitur, i. q. ante affigere sim.* (*accedit dat.* Verg. Aen. 10, 80. 11, 778 Manil. 4, 181 Fest. p. 375 Sen. contr. 9, 4, 2 *et saepe*, in *c. abl.* Verg. Aen. 9, 466 Plin. nat. 34, 151 Svet. Cal. 15, 1 Nemes. cyn. 56 *al.*, supra Veg. mil. 1, 24; *cf.* ex utraque parte Veg. mil. 3, 7): **1** *-untur quae munimento, firmamento sunt* (*huc rettulerimus* Gloss. -xum: καταπεπηγός): **a** *respiciuntur loca munienda, tuenda*: Caes. Gall. 5, 18, 3 ripa ... erat acutis sudibus -xisque (-que *om. codd. aliquot et edd., fortasse recte*) munita, eiusdemque generis sub aqua defixae sudes flumine tegebantur (Veg. mil. 1, 21 ductis fossis -xisque s. 1, 24 supra quam *terram* sudes ... -untur. 3, 7 sudes ex utraque parte -ere). Colvm. 8, 17, 6 rivis *piscinae* ... -antur (-ficantur *S*, -ficentur *A*) ... cancelli. Plin. nat. 28, 157 *rostrum lupi* villarum portis -unt *ad veneficia arcenda* (*cf.* 34, 151 -xisse in limine evulsos sepulchris clavos adversus nocturnas lymphationes). Stat. Theb. 10, 525 -xa solo vellunt munimina. **b** *vario usu* (*saepius respiciuntur tela cuspidibus instruenda*): Verg. Aen. 7, 817 ut gerat *Camilla* ... -xa cuspide myrtum (Stat. Theb. 2, 598 pinum. 4, 177 cupressus). Ov. met. 4, 706 navis -xo ... rostro sulcat aquas. Fest. p. 375 veruta pila dicuntur quod ⟨velut verua⟩ habent -xa (*suppletur ex Paulo*). *ibid.* cui *denti aratri* -itur vomer. Sil. 9, 582 ebori -xa ... hasta. 14, 321 trabs ... -xa gerebat uncae tela manus. Clavd. Don. Aen. 7, 815 p. 109, 7 portabat ... hastam myrteam -xo ferro graviorem ([*v.* Verg. *supra*]. Veg. mil. 3, 24 p. 118, 13 latius ... contra eas *bestias* [*i. elephantos*] et firmius -itur ferrum, ut ... maiora sint vulnera [*intellegas potius cuspides sagittis imponendas quam sagittas in bestias iniciendas*]). Prvd. cath. 5, 52 -it calamis spicula.

**2** *-untur quae visui porriguntur, ostentantur*: **a** *spolia, partes corporis vel ornamenta sim.* (*simulacrum* Ps. Evseb. Gallic.): Verg. Aen. 9, 466 in hastis -unt capita ... Euryali et Nisi (Frontin. strat. 2, 9, 3 occisorum ... ducum c. hastis -xa ostendit. 2, 9, 4. Tac. hist. 1, 44, 2 -xa contis c. gestabantur. Svet. Iul. 85 Capitol. Maximin. 23, 6. Amm. 22, 8, 34 caesorum c. fani parietibus -bant. *al.; cf. coni. dub.* Liv. *p. 633, 64*). 9, 471 ora virum -xa movebant (Sil. 7, 704 o. rapit gladio -xaque cuspide portat). 10, 80 pacem orare manu, -ere puppibus arma (*quod est bellum inferentium. aliter*: 11, 778 ut templis -ret a.). Manil. 4, 181 captas domibus -ere praedas. Sen. contr. 9, 4, 2 praecisas tyrannicidae manus arci prae⟨fi⟩gite. Plin. nat. 16, 8 rostra navium tribunali -xa fori decus erant. Val. Fl. 3, 28 ratem -xaque regum scuta videt. Svet. Cal. 15, 1 -xo in biremis puppe vexillo. Prvd. perist. 11, 185 *aediculae* -xit tabulas dives manus ... candentes. Ps. Evseb. Gallic. hom. 14, 6 G. serpentem aereum -xum ligno (*respicitur num. 21, 9*). **b** *notae, tituli sim.*: Pers. 4, 13 nigrum vitio -ere theta (*in imag., v. Schol.* iudices litteram theta apponunt ad ... nomina *damnatorum. cf. proprie*: Isid. orig. 1, 22, 2 [= Svet. frg. p. 136, 7] notae ... dictae eo, quod verba vel syllabas -xis characteribus notent et ad notitiam legentium revocent [*ad varias loci explicationes v. Mentz, Rhein. Mus. 86, 1937, 196sq.*]). Cypr. ad Donat. 10 p. 11, 19 *licet* publico aere -xo iura proscripta sint. Avg. in psalm. 53, 1 quod in domus fronte -xum est (*ibid.* in ipso poste praenotatum est. *in comparatione respicitur titulus libri ut*: Greg. M. moral. 17, 1 superscriptionem tituli in ipsa postis fronte -imus. *ceterum cf.*: Vincent. Ler. exc. p. 102, 12 in libelli fronte velut quosdam regularum titulos -ere. Dionys. Exig. praef. 2, 6 rec. δ [*nisi est var. l. medii aevi*] titulos ... singulis statutis -ximus). Leo M. serm. 49, 1 *omnibus temporibus anni ecclesiastici* quaedam nobis divinae bonitatis signa -xa sunt (CE 770, 7 ubi nobele signum ⟨prae⟩fixum est cruces). Edict. reg. Goth. de pecor. (CIL IX 2826) 8 necessaria constitutione sa⟨croque omni tem⟩pore per loca -endo cancellarii nostri auc⟨toritate edicto⟩ (*suppl. Mommsen*).

**3** *-untur termini, limites sim.* (*sc. incorporaliter per imaginem termini ponendi; ceterum quaedam ad II vergere vix negaverimus*): Avg. conf. 2, 2, 3 quis ... suavitatibus metas -ret? Cassian. conl. 21, 33, 2 difficile est ut ignis *concupiscentiae carnalis* ... -xis terminis includatur (Leo M. epist. 121, 3 [Conc.[S] II 4 p. 76, 14] qui *dies paschae* ... ultra -xos t. *non* evagetur. Clavd. Mam. epist. 2 p. 203, 11 temporaliter fluentium substantiarum -xos aevo t.). Leo M. epist. 146, 2 (Conc.[S] II 4 p. 96, 34) nefariis ausibus salubri fine -xo. Avell. p. 370, 16 limitibus ... -xis positarum semel synodalium regularum (Alc. Avit. epist. 34 p. 64, 7 provincia -xis regnorum determinata l.). *inde explicandum videtur*: Avg. gen. ad litt. 4, 3 p. 99, 16 mensura omni rei modum -it et numerus omni rei speciem praebet (*cf. p. 99, 18* terminat omnia).

**4** *-untur varia*: Nemes. cyn. 56 felem ... minacem arboris in trunco longis ⌊-ere⌋ telis (⌊ ⌋ *Sannazaro*, pro- *trad.; cf. 51* figere dammas). Prvd. cath. 5, 96 -xa cruci spes hominum viget (Avg. in psalm. 42, 2 in desiderio *caeli* ... spem tamquam ancoram -xerunt). Epist. pontif. 381 Migne 50, 537[B] ut ... non opinemur catholicum, quod apparuerit -xis sententiis, *quas antea attulimus*, esse contrarium (*cf. ibid. 537[A]* praedictas regulas, *nisi locum ad IIA1 trahere malis*).

**B** *structura inversa pro obi. est quod figendo afficitur, sive i. q. affigendo instruere sim.* (*sc. accedente abl. rei impositae* [*suppl. e contextu* Plin. nat. 11, 126], *iuxta acc. relationis sub 1b*) *sive i. q. figendo firmare sim.* (*sc. neglecto respectu rei imponendae* Plin. *et* Isid. *sub 1aβ et hic illic sub 2*): **1** *usu communi* (*sc. iisdem coloribus quos sub A illustravimus*): **a** *-untur quae muniuntur, firmantur*: α *asseres, tela sim.*: Caes. civ. 2, 2, 2 asseres ... cuspidibus -xi ... in terram defigebantur. Verg. Aen. 5, 557 -xa hastilia ferro ([Gloss.[L] I Ansil. PR 443 -xa f.: ferrum habentia]. 10, 479 f. -xum robur acuto. 12, 489 hastilia. Liv. 26, 4, 4 iacula. Cvrt. 3, 2, 7 aere aut [herebant *codd.*] f. -xae hastae. 4, 9, 5 hastae. Veg. mil. 4, 14 *trabs* adunco -itur f. et falx vocatur [*ibid. caput* vestitur f.]. *al.; cf.* Liv. 30, 10, 16 asseres ferreo unco -xi). Cvrt. 3, 3, 20 spicula auro -xa gestabant. Plin. nat. 11, 126 -xa hastilia cuspidant (*sc. urorum cornibus*). β *varia*: Verg. georg. 3, 399 ferratis -unt *haedorum* ora capistris. Ov. met. 7, 112 *taurorum Colchicorum* -xa ... cornua ferro (*cornua tota ferrea intellegunt alii ratione dubia, cf. Bömer ad l.*). Plin. nat. 36, 186 capita earum *coaxationum* -i, ne torqueantur (*cf. Vitr. 7, 1, 5* clavis ... fixa coaxatio). Sil. 6, 539 -xo ... ligno mucronibus (*genus tormenti ut*: Gell. 7, 4, 4 in armario muricibus -xo [-xos *codd. pler.*]). Salv. gub. 6, 14 loca ... sudibus -ere.

*p. p. p.* -xus *de statu fixo, firmato*: Isid. sent. 2, 10, 6 *nuper conversi*, si implicentur, confestim quasi plantata arbuscula et necdum radice

[Scotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-xa, concutiuntur . . . et arescunt. b *-untur quae vulnerantur, telo transfiguntur*: Tib. 1, 6, 49 *sacerdos Bellonae* stat . . . latus -xa veru, stat saucia pectus. c *-untur quae spoliis ornantur*: Val. Fl. 1, 836 galeis -xa rotisque cui *ductori* domus. 4, 739 Bebryciis -xa trophaeis *regia tecta*. d *-untur quae limitibus circumscribuntur* (*v. quae ad A3 monuimus; ceterum cf. vi imaginis detersa l. 40*): Ennod. dict. 5, 8 p. 439, 20 dispensatio statutis -xa limitibus.

2 *peculiariter cum respectu claudendi*: Pavl. Fest. p. 64 consiptum clavis -xum (*contextu deficiente dubitanter huc traximus; an ad p. 634, 80?*). Plin. nat. 19, 59 -i prospectus omnes coegit . . . latrocinatio. Ps. Qvint. decl. 10, 8 -xum clausumque tumulum (*ab incantatore; cf. eius verba* 10, 15 carminibus non satis credo; -amus omne tumuli latus et multo vinciamus saxa ferro. *ceterum v. Thompson, Class. Phil. 6, 1911, 352*). Frontin.(?) strat. 4, 5, 23 -xis foribus domuum. Edict. praet. perpet. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10 ex utraque parte tabulis -antur *aditus*. Gaivs dig. 8, 2, 6 *si* fenestras . . . -xas (*P*, perf- *F*) habuero vel obstruxero.

II *translate i. q. ante constituere sim.* (*vi praeverbii temporali, quae tamen hic illic evanescit; exempla quaedam usus incorporalis ab imagine loci minus aliena supra inseruimus, v. IA3 passim et l. 7. p. 634, 26. 39. 58*). *cf.* Gloss. -it: defini[vi]t, constituit. -xum: ante constitutum. *dub. an huc pertineat* Gloss.L II Abav. pr 19 -xum: praerogatum (*item* 34, *sed* 169 prorogatum). *accedunt structurae: dat. e. g. l. 31sqq.; praepos.* ad Leo M. epist. 106, 4 (Conc.S II 4 p. 61, 7), de Epist. pontif. Arel. 21 p. 31, 4, erga Novell. Valent. 2, 4, in *c. abl.* Avg. gen. ad litt. 6, 18 p. 192, 18 Prosp. c. coll. 19 p. 267C Favst. Rei. grat. 2, 6 p. 73, 28; ut Avg. in euang. Ioh. 106, 4; *acc. c. inf.* Avg. gen. ad litt. 9, 17 p. 292, 10 Avell. p. 700, 7.

A *-unt homines*: 1 *respiciuntur praecepta legitima* (*cf. p. 634, 61*): a *pontificis, synodi, abbatis sim.*: Epist. pontif. 255, 17 Migne 13, 1145A quae *tempora accipiendis* singulis dignitatibus . . . -ximus (Cassian. conl. 21, 17, 1 cui *ieiunio* non solum specialia -xa sunt tempora . . ., sed etiam . . . modus . . . propositus est). Cassian. conl. 21, 27 sex ebdomadarum sibi observantiam -xerunt *in ieiunando*. Prosp. c. coll. 15, 1 ne videreris a -xa regula *fidei* discrepare (Epist. pontif. Arel. 18 p. 27, 12 quas *r.* sibi iuxta canonum definitiones . . . fraternitas in commune -xerit). Leo M. epist. 106, 4 (Conc.S II 4 p. 61, 7) quae ad bonum sunt commune -xa (*respiciuntur canones concilii, cf. ibid. antea*: quae . . . generaliter instituta sunt). 121, 2 (*ibid.* p. 76, 2) si . . . legitimum *temporis* spatium sit -xum (*var. l.* praefinitum). Epist. pontif. Arel. 21 p. 31, 4 quae a *pontifice* . . . de Viennensem episcopum -xa sunt (*syn.* definitiones). Avell. p. 377, 10 damnati . . . *in synodo* erroris communicator effectus -xae . . . particeps damnationis apparuit. p. 381, 5 secundum bene gestam synodum recteque -xam (p. 383, 14 quae *synodus* pro fide . . . sit -xa). p. 397, 25 (*nisi iudicium divinum intellegas*) quae *sententia* . . . in errore durantibus numquam solvenda -xa est (Conc. Brac. a. 572, 3, 10 hoc -xae [-xe *Mansi*] evidentis sententiae admonitione servetur). p. 700, 7 *patrum sapientia* certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda *esse* . . . -ens (*cf.* Max. Tavr. serm. app. 25 p. 900D in -xis libris [*p. 900C* in aliis canonicis et divinis libris]). Canon. Dionys. Exig. p. 37, 13 secundum -xos gradus paenitentiae (*gr. Mansi 2, 520D* ὡρισμένους, *cf. Canon. Turner II p. 108 rec. III* statutos, *p. 26 rec. II* qui sunt constituti). p. 104, 13 sicut antiquis . . . canonibus est -xum (*cf. eiusdem vers. alteram Conc.S II 2, 2 p. 59, 20* constitutum; *ceterum e. g. ibid. p. 39, 10* cautum; *gr. II 1, 2 p. 162, 13* καθὼς . . . τοῖς κανόσιν ἀπηγορεύεται). *al.* b *imperatoris, legislatoris*: Novell. Valent. 2, 4 quid erga servanda advocatorum tempora dispositio iusta -xerit. 35, 12 tempora *barbaricae incursionis* -xo tricennio subtrahantur. Pass. Rogat. 1 *imperatores* decreto sanxerunt, ut simulacra *deorum colerentur*, . . . ea ratione -xa pollicentes *praemia sacrificantibus*. Cassiod. var. 5, 39, 12 sint . . . -xo modo *exactionis* contenti. 12, 6, 3 -xum . . . tempus a rerum dominis noveritis esse servandum (Greg. M. moral. 2, 31 -xo reddendi tempore non constringitur *creditor*). Pap. Tjäder 34, 27 (*a. 551*) quae *emptionis et venditionis sollemnia* legum -xit auctoritas.

2 *quolibet respectu*: Avg. epist. 55, 7 *ut defectus solis et lunae* determinatis intervallis temporum canonica supputatione -rent (*computando ut*: Dionys. Exig. epist. de pasch. 1 p. 63, 14 dominicum pascha et lunae computum -ere. Proter. epist. 8 *eo die* initium verni temporis . . . -xum esse). Possid. vita Aug. 25 numerus erat . . . convivantibus poculorum -xus. Avian. fab. 4, 5 (*3 Boreas et Phoebus certant*, quis prior inceptum peragat) convenit hanc . . . liti -ere causam, pallia nudato decutienda viro. Max. Tavr. serm. app. 25 p. 898D et cetera quae in miraculis visibiliter . . . demonstrantur -xum continere videntur sensum.

B *-it deus vel sacra scriptura*: 1 *generatim; -untur*: a *mandata, poenae sim.*: Avg. in psalm. 54, 4 l. 43 tibi ea regula bonitatis -xa est, ut imiteris bonitatem patris tui (*sc. Matth. 5, 44sq.*). Cassian. conl. 8, 22 cum seiunctionis . . . observantia necdum aliqua fuisset constitutione -xa (*antea*: si data fuisset eis ista praeceptio). 21, 5, 6 ad quae -xae legis severitate coguntur (Sacr. Leon. 156 [= 259] quod humana substantia . . . contraxerat et -xa lege fuerat solutura. Ps. Boeth. fid. cath. 70 *primum hominem* -xa [*var. l.* perf- *praetulit Peiper vix recte*] lege paradisi deliciis constituit). Avell. p. 412, 14 conditionem -xae mortis (*respicitur peccatum originale*). Alc. Avit. carm. 5, 271 -xi funeris ordo *primogenitorum Aegyptiorum*. b *varia*: Avg. in euang. Ioh. 106, 4 immobiliter esse -xum sciebat *Christus*, ut faceret *ea*. Prosp. c. coll. 19 p. 267C dum unius *sententiae* in Paulo et Matthaeo, alterius in Zacchaeo et latrone forma -itur. Drac. laud. dei 2, 21 *sol* non ausus transire vices sub lege perenni -xas dicione tua.

2 *speciatim*: a *in creatione constituuntur causae rationesque eorum, quae postea conduntur*: Avg. gen. ad litt. 6, 11 p. 184, 22 ut quod . . . -xerat (praedixerat *var. l.*) causis, post impleret effectis. 6, 15 p. 190, 6 sic fecit, ut -xerat. 6, 18 p. 192, 18 si non omnes causas in creatura primitus condita -xit ([*syn. p. 192, 16* praestituit]. 7, 23 p. 221, 26 causam . . . rationemque -ens, secundum quam eum *hominem* post illos septem dies faceret. *cf.* p. 222, 10 rationes . . . causales [*syn.* praecondita ratio]). 9, 17 p. 292, 10 neque . . . ex eis *naturis* vel ipse faceret, quod ex eis fieri non posse ipse -ret. b *in praedestinatione determinantur necessitates humanae*: Favst. Rei. grat. 1, 16 p. 50, 2 novum . . . remedium (*sc. mors Christi*) nihil agere potuit, si ante saecula res humanas definitio vetusta -xit. 2, 2 p. 62, 9 praescientia et praedestinatio humanorum actuum atque meritorum -it et excitat causas. 2, 2 p. 63, 4 -xam necessitatem . . . mutatam *esse* (2, 6 p. 73, 17. 2, 10 p. 85, 23). 2, 6 p. 73, 28 (*ad Mal. 1, 2* Iacob dilexi, Esau autem odio habui) in his . . . duobus non naturae iura hominibus -untur. 2, 6 p. 74, 2 si de -xa lege originis tractaretur. 2, 11 p. 89, 15. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 23 p. 385C tempus . . ., sicut -xum est, veniet (*Migne gr. 44, 209A* τεταγμένον). Greg. M. moral. 12, 58 -xi dies singulis ab interna dei praescientia nec augeri possunt nec minui. 16, 14 cum tempus vitae a divina nobis praescientia sit . . . -xum. CE 1354, 1 (*christ.*) -xo moriens naturae munere functus.

*p. p. p.* praefīxus *pro adi. usurpatum non distinximus; occurrit notio q. e. (ante) additus, impositus sub IA, (ante) praeditus sub IB, firmatus p. 634, 83, (ante) constitutus sub II. adv.* praefixē *edebatur olim perperam* Conc. Brac. *p. 635, 47*. *Scotti.*

**praefigūrātē** *v.* praefiguro.

***praefigūrātio**, -ōnis *f.* *a* praefigurare. *plur.*: Iren. 4, 14, 3 Hil. myst. 1, 1, 3. 2, 11 in psalm. 118 resch 6 p. 532, 23 Ps. Athan. ad mon. 1 p. 71A Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 36/7, 1 Avg. c. Faust. 6, 7 p. 294, 19. *al.* Gloss.L III Abstr. mi 11 mysterium: occulta -o. *legitur inde ab* Iren., Cypr., Ps. Cypr. mont., Hil. *apud scriptores ecclesiasticos.*

*i. q. actio (vel ratio) praefigurandi* (*per metonymiam significat hic illic id, quod praefigurat; id, quod praefiguratur, fortasse p. 637, 13; fig. etym.* praefiguratam . . . -em Hil. myst. 2, 1, 3; *abl.* -e *cum verbis affinibus*: -e ostendere Cypr. epist. 69, 14 p. 763, 14, -e significare Avg. quaest. hept. 7, 49 p. 495, 3 Avg. [?] un. eccl. 16, 41 p. 287, 4, -e signare Consvlt. Zacch. 3, 6 p. 108, 28, -e monstrare Ps. Orig. tract. 11, 3. 15, 12 B.): I *in interpretatione allegorica christiana* (*cf.* Cassian. conl. 14, 8, 5, *qui -em tribuit allegoricae rationi, antea distinguens tria genera scientiae spiritalis: tropologiam, allegoriam, anagogen*):

A *per gen. (vel adi., v. l. 77) indicatur*: 1 *res (vel pers.) significata*: Iren. 4, 14, 3 *Moyses in monte* discebat tenere sermones dei et . . . imagines spiritales et -es futurorum ([*postea*: per typum]. Cypr. epist. 69, 14 p. 763, 14 Hil. in Matth. 21, 4. Hier. in Ier. 20, 14/18 p. 247, 10 -e et vaticinio f. Avg. civ. 16, 2 p. 124, 17 D. [*l. 12* figura, *l. 20* praedicatio]. gen. ad litt. 5, 8 p. 152, 8 [*opp.* factarum rerum notitiam]. *cf.* 9, 14 p. 284, 24 non secundum -em rerum futurarum, sed secundum rerum gestarum non allegoricam, sed propriam significationem). 4, 26, 1 novae vocationis. 5, 29, 2 imago illa *a Nabuchodonosor instituta* -o fuit huius (*i. Antichristi*) adventus (*gr.* προτύπωσις). Hil. in Matth. 29, 2 mulier haec (*sc.* 'habens alabastrum unguenti') in -e gentium plebis est. myst. 1, 6, 1 Christi et ecclesiae (2, 1, 3 praefiguratam . . . e. -em). 1, 7, 3 utriusque populi (1, 20, 3 p. infidelis). 1, 17, 2 passionis (in psalm. 55, 1 passionum domini. Lvp. Evphron. epist. [Corp. Christ. 148, 140] l. 14 -e aut vaticinio p.). Hier. epist. 53, 8, 2 deuteronomium . . ., secunda lex et euangelicae legis -o (*inde* Evcher. instr. 2 p. 161, 1 Isid. orig. 6, 2, 7). in Matth. 26, 27 quomodo in -e (-em *var. l.*) eius (*i. Christi*) Melchisedech . . . fecerat (*antea opponuntur* typicum pascha *et* verum paschae . . . sacramentum). in Zach. 9, 11/12 l. 293 huius (*i. calicis novi testamenti*). Ps. Hier. epist. 19, 8 p. 197A verae circumcisionis. Pavl. Nol. epist. 12, 2 sum . . . ego unus de . . . iumentis illis, quorum -e asina tunc locuta est (*num. 22, 28*), mutam . . . naturam . . . significans locuturam. 24, 8 sacramenti (Cassian. conl. 17, 19, 4 spiritalium s.). Avg. epist. 140, 19, 47 novi testamenti (serm. coll. Morin p. 293, 12 futuri n. t. [*postea*: figuras]). c. Faust. 32, 12 p. 771, 8 (*de pascha Hebr. et Christ.*) illa erat venturi veri -o, haec completi commemoratio (*cf. 32, 11 p. 770, 7* praesignemus). Ps. Vigil. Thaps. trin. 6, 18 in -e operis adsumpti hominis sive futuri iudicii haec cuncta . . . praeostensa fuisse (*affert I Cor. 10, 6* in figura [*gr.* τύποι]). *al.* *adi. pro gen.* (*hucine etiam p. 637, 13?*): Hil. in Matth. 16, 2 illaesus in auras superas virtute dominicae -is evadit *Ionas a ceto devoratus*.

2 *res (vel pers.) significans*: Hil. myst. 1, 7, 4 secundum Cayn (*gen.*) -em. 1, 8, 1 rerum . . . in Cayn gestarum -em effectorum fides est consecuta nec secerni possunt a praeformationis exemplo, in quos *eqs.* in psalm. 118 gimel 3 p. 379, 14 *propheta* scit nos . . . secundum -em legis emundandos esse (Chromat. in Matth. 7, 2 l. 37 E.-L. sacrificium

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . obtulit. *cf.* CASSIOD. in psalm. 118, 152 in -bus testamenti veteris). CONSVLT. Zacch. 3, 6 p. 108, 28 *iudicium Christi* plagae illius (*i. Aegyptiacae*) -e signatum est. MAR. MERC. Conc.$^{S}$ I 5 p. 63, 24 illorum omnium praesentium, quae tunc gerebantur, -es (*si recte iungimus; gr. Nestor. ed. Nau, 1910, 353 προτύπωσις*).

**B** *non additur gen.*: PS. CYPR. mont. 3 p. 107, 6 -o in geneseos (*sc. 25, 23*) per angelo spiritaliter adnuntiata (*antea*: in figura Rebeccae). HIL. in Matth. 9, 9 ratio totius . . . -is (*item gen. pendet ex subst.*: 20, 12 proprietatem [*cf. 20, 11* ratio spiritalis intellegentiae]. myst. 1, 21, 1 virtutem [*opp.* facti fidem. *cf.* 2, 11 si aut simplicium cognitio inani -um assertione corrumperetur aut virtus -um sub simplicium cognitione ignoraretur]. 1, 27, 1 ordinem. 1, 39, 4 significantiam. in psalm. 118 resch 6 p. 532, 23 per quasdam -um aeternarum in rebus praesentibus notiones). myst. 1, 1, 3 veris atque absolutis. in psalm. 136, 2 quae gesta sunt, in -em gesta esse (*affert I Cor. 10, 11* in praeformationem [*gr. τυπικῶς*]; *antea*: formam futuri). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 36/7, 1 de -bus et veritate (*Migne gr. 35, 444$^{B}$ τύπων*). AVG. civ. 15, 21 p. 105, 6 D. prophetica ([*l. 15* praefigurat]. AVG. [?] un. eccl. 16, 41 p. 287, 4). 17, 3 p. 202, 4 allegorica. in euang. Ioh. 4, 6 l. 14 dominus . . . ad -em (*sc. dixit; syn. l. 9* figurate, *l. 10* figuram praecursionis; *opp. l. 10* proprie, *l. 15* ad proprietatem). 4, 6 l. 31 (*opp.* proprietate; *cf. l. 32* per similitudinem). c. Faust. 6, 7 p. 294, 19 illas . . . litteras *veteris testamenti* propter quasdam -es tempori congruentes animalia quaedam non natura, sed significatione immunda dixisse. quaest. hept. 7, 49 p. 495, 3 clara -e significat *eqs.* HESYCH. in lev. 16, 15 p. 995$^{C}$ multiplicem (*antea*: ad figuram mysterii). PS. ORIG. tract. 11, 3 B. imaginali -e monstrabat (*opp.* historiam). 13, 11 typica (15, 12 t. -e monstrabant [*cf. 10* figuram, *11* imaginem]). CASSIOD. in psalm. 89, 1 l. 46 in typo . . . ecclesiae, quam -e gestabat *Moyses*. *al.*

**II** *vario usu*: **A** *priora quaedam exhibent formam posteriorum*: **1** *per exemplum quoddam* (*sc. ad cuius formam aliquid fit vel perficitur*): **a** *in litteris praeducendis* (*cf.* praeductal): PS. ATHAN. ad mon. 1 p. 71$^{A}$ (*admonendo monachos imitatione potius quam admonitione dignos*) pergam . . . per tramitem vitae vestrae et, quasi qui primis litterarum imbuatur elementis depictis, adumbratas -bus notas stylo imitatore calcabo. **b** *in rebus creandis*: RVFIN. Orig. princ. 1, 4, 4 *in sapientia divina* descripta semper inerat ac formata (praeformata *temptat Koetschau in app. crit.*) conditio, et numquam erat, quando eorum, quae futura erant, -o apud sapientiam non erat. 1, 4, 5 secundum -em et praeformationem semper erant in sapientia ea, quae protinus etiam substantialiter facta sunt.

**2** *per indicium (sc. ex quo futura nosci possunt); indicio est*: **a** *status hominis*: ENNOD. opusc. 3, 151 p. 370, 5 Rusticius tunc episcopalem cathedram possidebat, homo, qui et in saecularis tituli -e sacerdotem semper exhibuit et sub praetexta fori gubernatorem gessit ecclesiae. **b** *nomen* (*sc. loci; ratio allegorica [v. sub 1] transfertur quodam modo ad interpretationem nominis*): VITAE patr. Iurens. 3 M. Acaunus . . . gallico priscoque sermone tam primitus per naturam quam nunc quoque per ecclesiam, veridica -e Petri, petra esse dinoscitur (*v. Martine ad l.; ibid.* sublato . . . -is aenigmate). **c** *augurium* (*sc. anni ineuntis*): MART. BRAC. corr. 11 sibi miser homo istas -es ipse facit, ut, quasi sicut in introitu anni satur est et laetus . . ., ita illi et in toto anno contingat (*cf. 12* in auguriis).

**B** *praesentia quaedam exhibent formam priorum* (*sc. de vestigiis praeteritorum*): ITIN. Anton. Plac. 41 rec. A *in loco, ubi Israel transiit,* recedente mare omnis -o, arma Pharaonis vel vestigia curruum rotarum parent (*ad textum v. edd. et Wölfflin, Arch. Lat. Lex. 6, 1889, 392; vix ad I, etsi Greg. Tur. Franc. 1, 10 eadem vestigia memorans transitum illum spiritaliter explicat*). *Wieland.*

**praefigūrātor,** -ōris *m.* *a* praefigurare. *i. qui praefigurat* (*sc. qui actione sua typus futuri est*): AVG. adult. coniug. 2, 6, 5 *in vetere dei lege* prohibitum est ab alio contaminatam viro recipere uxorem, quamvis David Saulis filiam (*cf. II reg. 3, 14 sqq.*) . . . tamquam novi testamenti -r sine cunctatione receperit.

*deriv.*: praefiguratorius.

**praefigūrātōrius,** -a, -um. *a* praefigurator, *cf.* praecursorius (*v. infra*). *i. q. ad praefiguratorem pertinens*: AVG. un. bapt. 7, 9 *baptismus Iohannis erat* militans Christo, sicut legis vetera sacramenta praecursorio quodam et -o fungebantur officio.

***praefigūro,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* figurare. *formae stirpis perf. breviores non leguntur nisi* -asse LACT. epit. 12, 1 FORTVN. in Matth. (Corp. Christ. 9, 367 sqq.) 1 l. 10 CASSIAN. conl. 14, 8, 2 (-visse *non invenimus*). *vix agnoscas verbum deponens* HEGES. *p. 638, 4*, FORTVN. *p. 639, 17*. *legitur inde a* TERT., IREN., CYPR. *apud scriptores ecclesiasticos.* [*confunditur cum* figurare *e. g.* TERT. praescr. 26 l. 8 PELAG. in Gal. 4, 24 AVG. civ. 16, 2 p. 121, 25 D. (*cf.* AVG. retract. 1, 21, 2, *ubi voces variant in contextu*); -tas *falso pro* praefinitas *edd. vet.* IREN. 2, 24, 5.]

**I** *vi temporali praeverbii vigente i. q. antea figurare, formare* (*fere abundanter accedunt* ante HIER. adv. Iovin. 1, 21 AVG. epist. 102, 37, antea AVG. civ. 17, 4 p. 206, 32 D.): **A** *usu non allegorico*: **1** *vario; praeformatio fit*: **a** *per exemplum* (*admonendo*): TERT. praescr. 26 l. 8 *dominus* praeceperat, . . . praedicarent; ipse per similitudinem -verat, ne unam mnam, id est unum verbum eius, sine fructu in abdito reservarent (*Luc. 19, 20*). **b** *per imaginationem*: LACT. inst. 6, 20, 31 se quisque . . . in illis *mimorum adulteria fingentium* imaginibus -at probantque illa, dum rident, et . . . corruptiores ad cubicula revertuntur. HEGES. 5, 49, 1 quod metuebat animus, oculi -bant (-bantur *pars codd.*) pugnantium et mentis pavor fiebat imago visus (*cf. gr. 6, 398 πλάζοντος τὰς ὄψεις τοῦ δέους*). **c** *per statum praecedentem*: HIL. trin. 3, 16 in qua *carne filius dei* -tus in monte est (*cf. Matth. 17, 2*), in qua elevatus ad caelos est *eqs.* VINC. VICT. Aug. anim. 1, 8, 8 *anima* in Christo -ta (*sc. ante partum*). **d** *per praedestinationem*: HIER. in Eph. 1, 9 *interest inter praedestinationem et propositum,* quod praedestinatio alicuius rei multo ante in mente eius, qui destinet, quid futurum sit, -et *eqs.* CHROMAT. in Matth. prol. 1 *euangelistae* olim ad huius divini operis officium per sanctum spiritum -ti fuerant et praedestinati (*similiter indicatur, ad quid, per dat. fin.*: AVSPIC. ad Arbog. 38, 4 te iam sacerdotio -tum). **e** *per anticipationem* (*dicti vel actionis*): PELAG. in Gal. 4, 27 hoc (*sc. Is. 54, 1*) -bat Anna, quae dixit: (*seq. I reg. 2, 5*). CASSIAN. inst. 1, 1, 5 ut gestu corporis sui passionis eius *Pauli* -ret iniurias *Agabus propheta ligans sibi pedes manusque* (*act. 21, 11*).

**2** *respiciuntur indicia, quibus antea apparet qualitas sim. futura*: **a** *obi. est res significans* (*cf. B2*): CASSIAN. conl. 18, 15, 8 haec . . . ille *Paphnutius* in adolescentia sua futurae indolis iam tunc indicia -ans lineas quasdam perfectionis . . . designavit.

**b** *obi. est id, quod significatur*: **α** *obi. simplex*: ENNOD. opusc. 3, 14 p. 334, 13 staturae *Epiphanii* proceritas decens, quae eminentiam secuturae dignitatis -ret in membris. 6, 11 p. 405, 25 *Grammatica* ad Tullianum calorem scintillis -ti vaporis adducat. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 369$^{C}$ saepenumero qualitatibus corporalium affectionum somniorum -atur expressio (*gr. 172$^{D}$ ἀνατυποῦται*). **β** *accedit praedicativum*: VEN. FORT. vita Marcell. 7, 26 *Marcellus subdiaconus* iam tunc illis -batur indiciis futurus pontifex. ISID. orig. 7, 6, 8 Abel luctus interpretatur, quo nomine -batur occidendus.

**B** *in interpretatione allegorica christiana* (*gnostica p. 640, 7*). *insuper adduntur*: mysteriis HIL. trin. 5, 20 PS. EVSEB. GALLIC. hom. 13, 1 G. (*cf.* in mysteriis PHILIPP. in Iob 39. mystice AVG. civ. 16, 37 p. 183, 17 D.), prophetice AVG. civ. 16, 2 p. 121, 25 D., in allegoria AVG. epist. 140, 47. *iuxta verba affinia e. g.*: praemonstrare IREN. 4, 20, 12, praenuntiare IREN. 4, 21, 3. 4, 22, 2 AVG. catech. rud. 17, 12 civ. 15, 8 p. 72, 6 D. (*opponitur* IREN. 4, 25, 3), praedestinare HIER. epist. 53, 4, 3 (*cf. supra l. 14*), praedicere PS. ORIG. tract. 9, 21 B. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 13, 1 G. PS. PRIMAS. in I Cor. p. 530$^{A}$. *figura etym.* -tam . . . praefigurationem *p. 640, 67* (*cf.* -ans -ta *civitas p. 640, 42*). *pro typo sunt homines vel res variae; sed etiam oratio quaedam imaginem continens, e. g. l. 55. 83 sqq. p. 639, 80. 640, 2.*

**1** *in actionibus vel hominibus prioris temporis posteriora typologice figurantur* (*sc. pro obi. est id, quod praefiguratione significatur; adiunximus usum absol., v. sub c*): **a** *cum obi. acc.* (*pron. praeparans struct. verbalem v. sub bβ*): **α** *in structura activa* (*typum indicat praepos.* per *l. 53*, in *c. abl. e. g. l. 56. 57, abl. instr. l. 63*): (I) *-at deus vel Christus, sc. qui in aliquo vel aliqua re typum praebet* (*Christus ipse pro typo est* HIER. [*cf.* in se *l. 64*], *spiritus* FAVST. REI.): IREN. 4, 20, 12 et in operationibus usus est *deus* prophetis, ut per eos -ret et praemonstraret futura (*sim.* 4, 21, 3 -ans et praenuntians). 5, 26, 1 iam partitionem et divisionem *imperii Romani deus* -vit (*sc. per apoc. 17, 12–14*). HIL. myst. 1, 18, 2 quod per se explendum erat, in Abraam -at *Christus* (*uterque est pater gentium*). in psalm. 52, 5 in Iacob posterioris populi (*sc. Christianorum*) primogenita -at *dominus*. AMBR. (?) sacr. 3, 2, 11 mysterium hoc *baptismatis* in illo *caeco sanando* (*cf. Ioh. 9, 6*) voluit -are. HIER. in Matth. 21, 17 *Christus* urbem egressus . . . ivit Bethaniam . . . iam tunc vocationem gentium -ans. AVG. epist. 102, 11 per quam *gentem Hebraeorum* sui adventus manifestationem congruis sacramentis -ret *Christus*. in psalm. 42, 7 tales ita pugnantes etiam ipse dominus in se -are dignatus est (*cf.* 60, 3 *Christus* nos ipsos . . . voluit -are . . . in illo corpore suo). quaest. hept. 2, 57 p. 127, 2 (*ad exod. 15, 25*) *dominus* per lignum aquas dulces fecit -ans gloriam et gratiam crucis. FAVST. REI spir. 1, 6 p. 108, 19 (*ad gen. 1, 2*) super aquas . . . ferebatur *spiritus* iam tum . . . baptismi munera -ans (*cf. Ambr. spir. 2 prol. 1* baptismi figura signatur). FVLG. RVSP. epist. 14, 40 quod in primo calice suam, in secundo vero fidelium suorum dominus -verit passionem (*bis memoratur calix apud Luc. 22, 17 et 20*). (II) *-at homo, sc. qui ipse habitu vel aliquid agens pro typo est* (*angeli* RVFIN., *serpens* AMBR.; *sed dicendo sim. typum praebet aliquis in aliqua re l. 83; attulimus selecta*): IREN. 4, 21, 3 Rachel, quae -bat ecclesiam. 4, 23, 1 *patriarchae et prophetae* -verunt nostram fidem (*cf.* HIER. epist. 71, 1 Cornelius [*act. 10, 1 sqq.*] . . . iam tunc Licini mei -bat fidem). 4, 25, 3 *Abraham* in semetipso -bat duo testamenta (*cf.* PELAG. in Gal. 4, 24 postea, quae -verint *duae uxores Abraham, apostolus* demonstravit). 4, 27, 1 *Salomo* Christi regnum -bat (*cf.* HIL. in psalm. 53, 1 *domini* nomen et lenitatem -bat *David*). HIL. myst. 1, 12, 2 Noe . . . hominem -at (*i. naturam humanam Christi*). AMBR. in psalm. 1, 1 *serpens in paradiso* -vit delectationis illecebras. HIER. epist. 36, 16, 3 *Rebecca in dictis ad filium suis* (*gen. 27, 9*) -ans carneum salvatoris adventum (*sim. prophetae in scriptis typum -ant*: 53, 8, 6 duodecim prophetae . . . multo

[*Baumgartner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliud, quam sonant in littera, -ant. AVG. catech. rud. 21, 13 *annos septuaginta* mystice prophetaverat Ieremias [*29, 10*], ut finem temporum -ret. pecc. mer. 2, 10, 12 *Ezechiel* [*14, 14*] in tribus ... illis viris tria quaedam hominum liberanda genera -ans). 53, 8, 10 Ionas ... naufragio suo passionem domini -ans (*sim. de eodem*: in Ion. prol. l. 11 -vit domini resurrectionem [*antea*: typus est salvatoris]. AVG. epist. 102, 34). RVFIN. Adamant. 5, 5 *angeli venientes ad Abraham* praeformabant et -bant veritatem, id est salvatoris adventum (*gr.* πρότυποι γενόμενοι τῆς ἀληθείας. *cf. ibid. de isdem*: aliquid -are de futuris). AVG. civ. 15, 7 p. 71, 16 D. *Christum occisum* -bat Abel, quia in allegoria prophetica res est (IVNIL. 2, 17 Christi passionem). EPIPHAN. Avell. p. 744, 10 id ipsum (*i. largitatem retributionis*) -bat et Helias in forma domini sui praecedens (*altera vers. Facund. defens. 4, 2, 42* Helias, qui erat figura ... domini). *al.* (III) *-ant res vel actiones, sc. quae ipsae pro typo sunt* (*adiunximus scripturam, quae typum praebet*): FORTVN. in Matth. (Corp. Christ. 9, 367sqq.) 1 l. 2 in veste Aaron quatuor ordines *lapidum* ... euangelia -bant[ur], terni lapides trinitatem. 1 l. 10 *virgam Aaron* in virga ... Mariam ..., in flore vero ipsum dominum -asse. HIL. in Matth. 17, 12 quid didrachma -ret in lege (*cf. Matth. 17, 23*). myst. 1, 14, 1 emissio *columbae* (*sc. ex arca*) non incertum est, quid -et. trin. 5, 17 sacramenta ... legis mysterium dispensationis euangelicae -ant (AVG. anim. 2, 11, 15 circumcisio ... fuit illius temporis sacramentum, quod -bat nostri temporis baptismum). HIER. in Ier. 5, 6 p. 68, 3 'pardus vigilans super civitates eorum' Alexandri impetum -ans. adv. Iovin. 1, 17 quod diversitas illa *in arca Noe* mansionum -verit ecclesiae varietatem. in Is. 16, 14 p. 240^A *si* omnis eorum *Israelitarum* sollemnitas futurorum erat typus, quare non et anni praesentis temporis futura tempora -ent? PAVL. NOL. epist. 23, 8 *gentium* a cibo vitae et fide trinitatis inediam congrue -vit illa quondam triennii fames (*III reg. 17*). AVG. epist. 55, 24 manifestissime passionem domini -at *pascha*. 108, 20 *arca Noe* -vit ecclesiam (*item* IVNIL. 2, 17). *al.* *vetus testamentum in scriptis vel praeceptis suis typum praebet* (*cf. p. 638, 84*): HIL. in Matth. 17, 13 hoc lex -bat, huius veritatis umbram tamquam corporis imaginem circumferebat (AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 151, 3 lex ipsa circumcidi *parvulos* ... iussit, eius *Christi* gratiam -ans). trin. 5, 20 legis umbra ... apostolicae doctrinae veritatem mysteriis suis ... -at. AVG. civ. 17, 4 p. 206, 32 D. hoc (*sc. Iohannem scribentem ad septem ecclesias*) antea -ans sapientia (*in prov. 9, 1* columnas septem).

*β in structura passiva (quis vel quid -et, raro indicatur, typus ipse saepe per* in *cum abl.*, sub *l. 59*, per *l. 68. p. 640, 2, abl. instr. l. 65. 84. p. 640, 4); ostenduntur*: (I) *in vetere testamento, quae in novo fiunt* (*cf.* AVG. c. Pelag. 3, 4, 6 quia in eo *vetere testamento* -batur novum): CYPR. epist. 63, 4 p. 703, 2 in sacerdote Melchisedech sacrificii dominici sacramentum -tum (*cf.* PS. AVG. quaest. test. I 127, 18 *Melchisedech* Abrahae ... tradidit eucharistiam, ut -retur in patre, quae in filiis futura erat veritas). NOVATIAN. trin. 19, 8 D. (*de Iacob cum deo luctante*) quoniam -batur contentio haec inter Christum et filios Iacob futura, quae in euangelio dicitur perfecta. HIL. myst. 1, 1, 4 quod in domino summatum est, iam ab initio mundi in plurimis rebus -tum esse noscatur. GAVDENT. serm. 2, 8 G. quae ... virtutes -tae sint spiritales in ipsa historia exodi, ubi celebratio paschae narratur. AMBR. Iac. 2, 5, 25 ipse ... est, qui -batur in *Iacob* (*item de Christo*: HIER. epist. 53, 4, 3 praedestinatus ... et -tus in lege et prophetis. PAVL. NOL. epist. 50, 7 in omnibus eorum *Iudaeorum* libris -tus ac prophetatus elucet. AVG. in psalm. 26 serm. 2, 2 in duabus personis [*sc. in rege et sacerdote aetatis priscae*] -batur futurus unus rex et sacerdos. *al.*). Ioseph 8, 43 sed ille ex tribu Beniamin Paulus -batur (*sc. per Beniamin*). PHILIPP. in Iob 39 in mysteriis sub nomine horum animalium (*cf. Iob 39*) -tos apostolos. CHROMAT. in Matth. prol. 3 -tam ... euangeliorum veritatem ex lege veteris testamenti probare. 9 in quadrigis istis -ta euangelia ([*cf. Zach. 6, 1–5*]. APON. 7 p. 129 quattuor coniugia eius *Iacob*, quattuor e. -ta [*appos., vix praedicativum*]). PS. ORIG. tract. 9, 21 B. pascha domini per legem -tum ..., praedictum prophetica voce. EVCHER. instr. 1 p. 106, 1 (*de Ezech. 1, 5*) Marcus *euangelista* leonis specie -atur. ISID. eccl. off. 1, 18, 10 tantum interest inter propositionis panes (*cf. I reg. 21*) et corpus Christi, quantum inter umbram et corpus, inter imaginem et veritatem, inter exemplaria futurorum et ea ipsa, quae per exemplaria -bantur. *al.* (II) *in sacra scriptura, quae postea in ecclesia christiana vel apud Iudaeos fiunt*: IREN. 4, 21, 1 in Abraham -batur fides nostra. 4, 22, 2 in primis *hominibus* nos -bamur et praenuntiabamur. HIL. in Matth. 12, 24 in matre eius *Christi* ac fratribus Synagoga et Israelitae -antur (*cf.* AMBR. Ioseph 9, 47 *Iudaei* -bantur in patriarchis, quales essent futuri). 15, 5 -tam in Chananaeae filia (*Matth. 15, 22sqq.*) gentium plebem. AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 4 sancta ecclesia ... desponsata in paradiso, -ta in diluvio, annuntiata per legem (TRACT. Pelag. 3 p. 37 in qua *Eva* Christi -batur e. [*de eadem*: FVLG. RVSP. epist. 3, 8]. AVG. civ. 15, 27 p. 120, 6 D. ad -andam e. pertinere [*item* p. 120, 19]. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 20, 2 in illa ... arca *Noe* et in illa domo *Raab*). RVFIN. Orig. in gen. 9, 2 p. 90, 4 hoc (*sc. praedicatio ubique propagata*) ... in initiis mundi -batur (*affertur gen. 1, 28*). TRACT. Pelag. 3 p. 37 in quibus *quattuor uxoribus Iacob* vel quadriformis euangelii intellegenda doctrina est ... vel quattuor populorum ... -batur spiritale connubium. AVG. civ. 17, 7 p. 220, 1 D. qua *disruptione regni Israelitici* -atur perpetua divisio Israelis spiritalis ab Israele carnali. gen. c. Man. 2, 26, 39 *Manichaeos* per istam prophetiam (*II Cor. 11, 3*) -tos. serm. 51, 15, 26 in qua *plebe Iudaeorum* -rentur omnia, quae -anda erant, ecclesiae documenta. 351, 5 qua *unctione David* regale sacerdotium -batur ecclesiae. EVCHER. instr. 1 p. 87, 9 in Noe ... gubernatores ecclesiae -antur *eqs.* *al.* (III) *alia quaedam*: IREN. 2, 21, 1 meliores *Aeones ... per apostolos* non iam -ari (*cf. antea*: praeostendi). 4, 25, 3 quaedam ... praenuntiari paternaliter a patribus, quaedam autem -ari legaliter a prophetis. HIL. in Matth. 3, 6 in quattuor ... primum apostolis eligendis ... futurorum euangelistarum numerus -atur. 17, 2 regni caelestis honor -atur (*sc. per transfigurationem Christi in monte*). 21, 13 ut futurorum species sine damno ... -tae efficientiae expleatur. myst. 1, 26, 3 spem (*intellegimus rem speratam*). AVG. civ. 15, 8 p. 72, 6 D. in quo *populo dei* ... -rentur et praenuntiarentur omnia, quae de civitate *aeterna* ... praevidebantur esse ventura. 15, 18 p. 97, 10 in eo *Abel* ... -ari hominem, id est hominum societatem *futuram*. epist. 108, 7 usque ad finem saeculi, quod litoris nomine (*Matth. 13, 47–49*) -atur. serm. coll. Morin p. 335, 10 octonario ... numero -antur, quae ad futurum saeculum pertinent. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 13, 1 G. beneficia dei nostri ... et praedicta sunt oraculis et -ta mysteriis. *al.*

b *pro obi. substituuntur alia* (*obi. acc. ex enunt. relat. supplendum sub a inseruimus* [*cf. e. g. p. 638, 56*]): *α acc. vel nom. c. inf.* (*cf. nom. dupl. p. 638, 30*): HIER. in Matth. praef. l. 65 (*de Ezech. 1, 5sqq.*) *facies* vituli, quae euangelistam Lucam a Zacharia sumpsisse initium -at. PELAG. in I Cor. 11, 28 *Ioseph sepeliens corpus domini* -ans corpus domini accepturos ... mundam mentem debere habere. PS. AVG. quaest. test. I 117, 6 in ipso *Abraham* ... -tae sunt omnes gentes in salutem venire per fidem. SVLP. SEV. chron. 2, 3, 5 (*de somnio Nabuchodonosor, cf. Dan. 2*) pedes ... partim ferrei, partim fictiles dividendum esse Romanum regnum ... -ant (*item cum gerund.*: PS. EVSEB. GALLIC. hom. 4, 1 G. nos ... in melius esse mutandos. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 20, 3 omnem haereticum ... mergendum. CASSIOD. in psalm. 49, 10 GREG. TVR. in psalm. p. 874, 20). *β enunt. cum* quod (*cf. p. 637, 84. 638, 12. 639, 74*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 107/9, 2 *Ionas* id praevidebat ... -ari, quod *eqs.* (*item cum pron. praepar.* EVCHER. instr. 1 p. 73, 13 illud -tum est, quod *eqs.*). *γ adv.* sicut: AMBROSIAST. in I Cor. 11, 26, 2 caro ... salvatoris pro salute corporis, sanguis ... pro anima nostra effusus est, sicut prius -tum fuerat a Moyse (*lev. 17, 11*).

c *absolute*: AMBR. in Luc. 2, 30 *in ortu Iohannis* futurae vitae insigne praemittitur et gratia secutura virtutis exsultatione vicinorum -ante signatur. AVG. civ. 15, 2 p. 61, 6 D. ipsa *civitas terrena* -ans -ta est; namque Agar ... imago quaedam huius imaginis fuit. epist. 187, 39 *deus* tamquam in templo manufacto non corporaliter, sed umbraliter habitaverit, id est -antibus signis. *dubitanter adiungimus*: AMBR. patr. 11, 47 -antia (*var. l.* -ta) Christi ... mysteria (*i. signa, indicia; vix* -antia *pro subst. et* mysteria *pro obi. intellegas*).

2 *ipsa priora figurantur, quae imaginem posterioris temporis praebent* (*sc. pro obi. est res vel pers. per praefigurationem significans, cf.* indicia *sub A2a*): a *varia*: IREN. 4, 25, 2 passio iusti ab initio -ta in Abel et descripta a prophetis, perfecta vero in novissimis temporibus in filio dei (*ambiguum inter 1 et 2, cf. p. 639, 48; simili oppositione*: NOVATIAN. trin. 19, 14 D. colluctatio haec *Iacob* ibi ... -ta est, in euangelio ... perfecta est. HIER. adv. Iovin. 1, 21 quod in Moysi filio -batur ante in paucis [*exod. 4, 25*], id sub Iesu impleretur in cunctis [*Ios. 5, 2sq.*]. AVG. quaest. hept. 4, 33 p. 341, 15 ibi -ta, hic manifestata. CHROMAT. in Matth. 11, 4 E.-L.). CYPR. Fort. 7 p. 328, 5 Iudaicus populus ad umbram nostri et imaginem -tus (*cf.* patient. 10 p. 404, 5 Isaac ad hostiae dominicae similitudinem -tus). AVG. civ. 16, 43 p. 195, 1 D. primi -ti facti memoriam. PS. ORIG. tract. 3, 2 B. nihil ... in euangelio gestum est, quod non fuerit prius aut -ta patrum praedicatione monstratum aut opere praeostensum aut prophetica voce praedicatum.

b *pro obi. est imago, typus sim.*: IREN. 4, 32, 2 *vetus testamentum* imagines eorum, quae sunt in ecclesia, -ans (CYPR. epist. 63, 4 p. 704, 10 veritatem -tae imaginis adimplevit. HIL. in Matth. 2, 6 RVFIN. Orig. in num. 9, 5 p. 60, 31 CHROMAT. serm. 24, 5 L. *al.*). HIL. myst. 2, 1, 3 quin -tam hic (*sc. Os. 2, 18–24*) ecclesiae praefigurationem intellegamus. in psalm. 121, 4 *Ierusalem terrena* speciem ... caelestis civitatis -bat. AMBR. in Luc. 5, 39 cum lex in praesentibus formam -verit futurorum (CASSIAN. conl. 14, 8, 2 ea *gesta* ... alterius sacramenti f. -asse dicuntur). HIER. epist. 18A, 14, 1 umbram quandam futurae veritatis -tam. AVG. c. Parm. 2, 8, 16 cuius *Christi* typus ... -batur in sacerdote veteris testamenti (CHROMAT. serm. 24, 3 L. Ioseph in se t. domini -vit. CAES. AREL. serm. 87, 1 p. 342, 16 Isaac ... dei patris t. -bat, Iacob vero Christum dominum designabat). quaest. hept. 4, 33 p. 340, 24 signum in ea iuvenca rufa (*num. 19, 9sqq.*) novi testamenti -atur. CHROMAT. in Matth. 7, 2 E.-L. in eo *Samson* ... exempla domini -ta (20, 3. serm. 23, 2 L. *Abel* -bat ... in se exemplum illius *Christi*. CASSIAN. inst. 1, 1, 2 *Helias* in veteri testamento virginitatis iam flores et castimoniae continentiaeque -bat exempla [*sc. ipse castus et continens*]). CASSIAN. inst. 1, 7 professionis huius (*i. monachorum*) -vere lineas iam in veteri testamento. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 13, 5 G. hoc ... dominicae passionis -bat insignia, quod legimus beatum Eliseum *mortuum* ... tactu sacri corporis suscitasse *exstinctum*.

[*Baumgartner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**II** *vi temporali praeverbii evanescente*: **A** *transit in notionem figurate loquendi* (*vel praetexendi per figuras*): LACT. epit. 12, 1 non omnia poetas confinxisse, set quaedam -asse, ut, cum vera dicerent, aliquid tamen numinis adderent *eqs.* (*cf. 11, 1* ut ea, quae gesta sunt, figura et quasi velamine aliquo versicolore praetexas. *inst. 1, 11, 30* aliquid fortasse traductum et obliqua figuratione obscuratum, quo veritas involuta tegeretur).

**B** *transit in notionem meram significandi* (*indicandi l. 21; adiecimus ambigua, v. infra*): **1** *significant verba*: HIER. in Dan. 7, 25 'tempus' annum significat, 'tempora' iuxta hebraici sermonis proprietatem, qui et ipsi dualem numerum habent, duos annos -ant (*cf. Hippolyt. in Dan. 7, 25* σημαίνει. *sed tempora Antichristi indicantur, qua re locus etiam ad IB referri potest*). AVG. epist. 55, 25 'longitudo' ... tolerantiam significat ..., 'profundum' autem ... secretum sacramenti -at (*nisi* secretum *futurum quiddam significat*). **2** *significant alia*: HIER. adv. Iovin. 1, 16 (*unde* epist. 49, 19, 1) non esse bonum duplicem numerum, quia ab unione dividat et -et foedera nuptiarum (*agit de secundo die creationis; item ad numerum spectat*: AVG. serm. 32, 5 -atur ... lex et quinario et denario numero). AVG. civ. 22, 30 p. 635, 22 D. *dies* octavus aeternus ... aeternam ... requiem -ans (*fortasse hic consideratio futuri quodam modo hoc verbum provocavit*). *notione indicandi* (*cf. IA2*): AVG. serm. 223, 1 qui *baptizati* candore vestium splendorem mentium -ant.

*p. p. p. adv.* **praefigūrātē.** *i. q. per praefigurationem*: VITA Amator. (BHL 356) 1, 7 illa -e ... gesta sunt (*in nuptiis Amatoris, qui postea clericus factus est, episcopus per errorem preces sanctificationis levitarum recitavit*).

*deriv.*: praefiguratio, praefigurator. *Baumgartner.*

